RINCIPIA rerum requirenda sunt prius, vt earum notitia plenior haberi possit. Tunc enim demum facilius poterit causę ratio declarari, si eius origo discatur. Si ergo epistolarum scripturę post euangelium editę modum & rationē ostēderimus, poterit videri verum quod dicimus. Sciendum igitur, quod sicut in veteri testamento post legis Mosaicę eruditionem, vbi culturę diuinę mandata continebantur, prophetica doctrina fuit necessaria, quę rediuiua populi peccata suppliciorum denunciatione compescerer, atque eundem populum bonorum repromissionibus ad obediendum ac seruiendum domino viuenti commoneret, ita in nouo testamento post euangelium, in quo Christianę religionis ordo & perfectę sanctitatis doctrina traditur, Epistolarum Pauli & aliorū perutilis secuta est doctrina: vt ecclesiam dei contra hęreticas communiret prauitates, & suborientia vitia resecaret, & post futuras quęstiones excluderet. Hi sunt panni, qui ad extrahendū Hieremiā de lacu, funibus circumligati sunt. Epistolarū siquidē doctrina, legis & prophetię atque euangelii cōsonis testimoniis, velut triplici fune circūligata, de lacu ignorātię & infidelitatis peccator ad lucem gratię & veritatis educitur. Inter omnes vero Epistolarū scriptores, Paulus in tribus, & pluribus forte excellit: scilicet, in operis profunditate: in fidei assertione: & gratię cōmendatione, seu spei sublevatione. In operis profunditate, quia hoc opus & cęteris prolixius est, & ad intelligendum difficilius. In fidei assertione, quia Paulus in in lege & prophetis peritus ad fidei catholicę assertionem congrua authoritatum legis &

prophetię induxit testimonia, vt esset basis sub colũna. In gratię cõmẽdatione, seu spei subleuatione, quia cõtra supbos & arrogãtes, & de suis operib⁹ pręsumẽtes pro cõmẽdanda dei gratia fortiter, prudenter, atq; acriter dimicauit. Quę nimirũ in illo euidẽtior & clarior apparuit, quia inter alia opera violẽter ecclesiã dei persecut⁹, pro quo summo dign⁹ fuit supplicio, pro maledictione cõsecutus est gratiã & pro dãnatione suscepit misericordiã. In quo ipso spes nostra plurimũ subleuať. Sicut eñ cũ audim⁹ Dauid homicidã & adulterũ per pœnitẽtiã prophetię spiritũ recuperasse ois venię diffidentia peccatori tollitur: Ita cũ Paulũ prius ecclesię persecutorẽ, postea factũ Apostolũ & prędicatorẽ aduertimus, nõ modicũ spes nostra attollitur. Inde est qđ in ecclesia hę Epistolę Pauli plus cęteris frequentãtur, vt psalmi Dauid magis aliis prophetis. Sciẽdũ vero est quod XIIII scripsit epistolas. X ad ecclesias, IIII ad personas singulas, sub huiusmodi mysterii insinũatione: vt scilicet in hoc opere vtriusq; testamẽti summa cõtineri mõstraretur. Per denariũ nãque vetus testamẽtũ significať. Quaternarius vero noui testamenti nota est. Ideo itaque, X & IIII scripsit, vt vtriq; legi se cõsẽtire insinuaret, atq; ęmulorũ calũniã dirueret, vt ipsum legis dei per Moysem datę destructorẽ esse calũniãtiũ, eũq; in odiũ Iudęorũ trahẽtiũ. quos placatos habere volẽs, X ad ecclesias scripsit. Vtsicut Moyses Israelitico populo a pharaonis & AEgyptiorũ seruitute educto, X mandatorũ doctrinã tradidit: Ita & ipse Apostolus dei ecclesia a diaboli potestate, & idololatrię seruitute redẽptas. X epistolarum doctrina informaret. Ideo & XIIII scripsit: vt duorũ testamentorũ concordiam atq; cõueniẽtiã significaret, quam & Moyses in duab⁹ tabulis lapideis simul iunctis, quib⁹ legis decalog⁹ inscript⁹ erat, ostẽdit, Moyses quoq; noster id est Christ⁹.

idē in coena cū discipulis pascha celebrās figurauit. Ibi eñ lapis reprobatus, quē gessit angul⁹, mira pręstās in oculis nostris, panē super cęlestē cū typico agno cōiunxit, finiēs testamētū vętus, & inchoās nouū. Per agnū etenim qui in veteri lege solennis erat hostia, & panē qui nouę legis sacramēti forma est, duo testamēta figurauit: atq; illa duo cōiungēs, prędictorū testamētorū cōsonātiā declarauit. Est enim rota in medio rotę sicut vidit Ezechiel. Ex pdictis itaq; patet mysterii euidētissima ratio, qua Epistolas XIIII scripsit, & distinctę X ad ecclesias, IIII ad personas direxerit. Vnde quorūdā insania repercutit, dicētiū. Epistolē, quę ad hebręos scribitur, nō fuisse Pauli, sed Barnabę, vel clemētis, vel Tertulliani, vel Lucę. quos in hūc errorē occasio deduxit huiusmodi, quia nec salutatio eius noīe intitulata pręscribit, & longe facūdiore & splēdidiore stylo quā cęterę edita est. Quib⁹ sufficiēter respōdetur hoc modo, Quia si ideo nō est dicēda Pauli, qa nomē ei⁹ in titulo non habet: ergo nec Barnabę, nec alicuius prędictorū, cū nullius eorū nomine scripta sit. Nec ob id quoq; Pauli nō esse putāda est, quia diligēti⁹ est scripta: Cū naturale sit vnicuiq; pl⁹ valere in sua lingua quā in peregrina. Illā eñ hebraice, cęteras vero gręce scripsit. Nomē vero suū ideo pmittere noluit, qa Hebręis odios⁹ erat, eū legis destructorē arbitrātibus. Quocirca de legis atq; ceremoniarū abolitione tractatur⁹, recte nomen suū tacuit ne pręscripti nominis inuidia, vtilitatē sequentis excluderet lectionis. Est itaq; & illa Epistola Pauli, sicut & alię. DE ORDINE quoq; epistolarū quęri solet, Quare nō ordine sint disposite, quo ab apostolo editę, quod cōstat nō esse, cū Epistola, quę Romanos scribitur, prima ponatur, quę tamē nō est ante alias omnes scripta. Epistolam enim quę ad Corinthios scribitur, ante istā scripsisse videtur, quia hanc de Co

rintho scripsisse euidenter monstratur. ex eo quod dixit, Commēdo vobis Phoebē sororē nostrā, ministram ecclesię quę est Cenchris. Cenchris enim dicitur locus Corintho vicinus, imo portus ipsius Corinthi. Ex hoc ergo appatet de Corintho scripta, & ex eo quod dicit, Salutat vos Caius hospes: de quo scribēs Corinthiis commemorat dicens, Gratias ago deo meo, quod neminē vestrū baptisaui nisi Crispū & Caiū. Hęc ergo epistola ad intelligēdū cęteris difficilior, in qua Apostolus videtur perfectior, primatū obtinuit in corpore Epistolarum nō quod ab Apostolo prima sit scripta, sed causa dignitatis. Romanorum qui tūc tēporis vniuersis gentibus imperabant. Interpretātur autē Romani sublimes siue tonantes: quia illo tēpore, quo Apostolus hanc epistolā eis misit, cūctis gētibus dominabātur: ideoq; sublimiores erant oībus populis, & intonabāt pręcepta publica & priuata: eorūq; fama omniū hominum resonabat in ore. Aimo autē ab Athenis Apostolum scripsisse Romanis dicit, his verbis, Ab Athenis ciuitate Gręcorū scripsit Apostol⁹ Romanis hanc epistolā, quos nō ipse, nō Petrus, non aliquis XII Apostolorū primū instruxit, sed quidam Iudęorum credētium: qui fide Christi ab Apostolis percepta, venientes Romam, vbi princeps orbis residebat, cui erant ipsi subiecti, quę apud Hierosolymam didicerant, Romanis euāgelisauerunt, Attēde diligenter, quod Aimo dicit, Apostolū ab Atheni scripsisse: Origenes vero de Corintho. Item inspice quod idem Aimo ait, Petrū Romanis primum pręedicasse: cum ecclesiastica historia sic cōtineat, Claudii temporib⁹ clementia diuinę prouidentię Petrum ad vrbem Romam misit. Ille aduenens primus in vrbe Roma Euangelii sui clauibus ianuam regni coelestis aperuit. Hieronymm⁹ quoq; super epistolā ad romanos, vbi scriptū est, Vt aliquid impartiar vobis gratię spiri

tualis: sic ait, Romanos Petri prędicatione fidē tenētes cōfirmare se velle Paulus dicit: non quod minus accepissent a Petro, sed vt duobus Apostolis attestantibus atq; doctoribus, eorū corroboraretur fides. Harū itaq; authoritatum conflictū qui videtur, dirimentes, dicimus. Petrū primum prędicasse Romanis, quantum ad alios Apostolos: sed nō primū quantum ad omnes credentes. Item dicimus, Athenis Paulum Epistolę partem scripsisse, Corinthi vero perfecisse, atq; inde eam Romanis destinasse. Vel potius igitur prima ponitur, quia primū gradum erroris destruit, scilicet superbiam, omnium malorum radicem: sicut scriptum est, Initiū omnis peccati superbia est, quę natione cęlestis sublimium mentes inhabitat, sub cinere & cilicio latitans. Quę Romanos adeo occupauerat, vt inter se altercantes, & se sibi inuicem pręferētes dissensiones & schismata facerent. Erant enim Romani de Iudęis & Gentibus ad Christum conuersi. Iudęi autē proper sanctos patres, a quibus originem ducebant: & propter legem quam soli inter cęteras gentes acceperant, Gentiles credentes dispiciebant: dicentes, Propter obseruantiā legis cui seruierant meruisse accipere gratiā Christi, & fidē Euangelii: & propter merita operū legis, sibi venisse Euāgeliū domini nostri Iesu Christi. atq; his inflati, gentibus se pręferebant dicētes, Nos de lege Abrahę sumus, cui primū facta est promissio: nos populus peculiaris dei sumus: nos de Aegypto forti manu, & mirabilibus signis dominus eduxit: nos sicco vestigio mare Rubrum transire fecit. in deserto manna pauit. aquam de petra produxit. & aliis sub silentio relictis, nos soli sumus digni legē dei accipere, & eius voluntatē cognoscere. Ad nos quoq; specialiter dei filius venit, vt ipse in euangelio ait, Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domui Israel. Gentiles autem contra dicebant, Quāto be-

neficia plura vobis exhibita memoratis, tãto vos deteriores esse ostenditis. Eisdem siquidem pedibus quibus mare trãsiuistis, ante idolũ postea saltauistis, quod & propriis manibus fecistis. Et illo ore quo paulo ante de submersione Pharaonis & Aegyptiorum laudẽ deo persolueratis, idola adorastis. Pręterea manna cęlitus datũ in deserto fastidistis, cupientes redire in Aegyptũ ad ollas carnium. Sępe etiã dominũ in iram iritastis. Ad vltimũ Christũ vobis in lege & prophetis promissum occidistis. Nonne itaqꝫ vobis digniores sumus, qui vt de Christo audiuimus, in eum credidimꝰ? Vnde per prophetã dominus ait, Populus quẽ non congregaui, seruiet mihi, in aurẽ autem obediet mihi. Vnde constat nos non ex malitia, sed ex ignorantia deliquisse. Si enim prophetas aut Apostolos ante habuissemꝰ, idola non coluissemus. Quod autẽ de generis nobilitate vos iactatis, si qua taliũ gloria est, tũc Ismael & Esau possũt pariter gloriari, cum de eisdem parẽtibus sint nati. His itaque altercationibus Apostolus se mediũ interposuit, omnes illorũ contentiones hinc inde dirimens, & quasi bonus concionator voce sonora illos alloquens, ad vnam omnes concordiam adduxit, ostendens nullos eorum suis meritis esse saluatos (quia omnes & Iudęi & gentiles sub peccato tenebãtur) sed per gratiam dei. Pro altercatione itaqꝫ prędicta scribit Romanis, confutans modo Iudęos, modo Gentiles, & docens eos humiliari, vt omnia attribuant gratię dei. Et ostendens omnibus gratis venisse gratiam fidei & euangelii Christi quam propterea & gratiam vocari ostendit, quia non quasi debitũ iustitię reddita est, sed gratuito data. Quid enim est gratia? Gratis data: donata, non reddita. Si enim tibi debebatur, antequam gratiam haberes, merces tibi reddita est, nõ gratia donata. Merito itaqꝫ hęc Epistola prima ponit̃, quia omniũ malorũ, vt prędictũ

est,radicē perimit. Assignatis rationib⁹ Operis,Numeri, & Ordinis Epistolarū,explicato quoq;, vnde & quare Apostolus Romanis scripsit: superest de materia & intētione,& modo tractādi exequi. Generalis omniū Epistolarum MATERIA,est doctrina Euangelii. INTENTIO,Monere ad obediendū Euangelicę doctrinę. Pręter hęc autem in singulis proprias intentiones & materias requiremus. Prima itaq; Epistola Materiam habet Romanorum vitia: atq; Gratię dei bona,ad quę eos hortatur. Intentio,vitia eorūdem increpare,& ad verā pacē & fraternam concordiam sub manu Gratię humiliare. MODVS Tractandi,talis est,More scribentium epistolas salutationē pręmittit, in qua tria facit. Cōmēdat enim personam suam,& negocium,& authorē negocii: in quibus cōgrue captat beneuolentiā. Post salutationē vero vtriusque partis vitia arguit,ostendens Gentiles a naturali ratione,& Iudęos a lege exorbitasse: deinde pluribus modis ostendit iustitiam & salutem ęque vtrisque esse,non per legem,sed per fidem Christi Iesu,vt a lege eos tollat, & in sola fide Christi eos constituat. Circa finem vero moralis subditur instructio,atq; in actione gratiarum finem tenet Epistola. Pręmittit autem salutationem,dicens.

A 
AVLVS SERVVS IESV CHRISTI VOcatus Apostolus, segregatus in Euangeliū dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid secūdum carnem, qui prędestinatus est fili⁹ dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri: per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vobis & pax a deo patre & domino nostro Iesu Christo.]


VCVSQVE pendet litera vt proficiatur sententia, & subintelligitur mādat vel scribit. In hac autem salutatione primum personam commendat quatuor modis, scilicet a nomine a conditione, a dignitate, & ab officio. A no-
B mine, dicens, Paulus: a conditione, seruus: a dignitate, ab officio, segregatus in euangelium dei. Ex nomine autem laudem sortitur, si vis ipsius nominis & ratio impositioni animaduertatur. Paulus enim Hebraice, quietus Gręce modicus, Latine sonat: id est, hoc nomen Paulus quod est Hebraicum origine & inuentione, non terminatione, impositum est Apostolo proprie, in notam gemine virtutis, scilicet modicitatis & quietis: quarum alteram notat hoc nomen generali appellatione apud Græcos. i. quietem: alteram apud Latinos, id est, modicitatem. Hoc

enim nomen Paulus, cum sit appellatiuum apud Græcos, D
Hebræos, & Latinos impositum Apostolo proprium fuit,
Beda. qui vt ait Beda super Actus Apostolorum, anno passionis
& resurrectiõis Christi ad fidem venisse perhibetur: tertio
vero decimo anno post Christi passionem apostolatũ
gentium cum Barnaba & Pauli vocabulũ accepisse. Prius
enim vocabatur Saulus a Saule persecutore. quia sicut ille
Dauid, ita hic ecclesiam dei est persecutus. Quarto autem
decimo anno, iuxta condictum Apostolorum ad magisterium
gentium est profectus. Huic autem sententiæ de nomine
Augustinus de spiritu & lrã mine pauli, conserit Augustinus sic dicens, Non ob aliud
hoc nomen quantum mihi videtur Paulus sibi elegit, nisi
vt ostenderet se paruum tanquam minimum Apostolorum: E
August. in Psal. 71. ipse primo saulus postea Paulus dictus est nec quasi
iactantia aliqua nomen sibi mutauit Apostol⁹, sed ex Saulo
factus est Paulus, i. ex superbo modicus. i. humilis. Paulum
Ambro. enim modicum est. Immutatum ergo se esse significans,
ex Saulo, quod interpretatur inquietudo vel tentatio.
Victor episcopus Cap. Paulum se dicit, id est, quietum. Qui enim prius tẽtationes
aliis inferebat, post eas passus est. Porro ex more
sanctorum Apostolorum id fecisse perhibetur, qui in
virtutibus proficientes mutato noĩe sunt vocati, vt essent
etiam ipso nomine noui, vt Cephas, & fili tonitrui, & huiusmodi.
Vnde & sancta ecclesia iam in consuetudinẽ duxit.
Hieron. vt quos in cathedra beati Petri apostoli sublimat, nomina F
eius mutet. vel sicut Hieronymus ait, Paulus a primo
spolio quod sanctæ ecclesiæ contulit, scilicet a Paulo
Sergio proconsule, quem apud Cyprum conuertit, hoc nomen
sibi imposuit: vt sicut parthicus qui Parthos superauit,
& Germanicus qui Germaniam vicit, est dictus: sic ab
eo principe quem prius subiugauit, Paulus sit appellat⁹
Origenes Sed quia nulla talis in scripturis diuinis cõsuetudo deprehenditur
magis placet quod in nostra cõsuetudine frequẽter
reperitur. Inuenimus enim in scripturis, alios binis, alios
ternis vsos esse nominibus, & hoc vtique in vtroq; vt
Salomon, qui Ecclesiastes & Idida vocatus est, & Matthæus,
qui & Leui dictus est, & alia plura in hunc modũ
Secundum ergo hanc consuetudinẽ videtur nobis & Pau

A lus duplici vocitatus vocabulo: ſicut ſcriptum eſt id Actibus Apoſtolorum, Saulus qui & paulus. vbi euidenter oſtendit ſcriptura non ei tunc primum Pauli nomen impoſitum, ſed veteris appellationis id fuiſſe adſignat. A Hieronymo autem in libro Hebraicorum nominum Paulus mirabilis ſiue electus interpretari dicitur, quem & dominus ipſe vas electionis vocauit & tam vita quã doctrina mirabilem fecit. Seruus IESV CHRISTI. Ecce conditio. Sed quærendum eſt quur ſeruus dicatur, qui alibi ſcripſit, Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, &c. Et iterum alibi, Itaq; iam non eſt ſeruus, ſed liber. Et dominus Apoſtolis ait, Iam non dicam vos ſeruos, ſed a- Origenes

B micos. Ad quod dicendum eſt, quod duo ſunt genera ſeruitutis. Eſt enim ſeruitus timoris, & pene ſeruilis: & eſt ſeruitus amoris, & filiationis, & humilitatis, qua inſtar filii qui ſeruit non vult offendere patrem. Si ergo id ſecundum humilitatis & amoris ſeruitutem dictum putemus, non errabimus. Non enim per hoc læditur veritas libertatis in Paulo, quia omni libertate nobilior eſt ſeruit⁹ Chriſti. Dicendo ergo, Seruus, nomen humilitatis ponit. vt ad eam prouocet ſuperbos quib⁹ ſcribebat. Et ne miſera ſeruitus videatur, non ſimpliciter ait ſeruus, ſed addit Ieſu. i. ſaluatoris, cui merito omnes ſeruire debent: ei etenim ſeruire regnare eſt. Ieſ⁹ vero Hebraice, ſother Græce, Latine ſaluator dicitur. Quod nomẽ ab angelo fuit impoſitum, Aimo. Origenes Aimo.

C dei filio, eo quod ſaluum faciat populum ſuum a peccatis eorum. Addit Chriſti, id eſt, regis & ſacerdotis, Chriſtus enim Grece, meſſias Hebraice, Latine dicitur vnctus, & in veteri teſt. reges & ſacerdotes vngebantur. Chriſtus autem vnctus eſt, nõ oleo viſibili, ſed inuiſibili. i. oleo gratiæ ſpiritualis. Vnde in Pſal. Vnxit te deus t. o. l. Hoc nomen aliis olim fuit adiectum, ſed Ieſu factum eſt propriũ & eſt hoc ſacramenti nomen. Seruum autem Ieſu Chriſti ſe profitens Apoſtolus, a lege factorum ſe exutum oſtẽdit. & vtrunq;, nomen ponẽdo, id eſt, Ieſu Chriſti, vnam dei & hominis contra hæreticos perſonã eſſe teſtatur, ne alium quidem IESVM, alium CHRISTVM ſuſpicaremur fuiſſe, ſed vnum & eundem ſciremus eſſe, Voca- Auguſt. Aimo.

Hyerene⁹ mar. in li. 4. contra hæreticos

t⁹ Apostolus. Ecce dignitas ad quã promotus est, ecce de D humili factus est alt⁹: ac si illis superbis quibus scribebat diceret, Ex seruo & humili fecit me deus Apostolũ & sublimẽ, ita & vos humiles sitis vt exaltemini. qui enim se humiliat exaltabitur. Gratiam vero commendãs, nõ simpliciter ait Apostolus, sed & ponit. Vocatus, quasi non a se veniens tanq̃ sibimet honorẽ sumeret, sed a deo vocat⁹ est apostolus. i. ad apostolatũ & æterna electione, quæ est secundum propositũ, & temporali missione qua a Christo missus est, ex qua & Apostoli vocati sunt. Nã sicut grę ce angeli, latine nuntii vocantur: ita græce apostoli latine missi vel legati appellantur. Vel vocat⁹ Apostolus. i. dict⁹ ab hominibus excellẽtia & priuilegio nominis. sicut excellenter cũ dicitur Vrbs, intelligitur Roma. Segregat⁹ in euang. dei. Ecce officium. q. d. Paul⁹ dico. Segregat⁹. i. a doctrina scribarum & pharisęorum, & ab vtero synagogæ vbi locum doctoris habebat, vtpote pharisęus separatus in euangelio dei, prædicandũ. Et dicitur hoccõtra Iudæos, a quorum lege dissimulauit, vt Christũ prædicaret, qui quod lex non potuit credentes iustificaret. vel segregatus. i. a grege separatus, scilicet ab aliis epistolis, non mente, sed corpore. Vnde spiritus sanct⁹ in actibus Apostolorum ait, Segregate mihi Barnabam & Paulum in op⁹ ad quod assumpsi eos, vt scilicet prædicent nomen meum in in gentibus. Vnde & hic addidit, In euangelium, scilicet prædicandum in gentibus. Destinatus est Apostolus gentibus totius orbis predicator: at reliqui, singulis prouinciis facti sunt legati ac predicatores. Est autem euangeliũ, bona annunciatio. εὖ enim græce. lati ne bonũ, ἄγγελος nũcius, inde euangelium bonum nuntium, vel bona annunciatio. ea vero de his quæ ad fidem catholicam & bonos mores pertinent. Euangelium dico, Dei, quasi non ab homine inuentũ, sed diuina inspiratione reuelatũ. Quod ante promiserat. Hic est cõmendatio negotii, id est, euangelii, quod commendat quatuor modis. A temporis antiquitate, ab authore, a testibus, a materia. A temporis vero antiquitate, & ab authore simul commendat: sic dicẽs, quod euangelium, ante, completionem, promiserat gratis

Augustinus super Ioan.

Ambrosi⁹

E

Aimo.

Ambro.
Aimo.

F

A deus pater. non venit vt subitū, sed longe ante promissum & pronunciatum. Vnde in euangelio Ioānis, In hoc verbum verum est, quia alius est qui seminat, & ali⁹ qui metit. Promiserat dico, Per prophetas suos, Vnde Hieremias ait. Ecce dies veniunt & cōsummabo testamentum nouum super domum Israel, & super domum Iuda. Item. Feriam (inquit) vobiscum pactum sempiternū. Idem & alii, qui non ex se, sed ex deo magni sunt, vt nō ex se mendacium loquerentur, sed ex deo veritatem. Ecce quam vera & magnifica promissio. Nemo enim rem vilē magnis precursoribus nuntiat. Et ad maiorem confirmationem addidit. In scripturis, quasi non modo promiserat verbis, A brosi.

B sed etiam in scripturis, ne daretur obliuioni. Et ad cumulum veræ protestationis, addit, Sanctis, non ethnicis Sanctæ sunt, quia vitia damnant, & sacramētum vnius dei, & incarnationem filii dei cōtinent. Scripturis dico sanctis, non de quibuscūq;, sed, De filio, quod omnes ad filium dicunt. De filio dico non adoptiuo, sed, suo, scilicet proprio, & sibi consubstantiali, coeterno, coæquali. Et est hæc commendatio a materia. Qui factus est, & cætera. Ecce commendatio auctoris quem commendat quatuor modis, ab origine, ibi ex semine Dauid: a virtute, ibi, qui prædestinatus est filius dei in virtute: a gratia, ibi, secundum spiritum sanctificationis, &c. a libertate, ibi, per quem accepimus &c. quasi diceret, spiritus sanctus agunt de filio. qui filius August.

C factus est ei, scilicet deo patri. id est, ad honorem eius factus dico tantum, secundum carnem, non secundum diuinitatem, hoc dicit ne putetur homo tantū. dicendo nāq; eum factum secundum carnem, innuit alteram esse naturam, secundum quam est non factus, scilicet diuinam. Eū nanq; qui erat dei filios secundum spiritum sanctum, id est, secundum deum, quia deus spiritus est, & sine dudio sanctus est, factum dicit secundum carnem. iuxta illud, Et verbum caro factum est: vt iam vnus sit dei & hominis filius IESVS CHRISTVS. Qui factus est secundum carnem opere spiritus sancti de virgine; id est natus. vbi occurritur impietati hæreticorum, qui obtuso corde hoc capitulum intelligentes, CHRISTVM tan- Ambro. August. in epist. ad Rom.

tum hominem accipiunt: diuinitatem vero in eo non intelligũt. Addendo enim secundum carnem, seruauit diuinitati suam dignitatem, qua Christus verbũ dei est, per quod facta sunt omnia. Non enim factus est secundum id quod verbũ dei est: omnia enim per ipsum facta sunt. nec fieri cum omnibus posset per quem facta sunt omnia neq; ante omnia factus est. vt per eum fierẽt omnia. ideoq; Apostolus cum factum diceret Christũ, addidit, Secundum carnem, vt secundum verbum quod est filius dei, nõ factum a deo, sed natum esse monstraret. Factus est autẽ sine dubio id quod prius non erat secundum carnem: secundum vero deũ, erat prius: & non erat quando nõ erat. Factus est autem, vt ita dixerim: humanat⁹ deus, qui etiã in assumptione carnis, deus esse non destitit, inconuertibilis manens assumpto conuertibili homine, naturam suam non minuens hominis assumpta natura. Secundum carnem ergo ex semine Dauid factus est. De⁹ autem ante secula ex deo natus est. Qui ergo erat, factus est. Sed quid erat? quid est factus? verbum erat, filius dei erat, filius hominis factus est: deus erat, homo factus est: suscepit humanitatem, non amisit diuinitatem: fact⁹ est humilis, mãsit sublimis. Dei ergo filius, hoĩs fact⁹ est filius: nat⁹ secundum veritatẽ naturę ex deo dei filius, & secundũ veritatẽ naturæ ex hoĩe hoĩs fili⁹, vt nõ adoptione vel appellatiõe sed vere in vtraque natiuitate filii nomen haberet nascendo, & esset verus deus & verus homo vnus filius. Pater enim deus de sua natura genuit filium deum sibi æqualem & eadem qua ipse naturaliter æternus est, diuinitate coæternum. sed idem de⁹ filius cum sit deus æternus & ver⁹, pro nobis est homo factus verus & plenus. In eo verus, quia veram habet deus ille humanam naturam: In eo plenus, quia carnem suscepit humanam, & rationalem animam. Vnde idem vnigenitus deus secundo natus dicitur, semel ex patre, semel ex matre. Natus est enim de patre, dei verbum: natus est de matre, verbũ caro factum. Vnus igitur atq; idem est dei filius, natus ante secula, & nat⁹ in seculo, Item, deus vnigenitus dum conciperetur, veritatẽ carnis accepit ex virgine: & cum nasceretur, integritatem

D

Vt Arriã dicebant.

Origenes in epist. ad Ram.

E

Cassiod. I psal. iiii. lib. Augustin⁹ in lib. iiii. de tri. August. cõtra hæreses.

F

Cur ver⁹ bõ & nat⁹ ; Quod bis natus.

A virginitatis seruauit in matre. Istaqȝ causa est, qua de⁹ fact⁹ est filius virginis, & virgo facta est mater vnigeniti dei: vt quem pater genuit in æternitate, ipsum virgo conceptum proferret tempore. Dei ergo filius: vt carnem hominis animamqȝ mundaret, susceptione carnis & animę rationalis animatus est, vel incarnatus. Vnde etiam seipso Christus minor factus est, formam serui accipiens. nō enim accepit formam serui, vt abiiceret formam dei, in qua ęqualis patri, vt in forma serui, vt abiiceret formam dei, in qua ęqualis patri, vt in forma serui, & in forma dei idē ipse sit vnigenitus filius. Est ergo dei fili⁹ deo patri natura ęqualis, habitu minor. in forma enim serui quam accepit minor est patre: In forma dei, in qua erat antequam hanc accepisset, æqualis est patri. In forma dei, verbum: in forma serui, factus est ex muliere. In forma dei hominem fecit: In forma serui fact⁹ est homo. Ergo quia forma dei accepit formam serui, vtrumqȝ de⁹, utrumqȝ homo. Christus tamen est deus æternus & verus, veraciter secundum tēpus cōceptus & natus ex virgine. Illo. s. dea facto naturaliter hoīs filio, qui vn⁹ naturaliter est fili⁹ dei patris qui oīm naturarū creator & dn̄s creauit virginē creandus ex virgine. Hic autem deus humanā naturā in vnitate personæ suscepit, qui se humilians per misericordiam, incorruptæ virginis vterum ex ea nasciturus impleuit. Formā ergo. i. naturam serui, in suam accepit deus ille personā nō enim accepit personam hominis, sed naturā. Cumqȝ tota trinitas operata sit formationē suscepti hominis, quoniā inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius accepit hoīem. i. formā serui, in singularitate, siue in vnitate personę. nō in vnitate seu singularitate diuinæ naturæ. Si aūt adhuc q̄ris, ipsa incarnatio quō facta sit? Ipsum verbū dei dico carnē factū. i. hoīem factū: nō tn̄ in hoc qđ factū est cōuersum atqȝ mutatū, sed carne vt carnalib⁹ cōgruenter appareret indutum. ita sane factum vt ibi sit non tantum verbum dei & hominis caro, sed etiā rationalis hoīs aīa, atqȝ hoc totū & deus dicat̄ ꝑpter deū, & hō ꝑpter hoīem Agnoscam⁹ igit̄ geminā substātiā Chr̄i: diuinā. s. qua æq̄lis est p̄ri, & hōanā, qua maior est p̄r. Vtrūqȝ aūt simul

B (at "nor est patre")

C (at "enim accepit personam")

Augusti⁹ in. i. de tri. Quō Christo immortale ipso.

Augusti⁹ de fide ad Petr.

In. iiii. de tri. de mō incarn. Sup Ioā.

non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas non trinitas deus. Ac per hoc Christus est deus, anima rationalis, & caro. Tanta est enim vnio vtriusq; naturę. vt totum dicatur deus, totum homo, & vicissim de⁹ homo, homo deus. Quod si difficile intelligitur, mēs fide purgetur magis magisq; a peccatis abstinendo, & bona operando, difficilia enim sunt hęc. Vt tamen breuiter dicam, non aliud fuit illa dei sūmi ex in inanitio, nisi formæ seruilis id est naturæ humanæ susceptio, Vtraque est igitur in Christo forma quia vtraq; vera & plena est in Christo substātia. Incouerse enim & interabiliter vnitæ sunt ad inuicē naturę, neq; diuina distante a ꝓpria simplicitate, neq; humana, aut conuersa in diuinitatis naturam aut in non existantiam diuisa, neq; ex duabus vna facta est composita natura. Christus ergo vna persona est, geminę substantiæ nec tamen deus, vel homo pars huius personæ dici potest Alioquin, filius dei antequam formam serui susciperet, non erat totus. & creuit cū homo diuinitati eius accessit. Sciendum tamen quod non semper factum esse, ad creationem refertur: sicut ibi, Domine refu. fact⁹ es nobis. Et item, Factus est mihi in salutem. Non vtiq; creationis diffinitio, vel editio hic declaratur sed nobis in refugiū, vel salutem esse dicitur quod prius non erat. Sed queri potest cum nos saluatorem nostrum profiteamur, cur Apostolus eum factum dicat ex semine Dauid, çum aliud sit fieri, aliud nasci. Qui etiam alio loco dixit, Factum ex muliere Aliquid igitur significauit hoc dicto, Quia enim non humano semine concreta est caro domini in vtero virginis. & corpus effecta, sed effectu & virtute spiritus san. ideo Apostolus dicit, factum non natum, Aliud enem est semine ammixto, & sanguinis coagulo generari: aliud nō per mixtione, sed virtute procreari. Possunt homines generare filios homines, sed non facere. Item etsi non intercessit semen hominis in conceptione virginis, tamen quia ex ea carne Christus formatus est, quæ cōstat ex semine recte dicitur factus ex semine, Quærens autem vtrum debeat dici creatura, vel res creata simpliciter: audiat Augustinum super hoc ita differentem, In principio erat ver

De fide ad Petrū Ioan Damascen⁹.

Vtrū cib⁹ In corpus vt gutta ī camino ignis Augustinus cōtra Maximinum Ambrosi⁹ in lib. de tri.

Ambrosi⁹ in lib. qstio. ver. & no. t. q abignorātib⁹ intitulatur Augustini.

Quare factū nō natū dicat Apls

D E F

A bum: &, verbum caro factum est, propter natiuitatem incarnationis eius quæ facta est in tẽpore ex virgine: & omnia per ipsum facta sunt. neq; dicit omnia nisi quæ facta sunt, id est, omnem creaturam. Vnde liquido apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt omnia. Et si factus non est, creatura non est: si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantiæ est. Omnis enim substantia que non est deus, creatura est: & quæ creatura non est deus est. Si filius non eiusdem substantiæ est cuius est pater, ergo facta substantia est: & si facta substantia est, non omnia per ipsum facta sunt, At omnia per ipsũ facta sunt facta igitur substantia non est: qui tamen sicut ait Apostolus, Factus est ei, scilicet ad honorem patris; Secundũ carnem, infectus vero secundum deitatem. Fact⁹ dico & specialiter, Ex semine Dauid, quia Maria fuit de stirpe Dauid, ex cuius semine formata est caro dominica opere spiritus sancti, in vtero virginali. Sed attendendum est, quare specialiter nominat Dauid, cum constet quod promissio facta est Abrahæ, sicut & Dauid: sed Apostol⁹ volens gratiam commendare, maluit Dauid dicere, qui & criminosus fuit: non de semine Abrahæ, qui iustus fuit, vt non pro merito sed gratia natus de Dauid pateret: & etiam ideo vt ex homine rege secundum carnem rex natus ostendatur, sicut de deo rege rex ante secula natus est

Augusti n⁹ in lib. de tri. An Christ⁹ diceñd⁹ sit creatura

In lib. de tri. Intende.

B

Aimo.

C Deinde a virtute commendans eum, subdit, Quid prędestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum s. ex r. m. I. C. d. n. Hic primo videndum est, quid sit prædestinatio, & de quo sit prædestinatio, vtrum de eo quod semper fuit, an de eo quod ex tempore fuit: & vtrũde persona an de natura: & si de pſona est postea attendendũ est secundũ quã naturã sit prædestinata. Prædestinatio est gratiæ præparatio. qua ab æterno deus homini Christo de cunctis quos præsciuit conformes fieri imagini filii sui, bona sine meritis præparauit. Præclarissimum enim lumẽ prędestinationis. & gratiæ est, ipse mediator dei, & hominũ homo Christus Iesus. Ille eñ homo vt a verbo patri coæterno in vnitatem personæ assumptus filius dei vnigenit⁹ esset. vnde hoc meruit: quod ei⁹ bonum qualecunq; præ-

Ambrosi⁹ Intende.

Augustin⁹ de predest.

Augustin⁹ Ibidẽ.

cessit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret? Faciente ac suscipiente deo verbo, ipse ex quo cœpit esse homo, filius dei vnic⁹ esse cœpit filium dei vnicum fœmina illa gratia plena cōcepit de spiritu sancto. Ex virgine Maria deus vnicus natus est non carnis cupiditate, sed solo dei munere. Libera in illo voluntas erat, & tanto magis, quanto magis peccare nō poterat. Apparet itaq; nobis in nostro capite ipse fons gratiæ, a quo in cuncta membra eius gratia diffunditur. Ita enim ab initio fidei suę homo quicunq; gratia fit Christianus, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus: de ipso spiritu hic renat⁹ est, de spiritu ille natus est: spiritu fit in nobis remissio peccatorum. spiritu factum est in illo vt nullum habere peccatū. Qui fecit illum hominem sine vllis eius pręcedentibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, vel origine trahere vel voluntate perpetrare peccatum. ipse nullis eorum pręcedentib⁹ meritis peccatum meritis facit credentes in eū quibus dimittat omne peccatum: qui fecit illum talem vt nunquam habuerit nec habiturus sit voluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. Et illum ergo & nos prędestinauit, quia & in illo vt esse caput nostrum, & in nobis vt eius corpus essemus, non pręcessura merita nostra, sed opera futura sua pręsciuit. Hæc se de⁹ esse facturum profecto ab ęterno pręsciuit, Ipse est igitur prędestinatio sanctorum, quæ in sancto sanctorum maxime claruit, quam negare quis non valet, recte intelligentium eloquia veritatis. Humana igitur merita conticescant hic. quę periunt per Adam, gratia regnet per Iesum Christum. Quisquis in capite nostro pręcedentia merita singularis illius generationis inuenerit, ipse in nobis mēbris eius pręcedētia merita fidei & regenerationis requirat. Neque enim Christo tributum est, nec nobis pro aliquo merito, sed gratis tributum est. Ille quippe nos fecit credere in Christum, qui nobis fecit in q̄ credimus Christum. Ille facit in nobis principium fidei, qui fecit hominem principem fidei, & perfectorem Iesum. Nullum igitur est illustrius predestinationis exemplū, quā ipse mediator. Qui q̄s ergo fidelis vult eā bene intelligere, attendat

Margin notes: D (beside line 1); E (beside "rum. spiritu factum…"); De bono pseuerantiæ. (beside "Qui fecit illum…"); De pdest. (beside "cessura merita…"); F (beside "igitur prędestinatio…"); De tract. ps, cxviii. (beside "rat. Neque enim…")

A Christũ, atq; in illo inueniet & seipsum qui in eo veram humanã naturã credit suscipiente deo verbo ita sublimatam, vt qui suscepit, & quod suscepit, vna esse in trinitate persona. Neq; enim in homine assũpto trinitas facta est sed trinitas mansit assumptione illa inefabili faciente p̃sonę vnius in deo & homine veritatem. Hoc de ipsa prędestinatione sufficiat. Deinde videamus, vtrum de re quæ semper fuerit, vel de eo quod non semp̃ fuerit sit ipsa prędestinatio, & vtrum de persona an de natura. Eundẽ saneipsum, qui secundum carnem factus est ex semine Dauid, prędestinatum dicit filium dei in virtute. Item, Recte quippe dicitur filius dei non prędestinatus, secundum id

De bono pseuerantiæ.

B quod est, verbum dei, deus apud deum. Vt quid enim prędestinaretur, cũ iam esset qui iam erat sine initio, sine termino sempiternus? Illud autem prędestinandum erat, qđ nondum erat: vt sic suo tempore fieret, quemadmodum predestinatum erat, ante tempora vt fieret. Quisquis ergo filium dei prędestinatum negat, hunc eundem filiũ hominis negat. Prędestinatus est ergo Iesus, vt qui futurus erat secundum carnẽ filius Dauid, esse in virtute filius dei Item, Inquantum homo factus est filius dei, prędestinatũ esse dicimus. Ecce ex his patet prędestinationem esse de persona, id est, de Christo Iesu, non secundum id quod semper fuit, sed secundum id qnod nõ semper fuit, id est,

In epist. ap Rom. Sup Ioã.

In lib. ad Prosperũ & Hylarẽ

C non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem & est sensus, Christus factus est secundum carnem, Qui. Christus secundũ quod est homo, Est prędestinatus. i. sola gratia prędelectus: ad hoc, vt ipse hõ sit filius dei, nõ vtique adoptiuus vt nos sumus, sed in vt, id est, in eadem potentia cum patre: non per gratiam adoptionis, sed per vnionem verbi, id est, per gratiam qua humana eius natura vnita est verbo. Non ergo per adoptionem filius neque adoptiuus filius, Dicit enim Ambro. Noluit & reuolui diuinam scripturam, & filium dei nusquam adoptiuũ inuenit. Sed sicut Christus inquantũ deus est, naturaliter habet, vt sit naturalis dei filius, & sit deus: ita inquantum hõ p̃ gratiã habet, vt sit idẽ fili⁹ dei, naturalis. De filio vero, hoc ẽ dño nr̃o Iesu Chr̃o scriptũ ẽ, Qꝫ sẽp cũ p̃re fuit

Ambrosius.

Hieron. super

episto. ad Ephe. & nunquā eum vt esset voluntas paterna precessit: & ille D quidā natura filius est, nos vero adoptione: ille vero nunquam filius non fuit, nos anteq̄ essemus, predestinati sumus, & tunc spiritum adoptionis accepimus, quando credidimus in filium dei.

Hylari⁹ i li. 2. cōtra Arrium. Contendunt hæretici adimere patri quod pater est, dum volunt filio auferre quod fili⁹ est. Adimunt autem, cum dicunt, quod nō de natura sit filius. Non ex natura autem est, quando non eadem in se habet natus & generans. Neq; enim filius est, cui alia ac dissimilis erit a parte substantia. Pater autem quomodo erit si non quod in se est substantiæ atq; naturæ genuerit in filio. Dominus dicens, Clarifica filium tuum, non solo nomine contestat⁹ est, se esse filium dei, sed & proprietate. Nos E filii dei sumus, sed non talis hic filius.

Idē in tertio. Hic enim verus, & proprius est filius, origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione. Idem natura filius est, quia eādem naturam quam ille qui genuit habet.

August. i ser. 29. Sup. Ioā. In ser. 20. Nos sumus filii gratia, non natura: Vnigenitus autem natura non gratia, An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sane, quod enim vnigenitus est, æqualis patri, non est gratiæ, sed naturæ: Quod autem in vnitate personę vnigeniti assumpt⁹ est homo, gratiæ est non naturæ.

Quęstio. Quæri solet a quibusdam, an secundum quod homo Christus sit deus, vel dei filius: quod ita esse, ita probare conantur, Christus secundum quod homo predestinatus est, vt sit dei filius: sed illud est, quod vt sit predesti- F natus est, ergo quia predestinatus est, secundum quod homo vt sit filius dei, etiam secundum quod homo est filius dei. Ad quod respondemus dicentes, Christum esse id ad quod predestinatus est, vt sit: sed non est illud secundum id, secundum quod predestinatus est. Est enim predestinatus, vt sit dei filius. Et ipse itaq; est vere fili⁹ dei, sed predestinatus est ad hoc, secūdum quod homo: quia per gratiam hoc accepit, secundum quod homo: ipse tamen secundum quod homo non est illud: nisi forte, secundum vnitatis sit expressiuum personæ. secundum enim aliquādo conditionem humanæ naturæ vel diuinæ exprimit, aliquando vnitatem personæ: conditionem naturæ, vt cum

A dicitur, secundum quod homo id est, inquantum homo, vel secundum quod deus, id est, inquãtum deus: vnitatem personę exprimit, vt cum dicitur, Christus secundũ quod homo dimittit peccata, id est, ipse homo qui est Christus vel persona ipsa quæ est homo. Aliquando etiam, secundum, notat causam, vt cum dicitur secundum diuinitatem iudicabit, id est, ex virtute diuinitatis. Hę distinctiones suis locis diligenter animaduertendæ sunt. Quæri etiam solet, vtrum Christus secundum quod homo, sit persona. Ad quod dicimus, Si secundum, causam vel conditionem naturæ notat, secũdum quod homo non est persona, quia ex eo ꝙ homo vel inquantum homo est, persona non est: B quia si ex eo quod homo est, persona est ergo vel tertia in trinitate, vel alia: sed alia non est, ergo tertia in trinitate. ergo deus. Item, Ideo inquantum homo non dicitur persona, quia non est inquantum homo personali proprietate discretus a parte & spiritu s. quia inquantum homo non est genitus a patre, vel filius patris. Filiatio autẽ proprietas est. quia persona filii distinguitur ab aliis. Sed si inquantum homo, non est persona tertia in trinitate, quo modo ergo supradixit Aug. Qui suscepit & quod suscepit vna est in trinitate persona. Hæc enim auctoritas innuere videtur quod natura humana cum verbo sit vna persona in trinitate. Quod si est, ergo natura humana cũ C verbo est deus. ergo aliqua natura cum verbo est deus, quę non semper fuit deus. ergo non tantum diuina natura est deus, sed & alia. Quod quia absurdum videtur, & alia plurima que sequuntur inconuenientia, predicta Augustini verba, & illis vbicunqꝫ inuẽta fuerint similia, hoc modo intelligenda nobis videntur. Qui suscepit & quod suscepit, vna est in trinitate persona, id est, ita deus suscepit hominem quod eadem persona quę prius erat, immutata permansit. vnio enim suscipientis & suscepti vnitatem personæ, nec diuisit nec variauit: & tunc factum est, vt illa persona quæ ante erat deus, eadem homo esset. Vnde super Ioannem ait, Quando verbum caro factum est vna persona facta est verbum & homo, id est, tunc factũ est, vt eadem persona quę est deus esset homo. Mouet nos

Quæstio.

Respõsio

Intende.

Sup Ioã.

In sermone de fide ad Petr. quoque quomodo supradixerit August. illum hominem D assumptum a verbo, cum ille sit persona, & persona non sit assumpta. Alibi quoque expressius idem dicit quo magis mouemur, Siquis dixerit atque crediderit. hominē Iesum Christum a filio dei assumptum non fuisse, anathema sit & ita videtur quod persona a persona sit assumpta, quod nefas est dicere aut sentire. Prædictarum auctoritatum verba sic intelligi sane possunt, vt homo Christus siue homo ille, ideo dicatur assumptus a verbo, quia anima eius & caro in quibus subsistit homo sunt assumpta a verbo, vt ad ipsius hominis Christi naturam respicias, non ad personam, cum assumptum dicis.

Quęstio. Sup Ioā. Item quæri solet, vtrum homo ille cœpit esse, vel semper fuerit, sicut simpliciter enunciamus Christum, vel dei filium semper fuisse nec cœpisse. E De hoc Aug. ita ait, Habuit aliquando dei filius quod nondum habuit idem ipse hominis filius, quia nōdum erat homo. Item, Sic nos electi, quomodo ille clarificatus: quia priusquam mūdus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Itē Christus noster, & si forte homo recens est, tamen æternus deus est. Alibi autem legitur quod puer ille creauerit Sup Psal. stellas: & ipse Christus ait, Ego principium qui & loquor vobis. His itaque auctoritatibus in nullo refragantes dicimus, quod ille homo inquantam homo est, esse cœpit: inquantum est verbum, semper fuit. In huiusmodi enim locutionibus sine adiectione determinationis, nihil respōderi conuenit. F

Sup Ioā. Vnde Augustiuus, Pater per ipsum inquātum verbum eius est, etiam quæ futura sunt fecit: sed profecto secundum id quod homo est, ipsum pro nobis glorificauit. Ipse ergo secundum quod homo prædestinatus est, id est, sine meritis sola gratia pręelectus, non solum vt esset caput nostrum, & vt nec origine traheret, nec voDe pdest. luntate perpetraret peccatum, & vt e mortali natura claIn lib. de rificaretur in immortalem, sed etiam vt esset filius dei in bono pse. virtute, id est, in eadem potentia cum patre. Et quod ipse Sup Ioā. sit filius dei, potest videri ex hoc, quod conceptus est & In epist. natus secundum spiritum sanctificationis, id est, quia ex ad Rom. spiritu sancto conceptus est. Considera vero quia nō fuit

A ei ſpiritus ſanctus pro ſemine, nec dicimus illum patrem eſſe hominis Christi ne dicantur duo eſſe patres : ſed de ſpiritu ſancto conceptus dicitur, ideo, quia operatione ſpiritus, per quem oĩa ſanctificantur, & dei munere facta eſt illa conceptio. Probatur etiam eſſe filius dei, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Christi domini noſtri, id eſt, ſuorum, id eſt, quia mortuos fecit ſecũ reſurgere, qui fuerunt eius, quia ad ſe pertinebant: ſecundum illud. Multa corpora ſanctorum qui dormierant reſurrexerunt cum eo. Et nota quod proprium nomen poſuit pro pronomine, more Hebraico, quæ locutio in ſcripturis eſt vſitatiſſima, & in veteribus precipue libris celeberrima, vt, Fecit B Moſes, ſicut precepit dominus Moſi. Vel ita, ſecundum ſpiritum. q. d. Chriſtus probatur eſſe filius dei, ſecundum ſpiritum, id eſt, quia ſuis dedit ſpiritum ſanctificationis. ſanctificationis dico inceptæ ex reſurrectione animæ, id eſt, a remiſſione peccatorum per quam anima reſurgit a vitiis. Eſt enim duplex reſurrectio vna animę, altera corporis. De reſurrectione animę ait Apoſtolus in ſequenti: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit tibi CHRISTVS. Reſurrectione dico, mortuorum domini noſtri IESV CHRISTI, id eſt, eorum qui mortui erant in peccatis, qui dicuntur CHRISTI quia eos nullus alius curare potuit: qualiter aliquis curã- C dus a medico, illius medici dicitur infirmus. Poteſt etiam de humana natura hoc accipi, quod ait Apoſtolus, Qui prædeſtinatus eſt, vt etiam ipſa vere dicatur prædeſtinata, Vnde ait Auguſtinus, Prædeſtinata eſt iſta humanæ naturæ tanta & tam excelſa & ſumma ſubuectio, vt quo attolleretur altius non haberet: ſicut pro nobis ipſa diuinitas quouſque ſe deponeret humilius non habuit, quam ſuſcepta natura hominis cum infirmitate carnis vſq; ad mortem crucis. De hoc eodẽ Aimo ait, Non de verbo loquitur hic Apoſtolus, ſed de homine qui nõ erat antequã factus eſſet. humanitas enim quæ non erat, illa predeſtinata eſt. Secundũ hoc ſic lege literã: Qui, Chriſtus ſecundũ quod homo. Prædeſtinat⁹ eſt. i. eius hũanitas prędeſtinata eſt, & p̄ordinata ſine ſuis meritis Vt eſſet fili⁹ dei in

Aimo. August. Aimo. August. ex tract. Psal. 67. August. in epist. ad Rom. Ex tract. Psal. 118. Aimo.

virtute, id est esset assumpta a verbo existente in eadē virtute diuinitatis cum patre, & vnita illi in vnitate personę. D Secundum spiritum sanctificationis. Hoc ad illud refertur, quod supradictum est, Factus est ex semine Dauid secundum carnem. Iungatur ergo ita, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem: factus dico, secundum spiritum sanctificationis, id est secundum operationem spiritus sancti, qui sanctos facit homines, qui etiam formauit & sanctificauit ipsum hominem vtero virginali ex semine mulieris, sine semine viri. Ex resurrectione mortuorum. Hoc refertur ad illud quod dixit, Filius dei. q. d. & quod ipse est filius dei, cui humana natura vnita est, patet ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, id est, suorum id est, ex hoc ꝙ secum mortuos resurgere fecit. Et hunc ordinem verborum etiam Aug. ponit, E sed dicit alterum ordinem certiorem & meliorem videri Vel ita potest legi, vt prędestinatus sicut prescitus accipiatur, & referatur hoc, ad cognitionem hominum: sicut & illud, Ero illorum de⁹ id est, cognoscar. & sit sensus, Qui dei filius qui latebat in carne quid esset, prędestinanus est id est, præscitus ab æterno, manifestari filius dei in virtute resurgēdi scilicet cum resurgit a mortuis. Omnis enim ambiguitas & diffidentia, resurrectione eius calcata est, & compressa. Nam in morte eius etiam discipuli eius dubitauere, sed in resurrectione virtus diuinitatis emicuit: sicut ait, Cum ego exaltatus fuero a terra, omnia traham F ad me ipsum. id est, tunc cognoscar omnium esse domin⁹ Præscitus est itaq; manifestari filius dei in virtute reserrectionis secundum spiritum sanctifi. id est, quia suis dedit spiritum sanctum. Deinde quam virtutem dixerit, exponit, subdens, Ex resurrectione mor. neq; dicit ex resurrectione Christi, sed mortuorum Iesu Christi domini nostri, quia sua resurrectio nostram facit generalem resurrectionem. Ac si diceret, manifestatus dei filius ex resur. m. I. C. d. n. id est quia resurrexit: per quod etiam nos in anima & corpore resurgere fecit. Vnde videtur mortem destruxisse vt nos redimeret: quare & dominū nostrum vocat, dicens, Iesu Christi dñi nostri. In hoc vere apparet

Ambrosi⁹

A dominus quod mortuus mortem vicit. Hæc enim maior virtus & victoria videtur in Christo q ea potestate operatur mortuus qua operatus fuerat viuus. Per quem accepimus. Hic cõmendat eum a liberalitate. hic enim ostenditur, quid auctor ei cõtulit. q.d. talis est Christus per quẽ talem nos Apostoli cum aliis fidelibus accepimus, id est, qui talis dedit gratiã scilicet remissionẽ peccatorũ, & patientiam omniũ laborũ. per quã remunerabimur in futuro & alia dona quæ oĩa nobis data sunt gratis, & accipimus nos soli apostoli apostolatũ. i. auctoritatẽ & legationẽ prędicãdi. Accepit enim Apostolus gratiã per Christum cũ omnib⁹ fidelib⁹: Apostolatũ vero, non cũ oĩbus, sed cum Apostolis tantũ: & ideo cõgrue non tantũmodo apostolatum dicit se accepisse, ne ingratus existeret gratię, qua illi peccata dimissa sunt, vt nemo audeat dicere vitę prioris meritis se ad euangeliũ esse perductũ, cũ nec ipsi apostoli qui cęteris supereminẽt apostolatũ accipere potuissent, nisi prius cũ cæteris gratiã q̃ peccatores sanat & iustificat, accepissent. Ideoq; opportune tenẽs ordinẽ causę, ait, Accepimus gratiã & apostolatũ. i. potestatẽ apostolat⁹ Vbi? In oĩbus gentib⁹, ergo in Iudęis, quia Iudęi cohabitatione sunt. in gentib⁹. Vel accipimus apostolatũ, non solũ in vna gente Iudęorũ, sed etiã in oĩbus gentib⁹. Ad quid? Ad obediendũ fidei. i. vt faciã ego cũ apostolis aliis eos obedire fidei Christi, accepimus apostolatũ: & hoc pro noĩe eius scilicet Christi. i. vice ei⁹, quia ei⁹ vicarii sum⁹. Vel p nomine ei⁹ dilatãdo. i. pro ei⁹ gloria nõ nostra, sicut vos Romani facitis. Deinde vt familiari⁹ admoneat, cõuertit se ad eos dicẽs, In quib⁹. i. inter quas gẽtes, & vos Romani. i. Iudęi & gẽtiles Romę habitãtes estis vocati per gratiã & interiorẽ inspirationẽ Iesu Christi. i. a Iesu Chro Genitiu⁹ pro ablatiuo, more gręco: Vel vocati estis, vt sitis Iesu Christi, qui oĩm gentiũ salus est. Cum audiũt Romani inter cęteros se vocatos, scire possunt qđ non debẽt sub lege agere, quia sine lege susceperũt cæteræ gentes fidem Christi, cęteri populi vocati sunt sine lege Mosi, & hi eã seruare debẽt. Omnib⁹ qui sunt Romę dilectis dei vocatis sanctis: Hucusq; pendet litera. quasi dicat, Paulus talis & talis scribit, oĩbus qui sunt Romę, nõ aliis, sed dilectis dei, id est dilectis a deo. Quãuis enim Romanis scribat,

Aug. in epist. ad R.
Ambrosi⁹
August.
Aimo.
Origenes
Origenes
Aug. in epist. ad R.
Ambrosi⁹

B

C

Aimo.
August.
Ambrosi⁹

illis tamen se scribere significat, qui in charitate dei sunt. D
qui sũt hi, nisi qui de filio dei recte sentiũt? hi sunt sancti,
August. & vocati dicunt. Et aduerte, quia etiã hic significauit Apo
stolus benignitatẽ dei potius q̃ meritũ illorũ. Non enim
A fert, ex fide fieri hæredes Abrahæ quasi dicat, Et quia hæc inconuenientia sequerentur, si ex lege essent hæredes, Ideo, ex toto patet quod sunt hæredes. Ex fide, quę est donum misericordię, & sic est firma promissio omni semini Abrahæ. Vnde subdit, Vt firma sit promissio omni semini Abrahæ. i. Iudæo & Gentili imitatori. Solis eñ imitãtibus firma est promissio, scilicet quod filii sũt dei. Firma sit, dico, Secundũ gratiã fidei nõ secundũ merita legaliũ operũ, seu quorũlibet fidem præcedentiũ, Firma eñ promissio esse nõ potest omni semini nisi ex fide, quia origo promissionis ex fide est, per quam purgandi sunt vt digni sint dici filii dei. Non ei &c. q. d. Firma est promissio per B gratiã fidei omni semini, Non solũ ei qui ex lege est. i. nõ tñ ei qui ex veteri lege venit ad nouã. i. Iudæis, Sed & ei, quicũq; sit, Qui ex fide est Abrahę. i. qui sequit fidẽ Abrahæ quã Gẽtilis habuit, vt esset iust⁹. Vel ita, firma est promissio omni semini & nõ tantũ ei, Qui solũ est ex lege. i. qui de operib⁹ legis pręsumit, qa hic talis a gratia dei excidit: Sed ei, solũ modo. Qui est ex fide Abrahę. i. qui imitatur fidẽ Abrahę: & ideo causa fidei a lege recedendũ est vt sit firma promissio. Lex eñ sine gratia promissiõis nõ solũ non aufert, verũ etiam auget peccatũ: non quia sit efficiẽs causa peccati, cũ sit sancta & bona: sed quia ea data augmentũ peccati accessit, qđ sine ea nõ accessisset. Multa enim sunt quę dicuntur efficere aliqua, nõ quod ipsa efficiãt, sed qa sine ipsis nõ fierent illa quæ fiunt. Qui, Abra C ham, Est pater. i. institutor, per exemplũ fidei, Omniũ nostrum, scilicet credentium pater est. Sicut scriptum est, in Genesi. Quasi dicat, Hoc est in quo consentit authoritas dicens, Quia posui te, o Abraham, id est cõstitui te, Patrẽ id est authorẽ, secundũ fidem non modo circuncisorum Iudæorũ, sed & Multarũ gentiũ. in quo percutit Iudęorũ superbia, qui gloriantur de progenie Abrahã descendere. Non enim carnaliter circuncisæ gẽti tantũ fact⁹ est pater sed etiã incircũcisis gentib⁹ fidẽ Abrahæ imitantib⁹. Te, dico, qui es, Ante deũ. i. places deo. Cui credidisti. q. d. per fidẽ ei places, Qui viuificat. Hęc sũt verba apostoli. q. d. & ipse est cui merito credẽdũ est, qa ipse est, Qui viuificat, p fidẽ & gratiã, mortuos, id est iudeos mortuos ĩ peccatis In hũc ergo secure creditur, q mortuos iustificat, Et vocat

August.
August.
Ambrosi.
Aug. de bap. par.
Aimo.
Ambrosi.
Aug. in ps. 118.
Aimo.
Aimo.
August.
Aimo.

per gratiam. Ea quæ non sunt, id est gentiles qui nil videbantur esse, Tāquam et quę sunt, id est Iudæos qui aliqd esse videbant, Qui em̄ adhærent ei per fidem & dilectionem, esse dicuntur: qui vero in peccatis mortui sunt, sicut erant gentiles, quia non adhęrerēt ei qui vere est, nō esse dicunt. Vel ita, scd̄m aliā literā, Qui vocat ea quę nō sunt tanq̄ quę sint. Non ait vt sint, sed tanquā sint, quia prædestinata sunt, & disposita. Sic enim ea quæ futura sunt, iam apud deū sunt: apud deum quippe iam factum est, quod eius dispositione, vel prædestinatione futurū est, vnde alibi. Qui fecit q̄ futura sunt, & alibi, Qui elegit nos an̄ mūdi cōstitutionē. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit. Eligit tn̄, & habet electos, quos creatur⁹ est eligēdos, quos habet apud semetipsum, nō in natura sua, sed in præsentia sua: nondū erant, quibus promittebatur: sed quib⁹ promissum est, & ipsi promissi sunt. Vocat ergo quę nō sunt, tanq̄ quæ sint, id est his qui nō sunt, disponit & p̄parat ab æterno, grām iustificationis & glorificationis, apponendam in tempore tanquā sint, id est his tanquā illis qui iam sunt apud deū per prædestinationē: in quo sola apparet gratia. Non em̄ homo qui nō erat, promeruit, vt esset, vel vt bon⁹ esset, vel beat⁹. Si em̄ promeruit, iam erat, sed nondū erat, ergo nō promeruit: sed electionis gratiā habuit, vt totum corpus Christi dicat, gratia dei sum, id quod sum, Cōmunis em̄ est natura omnibus, sed non gratia: nisi ipsa natura putet esse gratia, qa gratis cōcessa est. Excepta ergo illa grā, de qua modo nō agit qua cōdit a est humana natura, scilicet qua homines sum⁹, q̄ Christianis paganisq; cōmunis est hæc est maior gratia, & solis electis cōcessa, non quod p verbum homines creati sumus, sed quod per verbū carnē factū, fideles beatiq; facti sumus. Vel, Vocat, id est agnoscit, Ea quæ nō sunt, in actu, tanq̄ ea quæ sunt. Qui cōtra spem &c. Cōmendato illo cui credidit Abraham, incipit cōmendare fidem ipsius Abrahæ, vt alii eum imitentur. Q.d. merito Abrahā est pater omniū. Qui contra spem, priorē, quæ erat de natura, id est secundū naturalem consuetudinem, Credidit, deo promittēti. In spem. id est sperans & secure expectās quod promissum erat. Prior spes, scd̄m naturā fuit, scilicet dū iuuenis ex iuuencula secundū

Margin notes (left): August. (beside "dicunt. Vel ita"); August. de ver. d. (beside "bi. Qui fecit"); August. (beside "per prædestinationē"); Aug. de ver. apl'i. (beside "Christi dicat"); Au. in v. lib. de trinitate, (beside "suetudinem").
Margin letters (right): D, E, F.

A naturam sperauit, sobolē nec tamen habuit: modo cōtrarium illi spei sperauit, scilicet vt vetul⁹ ex vetula & sterili generaret ex dei potētia, quæ spes est gratiæ. Credidit, dico, Vt, ita, Fieret, pater multarū gentiū. Per fidem ita impleri credidit, scilicet Secundū quod dictū est ei, idest promissum, in Genesi scilicet. Sic erit semen tuum, sicut stellæ cæli, & arena maris, id est innumerabiles erunt, qui ex te nascentur, qui & boni per stellas significantur: & mali, qui per arenam intelliguntur. Ita Abraham credidit. Aimo. Aimo.

[Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam deo: plenissime sciens, quia quæcunque promisit

B deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.] Et non infirmatus est in fide. Infirmatur ille qui hæsitat: & si causam qua posset infirmari, haberet, scilicet suam senectutem, & Saræ sterilitatem & senectutem vnde ait, Nec considerauit corpus suum esse emortuum, ab opere generandi filios: Cum fere centum esset annorum Et similiter non considerauit. Vuluam, Saræ esse emortuam. Non sine causa hæc & alia contra naturam fecit deus. Ideo enim talia fecit vt errorem auferret, & se omnipotentem deum omnium monstraret. Aliqui enim inflati ratione mundi, deum neglexerunt. Ideo quę mūdo impossibilia sunt, fecit deus, vt qui per hæc crederent saluarentur, dei dominio mancipati. Attendendū est etiā Aimo. Aimo. Aimo. Ambrosi.

C ꝙ non pręter magnę rei figuram, Isaac contra naturā generationis humanæ fuit promissus. Hoc enim fuit in signum, dei filium cōtra naturā humanam & rationem ex homine nasciturū, filiosque hoīm per spiritū regenerationis ex peccatoribus filios dei: ex mortalibus, immortales generādos. Et nō solū in promissione nō hæsitauit Abraham, sed etiā In repromissione dei, id est quādo iterū angelus promisit, Secundū tēpus hoc veniā, & erit Sarę fili⁹ Et si ipsa promissio differetur, Non, tamen Hæsitauit diffidentia: sed cōfortatus, id est confirmatus. Est fide, dans gloriam deo, de constātia fidei. Plenissime sciens, multo intuitu virtutis dei, Quia quęcūque promisit deus, potēs, est facere, vt promittere, i. ita leuiter pōt facere, vt promitte-

re. Hoc gentes imitari debent, vt.s.credent, sicut Abrahã D
credidit,scilicet deũ posse quęcunq; promisit, Et nota qđ
August. non ait, Quæcunq; prędixit, vel pręsciuit, sed, Quęcũque
de corre- promisit. potens est facere, quia omne quod promisit ipse
ctiõe & facit, & si enim faciunt homines bona quæ promisit, ip-
gratia. se tamen facit, quia facit vt illi faciant, nõ illi faciunt vt ip
Prosperũ se faciat quod promisit. Alioquin vt dei promissa implean
& Hila. tur, nõ in dei, sed in hominũ est potestate. Promisit ergo
quod ipse facturus fuerat, nõ quod hoies. Nõ enim de no
stræ voluntatis potestate, sed de sua prędestinationę pro-
misit. Cõgrue ergo nõ ait prędixit, vel pręsciuit. Nã & a-
liena facta potest prædicere atq; præscire: sed ꝓmisit, vt
hoc intelligeretur promittere quod ipse facit. Nõ eñ ipse E
ꝓmittit, & alius facit: quod iam nõ esset promittere, sed
tantũ prędicere. Ideo &c. quasi dicat. Quia Abrahã cõfor
tatus est fide, ideo & ipsum credere, Reputatũ est ei ad iu
stitiã. Q.d. per hoc qđ credidit, & accepit promissũ, & iu-
stus factus est. Et quasi aliquis diceret. Quid hæc ad nos?
subdit. [Non est aũt scriptũ, tantum propter ipsum, quia
reputatũ est illi ad iustitiam: sed vt propter nos, reputabit
credentibus in eũ, q suscitauit Iesũ Christũ dominũ no-
strum a mortuis, qui creditus est propter delicta nostra,
& resurrexit propter iustificationem nostrã.] Nõ autem
scriptum est, tantũ, propter ipsum. i. laudẽ ipsius, hoc scili-
Aimo. cet, Quia reputatũ est illi ad iustitiam: sed & ꝓpter nos in F
struendos, quibus reputabitur fides ad iustitiam credenti-
bus in eũ. s. deum patrẽ Qui suscitauit dñm nostrũ Iesum
Aimo. Christũ. Quasi dicat, qui hæc fecit, nobis ꝓderit, Suscita
uit dico. A mortuis. i. a sepulcro, qui proprie loc⁹ est mor-
tuorũ. Pater suscitauit filiũ, & ipse filius scđm quod deus
suscitauit semet ipsum. Quod idẽ operatus est & sprit⁹ sã
Aimo. ctus, Qui, Christus a deo patre, a Iuda, a Pilato, Tradit⁹
est. in mortem Propter delicta nostra, tollẽda, iure diabo
li destructo. Et resurrexit propter iustificationẽ nostrã, id
est, vt iuste viuamus, qđ aliter nõ poteram⁹, Nota qđ vtra
que, id est, mors & resurrectio Christi delicta nostra tol-
August: lunt. & vtraq; iustificant: tamen mors Christi sola interi-
tum vitæ veteris significat, & in sola resurectiõe, noua vi-
ta signatur: quæ iustificatiõe incipit & in mortalitate per-
ficietur: ideoque congrue quantum ad significationis di-

A uersitatem verba diuisit dicens, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAPVT. V.


IVstificati ergo ex fide pacē habeamus ad deū per dominū nostrū Iesum Christū, per quā habemus accessum per fidē in gratiam istam in qua stam⁹ & gloriamur in spe gloriæ filiorū dei.] Ostendit iustitiā esse ex gratia fidei, sine lege. Hic ostendit ex eadē alia plura bona esse. Quasi dicat, quia ex fide est iustificatio, igitur pacem habere cū deo Quasi dicat, hęc dissēsio quę inter vos est, cōtra deū
B est. Iudæi nanq; & gens inter se disceptabant, & Iudęi quidem de antiq; legis operib⁹, Gentiles vero de noua Christi vocatione, pręsumptiue gloriabantur, & merita iactabant, ideoq; vtrorumq; iactantiam reprimēs, ad pacē monet, & ne indignētur se eis annumerat, quasi dicat, Quia ex fide est iustitia, igitur & nos Iustificati ex fide, non ex lege, non ex nobis, id est, non propter aliquod meritum nostrum quod pręcesserit fidem. Pacem habeam⁹ ad deū quam nō habetis vos Romani, dū inuicem arrogatis Attende quod hic ait, Iustificati ex fide Qui supradixit iustificati gratis per gratiā, hoc ideo dixit ne ipsa fides superba
C sit nec dicat sibi, si ex fide quomodo gratis? Quod em̄ fides meretur, cur non poti⁹ redditur quam donatur? Nō dicat ista homo fidelis quia cum dixerit, vt merear iustistificationem, habeo fidem: Respondetur ei, Quid habes quod non accepisti? Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut vnicuique deus partitus est mensuram fidei, nō gratiā dei aliqd meriti pręcedit hūani. sed ipsa gratia meret augeri, vt aucta mereat & perfici volūtate cōitate, nō ducēte pedissequa nō pręuia. Vere igitur ex fide iustificati sum⁹: & per eā. Pacē habeam⁹ ad deū. Pacē nanq; cū deo habere fides facit nō lex: hęc em̄ nos recōciliat deo sublatis pctīs quę nos facerāt inimicos. Pacē autem ille habet cū deo, qui aduersū mādata eius cōtraria valūtate non litigat, q sequitur iussa domini, & oē præceptū diuinū suum flectit arbitriū, Pax em̄ vera est concordare moribus probis, & litigare cū vitiis. Cōtra pax huius mundi, quæ per amica est vitiis, deo dissidet, quā Chrūs nō venit mittere

Aimo.
Augu. ad Bonifac. pa.
Vide qd dicatur. Idē in eodem.
Ambro.
Cassiodorus.
Paulinus.

Ambro. sed tollere. Dico, habeamus pacem ad deũ, qui ei reconci D
liati sumus per ministeriũ gratię. s. Per dominũ nostrum
Iesum Christũ. i. per auxilium & gratiã eius, per quẽ &c.
Enumerat beneficia, quę a Christo habentur, dicens, Per
Aimo. quẽ Christũ, id est, cuius ope, Habemꝰ accessum per fidẽ
id est, introitũ, vel aditũ, nõ mõ ad deum sed, Etiã in gra-
tiam istã, id est, in bonã vitæ obseruantiã, In quo stamus
Ambrosi. spe supernę claritatis erecti, qui ante occidimus in Adã.
Et gloriam in spe glorię filiorũ dei, id est, angelorum vel
sanctorũ, id est gloriamur de eo quod speramus, gloriam
quam filii dei habent, scilicet angeli vel sancti. [Non so
lum autẽ, sed gloriamur in tribulationibus, scientes quod E
tribulatio patientã operatur: patiẽtia autem probationem
ꝓbatio vero spẽ. Spes autẽ nõ cõfundit: qa charitas dei dif
fusa est in cordibus nostris p spiritũ sanctum, q datus est
nobis.] Nõ solũ aũt, gloriamur de spẽ glorię, Sed etiã glo-
riamur, per gratiã eius, In tribulationibus, quas pro Chri
sto patitur, quibus itur ad gloriã, Per tribulationes enim
oportet nos intrare in regnũ cęlorũ, Vel dei, ideoq; glo-
riandũ in his dicit. spei enim addita tribulatio augmen-
Ioã.Da. tum facit præmii, indexq; est fixæ spei tribulatio. Nõ enĩ
est magnũ gloriari in lætis: recti corde, etiã in tribulatiõi
bus gloriantur, magnitudinẽ præmii cognoscẽtes, de tri-
bulatiõe finienda: infinitũ præmiũ acquisituri. Sciẽtes. &c.
Aimo. Quasi dicat, cur gloriamur? quia sumus. Sciẽtes qđ tribu- F
August. latio operatur patientiã. quia per exercitiũ tribulatiõis do
cetur aliquis strenuꝰ, dũ fortiter tolerat tormẽta: per quod
sancti martyres vicerũt sæuitiã tyrannorũ. Operatur ergo
patientiã vel eã augendo, vel potius ostendẽdo. Quod aũt
tribulatio nõ tollit patientiã, sed auget, hoc facit charitas,
August. quæ est proprium donũ spiritus sancti Patiẽtia operatur
in lib. quõ probationẽ. i. purificationẽ. Quãto magis enĩ quis patitur
nũ. 83. tanto purior redditur dũ anima fidelis non resistens or-
dinationi dei, non diligit eius voluntatẽ, cuius malitiæ po
testas datur in bonos. sed eius volũtatẽ a quo hęc potestas
datur. Cum ergo quis intelligens quod non est potestas,
vel dæmonũ, vel persecutorũ, nisi a deo, sustinet patiẽter,
probatur, id est, bonus esse monstratur, & efficitur melior
tanquã aurum quod per ignem & purũ ostenditur, & pu-
Aimo. rius redditur, Hęc vero probatio, operatur, Spem, id est,

A certitudinam futurę glorię. Spes enim est certa expectatio futurę glorię, quę humanę rationi vana videtur, sed testimonio virtutis, id est patiētię vel miraculorū firmatur Qui enim inter tribulationes, & aduersa probabilis existit per patiētiam, ille secur⁹ præmiū futuræ beatitudinis expectat, Spes autem hæc, quanuis stulti & hebetes a perfidis iudicemur, credentes ea quæ mundana carent ratiōe Non, tamē, Confundit, id est, non facit erubescere, quia impletur Confunditur enim qui quod sperabat non inuenit, sicut cōtingit illi qui sperat in homine, hęc autē spes ideo nō confundit, quia est in deo, qui non fallit, nec fallere potest, non in homine mendace. Maledictus enim
B qui spē suam ponit in homine, Quia charitas, Quasi dicat, dico quod spes non confundit, id est, impletur, & constat eā esse implendam ex eo, quia charitas dei est, Diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctū. Nō enim a nobis in charitas nobis. Qui, spiritus. Datus est nobis. i. ex eo cōstat eā implendā, quia iam spiritū sanctū in arram habemus quo charitate diffusa in cordibus nostris: deum late diligimus. Verbū effusionis largitatē muneris notat, sicut & in Iohel. Effundā de spiritu meo super omnē carnē. Fidele autē promissum dei esse pbat spiritus sanctus datus nobis qui est pign⁹ implendę spei, Attēde quod gratim ap͞lus perducit vsq; ad charitatem dei, quæ maior
C est aliis: quā cū dicit nos habere per donum spiritus monstrat illa omnia deo esse tribuenda. Ergo vnde est tibi, o homo, charitas, nisi quia diffusa est per spiritū sanctum in cordibus? Ideoq; ne quis eā putaret se habere per propriū arbitriū, cū dixisset. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris: addidit, Per spiritū sanctū qui datus est nobis A quo, nisi ab illo quis ascendit in altū. i. ad patrem? Ipse enī dedit dona hominibus. Insinuatur nobis authoritas in patre natiuitas in filio, communitas patris filiiq; in spiritu sācto: æqualitas in trib⁹ Quod ergo cōmune est patri & filio, p hoc nos voluit habere cōmunionē. & inter nos, & secū, quod ambo habent vnū. i. per spiritū sanctū deū & donū dei. In hoc enim diuinitati recōciliamur, atque delectamur, Sicut enim veritate dicimus, ita charitate diligimus: vt & pleni⁹ cognoscam⁹, & beati cognito pfruamur: & quia pctīs alienabamur a possessione verorū

Ambro.
Aimo.
Ambro.
Augusti.
Aimo.
Ambrosi.
August.
August.
August.
Iulianū. Augu. de blasphemia spūs sancti.

Augu. in sermone de ascens. bonorum ideo data est charitas quę operit multitudinem D peccatorū. Arbitror ergo ideo spiritumsanctū bis datū, vt nobis commendarentur duo præcepta charitatis. s. diliges deum, & diliges proximum. vna est charitas, & duo præcepta. Vnus spiritus, & duo data: quia non alia charitas proximū diligit, nisi illa quæ diligit deum. Qua ergo charitate proximum diligimus, ipsa deum diligimus. Sed quia aliud est deus, aliud proximus, & si vna charita-

Augu. de verbis Apostoli. te diligunt, nō sunt tamen vnū q̄ deliguntur: & ideo forte dicuntur duo præcepta, & alterum maius, & alterū minus. Hæc autē charitas, vt ait Apostolus, diffusa est in cordibus nostris per spitū sanctū qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo, vt diximus, qui dedit dona hominib⁹. Quę

Au. in lib. sentētiarū Prosperi. au. ex ter. epistolæ Ioannis. dona? spiritumsanctum, qui tale dat donū, qualis est ipse. E Magna est misericordia eius. Donū dat æquale sibi, qa donū eius spiritussanctus est, vnus deus, tota trinitas est. Diffundit ergo charitatē in cordibus nostris spirit⁹ patris & filii, quē cū patre amam⁹ & filio. Ipse vt diligeretur nobis dedit, qui nō dilectus nos dilexit. Ipse est fons de quo scriptura dicit, Fons aq̄ viuę sit tibi proprius. Et nemo alien⁹ communicet tibi. Alieni enim sunt omnes qui nō diligūt deū, & ipse fons est spiritussancti, quē nō possunt accipere mali: & charitas est, quā habere, & mal⁹ esse nō potest aliquis. Intelligamus ergo in dilectione spiritūsanctū esse. Sed nomen Christi & baptismū habere, & corpus dn̄i sumere, & cętera sacramēta habere, & mal⁹ esse, potest. Charitas ergo est proprium donū spiritus, & singularis fons. Et attende quod dicendo charitatem diffusam per spiri- F tum qui datus est nobis, ostendit quod spirit⁹ & deus est, & dei donum est: vel ita, vt accipiatur charitas dei, nō qua

Ambro. Ambro. nos, id est, secundum quam nos diligimus deum, sed, qua ipse diligit nos. qua si ideo spes non confundit, Quia charitas dei diffusa est erga nos, id est, qa de⁹ late diligit nos. Et hoc habemus, In cordibus nostris per spiritum sanctū qui dat⁹ est nobis, qui facit nos intelligere charitatem dei erga nos, qui diuersis linguis præstitit, vt etiā imperiti loquerentur cum interpretationib⁹: per quod & spes nostra cōfirmatur, & charitas dei in nobis cōmendatur, vt quia charos dei falli impossibile est, securos nos faceret de promissione, qa deus est qui promisit, & his quos charos vult

A habere, promisit. | Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuꝰ est? vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitam quis audeat mori?].

Vt quid enim. Ostendit supra quod spes implebitur per hoc quod CHRISTVS diligit nos, vel nos eum per spiritum: nunc idem ostendit per hoc quod CHRISTVS mortuus est, quod & diuinæ dilectionis effectus est, & causa spei nostræ implendæ quasi dicat, Cum nos deus diligat, vel nos eum diligamus per spiritum sanctum, cōstat, quod spes implebitur: quia nisi ita sit, frustra passus est CHRISTVS, & hoc est, Vere spes implebit, Eñ, id est quia nisi spes iplēda sit. Vt qd christꝰ mor

B tuꝰ est, id est cur tā magnū fecit. I. vt moreret? Et hoc, Pro ípiis. i. p dilectiōe ípiorū, Vel, p ipiis. i. Vice ípiorū q deberēt mori í ęternū merito ipietatis, Pro ípiis dico: non q́ olim fuissent, & nō tūc: sed potiꝰ mortuꝰ est p nobis ípiis. Cū essemꝰ adhuc ífirmi, í peccatis, & ita medico ídigētes, mortuꝰ est, dico & hoc, Secūdū tēpꝰ, id est p triduū tantū, quia die tertia resurrexit, Ne ergo desperes de eiꝰ potētia cuiꝰ apparet í morte beniuolētia, & a quo tales arras accepimꝰ, quod donauit ípi is mortē suā, q seruat iustis vitā suā mortuꝰ est p te, o hō mortalis, Vt viuas cū illo: suscepit mortē nostrā: vt donaret nobis vitā suā. Incredibilius est, quod mortuꝰ est ęternꝰ, q̄ vt inęternū viuat mortalis. Iā quod est ícredibiliꝰ tenemꝰ. s. quod ꝓpter hoīes mortuꝰ est deꝰ, Nū est ergo victurꝰ hō cū deo? nū mortalis vi Ambrosi. August.

C cturꝰ est í ęternū ꝓpter quē mortuꝰ est q viuit íęternum? Sed quō mortuꝰ est? & vnde? & pōt mori deꝰ? Accepit ex te vnde moreret p te, íduit se vt moreret pro te: induet te vt cū illo viuas: íduit se carne mortali in virginitate matris. íduet te vita perēni í ęqualitate patris, Ecce quō amatus est nō amandus, Amatus enim es turpis & fœdus, anteq̄ esset in te, quod amari dignū esset. Amatus es priꝰ, vt dignꝰ fieres q amareris: dilectus est priꝰ, vt diligentē postea diligeres. Impius eñ eras, dānari merueras, & tamē pro te mortuꝰ est Christus, Vel secūdū seriē verborū potest legi litera sic, nō mutata sentētia. q. d. vere spes implebit, Vt qd eñ, nisi spes iplēda sit, Christꝰ cū ífirmi essemꝰ mortuꝰ est p nobis ípiis. Id est p nobis q adeo ífirmi era

mus, quod etiam impii. Mortuus dico, Secundũ tempus: D
& est sensus, Pro nihilo tã magnũ fecit Christus, nisi spes
nr̃a implẽda esset. Et vere magnũ est hoc quod fecit. Vix
enim moritur quis, id est, raro moritur aliquis, etiam, Pro
Aimo iusto.i. pro dilectiõe iusti, & boni, nedũ pro impio. Ideo
raro dico, Nã forsitã potest inueniri. Quis.i.aliquis. Qui
audeat mori pro bono. Quasi dicat, sed difficile est inue-
Ambro. nire qui hoc faciat, Christus aũt pro impietatibus populi
adhuc nõ sui, mortuꝰ est. Vel ita, vt fiat distictio iter iustũ
& bonũ. Iustus enim pro exercitio virtutũ hic dicitur: qui
& bonus est, sed est bonus, qui non est iustus, scilicet qui
natus est in simplicitate, innocens, qui nondũ laborauit,
vt amplificaret se bonis, vt sunt paruuli in baptismo mun-
Ambro. dati. Iustus autem bonum naturæ suę meliorauit, & licet E
iustus secundum modum quo hic accipitur melior sit quã
bonus, innocẽtiæ tamen causa est miserabilior, q̃ iustitię,
quia non est huiusmodi iustitia sine seueritate. Et est sen-
sus, Vere magnum fecit Christus moriendo pro impiis.
Vix enim moritur quis pro iusto, qui habet exercitiũ vir-
tutum. Ideo dico pro iusto, Nam pro bono, id est, simplici
& innocẽti. Forsitam quis audeat mori. Dicẽdo de iusto,
Vix & quis. & de bono, Forsitam & quis audeat: vtrunq;
difficile ostendit, & rarum, sed alterũ difficilius & rarius.

¶ Commendat autem Charitatem suam deus in nobis:
quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tem-
pus Christus pro nobis mortuus est, Multo igitur magis
nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per F
ipsum. Si.n.cũ inimici essemus, recõciliati sumus deo per
mortẽ filii eiꝰ, multo magis recõciliati salui erimꝰ in vita
ipsius. ⌋ Cõmendat, &c.q.d. pro iusto, vel pro bono vix
moritur aliquis, sed Christo pro nobis peccatoribꝰ mor-
tuus est. In hoc autem deus commendat suã charitatẽ.i. in
hoc laudabilior eius charitatis apparet, quæ est effusa, In
nobis qui indigni ea fuimus. In hoc enim magnus effe-
ctus dilectionis mittentis patris, & veniẽtis filii nobis est
exhibitus. Quoniã cum adhuc essemꝰ.q.d. dico ꝙ deꝰ cõ-
mẽdat charitatẽ in nobis, ita vtiq; cõmẽdat. Q̃m Christꝰ
mortuus est pro nobis, cũ adhuc essemus peccatores.i. in
hoc cõmendat quod Christus mortuus est pro nobis pec-
catoribus, Et si hoc est, quod vtiq; est, igitur, Iustificati su-

A mus nunc, remissione peccatorū facta, In sanguine ipsius id est, per mortem eius. Et si hoc est, quod vtiq; est. multo magis, nos iam iusti, salui erimus per ipsum, viuentē. Grauius est enim pro peccato mori, & peccatū tollere, q̄ iā iustos, & iam cooperātes saluare. Salui erim⁹ dico, Ab ira. i. a pœna æterna, cuius causa nō est nisi peccatū quod abstulit. Licet enim plerisq; in locis irā dei legamus, nō est putandū tamen quod in illū cadat vlla perturbatio, qui semper idem manet, & in tranquillitate iudicat: sed ira appellatur vindicta, & vitio ipsius. Aduertendū est q̄ ad commendationem diuinę dilectionis sæpe Apostolus iterat de morte Christi. & ad repressionem humani tumoris, hominis repetit infirmitatem. Dixerat enim supra, Christus B mortuus est pro impiis: & iterum repetit hic, Christ⁹ pro nobis mortuus est, cū adhuc peccatores essemus. Ecce dū oderat nos secundū peccata, amabat secūdū quod op⁹ ei⁹ eramus quod & fecit ante mundi constitutionē, Incōprehensibilis est em̄ dilectio qua nos diligit deus atq; immutabilis. Nō enim ex quo ei recōciliati sumus per sanguinem filii eius, nos cœpit diligere, sed ante mundū, pri⁹ q̄ omnino aliquid essemus dilexit nos, vt cum eius vnigenito, etiam nos filii eius essemus. Quod ergo nō recōciliati sumus deo per mortem Christi, non sic est intelligēdum. Quasi ideo nos reconciliauerit ei Christ⁹, vt iam inciperet amare quos oderat, sicut recōciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici, & se inuicem diligant, qui ante se C inuicem oderant. sed iam nos deo diligenti reconciliati sumus, cum quo propter pct̄m inimicitias habebam⁹. Habebat em̄ ille charitatē erga nos, etiā cū inimicitias exercebamus aduersus eum, operando iniquitatē. Sicut em̄ dictū est, Odisti omnes qui operātur iniquitatē: ita & illud ei dictū ē, Nihil odisti eorū q̄ fecisti. Proīde miro & ei diuino mō etiā qn̄ nos oderat diligebat. Oderat .n. nō q̄les ipse nos fecerat, & qa, iniquitas nr̄a nō penitus cōsumpserat ei⁹ op⁹, nouerat simul in vnoquoq; nr̄m, & odisse qd feceram⁹. & amare qd fecerat. & hoc qdē ītelligi in oīb⁹ pōt. Quis ergo possit eloq̄ digne quātū diligat mēbra vnigeniti filii sui, & quāto ampli⁹ vnigenitū suū! Ex his ergo nō meritū nr̄m, sed dei misericordia cōmēdatur. Qua nos tales & tm̄ dilexit, vt p nobis impii moreretur, quod

Aimo.

August.

Augu. sup Ioan.

Nota.

August.

Idē ī eod.

Attende.

est testimoniũ atq; pign⁹ eius dilectionis, qui enim pro- D
prio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis oĩb⁹ illũ tradidit,
quõ non etiá cũ illo nobis oĩa donauit? Dicendũ vtiq; hoc
erat. s. quantũ nos dilexerit, & quales. Quãtũ, ne despera-
rem⁹, & ipsa desperatiõe nõ auderem⁹ erigi in eũ? Qua-
les, ne superbirem⁹, & superbiẽtes de meritis nostris ma
gis ab illo resiliremus, & in nostra fortitudine magis defi
ceremus. Illud quoq; attendẽdũ est quod dicit nos iustifi-
catos in sanguine Christi, & recõsiliatos deo, tãq̃ nõ alio
modo posset nos recõciliare, & iustificare nisi per mortẽ
Christi, de quo dicim⁹ q̃ fuit & ali⁹ mod⁹ possibilis deo,
Augu. in lib. de trinit. qui omnia potest, sed nullus alius nostræ miseriæ sanandę
fuit cõuenientior. Quid. n. mentes nostras tantũ erigit, &
ab immortalitatis desperatione liberet, q̃ quod tãti nos fe- E
cit deus, vt dei filius immutabiliter bon⁹ in se manens qđ
erat, & a nobis & pro nobis accipiẽs quod nõ erat, præter
naturæ suæ detrimẽtũ dignatus nostrũ inire cõsortiũ, sine
Idem in eodem. vllo merito suo malo, mala nr̃a moriẽdo perferret, & cre
dentibus dona sua sine vllis meritis nostris indebita largi
tate conferret? Quia & ea quæ dicuntur merita nostra bo
na, dona sunt eius. Dona nãq; dei sunt merita nostra, qui-
Idem in eodem. b⁹ ad summũ bonũ peruenim⁹. Est p̃terea alia ratio qua-
re poti⁹ isto modo q̃ alio liberare voluit, qa sic, scilicet per
mortẽ Christi iustitia superatur diabolus, nõ potẽtia. Q d
Audi & vide. quõ factũ sit, vt pateat explicabo, prout potero. Quadam
iustitia dei in potestatem diaboli traditũ est genus humá- F
nũ, peccato primi hoĩs in oẽs vtriusq; sexus cõmixtiõe na
scẽtes originaliter trãseunte, & debito primorum parentũ
obligãte, quocirca oẽs hoĩes ab origine sunt sub principe
August. diabolo. Vnde Apl̃us, Eram⁹ natura filii irę: natura. s. vt
August. est deprauata peccato, nõ vt est creata ab initio. Mod⁹ aũt
ille quo traditus est homo in potestatẽ diaboli, non ita de-
bet intelligi, tanq̃ deus hoc fecerit, aut fieri iusserit, sed qđ
tantũ permisit, iuste tamen illo deserẽte, peccantem pecca
ti author illico inuasit, nõ tamen deus cõtinuit in ira mise
rationes suas, nec hominẽ a lege suæ potestatis amisit, quã
do in potestate diaboli esse permisit, sed inter mala poe-
nalia, etiam malis multa præstitit bona, & tandem ho-
minem quem commissio peccatorũ diabolo subdidit, re-
missiõe peccatorum donata, per sanguinem Christi eruit

A à diabolo, vt sic iustitia vinceret diabol⁹, nõ potẽtia. Sed qua iustitia? Iesu Christi. Et quõ victus est ea? quia cũ in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tñ, & vtiq; iustũ est, vt debitores quos tenebat videri dimittantur, in eum credẽtes, quẽ sine vllo debito occidit. Ideo aũt potentia vincere noluit, quia diabol⁹ vitio puersitatis suę amator est potentiæ & desertor oppugnatorq; iustitiæ, in quo homines magis eũ imitãtur, qui neglecta vel etiam perosa iustitia, potentiæ magis student, eiusq; vel adeptione lętãtur, vel cupiditate inflammãtur. Ideoq; placuit deo, vt nõ potẽtia sed iustitia vincẽs, hoĩem erueret, ĩ quo hõ eũ imitari disceret: postea vero ĩ resurrectiõe secuta est potẽtia. iustitia ergo pri⁹ & potentia postea. diabolum vicit iustitia,

B q̃a nullũ peccatũ habuit, & ab illo iniustissimo occisus est potentia, quia reuixit mortu⁹ nunq̃ postea moritur⁹. Sed nõne iure ęquissimo diabolũ vinceret, si potẽtia tãtũ Christus cũ illo agere voluisset? Vtiq; Sed postposuit Christus quod potuit, vt prius ageret quod oportuit. Ad hoc autem erat opus illũ esse & hoĩem, & deũ. nisi. n. homo esset, nõ posset occcidi. nisi deus esset, nõ crederetur voluisse quod potuit, sed nõ potuisse quod voluit. Iustitia ergo humilitatis hoĩem liberauit, q̃ sola potẽtia æquissime liberare potuit. Si enim tres illi in causam venirẽt. s. deus, homo, diabol⁹, diabolus & homo quid aduersus deũ dicerent? omnino non haberẽt, atq; in actione causæ penitus deficerẽt. Diabolus. n. iniuriã fecisse deo cõuinceretur, quia seruũ ei⁹. i.

Questio.

August.

C hoĩem, & fraudulẽter adduxit, & violenter tenuit. Homo etiã iniuriã fecisse deo cõuinceret, quia pcepta ei⁹ cõtẽpsit & se alieno domino mancipãs suæ seruitutis damnũ intulit. Homini quoq; iniuriã fecisse cõuincitur diabolus, quia illũ & pri⁹ promittendo bona decepit, & post mala inferendo nocuit. Iniuste igitur diabolus quãtũ ad se tenebat hominẽ, sed homo iuste tenebatur, quia diabolus nunquã meruit potestatẽ habere super hominẽ, sed homo meruit per culpã pati diaboli tyrannidẽ. Si igitur deus qui vtique præerat, potẽtia hominẽ liberare vellet, sola suæ iussionis virtute hominem iustissime liberare, sed propter causam prędictam iustitia humilitatis vti maluit: vnde & filium pro nobis in mortem tradidit, per quam iustificati sumus & reconciliati deo. Hoc est enim pretiũ reconciliationis

Augu∫t. no∫tre, quod Chri∫tus obtulit deo patri, vt placaretur: nõ D
quod ante non dilexit nos; ex qua dilectione filiũ pro nobis tradidit. nec fili9 qua∫i nõ parcente patre ∫ibi, nobis ve lut inuitus e∫t tradit9, & cũ de ip∫o dictũ ∫it, tradidit ∫emet ip∫ũ. Hoc ergo ∫icut & oĩa alia pater & fili9, & amborum ∫pũs ∫imul & cõcorditer operãtur. Sed ∫i ante nos diligebat de9, quõ per mortẽ Chri∫ti ei ∫umus recõciliati, & ab
Augu. de trinita. ira liberati? Ad quod dicimus, Quod ira dei qui cũ tranquillitate iudicat, nihil e∫t aliud q̃ iu∫ta vindicta. Si ergo iu∫ta diuina vindicta tale nomẽ acceperit, recõciliatio dei recte intelligitur, cũ talis ira finitur. ∫. cũ a reatu pœnæ ab∫oluitur. Nõ eñ inimici eramus deo, ni∫i quẽadmodũ iu-
Nota. ∫titię ∫unt inimica peccata: & ideo remi∫∫is peccatis tales inimicitię finiuntur, & recõciliauit iu∫to, quos ip∫e iu∫tificat. Peccata enim no∫tra diabolus tenebat, & per illa nos E
merito agebat in mortem: ∫ed tantũ valuit ille ∫anguis vt hoĩes ab ęterna morte debita liberauerit mors Chr̃i indebita: quos tamẽ etiã ĩimicos vtiq; dilexit. Vnde recte ∫equitur, Si enim per mortẽ filii, qua∫i dicat, Vere iã viuens poterit amicos factos ∫aluare. Enim. i quia nos, Recõciliati ∫umus deo, qui prius iu∫te eramus ∫ub pote∫tate diaboli
Augu∫t. natura deprauata peccato. Recõciliati dico, Per mortẽ filii eius, cũ adhuc e∫∫emus inimici, nõ quocũq; modo peccatores. Et ∫i hoc e∫t quod vtiq; e∫t, ergo. Multo magis,
Ambro. nos, Reconciliati erimus, nõ mõ ab ira liberati, ∫ed, Etiã ∫alui. & hoc, In vita ip∫ius. i. per vitã ip∫ius. ∫. quia re∫urrexit a mortuis, & e∫t ∫en∫us, Inde certũ e∫t quod viuens, poterit amicos ∫aluare, quia mortu9 potuit iu∫tificare: quo F
Augu∫t. facto inimici ex peccato ∫unt recõciliati. Nã amici dei. Et nota quod idẽ hic dicit, Per mortẽ reconciliati, quo ∫upra in ∫anguine iu∫tificati. Dico ∫alui erimus. [Non ∫olũ aũt, ∫ed & gloriamur ĩ deo per dominũ no∫trũ Ie∫ũ Chri∫tũ, per quẽ nũc reconciliationẽ accepimus.] Nõ ∫olũ autẽ, ∫alui erimus: Sed & gloriamur, iam ∫pe de hoc quod erimus, In deo. i. idem cũ deo in futuro: non per naturã, ∫ed per dilectionẽ: & voluntatẽ, quia nihil diligemus, vel volemus ni∫i quod deus. Vel gloriamur, in pręsenti: nõ ĩ nobis, ∫ed In deo, & hoc nõ per nos, ∫ed, Per dñm no∫trũ Ie∫ũ Chri∫tũ. per quẽ iã nunc in præ∫enti, Recõciliationẽ, ad deũ Accepimus, qui a deo peccante Adam di∫ce∫∫im9.

A [Propterea ficut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranfiit, in quo omnes peccauerunt. Vfque ad legem enim peccatum erat in mundo.]

Propter ficut. Dixit fupra per Chriftum reconciliatorem effe iuftitiam & vitã, & quod poffit effe per eum, per fimilitudinẽ in minori, id eft per fimile & minus probare intendit. Sicut enim, per Adam purum hominem peccatum eft, & mors: ita per Chriftum hominem & deum, poteft effe iuftitia & vita: & quia per Adam peccatũ eft & mors multomagis iuftitia per Chriftũ poteft effe & vita vt quia etiã vn⁹ Adam peccauit in omnibus, vn⁹ Chrift⁹ fili⁹ dei peccatũ vinceret in oĩbus, Prolixi⁹ ergo apoftolus hic de duobus hoĩb⁹ difputat, fcilicet de primo Adam per cuius B peccatum tanquã hæreditariis malis pofteri eius obligati fumus: & de fecũdo Adam quo foluente pro nobis, qđ nõ debebat, a debitis & paternis, & propriis liberati fumus, quia ergo per illũ vnum diabolus tenebat, oẽs per eius vitiatam carnẽ cũcupifcentialiter generatos, iuftũ eft, vt per hũc vnum dimitat omnes per eius immaculatam gratiã fpũaliter regñatos, & hoc eft quod ait, Propterea ficut &c. Infifte literæ, ita vt a minori, & a fimili ratiocinatiõis ordo oftendatur. Qua fi dicat, dico quod per Chriftũ eft iuftitia, & vita. &, Propterea per Chriftum iuftitia & vita procedit in oẽs per eius gratiã regeneratos. fubaudi, quia Per vnũ hominẽ, fcilicet per Adam, a quo propagati fumus, Peccatũ, originale, Intrauit in hũc mundũ, pro eodẽ C peccato miferum, id eft in omnis homines. Mundum appellauit vniuerfum gen⁹ humanũ. Sicut enim ab vno illo hoĩe funt, fic ab eodẽ peccato immunes effe non poffunt nifi ab eius reatu per Chrifti baptifmum abfoluanť. Ecce a minori probauit: modo a fimili idem oftendať. & legatur, Sicut, qđ dimiffum fuerat. Q.d. ita per vnũ Chriftũ eft iuftitia, & vita, ficut, Per vnum hominem peccatũ intrauit in hunc mundũ. & non mutatur fenfus. Et per peccatum mors, id eft, diffolutio aĩæ & corporis intrauit in ipfum Adam. Et ita, per ipfum, Mors pertranfinit omnes homines, per ei⁹ vitiatam carnẽ genitos. Quæritur quomodo per vnum hominem, & non magis per vnã mulierem, dicat apoftolus peccatũ introiffe in mundũ, cũ a mu-

Ambrofi.

Aug. in lib. 13. de trinitate.

Aug. in enchirid.

Auguft. ad cõfult. Hilarius. Ambrofi.

Origenes

Aug. de bap. paruulorum.

liere initiũ peccati fuerit, & ante a serpẽte, siue a diabolo. D
Ad quod dicim⁹ apostolum in his consuetudinis ordinẽ tenuisse, dum successionem posteritatis humanę quę pc̃tõ & morti ex eo venienti succubuit, nõ mulieri, sed viro attribuit. Nõ em̃ a muliere posteritas, sed ex viro nominari solet: & ob hoc, mortalis posteritas, & corporalis successio viro poti⁹, tanquã authori, & nõ mulieri deputat̃. Vel quia mulier de viro, & vtriusq; vna caro est. & ideo siue a muliere, siue ab Adam dicat̃, vtrunq; ad primũ hominẽ pertinet. Præterea sciendũ est hæreticos quosdã qui nominati sunt Pelagiani, dixisse peccatũ primę trãsgressionis, in alios hoĩes nõ propagatione, sed mutatiõe transisse Vnde etiã in paruulis nolunt credere, per baptismũ solui originale peccatũ quod in nascentibus nullũ esse omnino contendunt. Sed si apostolus peccatũ imitationis, nõ propagationis intelligi voluisset, eius principem, non Adam, sed diabolũ daret: de quo in libro Sapiẽtiæ dicit̃, Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Et quia non vult intelligi hoc esse factũ propagatione: sed imitatione continuo subiũxit scriptura. Imitant̃ aũt eum qui sunt ex parte ipsius, imitantur quidẽ Adam quotquot per inobedientiam transgrediunt̃ mandatũ dei. Sed aliud est quod exẽplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus, Nam & Christũ imitãtur sancti ad sequendã iustitiã, sed præter hanc imitationẽ, gratia eius illuminationẽ iustificationemq; nostram, etiã intrinsecus operat̃, quæ etiã baptizatos paruulos suo inserit corpori, qui nondũ valẽt aliquẽ imitari. Sicut ergo Christ⁹ præter imitationis exemplũ dat etiã sui spiritus aliquã occultissimam fidelib⁹ gratiã, quã latẽter etiã infundit paruulis, sic & Adam pręter imitatiõis exemplũ, occulta etiã tabe carnalis concupiscentię suę tabificauit in se oẽs de sua stirpe vẽturos. Vnde recte subdit, In quo oẽs peccauerũt. Quasi dicat merito per eum in omnes mors intrauit, quia causa mortis per eũ in oẽs ĩtrauit. i. peccatũ. & hoc est, In quo .s. Adam, omnes, Peccauerunt, vt in materia, nõ solũ eius exemplo, vt quidam dicunt. Omnes enim illi vnus homo fuerant. i. ab eo originale peccatũ traximus, qui omnium nostrum origo & materia fuit: ex quo secundum propaginis successionem per carnis concupiscentiam descẽdi-

Aug. in eodẽ. (E)

Aug. in eodẽ. (F)

August.

A mus. Vel, In quo, peccato, Oēs peccauerūt, proprie & cir- cūspecte. & sine ambiguitate, dixit apl's hoc, In quo pecca uerūt, siue eñ intelligat, In quo, s. hoie: siue, In quo. s. pec cato, manifestū est. Alia enim sunt ꝑpria peccata in qui- bus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc vnū in quo omnes peccauerūt, quando omnes illi vnus homo fuerant. Manifestum est itaq; oēs in Adam peccasse, qua- si in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos ge- nuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti sunt peccatores. Vsq; ad legē, & quasi dicat quis, In oēs pertrā siit peccatū. Quid ergo egit lex? Nōne illa recōciliare po tuit vt peccatū non transiret in oms? Non, inquit. Vsque ad legem eñ, scriptā, vel naturalem. i. sub lege. etiā, Pecca tum, originale & actuale. Erat in mundo. i. in hoie. Quia B nec lex potuit auferre peccatū, sed auxit, siue naturalis in qua quisq; iam ratione vtens incipit peccato originali ad- dere propria: siue scripta, quę per Mosen data est populo, quæ subintrauit vt abundaret delictū. Nō ergo ideo dicit apostolus vsq; ad legē peccatū fuisse in mundo quod dein ceps in nemine fuerit, sed quia non poterat per literā le- gis auferri quod solo spiritu gratiæ poterat fieri, ne quis fi dens de viribus putaret libero arbitrio legem potuisse suf ficere, & Christi gratiam derideret, [Peccatū autē nō imputabatur, cū lex nō esset: sed regnauit mors ab Adam vsq; ad Mosen etiam in eos qui non peccauerūt, in simili tudinē ꝑuaricationis Adę, qui est forma futuri.] Pecca tū autē, Quasi dicat, pc̄tm̄ erat in mūdo, sed homines nō C imputabāt qa cęci erāt. & hoc est. Peccatū aūt nō iputaba tur. i. ignorabat, & peccatū esse nō putabat ab hominibꝰ, nō dico a deo cuius iudicio qui sine lege peccauerūt, sine lege peribūt, nō iputabatur: dico, Cū lex nō esset, q̄ pc̄tm̄ prohibet. Nō dicit peccatū, nō erat, sed nō iputabatur, qa nō erat siue lex rationis in paruulo, siue lex literę in po- pulo, qua arguente demonstraretur peccatum. Sed regna uit &c. quasi peccatū non imputabatur ante lęgē, Sed, ta- men, Mors, id est peccatū vel dānatio, Regnauit ab Adā, vsq; ad Mosen, & vsq; ad legē quę per Mosen diuinitꝰ pro mulgata est, quia nec ipsa potuit regnū mortis auferre. Re gnū aūt mortis vult intelligi quando ita damnatur in ho minibus reatus peccati, vt eos ad vitam æternam, quæ ve-

Aug. de bap. par.

Ambrosi.

Au. cōtra Iulianum

Aimo.

Aug. de bapt. par.

Aug. ad Hylariū.

August.

Aug. de bapt. par.

Aug. ad Hylariū.

Aimo.

Aug. de bapt. par.

re vita est, venire nō sinat: sed ad secūdā quæ pœnaliter D æterna est mortem trahit. i. ad gehennē, hoc regnū mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quę operata est etiā in antiquis sanctis: qui antequam Christus in carnem veniret, ad eius adiuuantem gratiam non ad legis literam, tantum iubentem non adiuuantem pertinebant. Hoc enim occultabatur in veteri testamento pro tēporum dispensatione iustissima, quod nunc reuelatur in nouo. In omnes regnauit mors, præter illos qui Christi gratia adiuti sunt: regnauit, dico, Etiam in eos qui nō peccauerunt in similitudinem pręuaricationis Adæ, id est qui non sua propria voluntate peccauerunt sicut Adam, sed originali vitio tenebantur obstricti, quod ab eo traxerūt, per quod traherentur ad cōdemnationē, nisi gratia Christi iuuarentur. Et nota quod dicendo vsq; ad legem, vel E vsque ad Mosen includit, quia etiam tunc, scilicet sub lege peccatum erat, & mors, id est damnatio, Sciendum quidē est plerosque Latinos codices, sic habere, Regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen in eos qui peccauerunt in similitudinem pręuaricationis Adę, quod etiam ipsum illi qui legunt ad superiorem referunt intellectum, vt in similitudinem præuaricationis Adæ peccasse accipiāt illos qui in illo peccauerunt, Vt ei similes crearentur, scilicet sicut ex homine homines. ita ex peccatore peccatores, & ex morituro morituri, damnatoque damnandi, Græci autem codices vnde interpretatio facta est in latinum, aut omnes, aut pene omnes habēt, id quod primū positū est, vel aliis non F mutatis ab illo loco sic legi pōt, Sed regnauit, & accipitur de corporali morte, quasi peccatū non imputabatur, id est ignorabatur ante legē: sed effectus indicabat. Quia mors corporalis, Regnauit cotidie per aliquas passiones: & tādē dissoluēdo, Ab Adam vsque Mosen, cū minus videretur, Regnauit dico non solū in his: qui per se præuaricando mortē meruisse viderētur: Sed etiā ī eos q peccauerūt in similitudinē præuaricationis Adę, id est in pueros qui nihil a se addiderūt præuaricādo legē. Vel ita ab illo loco, Vsque ad legē &c, Quasi dicat, bene dixi pctm̄ ptrāsisse in omnes. Enī, id est qa. Vsq; ad legē, id est etiā an̄ legē, Pctm̄ erat ī mūdo, cū nō ita videret lege nō docēte: dico pctm̄ erat ī mūdo, Peccatū aūt nō īputabatur, apud deū

Aug. contra Iulianum. Augu. de baptismo puulorū. Ambrosi.

A Cũ lex non esset, Imputabaṫ qdẽ peccatũ apud homines, sed nõ apud deũ, apud quã putabaṫ impune futurũ cũ nesciret vindicatur⁹, Asserebãt eñ homines deũ incuriosum esse, & ideo apud eũ impune futura peccata, sed nõ apud homines. Nõ enim lex naturalis pœnit⁹ obtorpuerat, qa nõ ignorabãt quod nõ debebãt facere, aliis quod pati nolebãt. Nã vsq; adeo peccatũ nõ erat ignotũ inter homines Nõ eñ lex naturalis pœnitus obtorpueret, qa nõ ignorabãt quod nõ debebãt facere, aliis quod pati nolebãt. Nam vsq; adeo peccatũ nõ erat ignotũ inter homines quod Ioseph quãuis p calũniã, tũ quasi re⁹ clausus est in carcere, & pistor. & pincerna Pharaonis, Peccatũ ergo nõ impu

B tabaṫ. cũ lex nõ esset, nõ dico apud homines, sed apud deũ sed vbi lex data est. nouerũt deũ curare humana, & iudicare, Sed regnauit, quasi dicat añ legẽ nõ imputabaṫ peccatũ. Sed regnauit mors, animæ secure possidente homines diabolo pro impunitate credita, Impune etenim peccare se putãtes, magis delinqbãt. certa hęc peccata promptiores, quæ mũdus quasi licita nutriebat. Quo facto gaudebat Satanas. securus, quod ex causa Adæ derelictum a deo hominẽ possidebat, Regnauit dico. Ab Adã vsq; ad Mosen, per quẽ rediit cognitio vnius dei, quia per eũ data est lex in qua præcipiebaṫ de vno deo colendo, Regnauit ergo mors, vsque ad Mosen, id est vsque ad legẽ: qa iam tũc datũ est hominib⁹ remediũ quo possent liberari, sub qua tñ si essẽt similes pręuaricationi Adę, in eos mors re- Ambrosi. Ambrosi. Ambrosi.

C gnaret, sed lex data est ĩ iitio regressionis de Aegypto docẽs, de vno deo ne regnaret mors, scilicet diabol⁹, vel peccatũ. & cœpit in Iudæa primũ destrui regnũ mortis, Nũc vero vbique destruẗ p Christi gratiã. Et nota hic, Vsque accipi exclusiuũ, In eos q peccauerũt in similitudinẽ præuaricationis Adę, Alia litera in qua nõ legiṫ, Etiã & non. Quasi dicat, mors regnauit vsque ad Mosen, nõ tñ ĩ omnes, Sed in eos q peccauerũt ĩ similitudinẽ præuaricationis Adę. id est in similes pręuaricatori Adę q. s. neglecto creatore seruierũt creaturæ, deos sibi cõstituẽtes, quos conferẽt ad ĩiuriã dei, sicut ille loco dei diabolo cõsensit. Peccatũ enim Adæ nõ lõge ab idolatria est, q cõtẽpto creatoris præcepto diaboli suasioni cõ sẽtiẽs, quasi ĩ loco dei diabolũ statuit, & sicut de⁹ esse voluit, Fuerũt aũt q peccaue Ambro.

rũt,nõ prẹterito deo,q̃ eũ ĩtellexit siue ex traduce,siue in- D
dicio naturali,& venerat⁹ est deũ nulli honorificẽtiã no-
minis ac maiestatis ĩpartiẽs.si peccauit,qa ĩpossibile erat
nõ peccare,sub deo peccauit,nõ ĩ deũ. Ideoq̃ ĩ eos mors
nõ regnauit,sed ĩ hos q̃ ĩ similitudinẽ Adæ peccauerũt,id
est q̃ sub specie idolorũ seruierũt diabolo,tales erant fere
omnes vsque ad legẽ:ꝑpauci,vt Abrahã,vni deo seruierũt
& nõ ĩ eos regnauit mors, qa post mortẽ istã quæ prima
dicit̃ ad secũdã nõ ꝑuenerũt,quæ æternaliter punit: imo
sub spe seruati sũt ĩ aduẽtu Christi liberãdi, sicut de Abra
hã legit̃:qa quãuis apud inferos fuerit discret⁹,tñ longo
ĩteruallo erat a peccatorib⁹,ita vt Chaos ingẽs esset inter
iustos & peccatores. Et sciẽdũ quod liberos q̃ aliter ha-
Ambrosi. bẽt.dicit Ambro.esse corruptos,vbi.I.scriptũ est mortẽ re
gnasse,Etiã ĩ eos q̃ nõ peccauerũt ĩ similitudinẽ prẹuari- E
cationis Adæ,quæ litera etiã ĩ Græcis codicib⁹ legitur:
quod q̃dã ita ĩtelligũt,qa dicũt mortẽ corporũ regnasse in
cultores vnius dei,etiã vsque ad Mosen. sed cur non vsq̃
ad ad finẽ seculi? Sunt tñ quidam latini codices quos con-
stat a veteribus Græcis trãslatos,quasi ita habent]in eos q̃
peccauerũt &c.quos ĩcorruptos simplicitas tẽporum ser-
uauit,& probat.postq̃ vero a cõcordia animis diffidenti-
bus,& hæreticis perturbãtib⁹ moueri quæstionem cœpe-
runt,multa tã in Græcis,quã iñ Latinis codicibus ab he-
reticis cõtentionis studio mutata sunt,qui cum propria au
thoritate vti non possunt ad victoriam, verba legis adul-
terãt,vt sensum suum quasi verbis legis asserãt,& contra-
dicẽtibus sibi,quasi authoritate resistant. Qui,Adam.Est
forma,id est similitudo,Futuri, scilicet Christi quantum F
ad Adam autem dicitur forma futuri, id est Christi,quia
iam tunc decreuit deus in mysterio, id est in occulto suo
disposuit per vnum Christum,emendare quod per vnum
Adam peccatum erat.Vnde dicitur ĩ Apocalypsi, Agnus
occisus est ab origine mundi. Et forma futuri,id est Chri
Au.cõtra sti,dicitur a contrario:quia sicut in Adam omnes moriun
Iulianum tur,ita in Christo viuificabuntur: sicut in illo illud, ita in
hẹreticũ isto fit istud:sed hæc forma, nõ ex omni parte conformis
Ioã.Da. est,sicut subsequenter ostenditur, Vel forma Christi dici
tur, quia sicut ille sine coitu a deo factus est, ita Christus
ex virgine spiritu sancto cooperãte processit. Vel Adam

A dicitur forma Christi, quia sicut ille pater est omnium secundum carnem, sic Christus pater omnium secũdum fidem: Et sicut ex latere illius dormientis assumpta est costa, vnde formata est Eua, sic ex istius latere profluxerunt sacramenta, scilicet aqua ablutionis, & sangnis redemptionis, per quæ saluatur ecclesia, Ideoq; sicut ille communicare potuit filiis suis, peccatum & mortem, sic iste suis iustitiam suam & vitam: & etiam iste plus boni suis confert q̃ ille mali, & ideo põt magis saluare q̃ ille pdere: & hoc est qđ subdit. [Sed nõ sicut delictũ: ita & donũ. Si.n. vni⁹ delicto, multi mortui sũt: multo magis gr̃a dei, & donũ ĩ gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit: & nõ sicut per vnum peccatum, ita & donum.] Sed non sicut Quasi dicat. Adam est forma Christi, id est similes sunt Remigi⁹.

B Christus & Adam: sed, Non sicut delictum Adæ est, Ita est, & Donum Christi, id est maius est donum Christi quam delictum Adæ, & ideo non sic est efficax peccatum Adæ ad damnationem, Vt gratia Christi ad saluationem. quod est dicere, Non sunt pares causæ eorũ, nec etiã pares sunt effect⁹ causarũ. quod ibi ostẽdit, Et non sicut p vnum: sed præmittit quo pbat causas Adæ, & Christi nõ esse pares, dicens, Si enim vnius. Quasi dicat, vere nõ ita est donum Christi, vt delictum Adæ: quia delictum Adæ vnum est, quo multi mortui sunt: Christi vero gratia multiplex est qua multi viuificati. Si vero vnũ delictũ multos mortificare potuit, patet quod multiplex gratia viuificare multomagis possit. Causa eñ Christi: est gratia abundãs, ex qua omnia bona sunt homini, sine qua nil habet boni.

C Causa Adæ est peccatũ illud originale, cui⁹ rei sũt omnes carnaliter geniti, cętera peccata habẽt ex se multa. & si ex illo originali sint ad peccãdum magis proni, Præterea etiã his his q p Christũ redimuntur, temporaliter valet forma mortis ex Adam: in æternum autem Valebit vitæ forma p Christum, Quãuis igitur Adam sit forma futuri, pl⁹ tñ præstat regeneratis Christ⁹. quã eis generatis Adã nocuerat: & bene hęc causa Christi oĩbus suis prodest, q̃a si causa Ade omnibus suis nocuit, tũc & hęc, hoc potuit suis. & hoc est, Si enim &c. Quasi dicat, Vere nõ ita est donũ, Vt delictum, Enim, id est quia, Vnius hominis Adæ, Delicto, vno quidem, & si ipse plura admiserit, imposteros ta Augst. ad Hilarium

lmen nisi non vnũ originale transmisit. Multi. s. omnes fi- D cii sui ex eo carnaliter geniti. Mortui sũt, id est peccatores onstituti, Et si, hoc est tunc, Gratia dei & donũ, id est gratuitum donum, Vel gratia, id est, remissio peccatorum, Et donum, scilicet alia dona sancti spiritus, Multo magis abundauit, id est multomagis abundans transiit. In plures, id est, in omnes filios eius. abuntans autem & maior res omnibus suis magis prodest, quia non solum illud originale, sed etiam addita peccata soluit: hoc autem donũ datur, In gratia vnius hominis Iesu Christi, id est: per gratiam Christi. Gratiam dicit perfectionem virtutum quæ in Christo homine fuit, qui per suã bonitatem, de sua plenitudine nobis tribuit. Et nota, Plures, non ibi ponit comparatiue, sed absolute, tanquam diceret multos. Nõ enim plures iustificantur per Christũ, q̃ cõdemnant̃ per Adam sed ita dicẽdũ est, multo magis abũdauit, vt donũ Chr̃i delicto Adæ cõparetur, & preferat̃. Adã quippe ex vno delicto reos gennit multos, Christi autẽ gratia delicta propriæ voluntatis, quæ originali culpæ, in qua nati sunt: addiderfit, soluit atq; donauit Maior est ergo causa Christi q̃ causa Adę. Et nunc sicut, hic ostendit dispares esse effect⁹ causarũ. Q. d. Non solũ causæ sunt dispares, sed etiã effectus, Et, id est, quia. Non sicut per vnum peccatũ, fit, Ita fit & per donũ, sed plus fit per donũ, & hoc probat. Nã iudicium dei, est procedens, Ex vno tantum delicto originali ab Adam traducto. In cõdemnationẽ, corporalis & ęternę mortis, Gratia aũt Christi, nõ ex vno tm̃, sed, Ex multis dilectis, pcedit. In iustificationẽ: quia non solũ ignoscit sed etiam iustificat. Et Attende quod dictum est iudicium ex vno in condẽnationẽ: quod nõ ideo dictũ est, qd̃ illud solum qd̃ originaliter trahitur in iudicio sit damnẽdum sed quia etiam illud, si solum sit, demnationẽ facit. Chr̃i aũt gratia nõ solũ illud quod originaliter trahitur, sed etiã multa actualia dimittit & isup iustificat. i. de impio piũ facit ac deinde de bono in melius pficere. Ecce in his ostẽdit effectus causarũ Christi & Adę dispares esse. Effect⁹ causæ. Ade. i. pcti quod intulit, est nõ oĩs dãnatio, sed quæ p illo vno debet̃ sunt eñ, & ex nostris additis. alię dãnationes. Effectus aũt donorũ Christi, cũ remotis oĩbus peccatis originalibus, & actualibus, oĩs iustificatio & vita æ-

Aimo. E

Augu. de baptismo pculorũ.

F

Augu. in enchrid.

Augu. in eodem.

A terna,de qua addit in sequenti versu subdens[Si em̃vni⁹ delicto mors regnabit per vnũ. multo magis abundantiã gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnũ Iesum Christũ.]]Si em̃.q.d. Gratia Christi pcedit in iustificationẽ,& bene hoc suis est. p vnũ Christũ:quia si illa.i.dãnatio,per vnũ Adã suis est,tunc & hoc potuit Christi gratia: & vere hoc potest, quia etiã in vitã æternã ducit. Et recte. Enim.i.quia,in Vnius dilecto,etiã si ppria non adderentur,Mors.i.dissolutio animę &corporis,Regnabit, etiã ante mortẽ passiones inferens, Per vnũ, Adã:quia aquas vires habuit in illo,in oẽs postores exercuit,quorum materia ille fuit,sicut & culpa,eius soli⁹ fuit, quæ in oẽs transfusa est, & si hoc est tunc homines, Accipientes,a deo non a se habentes. Abundantiã gratiæ id est remissionis peccatorum Abundantiam dicit, quia etiã ppria soluũt:abũdantiã,Donatiõis,id est,charismatum,Et iustitiæ.i.bonæ operationis. Multomagis regnabunt per vnũ Iesum Christũ in vita,æterna.i. ęternaliter in incorruptiõe,Multomagis,dicit hos regnare,quia multo maior res est hic,q̃ sit in regno mortis. Vel multomagis regnabunt in vita.quã in eis regnauit mors,quia in vita regnabunt æternaliter,mors aũt regnauit in eis temporaliter,& cum fine.[Igitur sicut per vnius delictũ, in oẽs homines in condẽnationẽ,sic & per vnius iustitiã,in omnes homines in iustificationẽ vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi: ita per vnius obeditionẽ,iusti constituentur multi.] Igit̃ sicut per vnius delictũ &c. Ex prędictis infert disputationẽ suã in eodẽ quod præposuerat cõcludens. Quãdoquidẽ Adã est forma Christi futuri, & quia mai⁹ est donum Christi,& plus confert,Igitur sicut.i.q̃ digne. Per vnius delistũ,transiẽs,non imitatiote,sed ppagatiõe. In omnes hoĩes,itũ est ab homine,vel pcessit sentẽtia dei, In condẽnationẽ,corporis & animæ,sic &, Per vnius iustitiã valẽtẽ,in oẽs,homines,si ipsi velint itũ est ab hoĩe.vel processit sentẽtia dei,in iustificationẽ,quę est causa, Vitæ. Attẽde qđ aplus videns nõ sola imitatione Adæ fieri pc̃tores,sed ppagatione,nec sola imitatione Christi iustificari,sed regeneratiõe spũali dixit oẽs & omnes,nõ quod oẽs geniti per Adã regenerentur per Christũ sed quia sicut nullius

August.

B Aimo.

Augusti.

C Augu. de baptismo paruulorum.

carnalis generatio est,nisi per Adã, sic spũalis nullius re- D
generatio est nisi per Chrm si q essent præter Adã gene-
rati,& si q preter Chrm regenerati nõ diceret,Oẽs & o-
mnes,sicut aũt nullus est homo pręter illã generationẽ,sic
nullus est iustus præter istã,Nemo eñ nascitur nisi in cõ-
cupiscentia carnali,quę tracta est ex primo homine: & ne
mo renascitur nisi gratia spũali,quę data ẽ a secundo ho-
mine, eosdẽ post dicit multos,sed aliter, ab illo loco, Sed
non sicut delictũ &c. Dixerat quod Adã est forma futuri
Forma vtiq; iu hoc est qđ vnus emendat,quod vnus pec-
cauit:sed tamen causa Adæ,nõ est talis qualis,causa Chri
sti,quia vnũ est delictũ Adę,quo multi.i.similiter pręuari E
cantes,mortui sunt: gratia vero Christi in plures transit,
quia & in hos & in non similiter pręuaricantes. Et atten
de qđ agit hic:de actuali pctõ Adę in quo dicit mortuos
illos qui actualiter peccauerunt ad similitudinẽ eius,& le
gitur,Plures cõparatiue.q.d. Vere non est ita donũ vt de
lictũ,Si enim in vnius delicto mortui sunt.s.imitãtes prę-
uaricationẽ eius,Multomagis gratia dei,& donũ in gra-
tia vnius hominis,Christi Iesu abundat in plures.Plures
eñ gratiã cõsequũtur per Christũ, q̃ mortui sunt delicto
Adę:quo mortui sunt qui in similitudine præuaricationis
Adę peccauerũt:gratia autẽ Christi, & in eos q similiter
peccauerũt, & in eos qui nõ peccauerũt in similitudinem
pręuaricationis Adæ,abũdauit,Nam & in multos qui ne F
glecto deo seruierunt creaturę, ne ab hac vita decedẽtes
a secunda morte exciperentur & in cultores vni9 dei qui
paterno pctõ ex dei sententia apud inferos tenebãtur gra
tia abundauit in descensu saluatoris, oíbus dans indulgẽ
tiã cum triumpho, sublatis eis in celũ. Et nõ sicut per vnũ
pecc. fit, Ita,fit &, Per donũ, Nõ iudiciũ,dei procedit, Ex
vno in cõdemnationẽ,gratia aũt ex multis. in iustificatio
nem vitę Manifeste ergo diuersum est,quia in vno pecca-
to Adæ similes ei, damnati sunt: gratia vero non ex vno,
sed ex multis peccatis iustificauit homines: & etiam in vi
tã perduxit,qđ bene potuit. Enim.i.quia, In vnius,homi-
nis, Delicto,per vnũ regnauit mors.s.diabolus vel pecca-
tũ. Et attende qđ ait mors regnauit. nõ regnat,cõcordans
superiori sensui:vbi dixit mortẽ regnasse vsq; ad Mosent
quia qui per legẽ noto dei iudicio timorẽ eius habuerun

A sublati sunt de mortis imperio. Ante vero dum sine lege timor dei in terris non erat, mors in similes Adæ præualuit: & si ibi regnauit mors, Multo magis, homines Accipientes abũdantiã gratiæ, & donationis, & iustitię in vita regnabũt per vnũ dñm Iesum Christũ: id est multo magis gratia regnare debet, quę in plures transiit quã mors, & vitã confert ęternã. Quod autẽ post dici oẽs, similiter peccantes accipit. Item oẽs credẽtes dicit, & hoc est quod subdit, Igitur si per vnius delictũ transiens in oms hoíes similiter peccatũ est, In condemnationẽ, sic, Et per vnius iustitiã, trãseuntẽ in omnes homines credentes: itum est, In iustificatitionẽ vitæ, Nõ ẽm est generalis dãnatio, vel B iustificatio in omnib⁹. Vnde postea ait, Multi. sicut enim &c. Hic iã determinat delictũ vni⁹, vt sicut ille merito peccati perdidit, ita iste merito iustitię nos liberasse videat: & ordinem assignationis, vnde superius loqui cœperat. s. qualiter Adã sit forma futuri, explicat hic, dicẽs, Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, scilicet Adæ, peccatores cõstituti sunt multi. i. omnes sui qui nõ sunt Christi, Ita, & merito, Per obedientiam hominis vni⁹. i. Christi, Iusti constituunt multi. i. omnes sui. Et nota quod non ait per vnius dei vel verbi: Sed per vnius hominis obedientiã iustificari: ne putes antiquos iustos solo verbo dei. i. solius verbi fide sine fide incarnationis liberari, sine qua, C nec antiqui, nec moderni liberari potuerunt. Illa ẽm sana fides est, qua credimus nullũ hoíem, si maioris, siue paruulæ ætatis, liberari a cõtagione mortis antiquæ, & obligatione peccati quod prima natiuitate cõtraxit: nisi per vnũ mediatorẽ dei, & hominum, hominẽ Christũ Iesum: cui⁹ hominis, eiusdẽq; dei saluberrima fide, etiã illi iusti salui facti sũt, qui priusq̃ veniret in carnẽ, crediderũt in carne venturũ. Eadẽ fides nãq; est, & nostra, & illorũ, ꝓinde cũ oẽs iusti. i. veraces dei cultores siue añ incarnationẽ, siue post, nec vixerint, nec viuãt, nisi ex fide incarnatiõis Chri, ꝓfectoq; scriptũ est nõ eẽ aliud nomẽ sub cęlo in quo oportet saluari nos, ex illo tẽpore valet ad saluãdũ gen⁹ humanũ, ex quo in adã vitiatũ est. Ille vn⁹ vnũ pctm̃ misit in mũdũ: Iste vero vn⁹ non solũ illud vnũ, sed cuncta abstulit quæ addita inuenit. Ecce ostẽsum est quõ Chri grã Adę delictũ superat, qa nõ solũ originale ab Adã ꝓpaga

Ambros.

Augusti. ad Optatum.

tum, sed etiā actualia supradicta soluit, & iustitiā, ac vitā D
ꝑstat, q̄ gratia anteq̄ operetur in hoīe, ipsius est, atq; infi-
delis. Per fidē enim impi⁹ iustificatur. Sicut ergo per fidei
virtutē adult⁹ iustificatur, ita & fidei sacramētū paruul⁹. i.
Au. cōtra Iulianum hæreticū. de impio fit pi⁹, de īfideli fidelis. Sed q̄rit iulian⁹ p qd pec
catū ī puulo īuenit, inqens. Nō peccat iste q nascit, nō pec
cat, ille q genuit, nō peccat ille qui credidit. Per q̄s ergo
rimas interior ꝑsidia innocētię pc̄tm̄ fingis ingressum?
Ei r̄fidet sancta pagina, per vnū hoīem. ait aplus, pc̄tm̄ in
mūdū ītrauit: per vni⁹ obedientiā: quid q̄rit ampli⁹? Quid
aperti⁹, quid q̄rit inculcati⁹? Quid q̄rit latentē rimā cū ha
beat apertissimā ianuā? Itē īquit, Si p hoīem pc̄tm̄ intra-
uit in mūdū, pc̄tm̄, vel ex volūtate, vel ex natura est: Si aūt E
ex voluntate est, māla est volūtas q̄ peccatū facit. Si autem
ex natura, mala est natura. Cui respōdeo, Ex volūtate pec
Quæstio Respōsio. catū est. Quæritur forte vtrū originale peccatū sit ex vo-
luntate. Respondeo, prorsus & originale peccatū ex volū-
tate esse, quia hoc ex volūtate primi hominis seminatum
est, vt & in illo esset, & in oēs trāsiret. Quod aūt dixit, si ex
natura pc̄tm̄ est, tūc mala est natura, Quæso vt, si potest,
respondeat. Manifestū est ex volūtate mala, tanq̄ ex arbo
re mala fieri oīa opera mala tanq̄ fructus malos: sed ipsā
malā volūtatē vnde dicet exortā, nisi ex bono? Si. n. ex an-
gelo, quid est angel⁹ nisi bonum opus dei? Si ex homine,
quid erat ipse homo nisi bonum opus dei, immo quid e- F
rant hæc duo duo, antequam in eis oriretur bona volun-
tas nisi bonum opus & bona, & laudanda natura? Ergo
ex bono oritur malum, nec fuit homini vnde oriri posset,
nisi ex bono. Dico ergo quia malam voluntatem nullum
malū præcessit. Item dicit, Si natura op⁹ dei est, per opus
dei, opus diaboli transire nō sinitur. Sed nōne op⁹ diaboli
qd primū fuit in angelo, qui diabol⁹ fact⁹ est, ortū est in o-
Augu. de baptismo paruulorum pere dei? Quapropter si malū quod omnino nusquā erat
in dei opere oriri potuit, cur malū qd iam alicubi erat, p
opus dei trāsire nō potuit, homines autem sunt opus dei.
Pertransiit ergo opus diaboli, per opus dei, & quia dia-
bolus est factura, per opus dei, pertransiit op⁹ operis dei,
Augu. de spiritu & litera. per opus dei, & venit vsq; ad paruulos, qui in ramo nil cō
miserunt. sed in radice perierūt: nil habēt mali, nisi quod
de fonte traxerūt, nisi qd de origine traxerunt. Cōmunis

A ergo fuit perditio, & cõmunis est inuẽtio. Sicut.n. per inobediẽtiã Adæ, Multi cõstituẽtur peccatores, reatu: & ita. Per Christi obedientiã iusti cõstituentur multi. [Lex autẽ subintrauit vt abundaret delictũ: vbi aũt abundauit delictũ, superabũdauit gratia: vt sicut regnauit pctm̃ in mortẽ, ita & gratia regnet per iustitiã invitã ęternã, per Iesum Christũ dñm nr̃m.] Lex aũt. Ostẽderat Christũ dimittere oĩa peccata, tã originalia q̃ actualia, hic addit etiã qđ a peccato legis liberat, & a p̃uaricatione, vt Iudęi Christo magis sint obnoxii. q.d. Per Christum est iustificatio. Lex aũt Mosi, subĩtrauit. i. latẽter intrauit post culpã originalẽ & actualẽ, vel post naturalẽ legẽ. Vt abundaret delictũ. i. Augu. ad ad Europium & Paulinũ.

B vt hõ superbe fidẽs de suis virib⁹ acciperet p̃cepta: in qb⁹ deficiẽs, & fact⁹ est etiã p̃uaricator, liberatorẽ saluatorẽq; reqreret: atq; eũ ita humilẽ factũ, timor legis tanq̃ pædagog⁹ ad fidẽ gratiãq; pduceret. Oportebat ergo vt supbis, & de libertate sui arbitrii p̃sumẽtib⁹ lex daretur, qua p̃uaricata suã infirmitatẽ & legis insufficientiã peccatũ nõ consumẽtis intelligẽtes humiliarẽtur, & ad subuenientẽ currerent gratiã. natis enim in peccatis, & viribus suis multum assignantibus, datur lex a deo, ad domãdum superbiam. qua dicebãt, Nõ deest qui impleat, sed deest q̃ iubeat. Eorum igitur superbiã domare volens deus, legẽ dedit: quasi dicẽs hominibus, Ecce do vobis p̃cepta, ne putetis deesse Aur super Ioan.

C iubentẽ, nõ desse qui iubeat: sed deest qui impleat: quia homo in peccatis nat⁹ nõ valet implere, ideoq; nat⁹ est Christus. i. gratia q̃ sanaret. Hac ergo dispẽsatione lex data est vt crescente peccato humiliarẽtur supbi, & humiliati confiterentur, & cõfessi sanarẽtur. Nõ crudeliter hoc fecit de⁹ sed cõsiliõ medicinæ. Aliqñ. n. homo videtur sibi san⁹, & ęgrotat, & quia non sentit morbũ, medicũ nõ quærit. Augetur morbus, crescit molestia, quęritur medicus, & totũ sanatur corpus. Magnum ergo dei consiliũ fuit, vt per legem abundaret delictũ, vt in austeritate legis suã intelligẽtes infirmitatẽ, infirmi ad medicũ cõfugerẽt, & auxilium gratiæ quærerent. Per legẽ autẽ dicitur abũdasse dictũ, nõ quia lex delictũ iuberet: sed quia eo q̃ gratia ibi nõ erat, auctum est ex prohibitione desiderium, & tũc ex propria quasi virtute factum est grande vitiũ. Sic ergo abundauit peccatũ quia & cõcupiscẽtia ex prohibitione ardẽtior fa- Augu. in qo. 102. Augu. ad Hylariũ. Augu. ex poe. epist. ad Ro.

facta est, & peccantibus cõtra legem, preuaricationis cri- D
men accessit. Consilium autem dei quo legem dedit Iudæos nescisse, satis significauit isto verbo. Lex subintrauit &c. Vel ita, Lex subintrauit vt abundaret delictũ. i. in lege data abundauit delictũ. Dicit enĩ hic apostolus, quid prouenerit data lege, nũquid fecerit lex? Data erat lex in adiutoriũ, naturæ, vt quia ipsi naturę quodãmodo sunt inserta iustitiæ semina, adhęretur lex, cuius auctoritate & magisterio ingeniũ naturale proficeret ad fructũ iustitiæ faciendum.

Ambro. Sicut enim natiuitas nisi nutrimẽta habeat, interit, quibus fota adolescat: ita & naturale ingeniũ iustitiæ nisi habeat quod respiciat, & veneretur, nõ facile proficit, sed ægrotat, & superuenientib⁹ cedit peccatis. Cõsuetudine. n. E
delinquẽdi ꝑmitur ne crescat in fructũ, & per hoc extinguitur. Prouidẽter ergo, & ad bonũ data est lex, sed populus veterẽ vsum sequẽs multiplicauit peccata. Ipso enĩ vsu pl⁹ cœpit peccare, q̃ añ peccauerat: et sic factũ est, vt data lege nõ minuerent, sed abũdarent peccata diabolo inuertente legem bonã in malũ, cõtra quod oĩa de⁹ dimisit, sicut cõsequẽter ostẽdit. Vel ita, Lex subĩtrauit vt abũdaret

Augu. sup Lucam. delictũ. i. ad hoc data fuit, vt p eã abũdãti⁹ cognosceretur

Ambro. delictũ. Si enim lex nõ fuisset: pctm̃ lateret: sed p legẽ ge-

Augus. de spũ & lit. nera peccatorũ & ꝑuaricationis crimẽ homo agnouit, vt qui in sordib⁹ erat ꝑuaricãdo, magis sordesceret. i. se sordidũ cognosceret. Lex ergo author est boni. Demõstrãda enim fuerat homini fœditas languoris sui, vt videret non F
modo doctorẽ sibi necessariũ, verumetiã adiutorẽ eẽ. Pręterea data fuit lex vt mediocris pędagogũ haberet, & perfectus signũ, & durus sentiret flagellũ. Et quia hic de lege magn⁹ sermo occurrit videndũ est quibus modis lex accipiatur, & cui populo data sit, & quare illi, & nõ alii: & quibus & pro quib⁹ de illo populo data sit: postremo quibus de causis data sit, summatim dicendũ est.

Nota. Lex ergo aliquã do dicitur tota scriptura veteris testamẽti, aliquando scriptura quinque librorũ Mosi, aliquãdo decalogus scriptus in tabulis, aliqñ cerimonialia tantum, id est figuratura secundum literam, ailquando litera cum spirituali intelligẽtia, aliquando obseruantia alicuius mandati, sicut in eadẽ lege sæpe dicitur. Hęc est lex paschæ, hæc ẽ lex lepręhæc est holocaustorũ lex, & huiusmodi. Inde est ꝙ sancti de

A lege variæ loquentes, dissentire atq; cõtraria dicere videntur. Ait enim dominus per Ezechielẽ, Dedi ei pcepta nõ bona, & iustificationes non bonas, in quibus non viuent. Cui concordat Apostolus dicẽs, Lex neminẽ ad perfectũ duxit. Et item, Lex irã operatur. & hic, Lex subintrauit, vt abundaret, &c. Et dominus in euangelio, Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̃ scribarum, & pharisæorũ, &c. His aũt videntur cõtraria hęc alia, iustitia legis suo tẽpore custodita, nõ solũ bona temporalia, sed & vitã cõferebat æternã. Et Apostolus ait, Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum. & iustum, & bonũ. Et dominus in euangelio ait, Nõ veni soluere legem, sed adimplere. Vt hęc er- Beda.
B go sicut videntur non esse cõtraria pateat, sciendũ est hæc esse dicta secundũ diuersas legis acceptiones. Cum enim dicitur, Dedi eis pcepta nõ bona, & iust. nõ bo. in quibus nõ viuent, intelligendũ est hoc de pceptis legaliũ cerimoniarũ, quæ dicũtur nõ bona: nõ quia mala essent, sed quia bonos nõ faciebãt obseruãtes secundũ literã. Hoc modo, & alia accipienda sunt quæ dicta sunt in hac parte: quę autẽ ecõtrario dicũt, accipiẽda sunt de lege secundũ spiritualẽ intellectũ, & secundum moralia, quæ in euangelio non tolluntur, sed adimplentur, sicut in Matthæo ostenditur. Lex autem data est populo Iudæorũ tantũ, ideo quia ille populus solus vnum deum colens dignus erat, cui eloquia
C dei crederentur, cæteris idola colentibus. Ideo etiam quia de hoc populo nascitur[9] erat dei filius, & ideo data fuit ei lex, per quam illud intelligeret, & dei filium venturum expectaret. Dum lex data sit illi populo, data est etiã omnib[9] generibus hominũ qui erant in illo populo, sed non pro omnibus. Erant enim in illo populo tria genera hominũ, scilicet duri, insipientes, & perfecti: his omnibus data est lex, sed nõ pro omnib[9] data est, duris in flagellũ, incipientibus in pędagogum, iustis in signũ. Sed nõ pro iustis data est lex. Vt enim alibi ait apostolus, iusto lex posita non est, quia per eam iustitiæ nil accreuit. Legẽ autem hic accipimus secundum legalia, Legalia vero dicimus, quæ in lege ĩstituta sunt, & cũ lege terminata. Lex aũt data est ad domandũ superbũ, ad flagellandũ durũ, ad instituẽdũ incipientẽ, ad ostensionẽ delicti & humanæ infirmitatis, ad manifestationẽ & testimoniũ gratię, & futurorum signi-

ficationem. Vbi aũt hic agit de virtute gratiæ, & quãta efficit gratia ostendit. q.d. lege data abundauit delictũ, sed D
non ideo despiciatur Iudæus, quia, Abundauit &c. vel ita
Augusti. continua, Delictũ abundauit, per legem, sed etiã hoc sanat
Aug. de Christus, qui Vbi abundauit delictum, superabũdauit &
ver. apli. gratia, Omnia cõdonans. Totũ enim quod de Adam traxisti, totũ quod tuis prauis moribus addidisti, dimisit, totũ deleuit, orationem docuit, certamen indixit, laborãti subuenit, victorem coronabit: vel. Superabundauit gratia, qa
Origenes
Ambrosi. non solũ a preteritis peccatis absoluit, verũ etiã a futuris cõmonuit. vel, Superabundauit, quia gratia Christi, etiã his proficit quos diabol⁹ vincere non potuit: & quia peccatũ ad tempus regnauit, gratia aũt in æternũ. Vt sicut regnauit &c. Quasi dicat, dico quod gratia superabũdauit eo tamen tenore, ne quis cõfisus gratię securi⁹ peccet: sed E
vigeat gratia, & per iustitiã ducat ad vitam, sicut viguerat peccatũ ducẽs in mortẽ, & hoc est quod ait, Vt sicut, quasi eo tenore, dico gratiã superabundare. Vt sicut peccatũ, qđ etiam præter Adam est, quod lege data abundauit, quod
Aimo. non est originis, sed proprię volũtatis, Regnauit, ducens, In mortem, ęternã, Ita & gratia, remissionis peccatorum Regnet, in electis, Per iustitiã, bonorum operũ perducẽs eos, In vitam æternã: & hoc. Per Iesum Christum dñm nostrũ. siue quo nulla iustitia est. sicut aliqua peccata præter Adam sunt. Ideo cum dixisset sicut regnauit peccatũ in mundũ, non addidit per vnum, vel per Adam, quia de
Aug. de illo peccato hic agebat, quod non ex Adam traxerunt ho
baptismo mines, sed sua voluntas addiderũt. Cum aũt dicit. Gratia F
paruulo℞ regnet, & cum addidit. Per Iesum Christũ dominũ nostrum, quia per eum non tantũ originalis, sed etiã voluntariorum fuit remissio peccatorũ, Ab Adam aũt tantummodo illud trahitur, quod est originale.

CAPVT VI.

QVid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abundet: Absit. Qui eñ mortui sum⁹ peccato, quomodo adhuc viuem⁹ in illo?] Quid ergo
Aug. de
spiritu. dicemus? Obiicit apostolus quod videt a peruersis posse obiici. Quidam eñ peruersi audiẽtes prędicationẽ Pauli & aliorum apostolorum, vbi debuerunt accipere vitam, acceperunt mortem, dicentes apostolos prędicade quod

A quanto ampli⁹ homo peccaret, tãto magis deo placeret, & maiorẽ gratiã cõsequeretur. Hoc autẽ peruersi accipiũt ex illo loco, vbi dictũ est, Vbi abũdauit delictum, superabũdauit & gratia: tãquam dixerit propter abundantiam gratiæ prodesse peccatũ. Hoc dicere est esse ingratos gratiæ, & hoc est quod opponendo sibi ait, Quid ergo dicemus, quasi dicat, & quia gratia viget, vbi delictum abundauit. Quid ergo dicemus? Dicemus scilicet hoc quod, Permanebimus in peccato, vt gratia abũdet? vt quidã nobis imponunt. Absit, vt nos hoc dicamus. Non est enim permanendum in peccato, vt quidam nos dicere existimãt pro maiori gratia. Nõ enim peccãtis merito, sed subuenientis auxilio superabũdauit gratia, vbi abundauit delictũ. Nõ eñ pmanendũ est in peccato vt regnet gratia, sed potius August. August. Aug. de spũ. & litera

B p ipsam gratiã debemus, & possumus, peccato esse quasi mortui & sepulti, & resurgere in iustitiã ipsius ĩ vitã ęternam. quod consequenter ostendit apostolus, & pri⁹ quod mortui sumus peccato, subdens. Qui enim, vel, si eñ: quasi dicat, Vere nõ est permanendũ, Enim, id est quia, Mortui sumus peccato, in baptismo, id est liberati sum⁹ a peccato, vt iã nõ dominetᷣ in vobis per gratiam dei. Mori eñ peccato, est liberari a peccato, Et si hoc est, Quõ &c. vel si est ibi, Qui, ita leges, &, Qui, hoc iam habemus, Quomodo, id est, qua ratione, Adhuc, post tãtum beneficium, Viuemus in illo? & reddem⁹ vires hosti? Cum enim hoc præstiterit gratia Vt moreremur peccato, quid aliud facimus, si viuimus in eo, nisi vt gratię simus ingrati? Neque enim qui laudat beneficiũ medicinæ, prodesse morbos di

C cit, & vulnera a quibus illa hominẽ sanat: sed quanto laudibus maioribus medicina prędicatᷣ, tanto magis vituperãtur & horrẽtur vulnera & morbi a qbus liberat: quę ita laudatur, sicut laus gratiæ & prędicatio, vituperatio est delictorũ. [An ignoratis fratres, qa qcũq; baptizati sum⁹ in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Cõsepulti eñ sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ, vt quõ Christus surrexit a mortuis per gloriã patris: ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Si eñ cõplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. [An ignotis &c. Hic cõfirmat quod dixerat. s. quod mortui pctõ quod fit in baptismo, nõ debem⁹ ei iterũ viuere, vt iterum

mori sit ei necesse, qa cũ baptizamur cõmorimur Christo. & hoc est quod ait, An ignoratis &c. & quasi qs diceret, An mortui sumus peccato? Respondet vtiq3, sum9, qa nos, Quicunq3. i. cuiuscunq3 cõditionis, Baptizati sumus, id est a vitiis purificati, In Christo Iesu. i. in institutione Christi quæ est in nomine trinitatis vel in operatione ipsius, q baptizat vere, Baptizati sumus in morte ipsius, id est in similitudine mortis Christi: vt sicut Christus semel mortu9 est carne, & semper viuit, ita nos semel mortui malo p baptismũ, semp viuamus bono. Vel, In morte ipsi9 dicit nos baptizari, q a mors ei9 causa est huius purificationis. Et an ignoratis, vos hoc o fratres. q. d. hoc nõ debetis ignorare. nota qa sępe illos arguit de ignorãtia. Cõsepulti ei ſu. q. d. Vere ĩ baptismate sum9 similes mortis xpi qa etiã cõsepulti sum9 fide ĩ baptismo cũ illo. i. ad similitudinẽ eius. nos dico ducti, Per baptismũ in mortẽ. i. ĩ pctõrũ abolitionẽ. Ad hoc eñ sum9 cõmortui & cõsepulti, Vt quõ Christus resurrexit, lõge A mortuis, remotus: & hoc Per gloriã patris, id est p verbũ patris homini vnitũ, vel p gratiã dei: Ita &, tã firmiter Nos a vitiis resurgentes ad bona opa. Ambulem9, de bono in meli9, positi In nouitate vitę, p iustitiã fidei & spem gloriæ. Si eñ. q. d. Dico ambulemus in nouitate quod possumus. Si eñ nos explãtati, ad similitudinẽ arboris, de mala terra, Facti sumus, a deo: Cõplãtati, firmiter hęrẽtes, Similitudini mortis, id est si a veteri ritu remoti firmiter hærem9 bono deo faciente, & similes morti Christi sum9, Simul, id est mox. Et erim9, cõplantati similitudini Resurrectionis Christi: id est firmiter hærebim9 similitudini resurrectionis Christi, vt sicut Christus deposita vetustate a morte nouus resurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulem9. Tũc dicit nos posse fieri similes resurrectioni, si similitudini mortis eius facti fuerim9 cõplãtati. i. si in baptismo omnia vitia deponẽtes, postmodum non peccemus. Hæc enim similitudo mortis præstabit similitudinem resurrectionis, vt in nouitate vitæ ambulem9. Nota quod mors qua peccato mortui in baptismo dicimur, & vita qua nũc in iustitia & post æternaliter cũ Christo victuri sum9, ĩ morte & resurrectiõe Christi demõstrata sũt. Mors eñ xpi & resurrectio, nõ tãtũ res: sed etiã sacramẽta sunt. Quicquid eñ gestũ est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectio-

Aimo. Augusti. Aimo. Ambrosi. Augusti. Augusti.

D E F

A ne in ascẽsione, & in sedere ad dexterã patris, ita gestũ est vt his rebus mystice nõ tãtũ dictis, sed gestis, cõfiguretur vita Christiana. Attende ergo singula quę facta sũt ĩ his prędictis, & qualiter ex eis christiana vita cõfiguretur in Christo q vixerat vet⁹ hõ.i. vetustate a primo homine cõ tracta, nõ secundũ culpam, sed secundum pœnã famem scilicet & sitim, & huiusmodi. Hoc modo ipsam vetustatẽ finiuit & deposuit, vt dolorem crucis sustinens sic haberet mẽbra distenta in cruce & fixa, ne ad priores actus mouerẽtur, a q bus etiã sepultus qeuit, humanis subtract⁹ aspectibus. per hęc exigens a nobis, vt nostram vetustatẽ peccatorũ cũ gemitu & dolore pœnitentię deponam⁹ & mẽbra nostra cõtinẽtię atq; iustitię clauis confixa habeamus, ne ad priora mala redeamus, a qbus etiã ita perfe-

B cte qescam⁹, vt nec eorũ visio nec memoria habeat, & sic ad bona resurgẽtes in nouitate vitę ambulem⁹, de virtute in virtutẽ ascẽdẽtes, quousq; in dextera dei locati deũ deorũ sicut est videamus. In cruce ergo est dolor cõfessorũ: in sepultura, requies absolutorum: ĩ resurrectione, vita iustorũ, in ascẽsione, profectus perfectorũ: in cõsessu ad dexterã, gloria beatorũ. Hæc autẽ nõ solũ a nobis exigit Christus ĩ sacramẽto passionis, sed e itã si volum⁹ imitari efficit. vñ subdit. [Hoc sciẽtes, qa vet⁹ hõ noster simul crucifix⁹ est vt destruať corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui em̃ mortu⁹ est, iustificatus ẽ a peccato. Si aũt mortui sum⁹ cũ Christo, credim⁹ quia simul etiã viuemus Augusti.

C cũ illo, sciẽtes q̄ Christus resurgẽs ex mortuis, iã nõ moriť: mors illi vltra nõ dominabiť. Quod em̃ mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autẽ viuit, viuit deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidẽ esse peccato, viuentes autem deo in Christo Iesu.] Hoc sciẽtes, quia vetus hõ &c. Dixit nos p baptismum mortuos esse peccato, & ideo nõ debere ampli⁹ viuere in illo, sed in nouitate vitę ambulare, & p quid hoc liceat ostẽdit. s. Quia vet⁹ hõ cru. &c. q.d. Dico ambulem⁹ in nouitate vitæ: Nos dico, Scientes hoc, Quia vet⁹ hõ. i. fomes peccati & cõsuetudo Noster id est qui ex nobis est non ex deo, Simul cũ Christo, Crucifixus est id est cum crucifixione Christi ita debilitatus est; Vt destruatur &c. Vel. Vetus homo noster, si cum Christo crucifixus id est veteres actus nostri mor- Augu.

Aug.de bapt. par. te Christi crucifixi.i.mortui sunt ita, Vt destruatur, dominante ratione, Corp⁹ peccati, id est omnia crimina quæ simul sunt quasi corpus & congeries peccati, gratia aũt dei q in similitudine carnis peccati in cruce pepẽdit, p baptismũ id agitur, vt vetus homo crucificatur, & corp⁹ peccati destruatur: non ita vt in ipsa viuente carne concupiscentia respersa & innata repẽte absumatur & nõ sit, sed ne obsit mortuo quæ inerat nato. Nã si post baptismũ vixerit in carne habet cõcupiscẽtiã cũ qua pugnet, eamq; adiuuãte deo superet, si tñ nõ inuacuũ gratiã dei suscepit, si reprobus esse noluerit. Nõ itaq; hoc præstatur i baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, vt lex peccati, quæ est in membris prorsus extinguatur, & nõ sit: sed vt qcqd mali ab homine factũ, dictũ, cogitatũ est, cũ eidẽ cõcupiscẽtiæ subiecta mẽte seruiret, totũ aboleatur, ac velut factũ nõ fuerit habeatur. D E

Ambrosi. Ipsa ṽo cõcupiscẽtia soluto reat⁹ vinculo quo p illã diabol⁹ animã retinebat, & a suo creatore separabat, maneat i certamine, quo corp⁹ nostrũ castigam⁹ & seruituti subiicim⁹. Vetustas itaq; nostra pœnę & culpę, quę est ex maledicto primi hominis in cruce Christi destructa est, q nostrã mortalitatẽ suscepit, & peccata nostra ptulit i corpore suo sup lignũ, in cui⁹ peccati & mortis figura etiã Moses i heremo sup lignũ exaltauit serpẽtẽ: persuasione quippe serpẽtis, homo in damnationem mortis incidit. Itaq; serpens, ad significationẽ ipsius mortis cõuenienter in ligno exaltatus est. In illa enim figura serpẽs pẽdebat in ligno. Quid autẽ pependit in ligno crucis nisi mors domini, vt mortẽ moriẽdo superaret, & maledictũ geminę vetustatis nostræ fact⁹ maledictũ p nobis cõsumeret? Qualiter autẽ vetustas nostra in cruce cõsumpta sit, videamus. F

Nota. Vetustas nostra sicut & maledictio in duobus cõsistit, scilicet in culpa & in pœna. Alterũ assũpsit Christus.i. pœnã, Vnde & dicitur factus maledictũ, & vtrũq; in nobis consumpsit, quia nostrã culpam vetustatem sua simpla cõsumpsit. Vñ & vno die & duab⁹ noctibus in sepulcro quieuit. Per vnũ diem simpla eius vetustas signatur, per duas noctes gemina nostra vetustas. Quieuit ergo in sepulcro vna die & duab⁹ noctib⁹, q a sua simpla vetustate nostrã geminã tulit: & qualiter, videam⁹. Culpam deleuit Christ⁹; & presentẽ & præteritam & futurã, Præterita peccata tulit ea

A remittẽdo: præsentia, homines ab eis retrahẽdo, & itẽ remittẽdo: futura vero nõ ea remittẽdo tulit, sed gratiã qua vitarent cõferẽdo. ergo futura tulit, quia vt nõ fierẽt, fecit. Pœnã quoq; similiter cõsumpsit. Est aũt pœna duplex gehẽnalis & tẽporalis. Gehẽnalẽ prorsus deleuit, vt eã non sentiant vere pœnitentes: Temporalem vero nõdũ penit9 tulit. Manet enĩ fames, sitis, mors & huiusmodi, sed regnum & dominiũ eius deiecit, & tãdẽ in nouissimo eandem penitus exterminabit: sicut aliqs capiẽs hostẽ atrocissimũ nõ statim interficit eum, sed patitur eũ cum dedecore & dolore aliquãtulũ viuere: ita & Christ9 pœnam quasi prius alligauit, in futuro autẽ perimet. Victa ergo mors cũ triũpho est, & cũ ea diabolus, sed nondũ penitus interempta. Inde est quod Petrus ante passionem ad vocem

B ancillę negauit: postea vero ante reges & præsides ductus nõ cessit. Ideoq; congrue ait Apostolus, Vetus homo noster crucifixus est, id est, debilitatus ita, Vt destruatur corpus peccati, carne subdita spiritui: ita, Vt vltra non seruiamus peccato: nõ dico vt nõ sit, sed vt nõ cogamur seruire: & vere nõ cogimur, qa iustificati sum9, & vere, Qui enĩ est mortu9 peccato, id est q̃ liberatus est a peccato, vt nos sumus. Iustificat9 est a pctõ, id est iustus & liber est a peccato. Si aũt mortui sumus cũ Christo, id est si ita mortui sumus peccato, sicut Christus mortuus semel est pene. Credim9, etiã quia simul viuem9 cũ Christo, id est nõ alibi, sed ibidẽ cũ eo. Id est dicere, Si mortui sumus Christo. i. similes morti ei9 sicut supradictum est, præter prædicta hoc habebim9, qa viuemus cũ eo in ęterna vita, viuemus

C dico, & tali vita, quali ipse. Scientes quod Christus resurgens, longe, Ex mortuis, remotus. Iã, id est posthac, Non morit̃, id est dissoluit̃, dissolutione aię & carnis. Et mors illi vltra nõ dominabit̃, aliqua passiõe. Quod enĩ mortu9 est &c. q. d. Vere Christ9 iã nõ morit̃, qa Christ9 mortu9 est semel. Semel iõ. Quia mortu9 pctõ. i. p pctõ tollẽdo quod vna morte fecit, quę ad hoc sufficit.. Vel mortu9 est pctõ. i. pctí similitudini. i. carni ĩ qua non erat pctm̃, sed similitudo pctí: cui mortu9 est qñ moriẽdo exutus est carne mortali simili peccatrici. In quo sacramẽtũ baptismatis, quod in nobis celebrat̃ cõmẽdat Apostol9, Vt quõ ille semel moriẽdo similitudini pctí mortu9 prędicat̃, ita qcũq; August. contra Max. hæreticum Augusti.

cōtra Iulia. hæreticum. in illo fuerit baptizatus eidē rei cui⁹ fuerit illa similitudo D moriaī.i.peccato,& viuat a lauacro renascēdo,sicut ipse a sepulcro resurgēdo quālibet ętatē gerat. A puulo eṁ recē-

Augusti. in Ench. ter nato vsq; ad decrepitū senē sicut nullus est prohibendus a baptismo,ita null⁹ est q peccato nō moriaī i baptismo, sed puuli tātū originali, maiores vero etiā actualib⁹ quę originali addiderūt. Nota etiā quod Apostolus hoc di

Augusti. ex lib. hiponostico. cēdo voluit intelligere mortē deū nō fecisse,quāvtiq; de⁹ nō fecit sed hō manibus & verbis accersiuit,Attēde quod hic & alibi Augustinus deū mortē dicit nō fecisse. Idem tñ alibi ita dicit,Vidēdū est ne male itelligaī q̄ dixi. De⁹

Augusti. de retractatiōe librorum. mali auctor nō est,qui & omniū quæ sunt auctor est,quia inquātū sunt,in tātū bona sunt:& ne tñ inde puteī nō ab E illo esse pœna malorū,quæ vtiq; malū est, his qui puniun tur. Sed hoc ita dixi,quēadmodū dictū est,deus mortē nō fecit,cū alibi scriptū sit, Mors & vita a domino deo est:

Attende. malorū ergo pœna,quæ a deo est, malū est quidē malis, sed i bonis dei operib⁹ est numerāda:quoniā iustū est, vt mali puniant, & vtiq; bonū est omne quod iustū est. Sic ergo dicitur deus nō fecisse mortē,quia nō fecit illud pro quo mors infligiī.i.peccatū.Nō eṁ deo auctore fit hō deterior,sed vitiū volūtatis est quo hō est deterior, quod vitiū,lōge est a dei voluntate. Deo autē auctore cū dicitur, deo voluntate dicitur. Quod autē,q.d. Mors nō dominabiī Christo,sed potius viuit. Et quod viuit,nō qualitercū que viuit. Sed viuit deo.i.ad similitudinem dei pr̄is , quia F sicut pr̄is vita,ita & vita xp̄i,nullā iqetudinē recipit. Ita & nos, Quicquid supradixit esse hominibus p gratiā Christi,hic Romanis attribuit.q.d. Sicut semel Christus mortu⁹ est,& postea semper viuit:ita & vos o Romani,Existimate quidē vos mortuos esse peccato,viuere autē virtutibus deo.i.in honorē dei. Et est sensus, Sicut Christus mortuus est semel,ita peccatū in vobis semel moriatur,vt non oporteat iterari: & sicut Christus sp viuit,ita & vos semp viuatis virtutibus,& hoc in christo Iesu domino nostro.i. in opere Christi,alibi nulla spes est. [Nō ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore,vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato,sed exhibete vos deo,tanq̄ ex mortuis viuentes ,& mēbra vestra,arma iustitiæ deo, Peccatū enim vobis nō dominabiī. Nō eī sub lege estis,sed sub gratia.]

A Non ergo regnet, quia supradixit nos mortuos peccato esse, & non debere viuere in eo, cũ nemo sine peccato sit, determinat a quibus maxime est cauendũ, vt scilicet, Non obediamus concupiscentiis, quasi cõcludat illud quod supra querebatur. s. permanebimus in peccato. q. d. quia ita mortui estis peccato, ergo peccatũ. i. fomes peccati. & si sit nõ tamẽ regnet in corpore vestro. s. quod est vestri iuris per gratiã Corpore dico nũc Mortali, per peccatũ: sed fiet immortale in futuro, si nõ regnet modo peccatũ. Vel non regnet peccatũ in corpore hoc mortali, in æternũ. i. quod per hoc moriturũ est in æternũ quod regnauerit peccatũ. Lex carnis est quã hic Apostolus appellat peccatũ, cum ait. Peccatũ nõ regnet, quia lex vel peccatũ non sic manet in mẽbris eorũ, qui ex aqua & spiritu renati sunt, tanq̃ non sit eis facta remissio peccatorũ interfectis omnibus q̃bus superamur a deo, sed remanet in vetustate carnis tanquã separatũ, & peremptũ: nisi illicito cõsensu quodãmodo reuiuiscat, & in regnũ propriũ dãnationẽq; reuocetur. Non regnet dico, ita, Vt obediatis cõsentiendo & operãdo. Cõcupiscẽtiis eius, & si cupitis ex infirmitate. Si. n. cõsenseris, regnat peccatũ. Et nõ solũ nõ obediatis, Sed, etiã, Neq; exhibeatis mẽbra peccato. i. cõcupiscẽtię, quę tũc sunt, Arma iniquitatis. i. quibus impleatur iniquitas. Et est sensus, Nõ solũ nõ obediatis cõcupiscẽtiæ, sed nec cõcupiscatis quod est exhibere, & habilia facere mẽbra peccato, q̃ tũc sunt arma iniquitatis. Hic autẽ nota q̃ cõcupiscentia aliquãdo est nomẽ fomitis. s. vitii innati, aliquãdo actus interioris, qui est etiã in primo motu qui dicitur propassio: & in secundo, qui dicitur delectatio: & in tertio, qui dicitur consensus. Hic aũt nõ prohibet cõcupiscẽtiã, quę est in primo motu, quia nõ est in potestate nostra quin surgat, sed gratia dei compescere possumus, ne vsque ad delectationem & consensum perueniat, quod prohibet, scilicet vt mente non delecteris, vel non sentias concupiscentię carnis, quę ex languore veniẽs rebellat aduersum te. Languor autem iste tyrannus est qui mouet mala desyderia. Est ergo in nobis mala cõcupiscentia quę nõ est permittẽda regnare. sunt etiam eius desyderia quæ sunt actuales cõcupiscẽtiæ, quę sũt arma diaboli. Per ea eñ occasio dat̃ illi, vt deserente nos deo accepta p̃tãte illudat & mortificet. Si vis et

Marginalia: Ambrosi. (beside line 1); Augu. de bapt. par. (beside lines 8–9); Attende. (beside line 13); August. (beside line 17); C (left margin, beside line 27); August. (beside line 34); August. (beside line 36); Ambro. (beside line 40).

A exhibetis.i. affectatis Vos seruos, vt pronos ad obedien-
dum consentiendo & operando, serui estis, id est, cogemi Ambro.
ni quadã necessitate quã importat cõsuetudo ad volunta-
tẽ eius, Cui obedistis.i. postq̃ ei obedistis: & si nõ ante cũ
primũ exhiberetis vos seruos. Et an nescitis hoc? Serui e-
stis dico.i. Siue peccati, ducentis, Ad mortẽ, id est, ad pec
catũ maius, vel ad ęternã pœnã: Siue obeditiõis.i. iustitię,
ducentis, Ad iustitiã, maiorẽ, vel ad æternã vitã. Gratias
&c.q.d. eius estis, cui vos datis. ego autẽ Gratias, ago, Deo
de eo qd cum prius essetis serui peccati nõ mõ, & hoc est
qd ait, sic lege literã.q.d. Ita est vt dixi, & hoc in vobis ap
paret, qui fuistis aliquando Serui pc̃ti, nunc autẽ obedistis
B & per hoc estis facti, serui iustitię.i. Christi. Obedistis di-
co nõ specie tenus, Sed ex corde.i. animi iudicio, quia per
naturam nõ per legẽ ex volũtate nõ ex timore obedistis
fidei, de hoc autẽ, Ago gratias deo.s. quod cũ prius essetis
tales, mõ non estis, vos dico tendentes. In eã formam do-
ctrinæ.i. in doctrinã quę est forma nostra. Doctrina euã
gelii est forma q̃ imaginẽ dei deformatã restituit. In eam
formã, dico, in quã formã nõ per vos, sed gratia dei, Tra-
diti estis, & per hoc, Liberati estis, per alium, A pc̃tõ. id
est, a fomite peccati ne regnet. Serui autem facti estis iusti
tiæ, consentiendo & operando. [Humanum dico, propter
infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis mẽ-
C bra vestra seruire immunditię & iniquitati, ad iniquitatẽ,
ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitię in sancti-
ficationẽ. cum enim serui essetis pc̃ti: liberi fuistis iustitiæ.
Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis, in quib⁹ nũc erube
scitis?] Humanũ dico &c. Hactenus ostẽdit Aplus nõ es-
se peccandũ. hic dicit quid deinceps sit agendũ.s. vt seruia
tur iustitię, de quo nullus est qui possit se excusare. qa nul
lus est qui non possit bene operari, saltem voluntate, quod
itẽ est per gratiã. Et ne religio Christiana quasi importa-
bilis & aspera videretur, & ideo fugeret, quiddã humanũ
id est, leue p̃cipit s. ea mẽsura seruire deo, qua pri⁹ famu-
labamur pc̃tõ. cũ vtiq; propẽsius debere seruire deo quã
peccato, quippe cũ hic salus illic damnatio sit.q.d. & quia
liberi estis a peccato, ideo dico.i. p̃cipio vobis. Quiddam
humanũ, id est leue & sine honore, quod quidẽ est adultę
sed non cõsummatę iustitię. & hoc dico, Propter infirmi-

tatem carnis vestræ, id est, quæ est ex carne vestra, pro D
qua humanum dico, quia maiora deberem dicere, si possetis ferre, quia plus seruitutis debetis iustitiæ, quam peccato: sed parco infirmitati vestræ non exigens plus boni a vobis, quam fecistis mali. Sicut enim, & cæte. Hic ostendit illud humanum, pudorem incutiens illis dum dicit, vt hoc saltem dependant iustitiæ, quod prius immunditiæ detulerāt, Quid ergo tam humanū .i. tam leue, tam sine honore, qđ prius nulla possit carnis infirmitas excusare? q.d. Vere humanū dico, quia hoc humanū. Sicut .n. exibuistis .i. volūtate duce pparastis, mēbra vestra, q̄ vestri iuris essent, si velletis, Seruire operādo immūditiæ carnis id est, luxuriæ quæ corpus inquinat. Et iniquitati mētis, quę & si corpus nō inquinet aīam, tamē corrumpit: iniquitati dico ducēti, Ad iniquitatē .i. ad mali cōsummationē: E
Ita .i. similiter nunc cū sitis liberati a peccato Exhibete .i. pparate, Mēbra vestra, quę vestri iuris sunt, Seruire, operādo, Iustitię ducēti, In sanctificationē .i. ad boni cōsummationē, & est sensus, Sicut tunc nullus timor coegit vos ad peccādū, sed libido voluptasq; peccati duxit: sic nō ad iuste viuēdū, non vos supplicii met⁹ vrgeat, sed delectatio charitasq; iustitię ducat: & hæc quidē quātū mihi videtur nōdū est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Vnde nō frustra dicit, Humanū: humanū enim est quod ait, Sicut exhibuistis vos immunditię: ita exhibete vos nunc iustitiæ, quia plus etiam debet amari iustitia, q̄ tūc fuerit iniquitas, vt .s. pro iustitia tolleret homo dolores, & contēnat omnia, etiam ad mortē. Suauior em̄ est iustitia & lucidior q̄ iniquitas, & ideo magis amāda. Appende enim iustitiā F
& iniquitatē, tantū ne amāda est iustitia, quomodo amata est illa? absit vt sic, & vtinā vel sic ametur, ergo pl⁹ amāda, plus omnino. In iniquitate cōsequut⁹ es voluptatē, pro iustitia tolera dolorē. Ecce plus, sed nō dicit Apostol⁹ plus, sed sicut. Si ergo nō pl⁹ seruitur iustitiæ, Vel, id est, saltem seruiatur, quātū tūc iniquitati seruiebatur, hoc dicit ne fides, quasi aspera & importabilis fugiatur. Inueniūtur tñ forsitā aliq qui sicut iustitiæ peccati voluptatē ppofuerūt: ita pponāt iustitię delectationē, voluptatib⁹ carnis pro iustitia tñ poenas mortēq; pati formident. Humanū est hoc. Parū est vt cōtēnas quicquid te delectabat, contemne etiā

Origenes

Augu. ad Anastasiū

Au. i eod.

Augusti.

Attende.

August.

Idē i eod.

A quicquid terrebat, carceres, tormēta, etiā mortē. In vtroq; gradu amatores iustitiæ vos pręparate. Cū enim, &c. q. d. ideo seruiēdū est iustitiæ. Enim. i. quia cū Effectis serui peccati. i. cū peccatū dominaret in vobis, Liberi fuistis iustitiæ. i. caruistis domino iustitię. Serui addicti, quæso, qualis potest esse libertas? libertas serui est, quando eum peccare delectat, quod est in libero arbitrio. Liberaliter enim seruit, qui volūtatē dñi libenter facit. Ac per hoc ad peccādū liber est quia peccati seruus est, sic & iustitiæ libere seruit, qui amat, qui lætatur. Ipsa est vere libertas propter recte facti lætitiā, simul & pia seruitus ꝓpter pręcepti obidiētiā. Hęc est ergo bona seruitus & libertas, illa vero mala. Quē ergo. q. d. Cū serui essetis peccato, caruistis iustitia, & etiā fuit vobis fruct⁹ talis vnde erubescatis, & finis mors ęterna. & hoc dicit sub interrogatione. q. d. caruistis iustitia. Quē ergo fructū habuistis tunc. q. d. malū. s. maiorē turpitudinē: habuistis dico, In illis, turpitudinib⁹ peccatorum, In quib⁹. i. in quarū memoria erubescitis nūc, cū sanæ mētis estis. Est enim tēporalis confusio quædam, scilicet vtilis perturbatio animi respicientis peccata sua, & respectione horrentis, & horrore erubescentis, & erubescendo corrigentis. Et nota quod ideo mala priora memorat Apostolus, quia hæc rememoratio facit priora abhorrere, & magis obnoxios gratiæ. [Nā finis illorū mors est. Nūc vero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructū vestrū in sanctificationē: finē vero vitā ęternā. Stipēdia. n. peccati, mors: gratia aūt dei, vita ęterna ī Christo Iesu domino nostro.] Nā finis. q. d. de fructu q̄ro. Nā de fine patet. s. Quod finis illorum. s. exitus vitæ & actuū, Est mors æterna, quæ illis operib⁹ & talia operātib⁹ succedit. A morte em̄ peccati ad mortē æternā trāsitur. Ecce libertas illorum & maculis plena, & pœnarum squaloribus est mancipata. De talib⁹ dicit propheta, Cōputruerunt iumēta in stercore suo. Iumenta dicūtur homines irrationabiliter viuētes sine honestate morū & cōuersatiōis. Iumēta ergo in stercore putrescere est in fætore luxuriæ, & turpitudine vitiorū, vitam finire. Nunc autem, quasi dicat Ita fuit tunc, cum seruiretis peccato, Nunc vero cum conuersi estis, Liberati estis a peccato, cuius tunc serui eratis. Nota ꝙ supradixit eos liberos fuisse iustitiæ, nō liberatos

Augu. in Enchi. — Augu. in Psal. 30. — B (beside "na."); C (beside "de fine patet") — Ambro. — Aimo. — Augu. ad Bonifa.

nunc autē a peccato nō liberos dicit, ne sibi hoc tribuant, D
sed dicit, prouide ac vigilāter liberatos, referens hoc ad il
lā dñi sententiā. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis:
sed hæc volūtas q̄ in malis libera est, quia delectatur ma-
lis. ideo nō est in bonis libera, quia liberata nō est: nec po
test homo aliquid boni velle, nisi adiuuetur ab eo, qui ma
lū nō potest velle: & ideo hic vigilātissime dixit liberatos
a peccato, & supra, liberos iustitiæ. Liberū enim arbitriū
vsqueadeo in peccatore nō periit, vt per ipsum peccēt, ma
xime oēs, qui cū delectatione peccāt, & quib⁹ placet, quod
eis libet. Liberi ergo a iustitia nō sunt nisi arbitrio liberta
Augu. in eodem. tis: liberati aūt a peccato nō sunt, nisi gr̄a saluatoris. Serui
aūt. q. d. liberati estis a peccato, serui aūt estis facti quasi
per aliū deo, qui tūc liberi, Fuistis, iustitiæ. & vos liberati
& serui facti Habetis, in p̄senti, Fructū vr̄m. i. cōgruū: vos E
dico ducti, In sactificationē. i. in virtutū consummationē,
Ambrosi. Finē vero, habebitis, Vitā æternā, id est in exitu & fine vi
tæ, habebitis vitā q̄ est sine fine. Stipēdia. n. &c. q. d. vere fi
nis illorū Mors est, quia mors ęterna est. Stipēdia peccati
. i. digna retributio p̄ pc̄tō. Vita aūt æterna, q̄ est finis iu-
storū sola dei gratia dat, & hoc, In Chr̄o Iesu dño nr̄o
Aimo. . i. per Iesum Christū. Attēde q̄ loquēs de remuneratione
peccati, stipēdiū nominauit: & de remuneratione electorū
dixit gratiā dei, quia qui militāt diabolo, propriā mercedē
August. accipiūt. q. d. stipēdiū. i. diabolicę malitiæ debitū. Stipēdiū
Aimo. enī dicitur a stipe pendēda. i. substātia pōderāda. Antiq̄⁹
. n. poti⁹ ponderabat pecunia, q̄ numerabat, quę militibus
Augu. in Ench. p̄ patria militātibus ex publico ęrario tribuebat. Ideo di F
xit stipendiū peccati mors, vt mortem peccato nō immeri
August. to illatā, sed debitā demōstraret. Stipendia enī quasi eme
Augu. in Enchi. ritorū sunt, & stipendiū p̄ opere diabolicæ militię debitū
redditur, nō donatur. Gratia vero nisi gratis est, gratia nō
Idem ad Valentiū est. Intelligendū igitur est etiā bona ipsa hominis merita,
esse dei munera, quib⁹ cum vita ęterna redditur, quid nisi
Idem ad Sixtum p̄sbyterū. gratia pro gratia datur? Et qa merita ex gratia sunt, & ita
gratia pro gratia reddetur. Posset ergo recte dicere stipē-
diū iustitię, vita æterna, sed maluit gratia dei dicere vita
æterna, vt intelligerem⁹ deum ad vitam æternam pro sua
miseratione nos perducere, nō meritis nostris. Quid enī
est meritū hominis ante gratiā, cū omne bonū meritū no

A ſtrũ nõ in nobis faciat niſi grã? Quippe cũ deus coronat merita nr̃a, nihil aliud coronat q̃ merita ſua. Vnde vita ęterna q̃ in fine a deo meritis p̃cedentib⁹ redditur, nõ a nobis ſunt, ſed in nobis facta ſunt per gratiam recte & ipſa, gratia nuncupatur, quia gratis datur, nec ideo gratis, quia non meritis datur, ſed quia data ſunt & ipſa merita, quibus datur. Confitendum eſt ergo ideo gratiam vitã æternam vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini. Vnde in euãgelio legitur & gratiam pro gratia. i. pro eis meritis q̃ cõtulit gratia. Certũ. n. eſt vitã æternã bonis operib⁹ reddi, ſed ipſa opera quib⁹ reddetur, ad gratiã dei pertinere. Vnde dñs ait, Sine me nihil poteſtis facere. Accipim⁹ ergo gratiã pro gratia. ſed gratiã glorificatiõis, p grã iuſtificationis indebitæ. Grã. n. iuſtificatiõis B omne meritũ malũ deleuit, ĩdebito beneficio, & cõfirmat iugi auxilio cui grã glorificationis iuſte reddit̃ in primo. Augu. de cor. & grã August. Fulgẽtius

CAPVT VII.



AN ignoratis fratres (ſcientib⁹. n. legẽ loquor) qa lex in hoĩe dñatur. quãto tẽpore viuit? Ná q̃ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi aũt mortuus fuerit vir ei⁹, ſoluta e lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autẽ mortus fuerit vir eius, liberata eſt a morte viri, vt nõ ſit adultera, ſi fuerit cũ alio viro]

rat. s. p spirtū sanctū. Dixit autē nil dānationis esse his qui nō ambulāt secundū carnē, & quasi quis diceret, potes ne secundū carnē nō ambulare? Respōdet, possum. Quia lex spūs &c. vel sic cōtinua, Ideo nichil dānatiōis est, qa lex spiritus. i. spiritus sanctus, qui docet quid agendū sit, quid
Ambrosi. nō, qui est dator vitę liberauit me, A lege peccati & mor
Aug.de tis. i. a lege Mosi quę per peccatū. i. p præuaricationem est
verbis ap. causa mortis. & hoc, In Christo Iesu. i. per Christum qui dat ipsum spiritū. Vel ita, lex spiritus accipit, lex fidei quę dicit spiritus. quia deus cuius fides est, spiritus est. Discernendæ hic sunt tres leges, & satis necessarie est ista discretio. Lex inquit, spiritus vitæ ecce vna lex: A lege peccati & mortis, ecce altera lex: &, Quod impossibile erat legi, ecce tertia lex. hæc est lex p Mosen data in mōte Sina. Duæ F
Ambro. ergo leges hic bonæ sunt. s. lex fidei quæ peccatū tollit, &
Ambrosi. lex Mosi quę peccatum ostēdit & phibet, lex vero peccati mala, quia reos facit. Vidēdū etiā quid intersit, cū dicit lex spiritualis, quod prædictum est de lege Mosi: & cum dicitur lex spiritus quod hic dicitur de lege fidei. Hoc interest quod lex Mosi dicit spiritualis, ideo quia prohibet peccare, sed non dicitur spiritus, vel vitæ: quia non viuificauit remissis peccatis. Hęc autē dicitur lex spiritus vitæ,

A quia & peccare non vult, & a morte reuocat: & quia spiritus. i. mente creditur & spiritus est quod creditur, & spiritus est cui⁹ fides est, quasi dicat, ideo nichil damnationis, Lex spiritus vitę. i. lex fidei, per quam, viuificamur, quam spiritus ponit in corde, Liberauit me: quae liberatio facta est in Christo Iesu qui per fidem iustificat, & sine cuiusfide non est iustificatio. Vnde liberauit? A lege peccati & mortis. i. a consensu & operatione peccati: quae est causa mortis: quod nō potuit tertia lex Mosi. Lex carnis vt praedictū est, non est dei: sed peccati & mortis, & haec reos facit, Lex autem Mosi sancta & dei, quae ostendit malum, sed non tollit, lex autem spiritus quae est lex fidei & gratię malum tollit. [Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in simi

August.

Aimo.

Augusti. de verbis dñi.

B litudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem, sunt, q̄ carnis sunt sapiūt: qui vero secūdum scriptū sūt, quae sunt spiritus sentiunt.] Nā quod impossibile. Quomodo in Christo facta sit liberatio, hic exponit. q d. Bene dico in Christo Iesu nos liberatos, nam deus est i Christo filio suo, & ita p eum potest fieri liberatio nostra quę non poterat fieri per legem, & hoc est, Nā deus, pater. Misit filium. i. visibilē fecit filiū suū. i. sibi cōsubstātialē: nō misit vbi nō erat q vbiq est, venit i virginē q autē i virgine erat, q̄ creauit, elegit, quam elegerat, creauit: attulit virgini foecunditatem, non abstulit integritatem veniēs in vterum virginis, Sed si an

August.

C te ibi erat, quomodo venit? quia ibi alio modo coepit esse quam ante erat, Fuit enim ibi per vnionem naturae, qualiter ante nō erat. Ita etiam & in mūdo erat, & in mūdū venisse dicitur, quia visibilis mundo apparuit Misit dico, In similitudinem carnis peccati, non in carnem peccati cem: sed in ei similem per passibilitatem, & mortalitatem & alios defectus, Caetera vero omnis hominum caro peccati est, sola illius non est caro peccati, quia non eum mater cōcupiscentia: sed gratia cōcepit. habet tñ similitudinē carnis peccati, quia esuriuit, sitiuit, dormiuit, & huiusmodi. Licet ergo eadē caro Christi sit, quę & nr̄a, nō tñ ita facta est i vtero, sicut nr̄a: est eñi i vtero, sāctificata & nata si

Augu. de de ver. ap.

August.

Ambros.

ne peccato, & nec ipse in illa vnquam peccauit. In pœna D
ergo similis est nostræ, nõ in qualitate peccati: venit enim
Origenes ad corpus immaculatũ, naturã quidẽ corporis habuit, pollutionẽ tñ peccati quę ex cõcupiscẽtie motu concepta est, omnino non habuit: Ideo ergo nõ erat caro peccati, quia nõ ex carnali delectatiõe nata, sed tñ erat similis, qa mortalis. In hanc similitudinẽ misit deus filium, vt sic dãnaret peccatũ. vñ subdit, &, De peccato: quasi misit filiũ: &, Mit-
Ambros. tens. i. per hominẽ faciẽs cognoscibilẽ & visibilẽ: Damnauit peccatũ. i. destruxit diabolũ, De peccato, facto in carne Christi. i. pro peccato quod fecit ĩ carne Christi. Per hoc eñ amisit dominiũ retentarũ animarũ, sicut supra ostensum est: vel, Dãnauit peccatũ. i. debilitauit peccatũ. i. fomitẽ pecca ti procedẽtẽ de peccato Adæ, damnauit. dico ĩ carne Christi, cũ qua vetus homo noster crucifixus est, sicut E
supra monstratum est. Vel dãnauit peccatũ omne. i. deleuit, in carne Christi: & qualiter in carne ostẽdit, De peccato. i. pro eo quod factus est hostia ꝓ peccato. Portauit eñ peccata nostra in corpore suo sup lignũ, ibiq; deleuit. Ita
August. hoc dicit, sicut in veteri testamẽto peccata dicebãtur sacrificia pro peccatis, ita ꝑ eũ dãnatur peccatũ. Vt iustificatio legis. i. iustitia quã lex Mosi promisit, Impleretur. i. consumaret, In nobis. Lex eñ Mosi tãtũ præcipit; sed lex spiritus implet. In nobis, dico, talibus, Qui non ambulam[9] actib[9], Secũdũ carnẽ. & si aliqñ cadam[9]. Sed secũdũ spiritũ Non ambulat secũdũ carnẽ q non agit opera carnis: secundum spiritũ ambulat qui iuuatur spiritu in mente ne post
August. concupiscentias eat. Ecce duo dixit per Christum facta. s. peccatum damnatũ, & iustitiã impletã, ad quæ duo perficienda legem dicit esse inualidã, addẽs, Quod impossibile &c. Quasi dicat, damnauit peccatum, Quod. s. dãnare pctm̃, Erat impossibile legi, naturali, vel scriptę, impleuit iustitiã, In quo. i. in qua re, s. in iustificatione implẽda. F
Infirmabatur lex per carnem. i. per carnales obseruãtias quæ nõ poterãt iustificare. vel ꝑ carnẽ. i. per fomitẽ peccati. s. ꝑ carnalitatẽ quæ rebellabat, & audita lege ampli[9] est incitata, & sic infirma est lex literæ ꝑ carnẽ, & ideo ei erat impossibile liberare a lege peccati & mortis. Qui eñ &c. Vere ambulãs secũdũ carnẽ nõ est iustus, qa nec etiã ille qui est secundum eam: & hoc est Qui enim secũdũ car

A nem sunt.i.q mente consentiunt carni,non sunt iusti: cur non? Quia sapiunt,ea,Quæ carnis sunt.i.intenti & curiosi sunt in carnalibus,carnalia pro summis bonis cócupiscẽtes,quod repugnat iustitiæ.Qui vero, probat quod ambulans secundum spiritum,est iustus,quia etiam ille q est secundum eũ. & hoc est quod ait.Ille q est secundum carnem carnalia sapit:Qui vero secundum spiritum, sanctũ vel,Rationem sunt,consensu.i.consentiunt his quæ spiritus sanctus docet,vel ratio insinuat, Sentiunt,ea,Quę spiritus sunt.i.sollicitι sunt ad ea implenda quæ spiritus approbat. [Nã prudẽtia carnis,mors est:prudentia autem spiritus,vita & pax.Quoniam sapientia carnis,imica est deo. Legi enim dei non est subiecta,nec eñ potest.] Nã prudẽtia carnis.Quasi dicat,Vere ille q sapit ea quę car Aimo.
B nis sunt,non est iustus.Nã prudẽtia carnis est mors æterna.i.dignus est morte ęterna , q́ habet prudẽtiam carnis, quod est cum studiosus implet quæ carnis sunt, appetẽdo bona tẽporalia,& fugiendo mala:& cũ naturas rerũ tãtũ sequitur,quod est graue peccatũ.Prudentia autẽ ideo dicitur,cum res stulta sit,quia ita videtur secularibus hominibus.Prudẽtia carnis est mors.Prudentia autem spiritus, quę est cũ studiose quis agit spiritualia,Est vita.i. causa vitæ in futuro,& hic pax mentis.vel,Est vita,& pax.i. vita cum pace quæ erit i futuro.Vere prudẽtia carnis ẽ mors Quia sapientia carnis,s.quę a deo intendit carnalib⁹,Inimica est deo.i.q sapit secundum carnẽ , inimicus est deo, quẽ sibi finem non constituit,vel quia nil putat deum posse preter quod in naturis rerum videtur. & vere inimica
C est deo,Legi enim dei non est subiecta.i.sapiens secundũ carnẽ bonis institutionib⁹ dei nõ obedit,Nota quod hæc Ambros. numerando deterret a carnis obediẽtia & vere nõ est subiecta legi dei,Nec eñ põt,esse subiecta. Quid est non põt Nõ hõ potest?non anima põt?nõ ipsa caro,quæ dei creatura est?põt vtiq;,sed prudẽtia carnis nõ põt,id est natura põt,vitiũ nõ põt. Sed medicus ad hoc venit vt pellat vitiũ Venit eñ saluator ad gen⁹ humanũ,nullũ sanum inuenit id est magn⁹ medic⁹ venit,ad sanãdũ vitiũ,quo sanato reparata est natura,& dicitur hoc contra Manichęos q volebãt aliam contra deũ inducere naturam mali. Hoc verbo apostoli suũ cõfirmantes errorẽ, Sed vn⁹ hõ eademq;

Augu.:de ver. apo.

natura, a bono deo cõdita bona, quæ heri sapiebat secun- D
dum carnẽ, hodie secundnm spiritum sapit, quæ dũ vitiũ
habet nõ põt subiici legi dei, sicut claudicatio nõ põt sub-
iici rectę ambulationi. Tolle vero claudicationẽ, & vide-
bis rectã ambulationẽ: ita excluso vitio, sanata est natura.
Quid autem per singula immoror? [Qui autẽ in car
ne sunt deo, placere non possunt. Vos autẽ in carne nõ e-
stis, sed in spiritu, si tñ spirit⁹ dei habitat in vobis, Si quis
autẽ spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius, Si autẽ Chri
stus in vobis est, corpus qdẽ mortuũ est propter peccatũ
spirit⁹ vero viuit ꝓpter iustificationẽ. Quod si spirit⁹ eius
q suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, q suscitauit
Iesum Christũ a mortuis, viuificabit & mortalia corpora
vestra, ꝓpter inhabitãtẽ spiritũ eius in vobis.] Qui au-
tẽ in carne sunt. i. qui post cõcupiscẽtias carnis eũt, & car
nis voluptatibus delectant, Deo placere nõ possunt. Vos
autẽ. Verba ad ipsos Romanos conuertit, & quod esse in
carne, non vita, sed vitio intellexerit, ostendit. q. d. Qui in
carne sunt. non placent deo, Vos autem, o Romani, Non E
estis in carne, id est non facitis opera carnis. q. d. nõ ꝓ vo-
bis dictũ illud est superi⁹. Sed estis in spiritu. i. in his quæ
suadet ratio, ita, Tñ, hoc dico. Si spiritus dei habitat in vo-
Ambrosi. bis. Ecce hic docet quõ quis ambulet secũdũ spiritum. s.
si habeat spiritũ dei. Et nota, quod ambigue dixit hoc, q a
in legẽ inducti nõdũ perfectę erant fidei, sed spes est pro-
ficiendi. Si qs autẽ. q. d. si qs habet spiritũ dei, non est in
carne. Si quis autẽ non habet spiritũ Christi. i. dei, q a etiã
idem est spiritus dei: & spiritus Christi, Hic non est eius.
i. Christi mẽbrũ. Ecce vñ est secundum carnẽ ambulare,
ex eo. s. quod qs nõ habet spiritũ Christi, ꝙ ẽ dũ viuit secũ
Ambro. dũ sensũ carnis, vel secũdũ gesta carnis. i. dũ mẽte cõsen
tit carni, opera actũ explet. Secundũ quæ duo supradictũ
est, inter ambulare secũdũ carnẽ, & esse secũdũ carnẽ. Si F
autem. q. d. q non habet spiritũ Christi, non est eius, sed,
Si Christus in vobis est, qui est idẽ cũ spiritu sancto, qđ est
dicere, si spiritus Christi in vobis est, Corpus quidẽ mor
tuum est propter peccatũ, spiritus vero viuit propter iusti
Ambrosi. ficationẽ. i. licet hoc sit quod corpus est mortuum tamen
spiritus viuit, Nota quod non ait mortale, sed Mortuum
mortale qdẽ fuit ante peccatũ. i. potens mori, sed post pec

A catum fuit mortuum.i.habens in se necessitatē moriendi: & ideo cōgrue addidit, Propter peccatū.s.originale, vnde & hæc mortalitas: vel, Mortuum est propter peccatū.s. vitandū propter hoc.n.hæc infirmitas reseruatur, vt per hāc pœnā quā sentit, magis timeat peccare. Vel nomine corporis totū hominē significat, sicut propheta Ezechiel ecōuerso totū hoīem aīę noīe significauit, dicēs, Aīa q̄ peccauerit, ipsa morietur: qui aūt in peccatis mortuus prius erant, per gratiā spiritus postea viuit. & est sensus, Si spiritus Christi in vobis est, licet Corp⁹ mortuum est.i.homo mortuus fuerit, Propter peccatū.i. in peccatis, Sp̄us tū.i. anima quæ fuerat impia, Viuit, quia a deo, qui est vita, iūgitur. & hoc Propter iustificationem.i.peccatorū remissionē quæ est ex spiritu sancto. Q̄z si spirit⁹, &c.q.d. Hoc Ambrosi.
B iam est vobis q̄ spiritus.i.anima viuit per iustitiā. Q̄z.i. sed, Si spirit⁹ ei⁹.i.dei patris, Qui susci. Christum a mor. hęc est causa quare suscitabit alios, quia Christ⁹ suscitatus est. Habi.in vo. dico q̄ qui hoc potuit.s. Qui susci. Christ. Ie.a mor. sicut dictū est, Viuificabit, &.i.etiam, Corpora vestra, id est, impassibilia & immortalia corpora vestra. Mortalia non ait mortua, quæ modo sunt, cum & supra dixisset corpus mortuum, sed ait mortalia, quale fuit corpus hominis etiam ante peccatum. Tunc enim mortale erat, sed non mortuū, quia poterat mori si peccaret homo, sed non habebat in se necessitatem moriendi, sicut hoc corp⁹ nostrū potest esse ęgrotabile, quamuis non sit ægrū, & ita illud corpus iā tūc erat mortale, sed p̄pter peccatum factū est mortuū, id est, necessario moriturū. Añ peccatū August. de bapt. paruu.
C ergo corpus erat aīale.s. quod non necesse esset mori nō mortuū est.s.q̄ necesse est mori. Aīale, idem est q̄ mortale. Bene ergo ait, Mortalia, & non ait mortua. quia in resurrectione cum mortale hoc induet immortalitatem, nō solum necessitas moriendi, quam modo habet, sed nec etiā mortalitas, quam corp⁹ animale habuit ante peccatū, remanebit, & hoc fit nō pro nostra dignitate, nec propter nostra merita: sed propter spiritum eius inhabitantem, in nobis, id est, propter suam misericordiam, per quam spirit⁹ sancti gratia habitat in nobis. Euidētissime apparet, sed non tantum spiritus, sed & corporis mortem propter peccatū hoīem meruisse, & per spiritū sanctū vtrūq; libe- August. de bapt. paruu. August.

ratum a Christo. Dono nanq; eius quod animę datur.i. D spiritui sancto, non solum anima cui datur, salua & pacata, & sancta fit, sed etiam ipsum corp⁹ viuificabitur, eritq; in natura sua mundissimũ. Et est hic euidentissimũ testimonium de resurrectione, & tam pclara & aperta sententia, vt non expositore, sed lectore indigeat. Et notatur hic quartus act⁹ hominis. In hac nãq; Apostoli serie quatuor hominis actiones designantur. Prima fuit ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in vita æterna. In prima actione ante legem nulla pugna est cum voluptatibus huius seculi. In secunda sub lege pugnam⁹, sed vincimur. In tertia pugnamus & vincimus, In quarta nõ est pugna sed quies & pax ęterna. quia nobis subiugatur nostrũ inferius, quod ideo non subdebatur, quia superiorẽ nobis deũ deseruera m⁹. Attende etiã q spiritus sanctus, & spiritus patris est dictus, vbi legitur, Si aũt spiritus eius qui suscitauit Christũ. Et spiritus filii, vbi legitur, Qui aũt spiritũ Christi nõ habet, quia spiritus sanctus de vtroq; procedit. Nõ enim duo sunt spiritus sancti, vnus patris & alter filii, sed poti⁹ vn⁹ patris & filii. Sicut ergo fili⁹ nõ est a seipso, sed ab illo de quo natus est: ita & spiritus sanctus nõ a seipso est, sed ab illo de quo pcedit. i. a patre & filio. Distinguere autem inter illã generationem, & hanc processionem nescio, nõ valeo: nõ sufficio, quia & illa, & ista ineffabilis est, Ideoq; sicut propheta de filio loquẽs ait, Generationẽ ei⁹ quis enarrabit? Ita de spiritu sancto verissime dicitur, Processionem eius quis enarrabit? Hæc ergo trinitas vnius eiusdemq; substantiæ est, quia filius non de aliqua materia est, sed nec de nihilo est, sed de quo genitus est, & spiritussanctus non de aliqua materia, vel de nihilo, sed inde est vnde procedit. Ergo fratres, &c. q. d. quia hęc bona a spiritu habem⁹, ex carne aũt nõ est nisi mors.

Au.gu. in Psal. 108

E

Au. cõtra Maxim.

F

[Ergo fratres debitores sumus spiritu, nõ carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunq; enim spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei.] Ergo fratres debitores sumus spiritui, i. ex debito seruire debem⁹, & obedire spiritui sancto vel rationi: Nõ carni, ita, vt secundũ carnẽ viuam⁹. i. secundũ carnis voluptatẽ, & si necessaria ei ministrare debemus; quia caro nõ

A est malum. Creatura enim dei est, & ab eo condita, a quo anima, nec illa est pars dei, nec illa. Tota enim trinitas est vnus deus, summe bonus. Anima vero magnũ bonũ est, nõ tamen summũ. Item caro nec summũ bonũ, nec magnũ est, sed paruũ. Anima ergo viuẽs inter summũ & paruum bonũ. i. inter deũ & carnẽ, inferior deo, & carne superior debitrix est deo, vt secundum eum viuat. Nõ carni, vt secundũ carnis delectationes viuat, quod nõ est faciendum. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini: hoc ideo dicit, quia ex sensibus corporis vitia nascuntur q̃ carni deputantur. Si autem mortificaueritis facta carnis. i. si poenitus abieceritis quæ caro voluptuose exigit, &c. Hoc spiritu, sancto, quod mox determinat vbi ait, Spiritu dei: vel, Spiritu, nostro, quod tamen non est nisi agente spiritu Ambro,

B dei, Si, hoc inquam feceritis, Viuetis, hic in iustitia, in futuro in gloria. Hoc est enim opus nostrum in hac vita. s. actiones carnis spiritu mortificare, nõ cõcupiscẽtiis ei⁹ cõsentiendo, & ipsas etiã concupiscẽtias minuendo, & ne se extolleret human⁹ anim⁹, vel spũs, & se ad hoc sufficientẽ iactaret, subdit, Quicũq; enim aguntur. q. d. quod facere potestis, quia filii estis, & vere. Qui. n. agũtur. i. reguntur, spiritu dei nõ suo, nõ lege minãte, ꝑcipiente, ꝓmittẽte, nõ adiuuante: Hi sunt filii dei. i. ex dilectione seruientes. Vel aguntur dicit, nõ reguntur, vt magnũ gratię effectũ ostendat. P l⁹ est enim agi quam regi. Agi enim dicimus aliquẽ quasi vix aliquid agentem. Regi aliquem dicimus quasi aliquid agentem. qui enim agitur, agere vix aliquid intel- Au. in lib. sñ. ꝓsperi

C ligitur qui autem regitur, aliquid agit, & ideo agitur, vt recte agat. Vt ergo multũ ꝓstitisse grã saluatoris itelligatur dixit agũtur, nõ vt nil agãt, sed quia impetu gratię agũtur vix tamen vt agant. Nam tanto magis efficitur quis filius bonus, quãto largius datur ei ex parte spiritus vel sanctus bonus quo agitur & agit, & sic bene agit, si a bono agitur. Quando ergo non agit, vel non omnino faciendo, vel nõ ex charitate faciẽdo oret, vt q̃d nõdũ habet accipiat. [Nõ enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepi stis spiritum adoptionis filiorum.] Nõ enim, &c. Quasi dicat, filii esse debetis, & non serui. Nõ eñ accepistis iterũ, vt olim in lege, Spiritũ seruitutis in timore. i. spiritũ qui vos inuitos timore poenę seruire faciat. Sed acce- Augu. de cor. & gr. Augus. I ꝑs. 108.

Augu. in lib. q̃sti. Exodi. pistis spiritũ adoptionis filiorũ dei. i. spiritũ sanctũ datorẽ A bonorum per quę filii sunt, quod est ex misericordia dei. Caue ne ex eo ꝙ ait seruitutis, & spiritum adoptionis, diuersum intelligas spiritũ, cũ sit vnus atq; idem spiritus, ille duntaxat, qui immunitate trinitatis spiritus sanct⁹ accipitur. quod apostolus etiã ostẽdit dicẽs, Iterũ. Idem ergo spiritus est, sed propter diuersa opera dissimiliter accipitur, vt Aegyptiis spũs iræ dicit̃, quib⁹ aqua diuersa spũ nocuit: filiis Irael nõ dicitur irę quib⁹ aqua diuersa profuit. Similiter spiritus timoris dicitur esse Iudæis, qui eodẽ spiritu in quo tabulis lex scripta est, timor incussus est eis, q gratiam nõdũ intelligebãt de sua infirmitate, & peccatis per legẽ cõuicti. Spiritus aũt libertatis dicitur esse his quibus B

Augu. de spũ & lit. impartitur eius opere gratia, & regeneratio in vitã valẽs ęternam. i. fides quæ per dilectionẽ operatur, non per timorẽ, nõ formidãdo pœnã, sed amando iustitiã. Vnde est ergo ista dilectio, nisi & vnde ipsa fides. i. a spiritusancto? Nõ. n. esset in nobis nisi diffunderetur in cordibus p spiritũ. Charitas aũt dei dicta est diffundi in cordibus nr̃is, nõ qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut iustitia dicitur dei, qua nos iusti ei⁹ munere efficimur: & dñi salus, qua nos saluat: & fides Christi, qua nos fideles facit.

August. sup Ioan. Vnus ergo spirit⁹ est qui duos timores facit. Duo eñi timores hic insinuãtur, vn⁹ qui est in perfecta charitate. s. timor castus. Alter qui nõ est in charitate. s. seruilis, in quo q̃uis deo credatur, nõ tamẽ in deum: & si bonũ fiat, tamen non bene. Nemo enim inuitus bene facit, etiam si C

Au. i lib. sñ. p spi. bonũ est quod facit. Hi aũt duo timores faciũt duo genera seruorũ. Est eñi seruus qui est & filius, qui timet dñm & honorat patrẽ. Vnde per Malachiã dominus ait, Si dñs sum, vbi est timor meus? Si pater, vbi est amor me⁹? Et est seruus qui timet pœnam, sed nõ diligit iustitiam. Et quia de timoribus fit mentio, sciendũ est p̃ter naturalẽ timorẽ qui omnib⁹ inest, quatuor esse timores. s. mũdanũ qui malus est, nec a deo est: & seruilẽ, qui bonus est, & a deo: sed nõ sufficiẽs: & initialẽ, qui bon⁹ est & sufficiẽs: & castum, qui bonus est & perficiens, de quo hic agit̃. Ipse enim generat nos filios. [In quo clamam⁹ abba pater. Ipse. n. spiritus, testimonium reddit spiritui nostro quod sum⁹ filii dei.] In quo. q. d. dedit spiritũ adoptionis. In quo. i. p

A quem nos liberi, de vtroq; populo in Ecclesia collecti, clamamus intense. s. nō ingrati. Clamor iste cordis est nō labiorū, intus sonat aurib⁹ dei, qualiter Susanna clauso ore labiisq; immotis clamabat. Iudæi quidē clamabāt. Abba. Gentiles vero, Pater, quod tamen idē est. Abba. n. hebraice, pater latine dicitur, sed propter sacramentū, vtrūq; posuit Apostolus. Sicut & Marc⁹ vtrūq; dñm in passione dixisse cōmemorat. Et fortasse dñs propter sacramentū Ecclesię insinuādū vtrūq; dixit, cui fact⁹ est angularis lapis, Venienti partim ex Hebræis, ad quos pertinet, Abba: partim ex gentibus ad quos pertinet, Pater, quia ecclesia est de vtroq; populo in vno angulari lapide collecta, qui fecit vtraq; vnū, vt vn⁹ esset grex, & vn⁹ pastor: cui ecclesiæ bonus magister compatiens in se ostendit filios eius. s. marty-
B res, nō debere desperare, si qua forte tēpore passiōis eorū, ex humana fragilitate tristitia irrepit cū eā vicerint, voluntati suę ꝑponēdo volūtatē dei. Elegāter ergo & nō frustra duarū linguarū verba posuit, & idē significātia propter vniuersum populū, qui de Iudæis & gentibus, in vnitatem fidei vocat⁹ est. Ipse em̄, &c. q. d. vere filii sum⁹, hoc enim recognoscere facit spiritus. s. nostrū spiritū, & hoc est, Ipse enim spiritus sanctus testimoniū reddit spiritui nostro. i. recognoscere facit mente nostra, dum per eū facta remissione nō agim⁹, de quo quod, Sumus filii dei. Hoc facit cognoscere spiritus sanctus, dū. s. in ecclesia fit remissio peccatorū in spiritu sancto, quā remissionē cū trinitas faciat, proprie tamē ad spiritū sanctū itellig tur pertinere, quia
C spūs cōmunis est patri & filio, amborūq; vnio, per quē fit societas & vnitas, qua efficimur vnū corpus vnici filii dei. Vnitas. n. nos cōpaginat, quā facit charitas, & charitas nō est nisi a spū sctō. Ergo spūs ē q viuificat, q auiua facit mēbra: nec viua facit, nisi q̄ in corpore qđ vegetat inuenerit sicut spūs hois nō viuificat mēbrū, qđ separatū inuenerit a corpore. Hæc dicūtur vt amem⁹ vnitatē, & timeam⁹ separationē, Nil enim sic debet Christian⁹ formidare quā separari a corpore Christi, propter hāc societatē spirit⁹ sanctus descēdit super viros cōgregatos in vnū, qui & omnibus linguis locuti sunt, quia per linguas cōsonātior est societas humani generis. Spiritus ergo testimoniū filiorum dei reddidit, cum dono spirit⁹ in eis signū paternū videt.

Ambro. (margin)
August. de blasp. (margin)
Ambro. (margin)

[Si autem filii, & heredes, hæredes quidem dei, cohære- D
des aūt Christi, si tamen compatimur vt & glorificemur.
Existimo. n. ꝙ nō sint cōdignæ passiones huius temporis,
ad futurā gloriam, quę reuelabitur in nobis. nā expectatio.
August. creaturę, reuelationē filiorū dei expectat.] Si aūt, &c. q. d.
qſti. 73. filii sum⁹, hoc aūt est quod nō est paruū, vel leue. Si. n. filii
sum⁹ & hęredis. i. eiusdē gloriæ participes, hęredes quidem dei, quia eius fruemur beatitudine: Cohæredes autē Christi, in quo & cum quo beati erimus: vnde dicitur, qa similes ei erimus. Nota ꝙ cū hæres dicatur, cū iam hæreditas morte decessoris firma teneatur, nec alio modo possit intelligi, hæres secundū quod dicitur humanis legib⁹, nos tamen hęredes dei dicimur, & si non decedat, quia hæreditatem æternā nos filii sponsi, & sponsæ speramus
quam in futuro possidebimus, non patris morte, qui mori E
August. non potest, qui est hæreditas nostra. Vel potest dici, quod
sup Ioan. decedet secundū modū cognitiōis, quo nunc cognoscitur a nobis. Nūc. n. cognoscim⁹ ex parte & p speculū videm⁹. Decedet ergo vt tunc nō videatur per speculū in enigmate sicut nūc, sed facie ad faciē. Potest etiā dici ꝙ Christus caput nostrū in passione dedecens, nobis reliquit pacis ecclesiasticæ possessionem, sicut ipse ait, pacē meā relinquo vobis. Attende etiā ꝙ Christus hęreditas suorū est, & ipsi hæreditas eius. Vnde dabo tibi gentes hæredit. Et ecōuerso Dñs pars hęreditatis meæ, & calicis mei Sed quo merito sumus hęredes? Ecce, Si tamen cōpatimur. q. d. dico ꝙ sumus cohęredes Christi, Si tamē, compatimur, id est, ad
eius similitudinē patimur, quod pertinet ad illud quod su F
pradixerat si facta carnis mortificaueritis. Mortificare aūt facta carnis, nemo potest, vnde erit vita sine molestia, cui necessaria est patiētia. Patimur dico hac intētione, vt glorificemur. Existimo enim. q. d. dico si compatimur, & patiendum est pro gloria habenda, Existimo enim. i. scio: ꝙ Passiones huius temporis. i. temporales & momentaneę simul oēs, nō sunt condignæ. i. sufficientes, si districte ageretur nobiscū. ad promerandā, futuram gloriā. Tribulatio nanq; est cū fine, merces sine fine erit, & multo maior erit tibi gloria, ꝗ hic labor. Quæ, gloria & si nunc occulta sit quā ocul⁹ nō vidit, nec auris audiuit: tamē, Reuelabitur omnibus bonis & malis, non quidem esse in ma-

A lis, sed tantum esse, In nobis, bonis. Ecce hoc facit spirit⁹ quod merita non possunt. Reuelabitur, & vere, quod probat authoritate expectantium. Nam expectatio creaturę, &c. vsq; ibi. Spe enim salui. Hoc capitulum obscurum est. quia non satis hic apparet, quid nunc vocet creaturā. Dicitur autem secundum catholicam disciplinam creatura qcquid fecit & condidit de⁹ pater per filiū, qui nō potest appellare creatura, quoniā per Christū facta sunt omnia. Hic autem videtur ostendere esse diuersa, creaturam & filios, cum dicit, Creatura expectat reuelationem filiorum & creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem glorię filiorum dei. Quasi nō simus nos creatura, sed filii dei. Item dicit. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc, non solum autem illa, sed & nosipsi, tanq̄ aliud simus nos, aliud omnis creatura. Sciendū ergo q̄d nosipsi dicimur creatura & filii: sed quod sumus creatura apparet: quod autē filii dei, nondū apparet: sicut Ioannes ait, Charissimi filii dei sumus, sed nondū apparuit quid erimus: cū autē apparuerit ei similes erimus. Distincte ergo nunc ante gloriam illā qua apparebit quod sum⁹. Vocamur creatura secūdum quod modo anima & corpore dolemus, dum facta carnis per abstinentiā mortificam⁹, dum aduersorū aculeos per patientiam sustinem⁹, quales nunc apparemus. Filii autē dei dicimur secundū adoptionem, & scdm quod futuri sumus. quando apparebit quid erimus quod nunc adoptione meremur. Itaq; non naturę alterius, sed alterius qualitatis diuersitate a creatura filios. quasi distinguēs, ait, Expectatio creaturę. i. expectās creatura. Expectat. q. d. assidue in actu expectandi est: geminatio nanq; assiduitatem notat. Expectat dico, Reuelationē filiorū dei. i. quando apparebit qualis futura est. Nō enim creatura reuelationē naturę alterius expectat, sed ipsa qualis nunc est, expectat quando fit qualis futura est. vt si diceretur, operante pictore subiectis sibi coloribus, & ad opus ei⁹ paratis expectatio colorū manifestationē imaginis expectat, nunc quia tunc alii erunt, aut non colores erunt. Sed quia aliā dignitatem habebūt. Vel simpliciter creatura dicuntur boni, eo q̄d manēt in creatione dei: vel iidē boni per excellentiā dicuntur creatura, quia sunt causa oīm. Haec ergo creatura expectat, quia nondū apparet

Augu. de quæstion. lxxxiii.

B

August.

C

quod est. Reuelationem filiorum dei, & ideo omnia tole- D
rāda sunt, vt illud obtineat quod expectat. [Vanitati em̄
creatura subiecta est, non volens sed propter eū qui subie
cit eā in spe: quia & ipsa creatura liberabit a seruitute cor
ruptionis, in libertatem gloriæ filiorū dei, Scimus em̄, qd
omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc. Nō so
lum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes
& ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū dei, expe-
ctātes redemptionem corporis nostri.] Vanitati &c. Pro
cede prius secundū illam sententiā. vbi per creaturā acci-
piuntur boni: q.d. Creatura expectat, & necesse est ei ex-
pectare, Quia vanitati subiecta ē: & potest expectare, qa
nō amat vana, quæ sunt oīa mūdana: & hoc est quod ait, E
Vanitati etenim creatura .i. boni, Subiecta est non volens
id est non amans ista caduca quæ vana sunt. Vnde Salo-
Augus. mon, Vanitas vanitatū & omnia vanitas, Oia enim quæ
nascuntur infirma, & corruptibilia sunt, ac per hoc vana,
quia statum suū tenere non possunt. Corruptio ergo ipsa
est vanitas, cui Subiecta est creatura. dico subiecta est, Va
nitati, sed tamen patienter ferens, Propter eū qui subiecit
eā in spe. i. patienter sustinet sciens deū subiecisse ad con-
uersationē humilitatis, sed non sine solatio spei hui⁹, scili
cet quia & ipsa creatura, Liberabitur in futuro, vt Chri-
stus caput nostrū iam liberat⁹ est: vel, Vanitati em̄ &c. Si-
cut supradictū est, creatura dicitur, quicquid mō in nobis F
dolet. i. nosipsi secundū quod corpore & anima dolemus,
quæ vtiq; creatura est dum carnem mortificam⁹, per ieiu
nia & aduersa, & hæc creatura vt prędictū est expectat
Augusti. mō quod erit in futuro, q.d. necesse est expectare, Quia
creatura. i. homo qui mō tantū creatura videtur. Vanitati
subiecta est, & hoc nolens. i. non spōte. Hō quippe sponte
peccauit, sed non sponte dānatus est. Peccatum itaq; fuit
spontaneū: contra pręceptū facere veritatis. sed nō sponte
fert pœnā peccati. Luit enim meritas pœnas, peccati, ve
ro pœna est quod subiicit fallacię. Dico quod nō est subie-
cta spōte: sed, Propter eū qui subiecit eam. i. propter iusti
tiā & clemētiā eius, q pctm̄ & punit: & peccantē sanare in
tēdit, qui eā subiecit. In spe, hac vtiq; qa ipsa creatura libe
rabitur, sicut nos apli, Per hoc em̄ qd non ait simpliciter
ipsa, sed & ipsa facit intelligi, qd nec de ipsis desperandū

A est,qui nondũ crediderũt,quia & ipsi credituri sunt, & liberabunt,qui nondum sunt filii dei. Sed tm̃ creatura mõ dicunt,cũ nondũ grãm adoptiõis receperũt.Hõ em̃ sigillo imaginis propter pctm̃ amisso: remãsit tãtummõ creatura,& ipsa vtiq; Creatura,quę mõ ita vocat cũ nondum est filiorũ forma perfecta, Liberabit vt nos apli,qui iã filii sumus,& si nondũ apparet quid erimus. Liberabit dico,A seruitute corruptiõis,vel interi⁹.i.a cura q̃rẽdi victũ & vestitũ,& alia quib⁹ seruit nostrę mortalitati .veniens In libertatẽ glię filiorũ dei.i.in gloriosã libertatẽ quã habebũt filii.& hęc oĩa p spũm fiẽt. Scim⁹.n.q.d.vere creatura subiecta est vanitati,nõ vole⁹. Scimus.n.q.d.experto

B credite,Qz oĩs creatura ingemiscit,Oĩs creatura dicit hõ qa oĩs creatura ĩ hoĩe numeratur,nõ q᷑ in eo sint oẽs angeli,& superemĩnẽtes virtutes,& cælũ,& terra,& mare,& oĩa q̃ in eis sunt:sed qa oĩs creatura est,vel corporalis,vel aĩalis,vel spũalis,Corporalis p loca tendit,aĩalis viuificat corporalẽ,spũalis regit aĩalem:& tunc bñ regit, cũ seipsã deo regẽdã subiicit, Hęc aũt oĩs creatura in hoĩe est,quia homo intelligit spiritu,vt angeli:& sancti aĩa:& corpore localiter est & mouet. Oĩs igitur creatura in hoĩe est,quia intelligit, viuit,corpus habet:sed non tota in ipso est,quia sunt pręter eum,& angeli,& alia quę intelligunt,viuunt, & sũt,Simile dictum est omnis homo videt solem,sed nõ

C tot⁹.quia oculus tantum. Omnis ergo creatura,sed non tota,id est homo qui habent communionem cum omni creatura pro sua deiectione,Ingemiscit quasi dicat semp in hoc noua est.q᷑ notat per inchoatiuum verbum,& pro desiderio patriæ cælestis,Parturit, id est cum dolore operatur.quasi dicat,pro irriguo inferiori & superiori,in labore est,vt in solitudine. & hoc,Vsq; adhuc,id est vsque ad mortem:vel, Vsque adhuc, quia ita omnes præcedentes patres fecerunt,vsque in præsens:vel,Vsque adhuc,dicit,quia & si aliquis in sinu Abrahæ iam constitutus dolore destitit tamen in illis qui nondum sunt liberati, omnis creatura ingemiscit & dolet adhuc,sicut & quæ præcessit:quia in his qui nondum sunt liberati. omnis dolor est ꝓpter spiritũ,&aĩam,& corpus.Cum ergo omnis hõ ingemiscit,& dolet: oĩs creatura ingemiscit & dolet.Nõ .n.hac vniuersali locutione,colligit singula oĩm generũ

Ambro.

Au.Leodẽ

Aimo.

sed genera omnia singulorum. Non solum autē, creatura D
Illa, ingemiscit, & dolet: Sed & nos, ipsi apli qui maiores
alii sumus, per hoc ꝙ primitias spūs habemus: vnde sub-
dit, nos dico, Habentes primitias spirit⁹. i. spiritū sanctū.
& tēpore pri⁹ & cæteris abundanti⁹: nos inquā, Et ipsi in
tra nos, vel, In nobis gemimus. & est sensus Non solū au
tem, creatura illa dolet. i. nō solum in hoīe corpus, & aīa,
August. & spiritus dolēt ex difficultatibus corporis, Sed & nosipsi
scilicet apostoli, Primi. spi. ha. quorū iam spiritus, quasi in
sacrificiū oblati sunt deo, & diuino charitatis igne succen
si. Gemimus in nobis ipsis, præter corpus. i. exceptis cor-
poris molestiis suspirātes æternę Hierusalē. nos dico, Ex-
pectātes, secure & fortiter. nec dilatione, nec aduersis fra E
cti, Adoptionē, perfectā, Filiorū dei. i. vt corpus etiam be-
neficiū adoptionis accipiat, & ex omni parte filii dei sint.
Hæc n. adoptio quę iā facta est in his q crediderūt, spiri-
tu nō corpore facta est. Nondū em̄ corpus reformatū est
in illā cælestē mutationē, vt spiritus iam mutatus est, recō
ciliatione fidei ab erroribus cōuersus ad dñm: ergo etiam
in his qui crediderūt expectat adhuc adoptionem corpo
ris. Deinde quid dixerit adpotionē exponit. s. Redēptionē
corporis nostri. s. vt ipsum corp⁹ redimatur a mortalitate
quod prius emptum fuit a peccato. Vel, Nosipsi, apostoli,
August. miseriā habentes, vt alii, Gemi. in nos, vel in nobis ip. car
ne & mentem, quia in nobis est, vnde gemimus, non so-
lum ꝓ aliis. Hoc capitulū si ita vt tractatū est aperiatur, F
non incidimus in illas molestias, quibus pleriq; hoīnes
contra catholicā disciplinam quędā dicere cogantur. Scio
enim vanos hęreticos de hoc capitulo multa impia, & in-
epta iactasse: quia enim apostol⁹ vniuersaliter ait. Omnis
creatura ingemiscit &c. Dicunt quidā vt Origenes, quod
etiā dignior creatura. i. summi angeli, sublimesq; virtutes
doleant & gement, antequā liberemur penitus, sed nō est
verum. Nam & si nos adiuuāt, sine dolore hoc facere cre
dendi sunt, ne miseri existimantur: pręsertim quia dixit
eandē creaturā quę ingemiscit & dolet, vanitati subiectā
esse. quod ei summis & excellentibus angelis nefas est di
cere, scilicet quod subiecti sint vanitati, & a corruptione li
berandi. Sed omnis in homine dolet, & omnis in homi-
ne liberabitur & si in omnibus hominibus Vel ita, Om-

A nis creatura ĩgemiſcit & parturit &c. Parturire dolere eſt Auguſtin⁹
Omnis autem creatura per cotidianum laborem ingemi Ambroſi⁹
ſcit,& dolet vſque adhuc.i. vſque modo, ſcilicet quādiu le
gitur,Omnis ergo creatura ingemiſcit & parturit.i. om-
nia elementa cum labore ſua explent officia , ſicut ſol &
luna,nō ſine labore ſtatuta,ſibi ĩplent ſpatia:quod eſt cau-
ſa noſtri. Vnde qeſcent nobis aſſumptis, & ideo diligēter
nos paremus,non ſolum autem illa,ſcilicet elementorum
creatura ingemiſcit,Sed& noſipſi &c.poſt creaturam mū
danam adiicit,etiā nos expectare,hoc & ingemiſcere ad
deum,vt hinc liberemur,quia Chriſtianis mundus hic pe
lagus eſt. [Spe enim ſalui facti ſumus,Spes autem quævi
B detur non eſt ſpes.nam quod videt quis,quid ſperat? Si au
tem quod non videmus ſperamus: per patientiam expe-
ctamus. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem
noſtram.nam quid oremus(ſicut oportet)neſcimus : ſed
ipſe ſpiritus poſtulat ꝓ nobis ge mitib⁹ inenarrabilib⁹.]
Spe enim.q d.dixi quod expectamus,& non diffidenter,
nam certi ſumus,quaſi iam ſalui ſim⁹.& hoc eſt, Spe eñi
quaſi quodā merito,Salui,non dico ſimpliciter ſum⁹,ſed;
Facti ſumus,non eñi a nobis eſt ſalus. Hæc ideo dicit ſpe
nos eſſe ſaluos,qa nōdū res ē,& ita adhuc ſub va nitate ſu
m⁹.Spes aūt.q d.ſpes ſaluat,hæc aūt nō ē de re viſibili.&
hoc eſt,Spes aūt q̃ videt.i.res ſpata q̃videt,Nō eſt ſpes.i.
nō ē ſubiecta ſpei virtuti,quæ nō ē niſi de nō apparētib⁹:
C & vere nō,qa qua ratione videret ſpes hęc? &hoc eſt,Nā
qd videt quis,qd ſpe.i.cur vel quomodo , Sperat.i. dicitur
ſperare?q.d.nullo modo , Hoc ideo dicit vt maius me-
ritū ſpei videat,&ideo debeat ſaluare. Si autē.q.d.quod vi
detur non ſperat,ſed potius quod non videtur,ſi autē hoc
eſt.i.ſi ſperamus quod non videmus creſcit hoc meritum,
dum Per patiētiā,quę eſt aduerſorū,diu,Expectamus,ad
huc in vanis agentes quę ſub ſole ſunt:& ideo gemim⁹qa
patiētes aduerſa ex pectamus quod non videmus , & hæc
omnia nobisſunt ex ſpiritu. Similiter.aūt.q.d.nō ſolūi ꝑ-
dictis 'adiuuat nos ſpūs,'ſed Similiter. i.per eandē gratiā
ſuam ſpiritus dum expectamus,quod non videmus. Adiu
uat,ad orandum,Infirmitatē noſtrā,docēs & faciens nos
orare ſicut oportet, Quia.n. vt ſuperius dictū eſt ingemi-
ſcim⁹,& in dolore poſiti liberari petimus,&quæ longe ſu

Ambrosi. tura sũt mox fieri volum⁹, aut cito tollit ea per q̄ ad interi D
tũ perueniamus, ideo spiritus adiuuat infirmitatẽ nostrã, ne vel ante tẽpus, vel cõtraria petamus. Infirma enim est oratio, quę cõtra rationẽ postulat, ideoq; oportet infirmitatẽ hanc a spiritu sancto adiuuari. Adiuuat autem qa nõ sinit vel ante peti quam debeat: vel cõtraria. Et nota quia
Augusti. ad Sixtũ. nõ solum illud quod oratio impetrat, sed etiam ipsa oratio inter gratię munera reperitur. Quicquid enim oratio impetrat, euidẽter ostendiẽ donum dei esse, ne homo existimet a seipso esse: quod si in potestate haberet, non vtiq; posceret, sed ipsum orare ex gratia est. Nulla enim orationis præcedunt merita, qbus non gratuita dẽtur, sed debita reddãtur, iã enim gratia non esset. Et necesse est vt spirit⁹ adiuuet, Nã nos nescimus. Ecce infirmitas, Quid orem⁹
Ambrosi. sicut oportet, orari. Ecce ĩfirmitatẽ orationis nostrę igno E
rantiã esse declarat. Fallimur em̃ putantes prodesse quod poscim⁹, cũ nõ prosit, vt ipsi Paulo contingit, dũ oraret vt spiritus ab eo discederet, qui ex responso dei didicit, contra se esse quod petebat, Est etiã aliquando superba & stulta petitio, sicut fuit duorum apostolorum, quibus dictũ est, Nescitis quid petatis. Sed ipse, q. d. Nescimus qd oremus, Sed ipse spiritus postulat: nõ cõtra nos, sed, Pro nobis. i.
Augu. ad probã de orãdo deũ ipse facit nos postulare, & hoc, Gemitibus ĩenarrabilib⁹ qd facit nos gemere plus q̃ dici potest, tum pro hoc exilio tum pro desiderio patriæ, vel gemitibus inenarrabilibus. i. qui fiunt de re inenarrabili Quomodo. n. narretur quãdo desideratur quod ignoratur, nec tñ omnino ignoratur Nam si penitus ignoraretẽ, nõ desideraretur: & rursus si videretur, gemitibus nõ quęreretur. Et sciendũ quod secun F
dum eandem locutionis figuram, qua dicitur apostolis a domino, Spiritus loquitur in vobis, ait hic apostolus. Spiritus postulat gemitibus. Non enim spiritus sanctus gemit: quasi indigeat aut angustias patiatur, sed quia ipse nos mouet ad orandum cum gemimus; & quod ipso mouente nos facimus, ipse facere dictus est.
August. ad Sixtũ. Ita ergo dictum est, Spiritus postulat, non quod alicuius rei spiritus sanctus sit indigens, sed quia nos postulare facit, nobisque interpellandi & gemendi inspirat affectum. Adiutoriũ igiẽ spirit⁹ sancti hic expressum est. Charitas, n. quæ per spiritũ sanctũ facta est in nobis, ipsa

A gemit, ipsa orat. Contra hãc aures claudere non nouit, q illã dedit. Non ergo sic est intelligẽdũ quod hic ait, vt ęsti mem⁹ spiritũ sanctũ q in trinitate incõmutabilis de⁹ est cũ patre & filio, ita interpellare pro sanctis tanq̃ aliquẽ q nõ sit deus, sed dictũ est postulat ꝑ sanctis qa postulare facit sanctos. nõ.n. spirit⁹.s. i semeipso in suę ęternitate substitię gemit, sed in nobis, quia gemere nos facit. Hic gemitus colũbę est. Hoc mõ locutionis dictũ est, tentat vos de⁹, de⁹ vester, vt sciat si diligitis eum. i. vt scire vos faciat. Hoc locutionis tropo dicitur frig⁹ pigrũ, qa pigros facit, & dies lętus vel tristis, qa lętos vel tristes facit. Similiter de die illa dicit̃ fili⁹ nõ scire, qa non facit nos scire. Hoc etiã mõ locutionis, dixit deus ad Abrahã, Nũc cognoui qa timeas deũ. i. cognoscere feci. Ita etiã quod alibi ait apostolus, nũc autẽ cognoscẽtes deũ, imo cogniti a deo. Ita dictũ est vt intelligam⁹ deũ in nobis fecisse cognitionem suam Quid enĩ est q̃d ait, cogniti estis a deo. i. cognitores suos vos facit. Facit enĩ de⁹ nos cognoscere, se vnde dicimur cogniti ab eo: quę oĩa sic debere intelligi, docet apostolus q cũ in loco quodã dicat, Misit spiritũ clamãtẽ abba pater alibi, quasi hoc exponens ait, In quo clamam⁹ abba pater Sic itaq; & hic aperiẽs qualiter adiuuet infirmitatem nostram ait, Spiritus postulat pro nobis &c. Et sciẽdũ quod aliter adiuuat nõdũ inhabitãs, aliter inhabitans. Nõdum inhabitãs adiuuat, vt sint fideles, inhabitãs adiuuat iã fideles, [Qui autẽ scrutatur corda, scit q̃d desideret spirit⁹ quia secũdũ deũ postulat ꝑ sanctis. Scimus autẽ quoniam diligẽtibus deũ oĩa cooperãtur in bonũ, his q secũdũ propositũ vocati sunt sancti.] Qui aũt. q. d. spirit⁹ facit postulare, & etiã ĩpetrat. i. facit impetrare. q d. nõ solũ postulat sed etiã idẽ ipse spirit⁹ q scrutat̃ corda vt sciat gemit⁹ inenarrabiles, scit. i. approbbat & implet, quid desideret. i. quid desiderare facit, quia, Postulat pro sanctis. i. loco sanctorũ. i. sanctos facit postulare, q̃d ẽ, Secũdũ deũ. i. quod de⁹ vult. Scrutari autẽ spiritus dicit̃ corda, nõ quasi quęrẽs quod nesciat, sed qa nichil ẽ occultũ quod nõ sciat Scim⁹ aũt &c. q. d. Nõ solũ hoc facit spiritus quod prædictũ est, sed etiã idẽ spiritus facit oĩa venire in bonũ, ꝓspera, vl' aduersa diligẽtib⁹ deũ. Hoc aũt scim⁹, nos maiores & doctores, quorũ authoritati credẽdũ ẽ, hoc. s. scim⁹ quo

Augustin⁹. contra Max.

Augusti. ad Sixtũ.

B, C (margin section letters at "lus, nũc" and "positũ vocati")

niam per spiritum sanctum Omnia cooperantur in bo- D
num,vel procedunt,In,verũ,Bonũ.Vel, Spiritus sanctus,
Cooperatur.Alia litera,Omnia in verum bonum,quib⁹.
Diligentibus deum,seruando mandata,& perseuerando
vsq; in finem.vnde subdit, His &c.q.d. non recedentibus
omnia cooperantur in bonũ,quod ita ait,His. s. Qui sunt
vocati,p prędicatores,vel interius,Sancti.i. ad sanctitatẽ.
Augusti. & hoc non propter meritũ suum, sed Secundum proposi
tum dei. i.secundum præscientiam & predestinationẽ.q.
d.quod vocati sunt,nõ aliũde est quam a prædestinatione
dei,& inde est quod omnia cooperantur in bonum, non
Augu.de ex meritis eorum,talibus omnia cooperatur in bonũ Ta-
cor.& gr. les enim deus cõsolatur prosperis, & exercet aduersis,Nã
propria ipsorum infirmitate exercetur humilitas.afflictio
ne,patientia,paterna contradictione,sapientia, odio,be- E
neuolẽtia.& vsq; adeo talibus deus omnia cooperatur in
bonum,vt si qui eorum deuiant,& exorbitant, etiam hoc
ipsum eis faciat proficere in bonum,quia humiliores re-
deunt atq; doctiores.Discũt enim cum tremore se exulta-
Augusti. re debere,nõ sibi arrogando tanq̃ de suauitute fiduciam
de trinit. permanendi,Vñ,Seruite domino in timore &c. & alibi,
Nõ alta sapientes. Quãuis ergo ipsa mors carnis de pec
cato primi hominis originaliter venerit, tñ bonus eius
vsus gloriosissimos martyres fecit:ideoq; non solum ipsa
sed etiã omnia hui⁹ sæculi mala,labores, doloresq; homi-
nũ quanq̃ de peccatorũ, & maxime de originalis peccati
mertis veniant: quo facta est & ipsa vita vinculo mortis
obstricta, tñ etiã remissis peccatis remanere debuerunt.
vt haberet hõ cũ qb⁹ p veritate certaret, & vñ exerceret F
virtus fideliũ,vt nou⁹ hõ inter hęc mala nouo seculo præ
paret,miseriã quã meruit vita ista dãnata sapiẽter tolerãs
& quia finiet prudẽter gratulans,Prosunt igitur ista mala
quę fideles pie pferũt,vel ad emẽda peccata,vel ad exer-
cendam probandamq; iustitiã,vel ad demonstrãdã huius
vitæ miseriam. Deinde exponẽs q sunt q vocent secundũ
ppositũ, subdit. [Nã quos præsciuit, & prædestinauit
cõformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenit⁹ in
multis fratrib⁹.] Nã quos pręsciuit.q d.vere oĩa coope-
Remigi⁹. rant i bonũ,qa pscire & p destinare &c.& hoc est. Nam
de⁹ pdestinauit.i.p appositã gratiã pparauit,Vt verbo p-

A dicationis crederet illos, Quos prȩsciuit. i. lõge añ praenouit. Hoc est ppositũ de quo dixit, secundũ propositũ vocati prȩsciuit dico, Fieri cõformes, In puritate vitȩ mõ, & postea in beatitudine, cui⁹ cõformes, imaginis filii eius. i. filii quae est imago patris vsquequaq; eadẽ cũ patre. vñ dicit Qui videt me, videt & patrẽ. Et nota quod įproprie accipit hic prȩdestinatio secũdũ quod exposuim⁹. Accipit eñ de prȩsenti. s. p gratiȩ appositione, p quã prȩparant ad recipiẽdũ verbũ. Proprie aũt prȩdestinatio est. prȩsciẽtia & prȩparatio bñficiorũ dei, qbus certissime liberãtur, qcũq; liberant. Prȩdestinatio igit est gratiȩ prȩparatio. quȩ sine prȩsciẽtia esse nõ põt, põt autẽ sine prȩdestinatione esse pȩsciẽtia. Prȩdestinatione qppe de⁹ ea pȩsciuit: quȩ fuerat ipse factur⁹, sed prȩsciuit deus etiã quȩ non est ipse factur⁹. Augu. de bono'pse. Augu. de pde. sctõ.

B i. oĩa mala, qa & si sunt quȩdã quȩ ita peccata sunt, vt etiã pene sint peccati: secũdũ illud, Tradidit illos &c. nõ tamẽ peccatũ dei ẽ, sed iudiciũ, quocirca prȩdestinatio dei, quȩ in bono est, gratiȩ est vt dixi prȩparatio, gratia vero est, vt dixi prȩdestinationis effe ctus: & secũdũ hoc ita expone literã, Nã deus prȩdestinauit. i. in prȩscientia apud se ab ȩterno prȩparauit. i. ad prȩmia promissa elegit quos prȩsciuit fieri conformes imaginis filii eius, vt scilicet portemus imaginem coelestis, id est Christi, sicut portauimus imaginem terreni Adȩ. Sua igitur bona quibuscunq; deus donat proculdubio se donaturũ esse prȩsciuit, & in sua prȩsciẽtia prȩparauit. Sciendum vero quia pparauit deus, & malis ignẽ ȩternũ illis vtiq; quos iuste praeparauit ad luẽda supplicia, nec tñ pparauit ad faciẽda pctã Augusti. Ambrosi. Fulgenti⁹

C praeparauit. n. de⁹ quod diuĩa ȩqtas redderet, nõ qđ humana iniqtas amitteret. Nõ. n. sicut prȩparauit sanctos ad iustitiã pcipiẽdã. sic prȩparauit iniquos ad iustitiã amittendã, quia prauitatis prȩparator nunq̃ fuit. Hȩc igitur regula inconcusse tenenda est, peccatores in peccatis prȩscitos esse non prȩparatos, poenã autem esse prȩparatã secundũ quod prȩsciti sunt. Vt sit ipse. q. d. dico conformes, ita tñ Vt in multis fratribus. i. inter multos fratres ipse sit primogenitus. i. iure hȩreditatẽ patris obtinẽs, & aliis dispertiẽs quod primogenitorũ est. vel primogenit⁹ dicit, qa ante omnẽ creaturã nõ fact⁹, sed nat⁹ est, & qa prim⁹ sine peccato nat⁹, & prim⁹ ipassibilis resurgẽs, in quo habet fra- Augu. de bo. pseue.

tres. secundũ.i.autem quod primogenitus est fratres vo D
care dignatus est, omnes qui per eius primatum in dei gra
tia renascuntur. Quos autem prędestinauit, hos & voca
uit: & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustifi
cauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc?
Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio
filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit il
lum, quomodo non etiā cum illo omnia nobis donauit?
Augusti. Quos aũt.q.d. Quos pſciuit, illos prędestinauit, Quos aũt
prędestinauit quod fuit antequam essemus. Hos quamuis
ante auersos, Et vocauit, per prædicatores, quia pręparati
erant in pręscientia, vel vocauit.s. interiori vocatione.
Ambrosi. Est.n.exterior vocatio, & īterior, Exterior est q̃ fit p præ
ad operũ. dicatores, quæ est cōmunis bonorũ & malorũ, interior ve
ro tātũ electorum est. Vocare.n.est cognitionē de fide ad E
iuuare, vel compungere eũ quē sciat audire, & hęc voca
tio vt diximus est electorũ tātum. Hac vocatione impletꝰ
prędestinatio. Est & alia vocatio quę fit p prędicatores
de qua dictũ est, Multi vocati, pauci vero electi. Et quos
Augusti. vocauit.s.scdm propositũ, qa sunt & non electi, vocati ex
Ambrosi. teriꝰ, Hos & iustificauit, remissione peccatorũ, & bona o
peratione Quos autē iustificauit, dũ peccatores essent. Il
los & magnificauit, omni genere virtutũ, vel ponitur prę
teritũ pro futuro, vt sit sensus, Magnificauit.i. magnifica
bit ęterna remuneratione, vt similes deo sint. Hoc autē fu
turum est, sed dicitꝰ p pteritũ, qa dicitꝰ fecisse quę ab ęter
no disposuit facere. Vnde Esaias q fecit quę futura sunt,
talibus vt dictũ est omnia cooperantꝰ in bonũ, etiā qd de
uiāt, & hoc.s.vt inde cautiores sint, & in se nō fidētes, hoc F
ergo de pſcitis intelligitꝰ, & nō de aliis & si.n.ad tēpꝰ qdā
Au.ī po.i. credāt, & boni videantꝰ, tñ quia nō permanēt non magni
ficantꝰ. Nota ꝙ cũ hic sint quatuor memorata.s. prędesti
natio, vocatio, iustificatio, & magnificatio, vnũ est in deo,
& tria ī nobis. Prędestinatio.n.nostra nō ī nobis est, sed ī
occulto apud deũ ī eiꝰ pſciētia, tria ꝟo reliqua ī nobis &c
hęc oīa pſcitis sũt. Quid ergo dicemꝰ ad hęc.i.cōtra hęc?
Vel qd dicemꝰ ad hęc, bñficia dei aspiciā pdictũ ē pdesti
nādo nō existētes, vocādo auersos, iustificādo peccatores,
glorificādo mortales. Quis cōtra nos est? Nullꝰ prorsus
pōt nocere, sed oīa cooperantꝰ ī bonũ. Possunt eñ mali vt
plꝰ perimere corpꝰ & dilaniare, sed animā inuictā educit

A auxiliator deus. Qui etiã, q.d. dico q deus pro nobis est, qui pter alia etiã filiũ suũ pro nobis dedit. & hoc est, Qui etiã filio suo. i. cõsubstantiali nõ pepcit. Sed p nobis oĩbus, etiã peccatorib⁹ quod mai⁹ est. i. pro reparatione oĩm tradidit illũ. & si filiũ dedit pro nobis, Quõ nõ donauit nobis etiã cũ illo oĩa. i. in p̄senti iustitiã, & in futuro vitã ęternã, quod min⁹ est. q.d. nõ potest hoc negari. Minus est, n. nobis oĩa donare, q̃ nr̃i cã illũ morti tradere: vel, cũ illo omnia donauit nobis. i. superiora, æqualia. inferiora, quippe nostra sunt superiora ad vidẽdũ, vt deus trinitas nostra sunt æqualia ad cõuiuendũ vt angeli, quib⁹ æquabimur in futuro, modo vero inferiores sumus, nostra sunt inferiora ad dominandũ, & sunt quędam nunc superiora ad dominandũ, & sunt quędã nunc superiora, vt sublimes angeli, Au. ĩ eod. Ambro. Augu. in lib. quæst.

B & vniuersa cælestia dei ministeria, quæ modo nostra sunt nõ dominio, sed vsu: sicut res dñi famulorũ sunt, nõ dominii potestate, sed vtendi facultate, quia vtũtur eis ad victũ, vel ornamẽtũ, vel aliu ĩ huiusmodi. Angeli igitur nunc superiores sunt, & inferiores sunt, & in futuro erũt pares, ita aliter modo nostri sunt. & aliter erunt in futuro. Nota quod hic dicitur, quia pater tradidit filiũ. Verũ calicis huius author est, etiã ipse qui bibit: vnde apostolus ait, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo pater filiũ tradidit, & fili⁹ seipsum, Iudas quid fecit? pater tradendo filiũ bene fecit, filius tradendo seipsum bene fecit, Iudas tradẽdo magistrũ pro auaritia male fecit. Non enim quod nobis præstitũ est de passione Christi, malitiæ Iudæ deputabit̃. habebit ille mercedẽ malitię, Christ⁹ lau August. sup Ioã. Idẽ ĩ eod.

C dem gratiæ, Et cũ hoc sit. [Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, Quis est qui cõdemnet? Christ⁹ Iesus qui mortu⁹ est, imo q & resurrexit, q est ad dexteram dei, qui etiã interpellat p nobis. Quis ergo nos separabit a charitate Chr̄i? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an piculũ, an psecutio, an gladi⁹? Sicut scriptũ est, Quia ppter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisiõis. Sed ĩ his oĩbus supam⁹ ppter eũ q dilexit nos, Cert⁹ sũ. n. qa neq mors, neq vita, neq angeli neq principat⁹, neq virtutes, neq instãtia, neq futura, neq fortitudo, neq altitudo, neq pfũdũ, neq creatura alia poterit nos separare a charitate dei: q̃ ẽ ĩ Chr̃o ie. d. nr̃o]

Quis accusabit: ita vt ei⁹ accusatio sit, Aduersus electos D
dei.i.vt noceat electis dei, quos p̄sciuit ad vitā? vtiq; nulli⁹
accu satio illis nocet. Nisi aūt diaboli accusatio dicit̃. Vere
null⁹ nocet, qa nec deus nec ali⁹, Ali⁹ enim nō potest, de⁹
nō vult, quia ipse est qui iustificat. Nūquid ergo vult accu-
sare suos? nō. Et cū nullus accuset: quis est qui cōdēnet.i.
qui possit inferre mortē? null⁹ poterit inferre qui velit. So
lus.n. Christ⁹ posset, sed nō vult. Nūquid.n. Christ⁹ Iesus
qui mortuus est pro illis vult damnare? dico mortu⁹, imo
Ambro. qui & resurrexit, quod mai⁹ est, vt & nos resurgam⁹? Qui
Aimo. etiā, quod est maximū. Est ad dextrā dei.i.æqualis patri.s.
honore quo de⁹ pater est: vel, Ad dexteram patris.i. in po
tiorib⁹ bonis dei, qui etiā medi⁹ inter deū & hoīes, Inter-
pellat pro nobis, nō voce, sed miseratione, & rep̄sentatio-
ne humanitatis, dū quotidie hoīem quē assumpsit, & gra- E
ue genus mortis quod pro nobis sustinuit, vultui paterno
offert, vt nostri misereatur, cuius postulatio cū tātus sit nō
potest cōtemni. Quis ergo.q d. & cū hæc p̄dicta sint no-
bis a deo, Quis ergo separabit nos a charitate dei? Nūq̃d
separabunt nos hæc aduersa.s. Separabit nos tribulatio.i.
corporis afflictio? An angustia.i. mētus anxietas? an perse
cutio, q̄ est de loco ad locū? An fames.i. penuria cibi? An
nuditas.i. penuria vestitus? An periculū.i. apparatus mor
tis? Ac gladius.i. ipsa mors? nil vtiq; eorū separabit. Sicut
scriptū est in Psal. his verbis. Quia mortificamur, variis
tormentis. & hoc, Propter te.i. quia ibi inseparabiliter hę
remus, mortificamur dico tota die.i. tota vita. Vel aliter,
Sicut scriptū est. Quasi.n. aliquis diceret, cur ita cōmemo-
ras? fiūt ne vobis hæc mala? Respōsio, vtiq; ista mala sunt F
nobis, sicut scriptū est, Quia propter te mortificamur tota
Augu. in sermone in natali domini. die. Nota q; ait propter te, per hoc causam notat, sine qua
corona martyrii nō reddit̃. Martyrē.n. nō facit pœna, sed
causa: nā & rei cū Christo passi sunt, quibus similis erat
Christ⁹ in pœna, sed dissimilis in causa sua: quia propter
nos passus est, vt & nos p̄pter ipsum patiamur: & ī vtraq;
causa.s. propter nos, & nostra, propter ipsum consultū est
nobis. Aestimati sum⁹, sine respectu miæ, Vt oues occisio-
nis, quæ.s. nō prosunt nisi occisæ. Ecce mala hæc sunt no-
Aimo. bis. Sed in his omnibus.s. tribulationib⁹, tormētisq; positi
Ambro. Superam⁹.i. superiores efficimur, & hoc nō propter nos,

A Sed propter eũ qui dilexit nos, cui⁹ beneficiũ superat p̃dicta. Superam⁹ dico & vere, Certus em̃ sum ex promissione dei dicẽtis, nõ te deseram neq̃ derelinquã. Quia neq̃ mors, quã minãtur: neq̃ vita, p̃missa, separabit me a deo: neq̃ angeli, minor ordo: Neq̃ principat⁹. s. mediocris ordo: Neq̃ virtutes. s. maior ordo, qui etiã miracula facit: hi aũt ordines accipiũt de malis angelis, vel de bonis, si fieri posset: Neq̃ instãtia. s. presentia bona vel mala: neq̃ futura, bona vel mala, Neq̃ fortitudo. i. alicui⁹ violẽtia, Neq̃ altitudo humanæ potestatis vel eleuatio Satanæ. s. si diabolus in altitudinẽ se nobis ostendat subornatus fallacijs patris sui, ad seducendum nos: Neque profundum, id est, sapiẽtia alicuius: vel, Neque profundum, id est, si diabolus monstret infernũ, vel minetur p̃cipitiũ: vel, Neq̃ altitudo Ambro. August.

B neq̃ profundũ. i. neq̃ prospera neq̃ aduersa,. Vnde Salomon ait, Diuitias, & pauptates ne dederis mihi, ne repletus mendax fiam, vel pauper rapiam, & periurem nomen dei, Multi enim peccãt altitudine, multi necessitate. Cõtra hoc proponitur Achas in Isaia qui nolebat petere signum a domino, neq̃ in alto, neq̃ in p̃fundo remediũ de Christo qui neq̃ elatus fuit de potestate qua æqualis erat patri, nec turbatus deiectiõe mortis: qđ est signum in alto, & in p̃fundo, ne ille, vel regia p̃tãte extollere͂t, vel erũna turbatur, sicut tũc erat p̃ bello assyriorũ. Neq̃ creatura, q̃libet, Alia a p̃dictis, vel alia. i. noua. s. cõtra naturã facta, vt equ⁹ bipes, si fiat vt fecit Iannes & Mambres, qui fuerãt magi Pharaonis. nil inquam istorũ, Poterit nos separare a charitate dei, qua eum diligimus, quia omnibus melior est. Si Augu. de moralib⁹ catholicę ecclesiæ.

C ergo nulla res ab eius charitate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certi⁹ hoc bono potest? Id ipsum enim quod diligimus deũ mori nõ potest, nisi dũ quis nõ diligit deũ, cui mors ipsa est non diligere deũ, quod nihil aliud est q̃ ei, quicquam in diligẽdo præponere. Charitas igitur dei hic dicta est virtus, quę animi nostri rectissima affectio est, quę coniungit nos deo, quę charitas est nobis nõ quidem a nobis. Sed in Christo Iesu domino nostro. id est a Christo. Vel charitatem dei dicit, qua deus diligit nos, a qua nõ separat͂, nisi qui a deo diuidit͂, quæ charitas nobis ostensa est, In Christo Iesu dño nr̃o. Deus. n. charitatẽ suã in Christo nobis ostẽdit, quẽ p̃ nobis tradidit.

A tio.s.quid vetus lex per figurā ferret: &,Obsequiū.i.cult⁹ vnius dei:&,Quorū promissa sunt.s. quib⁹ factę sunt ꝓmissiones,quorū sunt ꝓmissiones,quorū sunt patres.Ecce laus a priorib⁹,deinde sumitur laus a posteriorib⁹ cū ait, Ex quib⁹ christ⁹ est secūdū carnē,hoc est quod in Psal.dicitur,Homo nat⁹ est in ea. qui Christ⁹ & si secūdū carnē sit nat⁹ de patrib⁹,tñ est. Super omnia deus benedict⁹ in secula. Vnde in eodē Psal.dr,Fundauit eā altissim⁹.Amē .q.d.verū est ꝙ ipse est de⁹.[Nō aūt qd exciderit vbū dei Nō.n.oēs qui ex Israel sunt,hi sunt Israelitæ:neqꝫ qui semē sunt Abrahę:oēs filii sūt Abrahę,sed in Isaac vocabit tibi semē.i.nō qui filii carnis,hi filii dei:sed qui filii sunt ꝓmissiōis ęstimāt in semine.] Nō aūt quod exciderit,vel, Nō aūt excidit,Quia dolebat Apostol⁹ de Iudæis,cōsola- Ambrosi.

B tur dolorē suū, inueniēs scriptū nō oēs esse saluandos,sed tātū similes Isaac,vt illis solis cōdoleat qui nō crediderūt possunt tamē credere: de quib⁹ nō est valde dolendū,quia nō sunt ꝑdestinati ad vitā.Quis.n.plangat eū q olim mortuus haberetur? Hos nāqꝫ olim deus non saluādos decreuit pręsci⁹,nō personarū acceptor.Nullū.n.damnat anteq̄ Ambrosi. peccet,nullū coronat anteq̄ vincat,sed ꝑsciētia definitū habet,qualis vniuscuiusqꝫ sit futura voluntas ex qua damnetur,vel coronetur.q.d. Iudęi nō credūt in saluatorē,vnde Ambrosi. mihi dolor est:sed hoc est,inquit, quod deus dixit futurū, Vt nō oēs filii carnis,sint semen Abrahæ, sed qui fidē habēt,per quē nat⁹ est Isaac,& hoc est,Iudæi nō credūt.Nō aūt iō verū est,ꝙ excidit verbū dei: vel, Nō aūt iō exciderit verbū dei.i.nō irrita facta est ꝓmissio dei,& si nō oēs

C salui sint. Quis.n.quidā ex eis errauerint, tñ illi qui sunt veri Israelitę saluāt,vt ꝓmissum erat,& hoc est qd ait,Nō ei oēs.q.d.vere nō est inexpleta ꝓmissio,etsi non oēs sint Ambro. salui,qa nō oēs,Qui ex israel sūt scdm carnē.Hi sūt israelitę.i.ad Israel vere ptinētes.Neqꝫ q sunt semē Abrahę,se- August. cūdū carnē,hi sunt filii.i.hęredes,Abrahę.In his oñdit ꝙ sola gr̄a nō gen⁹ facit filios dei.Aliter ab illo loco.Veritatē dico, qualiter gr̄a cōfirmat⁹ sit ap̄lus sup̄ ostēdit dicēs, Nil eū posse diuidere a Chr̄o.Nūc vero quātū prius errauerit,dū chr̄i eccl'iā psequebat,cū dolore exponit.in quo dei gr̄a cōmēdat.q.d.mō nil pōt me separe a chr̄o,sed olī fui ego separat⁹,vñ mō doleo.qd iuramēto firmat dicēs. Veritatē dico,& nō mētior in aliquo posit⁹, In Christ. Ie.test.

mi, perhi. cõ. mea, fundata in spiritu sancto, eidem con- D
testante de hoc. Quoniã mihi est tri. m. i. stupor mẽtis. &
Cõtinuus dolor. i. cõpunctio. Cor. m. de malis q̃ prius fe-
ci & sic ipsa mala iã in bonũ cõuertũtur. & merito doleo,
quia multũ peccaui. Optabã. n. egoipse q modo sum apo-
Aimo. stolus. Esse anat. i. separatio aliorũ a Chro. Anathema. n.
dicitur separatio, & separatus. & hoc, Pro fra. m. i. pro Iu
dęis qui sunt fratres in lege, quorũ legẽ volebã defendere.
Vel, pro fra. m. i. pro his retrahendis a Christo, qui modo
sunt fratres in fide, qui etiam sunt, Cog. m. secundũ car. &
ita grauius peccabã. Qui sũt Isr. veri, quorũ est adop. fi. d. i.
ad quos pertinet, &c. sicut superius exposita sunt, percurre
vsq; ibi. Amẽ. q. d. q̃ huic veritati olim cõtradicebã, mõ cõ
firmo. Nõ aũt, &c. dixit ꝙ ꝓmissio æternæ hæreditatis fa
cta est iudęis, sed quia ipsi ex magna parte nõ crediderũt E
videbatur verbum dei nõ esse impletum. Ad quod respon
det quod etsi in quibusdam non est impletum, in aliis ta-
men impletum est, & in gentibus credẽtibus qui sunt ve-
ri filii Abrahæ, quasi. d. errauerunt Iudæi, sed non ideo
excidit verbum dei. i. nõ ideo ĩexpleta fuit promissio. Nã
verbũ dei excidere, est promissa non implere. Vere non
excidit, & siquidem nõ saluẽtur. Nõ eñ oẽs qui ex Israel
sunt, hi sũt Israelitę: neq; q sunt semẽ Abra. oẽs filii Abra.
sunt. Hęc nõ mutãtur, sed illi sunt filii Abra. qui sunt simi
les Isaac: quia ita dicit scriptura in Genesi. In Isaac voca-
bitur tibi semen. i. in semine reputabũtur similes Isaac, q
Augu. in Iulianum sunt ꝑfigurati ab eo. In Isaac quippe qui promissus est filius
Abrahę figurati sunt, nõ qui se ipsos iustos, sed quos deus
Augu. de gestis Pelagii. facit. Vnde per prophetam dicit Eccle. Ego sum dñs qui F
facio. Isti sunt filii liberę quæ sursum est, quæ est mater no
stra. Filii vero carnis sunt terrena Ierusalem quę seruit cũ
filiis suis: & sicut Isaac nõ meruit, vt nasciturus promitte-
retur, sic & isti, sed sola gratia promissa est eis, & data fi-
liorũ adoptio. Ideoq; congruenter, ait, Vocabitur, quia ex
Ambro. dei vocatione, est aliquis semen Abrahę. Ideo autem dicit
in Isaac, & nõ in Iacob, vel Esau, qa alia causa est in Isaac
alia in Iacob, alia in Esau: quia Isaac in typo Christi na-
tus est: Iacob vero & Esau typũ habẽt duorũ populorũ. i.
credentium, & nõ credentiũ. Fuerũt tñ boni & fideles de
Esau quod probat Iob, qui fuit ex filiis Esau, quintus ab A-

A brahã,hoc est nepos Esau. Deinde exponit ipse apostol⁹ authoritatẽ subdens.i. Nõ qui filii carnis sunt,hi sunt, Filii dei,idẽ est quod filii Abrahæ.i.nõ sunt humano opere filii dei. Sed q sunt filii pmissionis.i.qui sola dei promissiõe generant vt Isaac, Aestumant in semine,quia ex dei vocatione sunt. Quod autem Isaac ex dei promissione sit ostẽdit ex ipsis verbis pmissionis subdens. [Promissiõis enim verbũ hoc est. Scdm hoc tempus veniã,& erit Saræ filius. Nõ solum autẽ illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondũ nati fuissent,aut aliquid boni egissent aut mali: vt secundũ electionẽ prepositũ dei maneret,non ex operibus:sed ex vo

B cante dictũ est ei Quia maior seruiet minori: sicut scriptũ est, Iacob dilexit,Esau autẽ odio habuit.] Promissionis &c. Et quasi quis quæreret an Isaac ex pmissione est, respõdet vtiq̧,Promissionis.n.verbũ,hoc est,in Genesi. Secundũ hoc tempus.s.eodẽ die reuoluto anno, Veniã ad te o Abrahã,& hoc efficiã: quod, Erit filius Saræ.i.quod Sara habebit filiũ. Non solũ aũt illa.s. Sara habuit pmissionẽ,Sed etiã Rebecca habuit promissionẽ. Habens.s. duos filios Ex vno cõcubitu Isaac. hoc dicit ne viderent merita parentũ esse differentia in generatis. Non eñ potest dici tunc genitus Esau,quando parentes mali,& tunc genitus Iacob qñ parentes erant boni. Isaac dico, Patris.i.institutoris,Nostri,quẽ.s.imitari debemus, si volumus esse

C filii dei. Et nota ꝙ promissio facta Saræ ostendit,qđ propter genus nullus saluabitur, cũ Ismael de Abrahã natus reprobatus sit,de quo eodẽ Isaac natus,sola gratia est saluatus. Ista vero pmissio facta Rebeccę,ostẽdit quod propter nullum meritũ suũ,vel parentũ aliquis eligitur,sed sola gratia. Vigilãtissime igit̃ ait,ex vno cõcubitu,ne paternis meritis,vel maternis tribueretur,quod alter bonus,alter malus fuit. Cum enim &c. Q.d. Rebecca habuit promissionẽ,& vere,quia hãc,Maior.i. Esau,Seruiet minori.i. Iacob. Et ne quis putet, hoc fieri ex pręcedẽte merito illorũ,Enim.i.quia hoc,Dictum est ei,id est matri,Cum nondum nati fuissent,& quia possent in vtero,etiã luctãdo aliquid meruisse videri,subdit, Aut eũ nõdum egissent aliquid bona,aut mali. Ideo dictũ est,vt propositum dei, id est præscientia dei maneret.i.impleretur.i.impleri in-

Augu. ad Simplitianum.

telligeretur secundum electionem. i. secũdum gratiā quæ D
elegit sicut præuidit: nõ scdm debitum meritorũ, quia eli-
gendos ipse fecit, non inuenit, non ex operibus, sicut ostẽ
dit non p meritis pręcedentibus illud fuisse dictũ, ita, nec
p futuris meritis amborũ dictũ fuisse, hic ostẽdit. Q. d.
dico nõ pro præcedentibus meritis, illud dictũ esse. Item
dico, qđ, Nõ ex operibus, bonis futuris, vel malis, quæ bo
na vel mala non erant futura, nisi apposita gratia, vel sub
XXV tracta, sed ex vocante, vel, Ex vocatione. i. ex gratia vocā-
tis dei, Dictũ est, ei. i. Rebecę in Genesi: hoc. i. Maior ser-
uiet minori. quod ad literā de illis duob⁹ fratribus ita po
test intelligi. i. Esau proficiet frati suo Iacob persequendo
eum. boni enim ex afflictionib⁹ malorũ proficiũt, dũ eo E
rum patientia exercetur. Vel ad literā, hoc etiā aliter po-
Augu. de quæstion. lxxxiii. test dici. Quia Idumæi qui de Esau descenderunt, qui
etiam Edom dicitur, subditi fuerũt filiis Israel, & in tem-
pore Dauid eis seruierunt: sed magis in hac prophetia in-
August. tendit, q̃ populus Iudęorũ maior. i. in cultu vni⁹ dei prior
minori. i. posteriori populo Christianorũ esset seruiturus.
Iudæi nanq; capsarii nostri sũt, qui nobis codices portãt.
Sicut scriptũ est. q. d. Ita hoc ex gratia dictũ est in Genesi
cum nõdũ nati essent, sed nascituri: sicut Malachias dicit
de eisdẽ iā pręteritis. s. qđ Iacob gratia sit electus, nõ meri
to, Esau vero subtracta gr̃a sit reprobat⁹. & hoc est qđ ait,
Ambro. scriptũ sicut est in Malachia. Iacob dilexi, Esau autẽ odio F
habui. Sciendũ quod alterũ elegit præscientia, alterũ spre
uit, & in illo quẽ elegit propositũ dei manet. i. impletur,
quia ita euenit vt præsciit. & in illo quem spreuit similiter
manet, quia ita fit vt pręsciit, hoc aũt qđ habetur in Mala
chia. s. Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Iam de iudicio
dicit deus. Illud vero. s. Maior seruiet minori, de p̄scientia
ait, Pręsciendo enim quid quisque illorum futur⁹ esse, di-
Ambro. xit illud in Genesi deus: & dum illud prędiceret se futuro-
rum pręscium ostendit, & nil absque sua pręscientia veni
re posse mõstrauit. Hoc aliud vero quod in Malachia est,
de iam pręteritis dicitur, ex quorum vita ante acta & ope
ribus apparebat, alterum saluandum, alterum damnãdũ,
& de actis iudicium fieri solet, & notis. Ideo ergo illud di
xit de⁹ ante futurum iudicium, vt iudicaturus crederetur,
August. & secundum merita redditur⁹. Ideo etiam illud dixit de⁹

A vt intelligeretur hoc apertum esse, postea per prophetam quod antequã illi nascerentur erat in dei prędestinatione per gratiã. Nam in Iacob antequam nat⁹ fecisset aliquid boni, qd diligebat nisi gratuitũ misericordię suę donum? & in Esau quid oderat antequã natus fecisset aliquid mali nisi originale peccatũ? nam nec in illo diligeret iustitiã quã nullã ille fecerat, neq; in isto odisset naturã quã bonã ipse fecerat: sed quoniã rem stupendam de nondum natis nec aliquid boni vel mali agentibus proposuerat, s. quod vnũ deus dilexerit, alterũ oderit quõ hoc recte fuerit cum nil egissent, quia res vt dictũ est stupenda est, sibi obiicit exprimẽs, vnde moueri posset auditor, & ait, [Quid ergo dicem⁹? Nunquid iniquitas apud deũ? Absit Mosi eñ dicit, Miserebor cui misertus sum, & misericordiã præstabo cui miserebor.] Quid ergo dicem⁹? quasi dicat Quia sine omni merito elegit hunc, hunc & illum reprobauit. Ergo qd dicemus? Nunquid dicem⁹ qđ iniquitas sit apud deum. i. dicetur iniquus deus. Iniquũ enim videtur vt sine vllis bonorum, vł malorũ meritis operum vnũ diligat, & alterum odit, quia in re si futura bona huius vel mala illius, quę vtrũq; deus pręsciebat attenderet, nõ diceret, Non ex operib⁹, sed diceret ex operib⁹. Quia ergo sine meritis alterũ elegit, alterũ reprobauit, Nunqd ideo iniquus? Absit, Non enim iniquus est, quia vnũ dilexit & alterũ odit, quia hunc. i. Iacob per misericordiam elegit: illum. s. Esau per iustitiam reprobauit. In quo neutro est iniquitas. Nemo autẽ dicat deum quia futura opera præuidebat alterũ elegisse alterum reprobasse, sed potius ne quisquã de suorum operum meritis audeat gloriari, ad dei gratiã & gloriam commendandã valere quod dixit, demonstrat, subdens. Mosi enim. q. d. Vere homo per misericordiã elegit quia ita dicit Moses enim dixit Mosi id est deus inductus a mose dixit. Miserebor, vocãdo interius, Cui⁹ misereor prędestinando, ecce nulla merita præcedũt pro quibus eligatur, sed sola gratia prędestinãtis est ex qua vocatur, & saluatur: vnde subdit, Et misericordiã præstabo, vitam æternam dando, Cuius misereor, vocando, Vel ita. q. d. nõ est iniquus deus sed iustus. scit enim qd faciat nec retractandũ est eius iudicium. Mosi eñ dicit miserebor cuius misertus ero, id est illius miserebor vocãdo & gratiã ap-

ad Sixtũ pṡbyterũ. | Augu. in Ench. | Ambro. | B | C | Augu. ad Sixtũ. | Ambro. | Ambro.

ponendo, cui pręſcius eram, quod miſericordiam daturus D
eſſem, ſciens illum conuertandũ, & apud me permãſurũ.
Ambroſi. Deinde repetit vt repetitione magis confirmet. Et miſeri
cordiam præſtabo, ei cui miſericordiam pręſtitero, id eſt
illi miſericordiam dabo, quẽ pręſcio poſt errorẽ toto cor
de reuerſurum ad me, hoc eſt dare illi cui dandum eſt &
non dare illi cui dandũ non eſt: vt eũ vocet quẽ ſciat obe-
dire, illum vero non quem ſciat non obedire, quia non in
voluntate petentis, ſed in arbitrio dantis debet eſſe quod
datur, An eñ dandũ ſit, dantis debet iudicio penſari. Et
quãuis periculoſũ ſit iudicium dei diſcernere, tamen pro
pter hęſitantes ne putent iniuſtum iudicium dei, quod nõ
iniuſte iudicat rebus potius probemus q̃ verbis Duo eñ E
fuerunt, Saul & Dauid, Inquiram⁹ in hiſtoriis qualis v-
nuſquiſq; eorũ reperiatur poſt iudicium præſcientię dei.
Videam⁹ ergo ſi Saul in neceſſitate ita ſe geſſit, vt Dauid
qui accepta miſericordia domini minime contempſit, &
poſt veniã peccatorũ tã bene perſtitit, Saul vero nõ audi-
tus, non in pręce perſtitit, ſed impatiens & de dei iudicio
indignatus, ad idola quæ prius damnauerat conuerſus ab
eis auxilium requiſiuit, Vnde iuſte reprobatus a præſcio
Ambro. videtur. Ex hoc eñ iuſtum eſſe iudicium præſcientię dei
etiam nolentibus manifeſtatur. [Igitur nõ volentis neq;
currentis, ſed miſerentis eſt dei. Dicit eñ ſcriptura Phara
oni, Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtẽdam in te virtu
tem meã, & vt annũcietur nomẽ meũ in vniuerſa terra.] F
Igitur non eſt volentis. q. d. Quia ex miſericordia gratui-
ta pręparat quos vult & vocat, igitur velle bonũ, Non eſt
volentis, neq; currere. i. operari, Et currentis, hominis, Sed
miſerentis eſt dei. i. non ex libero arbitrio hominis bonũ
volentis vel operantis, ipſa bona volũtas vel operatio eſt
Augu. ad Sixtum. ſed ex miſericordia dei qui per gratiam appoſitam facit
nos velle & currere. Ecce non propter futura quę pręui-
deret elegit. Vbi ergo ſunt merita? vbi opera vel pręterita
vel futura tanquã liberi arbitrii viribus impleta ſiue ad-
Au. cõtra Julia. hæreticum. implenda? Nonne apertam protulit Apoſtolus de gratui
tę gratię. i. vere gratię commendatione ſententiã cum ait
Non eſt volentis neq; currentis. Hoc ſi attenderes o Iulia
ne non extẽderes cõtra gratiã merita volũtatis, cũ audias
Non eſt volentis neq; cur. ſed m. d. Non ergo ideo mi-

A fert⁹ est de⁹ Iacob, quia Iacob voluit & cucurrit, sed ideo voluit & cucurrit: quia misertus est deus. Paratur eñ volũtas a dño, & a dño gressus hominis diriguntur, ideoq̧ cõgrue ait, Non est vo. neq̧ cur. sed m. dei, non q̄a hoc sine volũtate nostra agatur, sed q̄a volũtas nostra nil boni agit, nisi diuinitus adiuuetur. Vñ alibi Apostolus, Nõ ego autẽ sed misericordia dei mecũ. Non ideo hoc ait, q̄a nil boni agebat, sed q̄a nil ageret si illa non adiuuaret, ita & hoc dicit, Nõ est vo. sed. m. d. nõ q̄a nulla est hominis voluntas, atq̧ cursus, sed quia nil põt nil ille misereať. Deus enim est qui operať in nobis velle & operari bonum, sed cũ hõ credere vel sperare nõ possit, nisi velit: nec puenire Augu. de pfect. iust. August. in Ench.
B ad palmã nisi volũtate currat, quõ dicit, Nõ est vo. n. cur. nisi quia & ipsa voluntas p̄parať a dño. Forte aliquis accipiet hoc sensu dictũ eẽ. Nõ est volẽ. neq̧ cur. sed m. d. tã q̄ dicereť nõ sufficit sola volũtas hoĩs si nõ sit & mĩa dei. Cui dr̃ ecõtrario, Nõ sufficit etiã mĩa dei si nõ sit volũtas hoĩs, ac per hoc si recte dictũ est illud, q̄a id volũtas hoĩs sola nõ implet, cur nõ etiã a cõtrario recte dr̃ nõ miserẽtis est dei sed volẽtis hoĩs, quia id mĩa dei sola nõ ĩplet. Restat ergo vt ideo recte dictũ intelligať, vt totũ deo deť qui hoĩs volũtatẽ bonã, & p̄parat ad iuuãdã, & adiuuat p̄paratã: volẽtẽ p̄uenit vt velit, volẽtẽ subsequiť ne frustra velit. Cũ aũt dei mĩam cõmẽdasset verbis p̄dictis, vt etiã iudiciũ dei cõmẽdaret, & apud eũ iniq̄tatẽ nõ eẽ ostẽderet subĩūxit. Dicit eñ scriptura Pharaõi. q. d. sicut Iacob p mĩam Augustin⁹
C elegit, ita p iustitiã Esau reprobauit. Vere illũ p iustitiã reprobauit, Quia hoc dicit scriptura, inducẽs deũ loq̄ntem Pharaoni quẽ p iudiciũ sicut Esau reprobauit. Vel ita cõtinua. q. d. mię ẽ velle vel currere, ex iudicio aũt nõ ex iniq̄tate: cõtra, sicut apparet ĩ Pharaone. Dicit. n. scriptura &c. ac si diceret, ex apposita gr̃a, q̄d q̄dẽ est p mĩam, sunt bona, q̄a & ea subtracta q̄d q̄dẽ est p iustitiã, fiũt mala, sicut apparet in Pharaone. Dicit. n. &c. Vel ita cõtinua, ex mĩa est velle vel currere, q̄d apparet in aliis q̄ sunt ex eadẽ massa, cui debita est p̄ditio, vt in Pharaone apparet. Dicit. n. scriptura. i. dñs in ea Phar. Quia in hoc ipsum quod non cõtinuatur hic, sed legitur ac si nõ esset, quasi excitaui te o Pharao, malus quidẽ eras, sed quasi sopitus. Ego aũt ostẽdẽs tibi signa q̄ feci per Mosen, Excitaui te in hoc ip̄m. i. Augusti.

in hanc eādē malitiā,vt deterior fias: & hoc iustum est,vt D
qui in sordib9 est nec respicere vult,sordescat adhuc,id est
meritum hoīs id exigit vt ipse qui nō vult pctm̄ deserere
pctō ampli9 cōtaminetur.sicut Pharao,qui visis signis de
buisset corrigi,sed deterior fact9 est vitio suo. Nec hoc in
utile fuit,sed vt, In te,indurato.i.p te induratum,vel In
te.i.cōtra te, Ostēdā bonis, Virtutē meā,vt in signis Ae
gyptiis fecit.Ecce hic patet,qd etiā malis bene vtitur de9.
Ostēdā dico,& p ostēsam virtutē, Annuncietur nomē tu
um,in vniuersa terra.Nota quia exēplū de Pharaone qui
iusto iudicio dei reprobatus est, pertinet ad Esau qui eo
dē iudicio ęqssimo licet occulto reprobat9 est sicut Iacob
p mīam elect9.Vł ita,Quia in hoc ipō excitaui. Alii codi
ces sic hn̄t i hoc ipō,resuscitaui te,&ē seruaui te o Pharao
hoc dicit ei de9 cum tantis malis esset re9, vt indign9 es E
set viuere,quem tamen deus reseruauit in hoc ipso, id est
ad hoc vt in eo ostenderet virtutem suam.i. vt multa si
gna & plagę ostēderent in eū. Vł suscitaui te suscitat9 di
ctus est qa cum apud deum mortu9 esset,modicum tamē
Ambros. accepit vitę,vt in eo dei virtutem omnes gentes addisce
rent,&,non esse alium deum præter illum qui iudeorum
erat, [Ergo cuius vult miseretur, & quē vult indurat.]
Ergo cuius vult. Hic concludit de vtroque scilicet de mise
ricordia iudicio,& ex pręmissis exēplis, vbi apparet gra
tuita misericorda & iustum iudicium infert. q'd.quia mi
seretur deus Iacob gratis ergo patet quod cui9 vult mise
retur gratuito,& qa Esau& Pharaonē reprobauit, ergo
patet,quia quem vult indurat iusto iudicio Si autem quæ F
rimus meritū obdurationis& mīe obduratiōis meritū in
August. uenimus,misericordiæ vero meritum non inuenimus,qa
ad Sixtū. nullum est misericordię meritum ne gratia euacuetur,si
non gratis donatur,sed meritis redditur. Meritum autem
obdurationis est peccatum totius massæ damnatę, nec ob
durat deus impartiendo malitiam, sed non impartiendo
gratiam sicut nec digni sunt:quib9 enim nō īpartitur nec
digni sunt:nec merentur,potius vt non impartiatur, hoc
digni sūt.hoc merenł.Quisqs igił obdurat9 eē obduratū
debite,& quisquis adiutus se adiutum gratis agnoscat. Mi
seretur ergo magna bonitate & obdurat nulla iniquitate,
vt nec liberatus de suis meritis glorietur , nec damnatus
nisi de suis meritis conqueratur, Sola enim gratia redem

A ptor discernit a perditis, quos in vna perditionis cócrea uerat massa ab origine ducta perditionis causa communis. Vniuersum quippe genus humanum tam iusto iudicio dei in apostatica radice damnatum est, vt etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset vituperare dei iustitiam. In illis vero qui liberantur ostenditur pluribus non liberatis & in damnatione iusta derelictis quid cómeruisset vniuersa conspersio, & quo etiam istos debitũ iudicium dei duceret, nisi eius indebita misericordia subuenisset. Non ergo intelligendum est quod deus ita induret, quasi quemquam peccare cogat. sed tantum quibusdã peccatoribus misericordiam iustificationis suę non largitur, & ob hoc eos obdurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit vt peccent, eorum autem non mi-

Augustl. in Enche.

Aug. ad Simplic.

B seretur quibus gratiam non esse prębendam æquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima iudicat, quam non aperit Apostolus, sed miratur vbi ait. O altitudo diuitiarum scientię & sapientię dei, vniuersa namq; massa merito damnata, cõtumeliam debitam cui vult reddit. dei iustitia, honorem idebitum donat cui vult dei gratia, non meritorum prętogatiua, non fatali necessitate, nõ temeritate fortunę, sed clausa altitudine sapientiæ & sciẽtię suę. Multi de isto profundo quærentes reddere rationem atq; secũdũ coniecturas cordis inscrutabilẽ altitudinẽ iudiciorũ dei cogitare conãtes in fabulas vanitatis abierũt dicẽtes, quia animę sursum in cęlo peccãt, et secundum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis sibi quasi carceribus icluduntur. Ierunt hi tales post

Augu. de verb. apo.

C cogitatiões suas, & volẽtes disputare de dei profũdo mersi sunt in profundũ dicẽtes. Alas in cęlo ante cõuersatas, & ibi aliquid boni vel mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Hoc autẽ respuit catholica fides propter euidẽtẽ Apostoli sniam qua ait. Cũ nondum nati essent, aut aliquid boni vel mali egissent. Melior ergo est fidelis ignorantia, quã temeraria scientia. Ergo cuius vult miseretur gratuita misericordia, & quem vult indurat veritate rectissima. Quis porro tam impie desipiat vt dicat deum hominem quas & qñ voluerint, in bonum non posse conuertere, cũ voluntati eius nil resistat, sed cũ facit per misericordiam facit, cum autem non facit per

Augu. ad Bonifa.

Augu. contra Iulia.

iudicium non facit, Miseretur vtiq; secūdū gratiā quę gra D
tis datur, obdurat autē secūdū iudiciū quod meritis reddit
Augus. Vnde datur ītelligi, vt obduratio dei sit, nolle misereri, vt
non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed
tantum quo sit melior non irrogetur, Ideoq; non quomo
do dictum est. Non est vo. neq; cur. sed m. dei, ita etiā di-
ctum est, non est volentis neq; currentis sed obdurātis dei
quia non obdurat impartiendo aliquid mali, sed non lar-
giendo bonum: quod facit æquitate sua, sicut ex misericor
Augu. ad dia sua gratiam pręstat, Constat itaq; quod nullus libera-
Sixtum. tur nisi gratuita misericordia, & nullus damnatur nisi eq;
sima iustitia. Sed cur potius hunc quam illum liberet. vel
nō liberet, scrutetur qui potest tam magnum profundum
Augu. de iudiciorum Dei: veruntamen caueat præcipitiū, Cur ergo
de ver. ap. illum liberet & non illū, nolo vt a me quæras, homo sum E
profundum nimis esse aduerto, nō penetro, expauesco, nō
scrutor. Inscrutabilia enim sunt iudicia dei. Præterea no-
tandum est vel obduratio dei tantum temporalis est. Ob-
durat. n. temporaliter non ab æterno. Reprobatio vero a-
lia ab ęterno alia temporaliter. Quę autem temporaliter
est, idem est quod obduratio scilicet desertio. Quę autem
ab ęterno est, hoc est quod deus præscit aliquem dāmnan-
dum. Similiter, diligenter distinguendnm est de prędesti-
natione, electione, dilectione, & odio. [Dicis itaq; mi-
hi. Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resi-
stit? O homo tu quis es quis respondeas deo? Nunquid di
cit figmentium ei qui se finxit, quid me fecisti sic. An nō
habet potestatem figul⁹ luti, ex eadem massa facere aliud
quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?] F
Dicis itaq; mihi, Quia dixerat cui vult miseretur, & quam
vult induratur, videbatur carnali, quod sicut non ex me-
ritis est quod miseretur, ita non esse ex meritis quod obdu
rat, Videbatur etiam ex voluntate dei esse cui resisti non
potest, quod aliquis est malus. Hoc igitur ex persona con
tradicentis Apostolus sibi obiicit. q. d. quia ex volūtate est
quod miseretur vel obdurat, Dicis itaq; mihi hoc. Quid
queritur. i. quare inquiritur. adhuc. i. postquam constat ex
voluntate dei esse obdurationem, cur īquam quæritur. vñ
alius sit bonus. alius sit malus? nō est op⁹ hoc inq̄ri, quia
talis erit quisq;, qualem vult eum deus esse. Volūtati. n. ei⁹

A qui nos obdurat, Quis resistit? q. d. nullus, & ita ex voluntate eius est aliquis bonus vel malus dicit carnalis, & ideo iniuste alium saluat, alium damnat vel, Quid queritur ab aliquo vt benefaciat. i. cur nititur aliquis benefacere? Ad huc scilicet postquam constat ex volūtate dei esse cum nil possit, nisi quod deus vult. Voluntati enim eius quis resistit? Vel ita cum ex voluntate sit obduratio quid querit. i. cur conqueritur deus si offendimus? Adhuc. i. cur conqueritur de peccatis hominum cum ipsi nequeāt vitare quod de⁹ vult? Conqueritur enim de⁹ sępe de hominibus sicut per innumera apparet sacræ scripturæ loca, quod nolunt credere & recte viuere, contra quod carnales in voluptatibus suis viuentes sic solent sicut dictum est murmurare, & loqui aduersus deum & volūtati eius non vitio suo deputare quod mali sunt, quos redarguit Apostolus reuocās ab huiusmodi pręsumptione, & huius impudentiam quæstionis ita retundit. O homo &c. Hoc autem non facit ex inopia reddendę rationis, sed hominem ad suæ capacitatis considerationem reuocat dicens, O homo. q. d. te & illum attēde. Tu es homo, ille est deus. Tu inquam. O hō. i. caro nō spūs. i. carnalis non spiritualis, cū miser cui displicet ꝙ deus conquerit, & q murmuras cōtra deū, quod aliū reprobat & aliud elegit, Quis es. i. cuius valentię es, Qui respondeas. i. intelligas q̄ facit. i. cur huius miseret, & te indurat. q. d. si tibi diceretur nescires respondere. i. intelligere pro tua carnalitate, nec te ad hoc iuuat sapientia tua, nec aliqua virtus tua. Vel, Quis es? q respondeas: i. cōtradicas, Deo. i. rationibus contra deū agas quod iniuste eligat vel reprobet? Magna indignitas est, & pręsumptio hominē cōtradicere deo, iniquū iusto, malum bono, imperitum pfecto, infirmum firmissimo, mortalem immortali, seruū domino, creaturā creatori. Mouet autē iniquus eo quod de eadem massa, creatos alios iustificat de⁹ alios reprobat. Ad hoc autē ostēdēdū recte fieri, vtitur verbis Esaiæ & figmēti similitudine, quod aduersus figulum nō habet vocē conquerēdi dicens. Nunqd figmētū dicit ei q se finxit. i. ei a quo factū est, & q nil ei debet, hoc. s. Quid me fecisti sic. q. d. non potest contra factorem suum opus cōqueri, sic & tu homo fingeris a deo, & ideo nequis adversum deum causari quare fecit te sic vel non sic. Si eñi

Augusti. ad Simpl.

Idem.

B

Augu. de uer apo.

Ambrosi.

C

Augusti.

pecus loqui posset & diceret deo, quare me pecudem fe- D
cisti cum istum fecerish ominem non iuste succenseres, &
diceres o pecus, tu quis es qui respondeas deo? quia vero
quæstionis huius ratio ex hoc illi firma videtur, quod ex
vna massa facti sunt reprobādi & iustificandi, subdit. An
nō habet. q.d. Vere non potest dicere opus factori quare
me fecisti sic. Quia figulus luti. i. qui de luto operatur. An
non habet iustā potestatē facere ex eadem massa aliud q-
Ambrosi. dem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? habet
vtiq;. Manifestum est aliquā vasa fieri ad honorem, quæ
ad vsus honestos sunt necessaria. Alia vero ad contume-
liā quę vsibus sunt culinarum necessaria, vnius tñ esse sub
stātiæ, sed differre opificis volūtate, ita & de⁹, cū ex vna ea
dēq; massa omnes simus in substantia, & cuncti pctōres,
Ambrosi. alii miseretur, & alterum despicit: nō sine iustitia. In figu E
lo enim sola voluntas est, in deo aūt, voluntas cum iustitia
Sicut igitur vas quod non fit in honorem sed in contume
liam, si vtile est, ex luto habet, nō ex figulo, sic tota massa
humani generis, non ex deo, sed suo vitio iuste corrupta &
lutosa est. Ideoq; si inde vas in honorem fit, misericordia
Augu. sup Ioannem est: si in cōtumeliā iustū est, quia hoc erat ex natura. Tota
eñ natura in ipsa radice vitiata diuino iudicio debitę dā-
nationi est subiecta, & merito peccati vniuersa damnata.
Cū ergo id supplicii recipiant vasa irę quod omnibus de
bebatur, & ab illa liberentur vasa misericordię, in altero
Augu. ad Bonifa. ęquitas, in altero misericordia pspicua est. Massa enim il
la si media esset, vt sicut nil boni ita nil peccati haberet nō
frustra videret̄ iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contume-
liā. Cum vero per liberum arbitriū primi hominis in cō- F
demnationē vniuersa defluxerit, procul dubio quod ex ea
fiunt vasa ī honorem, nō est ipsi⁹ iustitię quę gratiā in illa
pręcessit, sed dei misericordię. Quod vero in cōtumeliā
nō īiquitati dei q̄ penitus nulla est, sed iudicio deputādum
est. Bene autē dispēsauit domin⁹, vt nec omnes dānaret
Augu. de ciui. dei. nec oēs liberaret, si eñ oēs liberarētur, lateret qd pctō p iu
stitiam deberet̄, si nemo liberaret̄, lateret qd gratia largi-
ret̄, qa pculdubio quātū ptinet ad originale pctm̄ oēs pa
res erāt, sed misericordia quos voluit discreuit. Ibi gratui
ta ē īdulgētia: vbi iusta posset esse vindicta. Ecce ex his iu
stitia dei apparet, ī his q nō habēt tēp⁹ operādi. s. ī puulis

A De his aũt q habẽt tẽp⁹ operãdi subdit, [Qḋ si de⁹ volẽs ostẽdere irã & notã facere potẽtiã sustinuit in multa patiẽtia, vasa irę apta in interitũ, vt ostẽderet diuitias glĩæ suæ in vasa miẽ q̃ pparauit in glĩam.] Qḋ si volẽs. vel, Quid si de⁹ volẽs. q. d. iã ostẽsum est ꝙ etsi de⁹ nil boni det hõi, nõ tñ, iniqu⁹ est. Sed qd dices si qbusdã etiã bona dedit. s. cũ apti essent iræ in interitũ sustinuit in multa patiẽtia. & hoc est qd ait. q. d. nõ esset iniqu⁹ de⁹, & si nihil daret boni, sed dat bonũ qbusdã, p qd apparet bon⁹. Quia sustinuit vasa iræ apta in interitũ in multa patiẽtia. Patiẽtia & lõganimitas dei est q̃diu sustinet malos, vt si velit corrigãtur vel in incepta malitia pdurãtes ordinate dispdat. Diu eñ expectati inexcusabiles sunt, & iõ expectauit eos de⁹ cum sciret nõ credituros, & vt vtaẽ illis quasi instrumẽto ad salutẽ bonorũ. Nouit. n. de⁹ bñ vti malis, i qb⁹ hũanã naturã nõ ad malitiã creat, sed pfert eos patienter quousq; scit oportere: nõ inaniter, sed vtẽs eis ad admonitionẽ vel exercitationẽ bonoꝝ, Nullũ. n. de⁹ vel angelorũ vel hoĩm crearet, quẽ malũ futurũ esse psciret, nisi pariter noscet eosqb⁹ eos bonorũ vsib⁹ cõmendaret. Dico ꝙ sustinuit malos, & interim dũ expectabat, ostẽdit eis multis indiciis vel ipsos aliqñ puniẽdos, vel alios corã eis, irã suã futurã. i. pœnã æternã vt sibi cauerẽt, & hoc qd sustinuit eos, & irã eis ostẽdit. Notã, fecit, Potẽtiã, suã. s. ꝙ per malos purgat bonos. Si aũt hoc est. s. ꝙ de⁹ volẽs ostẽdere irã & notã facere potẽtiã suã sustin. vas. iræ ap. in interitũ in mul. patientia, qd respõdeas deo? vel, Quid dices. q. d. poteris dicere ꝙ iuste gratiã subtrahit talib⁹, & damnat eos qui ita expectati de
C peccatis noluerunt resipiscere, sed hac pdicta gratia abusi sunt. Ecce hic ostẽdiẽ iustitia circa eos q habẽt tẽp⁹ opãdi Vt ostẽderet. q. d. Ad hoc patiẽ de⁹ malos, & postẽdit eis irã, & ad notitiã suã attrahit. Vt sic ostẽderet i vasa miæ. i. electis p misericordiã, Diuitias glĩę suę. i. q̃ diues & q̃ magna sit gloriosa misericordia sua. Ob hoc. n. dat tot bona malis, & tãdiu eos tolerat, vt cõuincat eos iuste damnari: & vt fideles magis eũ diligãt, qb⁹ grãm malis nõ cõmunẽ ipse conseruauit. vel, Ostenderet hic va. m. i. in electis, Diuitias gloriæ suę. i. copiosam & gloriosam misericordiam suam, per fornacẽ tribulationis, quã tolerant a malis: quia q̃to magis tribulatiõib⁹ exercẽẽ, tãto puriores & meliores

Augu. ad Sixtum.
Ambro.
Augu. ad Simplic.
August. sup Exo.
Augu. ex ex lib. sententiarum Prosperi.

gratia deo operante reddũtur. Vel in futuro poteſt legi ſic D
Quod ſi volẽs. q. d. nõ eſſet iniquus deus, etiam ſi nil boni
daret, ſed quid dices ſi etiã bona dedit & dedit vtiq; quia
Ambro. deus? Suſtinuit in multa patientia vaſa irę apta in interitũ
.i. malos quos cũ poſſet iudicare ſtatim, diu ſuſtiuuit vt cõ-
queri nõ poſſint damnati. Ideo ergo expectati ſunt vt in-
excuſabiles deperirent, quos præſciuit nõ credituros. De[9]
dico, volens oſtendere, in futuro, Iram ſuam. i. pœnã ęter-
nam, in perditis quos male vſos patientia ſua æternaliter
damnabit. Et volẽs facere no. pot. in ſaluandis quos tunc
glorificabit, cum vindictã ſanguinis eorũ ſup malos exer-
cebit, qui cum ante putaretur, nõ iudicaturus, quia diu diſ
ſimulauit, iudicãdo potens videbitur. Vt oſtẽderet. q. d. ita
modo ſuſtinuit vaſa iræ, vt in futuro ſeculo Oſtẽderet, per
comparationẽ reproborũ. In vaſa miſericordię. i. electis E
per miſericordiã, Diuitias ſuas. i. copioſam & glorioſam
miſericordiã ſuã. Oſtendit. n. quantũ fecit eis quos libera-
uit & glorificauit, cũ illi quos deſeruit pœnam habẽt, quę
pariter omnibus debebatur. Nota quia ex verbis Apoſtoli
quibus vſus eſt in hoc ſermone dicens, Iacob gratis dile-
ctum & electum a deo: Eſau autẽ iudicio reprobatum ſi-
cut Pharaonem, & alios quos voluntate ſua de[9] obdurat,
oſtenditur ꝙ quidã ſunt, quibus nec gratiam apponit de[9],
Ambro. vt Eſau & Pharaoni, cũ aliis infert eam quaſi coactis vt
apoſtolo paulo. In his aũt cauſis præſcientia dei flagitãda
eſt, quia nõ aliter euenit q̃ futurũ nouit. Præſcientia enim
dei eſt qua diffinitũ habet. qualis vniuſcuiuſq; futura erit
voluntas, per quã aut damnetur, aut coronetur. pręſciens
itaq; deus aliquos malę volũtatis futuros nõ habuit eos in F
numero bonorũ: ſicut & de pſcientia Pharaonẽ damnã-
dum eſſe cenſuit, ſciens eum nõ ſe correcturum: Apoſtolũ
vero Paulũ elegit pręſcius, quod futurus eſſet fidelis. Sunt
autem & alii quidã, quibus gratia data eſt in vſum vt Sau-
Ambro. li Iudæ. & illis diſcipulis quib[9] in euangelio dominus, di-
xit, Ecce nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo, & poſt abie-
rũt retro: ſed hoc de eis dominus dixit, propter iuſtitiã cui
deſeruiebãt, quia hoc eſt iuſtũ vt vnicuiq; reſpondeat pro
merito, Ac ſi diceret, Digni eſtis nũc vita æterna, quia erãt
boni. Frequẽter enim ante ſunt mali, qui futuri ſunt boni:
& aliquoties prius ſunt boni, qui futuri ſunt, & permãſuri

A mali. Tales erant illi, & ideo noīa eorū erāt scripta in cælo propter iustitiā cui deseruiebāt: secundū vero præscientiam in numero erāt malorū. De iustitia enim iudicat de⁹ nō de pręscientia, quia iustitia nō dei pręscientia causa est, quare apud deum aliquis dignus sit vita. Vnde & mosi dicit, Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ: vt secundum iustitiam iudicis videatur deleri cum peccat, iuxta præscientiam tamē in libro vitę nunq̄ fuerat. Vnde Ioannes ait, Ex nobis exierunt, sed ex nobis nō erāt. Ecōtrario vero tūc aliquis videt ascribi cū mal⁹ esse desinit, q tamen secundū præscientiam nunquā defuit. Cum igitur ex gratuita misericordia apponat gratiā quibus vult, & liberet quos vult, manifeste ostenditur diues ex gloriosa bonitas eius in vasa misericordię, Quę præparauit, similiter Ambro.

B expectando, sicut expectat vasa iræ. p̄parauit dico, In gloriā futurā. Oēs enim sustinet deus sciens exitus singulorū, & vtiq̧ bonis pdest quod malos expectat. [Quos & vocauit, nō solū ex Iudæis, sed etiā ex gētib⁹. sicut in Osee dicit, Vocabo nō plebē meā, plebē meā, & nō dilectā, dilectā: & nō mīam cōsecutā, mīam cōsecutā. Et erit ī loco vbi dictū est eis, Nō plebs mea vos, ibi vocabūt filiii dei viui] Ambro. Augus.

Quos & vocauit. Cum ostensum sit quod ex sola gratia sint filii, incipit pbare per auctoritates prophetarū quod hi sunt ex vtroq̧ populo, q.d. illos qui sunt vasa misericordiæ p̄parauit in gloriā. Quos & vocauit, per prędicatores & interius cum sint ex vna massa Adę, de qua & mali qui sunt vasa iræ cui' debita erat damnatio. Tota quippe ista Augu. ad Optat.

C massa iustę damnationis recipere debitum, nisi ex ea faceret nō solū iustus, sed etiā misericors figul⁹, alia vasa in honorem secundū gratiā nō secundū debitū: dum & paruulis subuenit quorum nulla merita dici possunt: & maiores p̄uenit, vt habere aliqua bona merita possint, q a stirpe inobedientiæ dicitur propago peccati atq̧ supplicii, nō cōditione diuina sed voluntatis iniquitate vitiata natura quæ a deo est cōdita bona. Si ergo male viuūt homines de suo est, vel quod originaliter traxerunt, vel quod insuper addiderunt, ideo nō se excusent homines qui nolunt recte viuere dicentes quid nos fecim⁹ quod nos male viuim⁹, cū gratiā vnde bene viueremus nō accepim⁹? Non veraciter possunt se excusare. Si enim vasa iræ sunt qb⁹ debita pdi- Augu. ad Sixtum.

tio redditur, hoc sibi imputēt, qa ex massa sunt quā meri- D
to peccati deus iuste dānauit. Si aūt vasa misericordię sunt
quibus ex eadē massa factis, suppliciū reddere noluit, non
se inflent, sed ipsum glorificent qui eis misericordiā inde-
bitā præstitit. Vocauit dico, Nō solū ex Iudæis sed etiā ex
gentibus, & primū pro gentib⁹ auctoritatē Oseæ ponit di
cens, Sicut in Oseæ dicit, de⁹. q.d. nō Oseæ ex se hoc dicit,
sed deus in illo. Vocabo nō plebē meā. i. gētes quæ pri⁹ nō
nouerūt me, nec dicebāt plebs mea. Plebē meā vt. s. cogno
scāt me, & dicāt plebs mea. Et nō dilectā meā. s. gētilē vo
cabo, Dilectā meā. s. vt dilectiōe seruiāt. Et nō mīam cōse
cutā, vocabo mīam cōsecutā vt. s. ad ęternā gloriā pueniāt.
Aimo. Et erit istud, qđ dicā. s. quod, In loco. i. in toto mundo, vbi
Ambro. dictū est, nō plebs mea vos, Ibi, in toto mundo, Vocabun
tur filii dei. vel, In loco. i. ī Iudæa & inter ipsos iudęos, qui E
dicebāt, Dei populus nō estis. Ibi vocabuntur filii dei, ab
eisdē Iudæis. [Esaias aūt clamabat pro Israel. Si fuerit
numer⁹ filiorū Israel tanq̄ arena maris, reliquiæ saluæ fiēt
Verbū aūt cōsummās & abbreuiās ī ęquitate, quia verbū
abbreuiatū faciet dn̄s sup terrā. Et sicut p̄dixit Esaias, Nisi
dn̄s sabaoth reliquisset nobis semē, sicut Sodoma facti es-
semus, & sicut Gomorra similes fuissem⁹.] Esais aūt ait,
Hic ponit auctoritatē Esaię pro Iudęis. q.d. Oseę ita pro
gentib⁹ dicit, Esaias aūt clamabat aperte pro Irael. i. pro
Iudęis dicens, Si fuerit numerus filiorū Israel tanq̄ arena
maris. i. licet innumerabiles sint filii Israel. Tamen, solū-
modo, Reliquię saluę fient. Ecce sic dicitur salus Iudęorū,
August. vt maior pars sit excæcata. Vel, arenæ cōparat propter ste-
August. rilitatem. Et est. Si fuerit numerus filiorū Israel tanquam F
arena maris. i. licet sint steriles a gratia fidei, & fructu bo-
ni operis, nō tamen ideo radix patriarcharum periit. Vel,
in nos reliquiæ saluæ fient. i. illi quos mihi reliqui cū alios
reppuli. Vel, qui ab aliis relinquuntur, vt viles. vel pauci.
Deinde subdit propheta, per quid salui fiāt. s. per verbum
euangelii, vt gloria legalium operum excludatur, q.d. Ve-
re salui fient. Dominus enim faciet verbum cōsummans
& abbreuians. i. verbum euangelii, quod dicitur consum-
mans, quia ad perfectionem ducit, & abbreuians, quia o-
Augu. ad mnia legalia in vno Christo abbreuiauit, vt compendio
Simplic. fidei per gratiam salue t non per innumeras obseruantias


A quibus ille populus seruiliter premebatur, & hoc licet verbis abbreuiet, tamē ęquū est priori verbo legis: vnde subdit, Abbreuians dico, in æquitate, vt nil desit ad iustitiam, de omnibus figuratiuis, Vel ideo dicitur, Abbreuiās in æquitate, quia quę æqua sunt retinet, vt moralia quę ius est tolli, vt figuras recidit. Et ne quis dubitet de eo, propheta repetitione cōfirmat dicens, Quia dominus qui prius fecit verbum legis prolixum, ens super terram, id est, ens in terra homo factus, Faciet verbum breui, contra antiquum verbum quod deum fecisse constat. Vel, Verbum consummatum & abbreuiatum est Charitas, quę dicitur verbum consummans vel consummatum, quia consummat: & abbreuians siue abbreuiatum, quia in eo pendet lex & prophetæ, in duobus enim mandatis charitas vniuersa abbre- Hiero.
B uiat. Et sicut prædixit, Adhuc ponit auctoritatē Esayæ cōmendans illud verbum, q.d. Deus fecit verbū, & hoc verbum tam necessariū erat: quod sicut prędixit Esaias, Nisi dominus sabaoth, id est. virtutum vel exercituum reliquisset nobis semen, id est, verbum euangelii, vel Christū qui fructū vitæ protulit, Facti essemus sicut sodoma, &c. Vel per semen accipiuntur reliquię saluandę, de quibus supra egit, id est, Apostoli & alii boni, quasi reliquiæ saluę fient. quia nisi per illas prædicatum esset verbum dei, gentes perissent. & hoc est quod ait, Nisi dominus sabaoth, id est, exercituum, quādo alios excæcauit, Reliquisset nobis. i. ad nostram vtilitatem, Semen, id est, Apostolos, de quibus seges Christi creuit. Facti essemus sicut Sodoma, quę interpretatur muta, id est, muti essemus ad confitendū. Et fuis- Ambros.
C semus similes sicut Gomorra, quæ interpretatur aspera, id est, sine gratia asperi essemus spinis vitiorum operti. Et nota quod non sine causa posuit similes & sicut, cum alterū posset sufficere. Sed hoc ideo fecit vt per alterum notet similitudinē culpæ nostrę, & illorū: per alterū similitudinē poenæ. q.d. pares essem⁹ ī poena, qa similes essem⁹ ī culpa [Quid ergo dicem⁹? Quod gentes quę non sectabātur iustitiā, apprehenderunt iustitiā, iustitiā aūt quæ ex fide est. Israel vero sectādo legē iustitię, in legē iustitię nō peruenit, Quare? Quia nō ex fide, sed quasi ex opib⁹. Offēderūt. n. in lapidē offensiōis: sicut scriptū est, Ecce pono in Syon lapidē offēsiōis & petrā scādali, & oīs q cred. ī eū nō cōfūd.]

A Christus secundum statum quo apparuit hic malis: petra scandali secundum quod in futuro faciet malis. Scandalũ enim dicitur cum in via obex aliquis inuenitur qui gressꝰ incedẽtis impediat. Quia igitur hi qui erant in Siõ viam non bonã incedentes, & iter perditiõis concito pede currentes Christum in futuro sentient vindicem, ideo petra scandali dicitur. Vel sicut petra dicitur ante positionẽ, & lapis per positionẽ: ita Christus & petra dicitur ante positionem, & lapis per positionẽ. Positio autem Christi passio fuit qua infirmitatis miseriam deposuit. Christus ergo ante passionẽ fuit petra scandali, quia illo tempore scãdalizati sunt in eum Iudęi irascentes & indignãtes, q̃d filiũ B dei se faceret. Lapis vero offẽsionis fuit Christꝰ in positione. i. in passione, quando maxime offenderunt, & excęcati sunt deũ non esse credentes quẽ mortuũ videbant, a qua offensione quosdam liberat fides. Vnde subdit, Et omnis qui crediderit, quasi non mõ non est ipse offensio malis, sed remuneratio erit bonis: quia omnis siue sit Iudęus siue Gẽtilis, Qui crediderit in eum non confundetur cum venerit in futuro.

Origenes

Aimo.

CAPVV X.



Ratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad deũ, fit pro illis in salutẽ, Testimoniũ enim perhibeo illis, ꝙ æmulationẽ quidem dei habẽt: sed nõ scd̃m scientiam. Igno C rantes eñ iustitiam dei, & suã quærentes statuere, iustitię dei nõ sunt subiecti. Finis. n. legis Christꝰ ad iustitiam omni credenti. | Ne ex odio videatur Apostolꝰ loqui contra Iudęos, vel ne gentes eos ex toto abiicerent. subdit, Fratres, cur offenderunt, & tñ, O fratres volũtas q̃ dem mea est, vt saluentur, & hęc voluntas non vtiq; ficta, Sed est cordis mei, id est vera, & etiã, Obsecratio fit a me ad deũ ꝓ illis offendẽtibꝰ. Et hoc in salutem, id est vt deꝰ det illis fidem per quam saluentur. Attende quia per hoc quod Apostolus depręcaẽ pro nõ credẽtibus, vt credãt ꝓ aduersis, vt cõuertanẽ innuit q̃d ex gr̃a deẽ, q̃a nec ipsa cõ uersio sine dei adiutorio fit. Volũtas eñ vt ad vera credenda moueaẽ, nõ sibi sufficit nisi per gratiã deꝰ opituleẽ. vnde ipse ait, Nemo venit ad me nisi ei datum fuerit a patre meo. Testimoniũ eñ. q. d, obsecro ꝓ illis & iustum est &

Augu. de ver. apl̃i ad Populum.

necesse: iustũ est, quia ęmulationẽ dei hñt: & necesse est, D quia scd̃m scientiã. & hoc est quod ait. Testimoniũ enim ego q olim similis Illis fui, phibeo illis de hoc, Quia ęmulationẽ quidẽ dei hñt.i. zelũ dei. & ideo iustũ est orare p eis, Sed non scd̃m scientiã, diligendi. Stultũ est eñ legem venerari, & deũ legis psequi: stultũ est etiã patrẽ cõfiteri & filiũ negare. Et est sensus, Pro dilectiõe dei putãt se facere, sed verã dei dilectionẽ nõ hñt, & ideo necesseest pro eis orare. De his aũt hoc dicit, qui nõ inuidia & maliuolẽtia vt Scribæ & Pharisæi, sed errore Christũ tradiderũt: quibus Petrus ait, Scio fratres quia per ignorãtiã hoc egistis. Illi ergo ęmulationẽ dei habẽtes, sed voluntatẽ & cõsiliũ eius nescientes, cõtra deũ agebãt quẽ se defendere testabant. Quõ autẽ non scd̃m scientiã habeant zelũ, ostendit subdens, Ignorantes enim &c. q. d. Vere non secundũ E scientiã habent zelũ. quia, Ignorãtes dei iustitiam, nõ quadeꝰ iustꝰ est, sed q̃ hoĩ e st ex deo. i. quã dat homini quę est per fidẽ Christi, quæ est a deo qui iustificat impiũ: Et quęrentes vel volentes vt superbi statuere suã, quæ est per carnales obseruantias, quę dicit̃ sua illorum, non quia lex ab illis est constituta, sed in lege quæ ex deo est suam iustitiã constituebant, cum eandem legẽ suis viribus implere posse credebant vt merita pręcederẽt gratiã, non gratia præcederet iustitiam. Hoc inquã facientes, Non sunt subiecti iustitię dei, qua iustificat credentes. i. non credunt per fidẽ F impios iustificari. Hęc est enim iustitia dei, quę nõ in præcepto legis quo timor incutitur, sed in adiutorio gratię ipsi constituta est. vnde subdit, Finis enim quasi dicat Vere ignorant iustitiam dei, quia ignorãt Christum, qui Christꝰ, Finis est legis, id est qui adimplet in se & in nobis qđ lex prędixit, Qui etiam valet ad iustitiam omni credenti, id est qui est dator iustitię omni credenti. Ex Christo ergo nõ ex lege est iustitia, qa si p legẽ scriptã vel naturalẽ esset iustitia sine fide Christi, ergo Christus gratis moreretur Si autem non gratis mortuus est. ergo in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum deputatur fides ad iustitiam. Omnis ergo humana natura iustificari & redimi ab ira, id est a vindicta nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis CHRISTI. Finis enim Christus, in quo lex iustitię non consumitur, sed impletur

Aimo. Ambro. August. Augu. de gr̃a & libero arb. Ambrosi. Augu. de gr̃a & libero arb. August. Augusti. de natura & gratia. Ibidem. Idem. Augu. in lib. I. psl. August. sup Ioan.

A Omnis enim perfectio in ipso est, vltra quem nõ est quo spes se extẽdat. Finis etiam fidelium Christus est. Ad quã cum peruenerit currentis intentio, non habet amplius qđ possit inuenire, sed habet in quo debeat permanere. Finis ergo dicitur non quia consumit, sed quia perficit. Perficit ergo iustitiam per fidem sine operibus legis, & sunt opera quæ videntur bona sine fide Christi, & non sunt tamẽ vera bona quia non referũtur ad eum finem ex quo sunt bona, id est ad Christum qui est finis legis ad iustitiã nõ vtiq; humanã sed diuinam Est enim humana iustitia, & est diuina. De humana ait ibi, Moses enim. De diuina vero ait ibi. Quæ autem &c. De humana vtique prius agẽs

B subdit. [Moses enim scripsit, Quoniam iustitiam quę ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea. quæ autẽ ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascẽdet in cælum (id est Christum deducere. aut, Quis descendet in abyssum (hoc est Christum a mortuis reuocare.] Moses enim quasi dicat Vere CHRISTVS tantum est iustitia ad salutem, quia iustitia legis tantum ad pręsentem vitã valet, & hoc ostẽdit Moses. Moses enim scripsit in Numeris & in Leuitico, Quoniã homo qui fecerit, quasi sine gratia adiuuante, iustitiam quæ ex lege est: quę est ex timore non ex amore, viuet in ea, id est non punietur legali pœna, quia lex Mosi reos illos non faciebat si seruaretur

Ambro.

Ambro.

August.

C id est viuebant faciendo legem. Et vocat hic iustitiam legis opera illa legalia, vnde & in Mose ita habetur, Qui fecerit ea viuet in illis. Timebãt vtiq; ne si non ea fecissent paterentur lapidationem, vel aliquid huiusmodi. Viuet ergo in ea, id est habebit hoc pręmium ne ista morte puniatur. Non est ergo magna iustitia timere, nec habet meritum apud deum. Aliud est ergo non iustificari apud deũ aliquid non omnino iustificari: qui omnino non iustificatur, nec illa seruat quæ temporale habent præmium, nec illa quæ æternum: qui vero in operibus legis iustificatur temporalem inde expectat mercedem, nec iustificatur apud deum sed tamen & ista quædam est, vt sic dicam, terrena carnalisque iustitia. Deinde de iustitia fidei subdit, Quæ aũt. q.d. de illa iustitia legis ita dixit Moses: sed de iustitia q̃ est ex fide. i. de iustitia fidei, sic Moses dicit ĩ Deuter. Ne dixeris &c. vł ipsa iustitia q̃ ẽ ex fide sic dicit ĩ cor

Ambro.

de hominis scilicet, quod obseruata ducit ad cęlũ, nõ ob- D
Ambro. seruata ducit ad abyssũ. & hoc est qđ ait, Ne dixeris. Hęc aũt iustitia fidei est, ne dubitet̃ de spe dei q̃ est in Chr̃o, ne diffidat hõ Chr̃m spoliasse infernũ & cũ aĩabus cælũ ascendisse, ex quibus efficitur iust⁹. De hac ergo dicit Moses, vel ipsa in corde hominis hoc dicit. O homo ne dixeris in corde tuo. i. ne saltẽ cogites, Quis ascendet in cęlum .i. nullus hõ ascẽdet in cælũ. ideo ne hoc cogites, quia qui hoc cogitat negat Chr̃m ascẽdisse: & hoc est qđ subdit, qa id cogitare est deducere Christũ. i. negare Christũ ascendisse. Et sunt hęc verba apl̃i, hoc est Christũ &c. de qbus aperit sensum pręmissorũ verborũ Mosi. Aut ne cogites. Quis ascendet in abyssum. s. in infernũ. i. null⁹ descendet E
quod est pro nõ obseruata lege ideo: ne cogites, quia hoc cogitare est Christũ reuocare, A mortuis. i. credere quod Christus non descendit in infernũ, quia si illi qui iustitiã non obseruant, non descendẽt, tunc Abrahã & antiq patres multo minus descenderũt. Si aũt illi non descenderũt tunc nec Christus qui non nisi pro illis liberandis descendit. Et sunt item hæc verba apostoli vbi ait, Hoc est Christũ. vel ita, Ne dixeris. q. d. Cũ audieris post resurrectionem prędicari Christũ ascẽdisse in cęlũ, Ne dixeris. i. noli dicere in corde tuo, mendaciũ est. Quis ẽm ascen. in cę. ideo ne hoc dicas, quia hoc dicere est Christũ de cęlo deducere, quantũ ad te pertinet quia hęc infelicitas quantũ in te est Christum de cęlo, ad terram deducit: & similiter F
cũ audis prędicari qđ Christus ad infernũ descendit, noli dicere mendacium est. Quis ẽm descẽ. in abys. ideo ne hoc dicas, qa hoc dicere, Est Chr̃m reuocare ex mortuis, quãtũ in te est. [Sed qd dicit scriptura? Prope est verbũ in ore tuo, & ĩ corde tuo. Hoc ẽ verbũ fidei qđ p̃dicam⁹, qa si cõstituaris in ore tuo dñm Iesũ & in corde tuo credideris, ꝙ de⁹ illũ suscitauit a mortuis, salu⁹ eris. Corde. n. credit̃ ad iustitiã, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Dicit. n. scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudęi & Gręci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocãt illum, omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit.] Sed quid. q. d. ne hoc dixeris sed poti⁹ hoc crede de verbo qđ scriptura dicit de eo in Deuteronomio. Quid inde dicit?

A Ecce, Verbum. i. Christus qui est verbum in principio apud patrem. Vel verbum. i. Christi predicatio & doctrina, Prope est. i. vtile, quia iustificat & saluat. verba veteris legis longe absistebant a iustificatione & salute, Vel, Prope est, quia non est aliquid inconueniens vel dicere vel credere, quia non longe a natura animorum & loquendi ratione quod nobis dicitur vt credamus. & hoc verbũ debet esse. In ore tuo, ad cõfitẽdũ, & in corde ad credẽdum. Deinde Apostolus scripturam Mosi exponit dicens: Hoc est verbũ fidei quod ꝑdicamus, quo & baptisma cõsecrať De hoc verbo dnsait, Iam vos mundi estis propter verbũ quod locutus sum vobis, nõ ait ꝑpter baptismũ. Quare? nisi qa & i aqua verbũ mũdat. Detrahe verbũ, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbũ ad elementũ. Vñ est ista tã

B ta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo, non qa dicitur, sed quia creditur? Nã & in ipso verbo aliud est sonus trãsiens, aliud est virtus immanens. Quia si con. q. d. & prope debet esse verbũ. Quia si confiteris in ore tuo, non opera legis, Sed dominum Iesum resurrexisse, cũ aliquis impugnat. Vel, Quod Christus est domin⁹ Iesus. i. saluator & in corde tuo credideris. Quod illũ excitauit vel suscitauit a mortuis saluus eris. Ecce laus fidei & merces fidei: laus, fidei est si credideris, quia dominus est Iesus, & quia resurrexit, merces vero salus ęterna. Corde enim quasi dicat. Vere credere dat salutẽ, quia dat iustitie quę est causa salutis, Corde enim creditur ad iustitiam id est per fidem cordis iustificatum aliquis. i. de impio fit pius. Ore autẽ, post cordis fidẽ, aliter enim non va

C let, Cõfessio fit, non modo ad iusticiam, sed etiã ad salutẽ quę cõfessio superadditur fidei, vt in martyribus, qui inter tormenta imminẽtia fidẽ quã corde tenebãt, ore confessi sunt. Nõ ergo in cassum additũ est, ore cõfessio fit ad salutẽ. Nã pene oẽs qui xp̃m corã psecutoribus negauerũt qđ de illo credebãt, corde tenuerũt: & tñ ore nõ cõfitẽdo perierũt, nisi illi qui pœnitẽtia reuixerunt, vt Petrus qui in illa negatiõe, int⁹ veritatẽ tenebat, & foris mẽdaciũ proferebat. Cur. n. lachrymis diluit. qđ ore negauerat, saluti faciebat, qđ, corde tenebať. Quærẽs ergo a deo pacẽ nõ aliđ habeat in pfessiõe oris, aliđ in arcano cordis. Nil. n. prodest hoc esse in corde quod verum est, sed hoc dicitur

Aimo.
Ambros⁹
Augusti.
Aug. in li. cõ. mẽda.

voce quod falsum est quia veritas & credēda & loquenda D
Augu .in est. Et nota quod non ait simpliciter creditur, sed cor-
psal. xxx. de credit,q̄a cętera potest hō nolens credere non nisi vo
lens: intrare ecclesiā, & accedere ad altare potest nolens:
sed non credere: ideoq; congrue ait, Corde creditur. De
hac autē radice cordis surgat confessio, Cōfiteri em̄ est di
Augu.de cere quid sit in corde. Si em̄ aliud est in corde aliud in ore
ver. apl̄i. loqui est nō cōfiteri. Quod ergo est in corde debet esse in
ore,q̄a nō sine causa signū crucis fit in fronte. i. in sede pu
doris,ne Christi opproprio Christianus erubescat. Pec-
catū fuit Petrū ore negare cū corde crederet. discedat ergo
mala verecundia,accedat salubris cōfessio. nō erubescam⁹
de Christi nomie. Insulteť nobis,q̄a credim⁹ in Christū
crucifixū,plane dico,q̄a ī occisum, sed hoc in illo occisum
est quod sumpsit de me,nō quo fecit me. Dicit eī scriptura E
q.d. vere corde crediť ad iustitiā. dicit scriptura p Esa. Oīs
nō tātū Iudę⁹,sed etiā gētilis Qui credit ī illū nō cōfūdeť. i
nō erubescet in futuro,& si hic videať, cōfundi. Et bene
Ambrosi. dixi oīs,Nō em̄ est distinctio Iudęi & Gręci, sed in omni
gēte q timet deū hic acceptus est illi. Et vere nō est distin
ctio. Nā idē est dn̄s. i. creator. Omniū diues in oēs. i. suffi-
ciēs ditare oēs, Qui inuocāt illū,fide & opere,aliis nō est
ipse diues,q̄a pticipes non sunt bonorū eius,qui autē īuo-
cāt recipiēt ęternā remunerationē. Deinde ab auctoritate
Esaiæ probat quod dixerat, Oīs. n. Iudęus vel Gręcus,
Quicūq; nomē dn̄i. i. filiū patris, Inuocauerit. bn̄ se ei su-
biiciēdo, Saluus erit, in ęterna beatitudine, Oratio ergo
necessaria est. Orans. n. inuocat, sed hoc vere nō potest ni
Ambrosi. si pri⁹ credat. Qui ergo vere īuocāt,nō mō credūt, sed etiā F
orāt, vt postq̄ crediderit alicui⁹ anim⁹ nō desinat id postu
lare quod promisit deus toto corde vigilantibus,quia cre-
dere dat remissionē peccatorū. Inuocare aūt ī petrat pmis
sa dei. Vt aūt ostēdat quod nō est vera inuocatio sine fide,
subdit quō ergo vel aūt. Probato quod de vtroq; populo
Augusti. assumať,ostēdit p qđ. s. p pmissionē vtrisq; factā,quam q
nō receperit īexcusabilis est q.d. Inuocatio saluat,ergo o-
portet credere, [Quō ergo īuocabūt,in quē nō credide-
rūt? Aut quō credēt ei quē nō audierūt? Quō autē audiēt,
sine prędicāte? Quō vero p̄dicabūt,nisi mittanť? Sicut scri
ptū est, Q̄ speciosi pedes euangelizantium pacē euange-

A lizantium bona!] Quomodo inuocabitur &c. vel ita cõtinua si est ibi aut ẽ quasi dicat qui inuocat saluus erit, Hoc autem non potest aliquis aduersus, quia, Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt! nõ inuocabunt nisi credant, Aut quomodo credẽt ei quẽ nõ audierũt. q. d. nõ credẽt nisi audiãt, nec olim aliquis credidit q non aliquo modo audiuit, vel interi⁹. vel exteri⁹. Vel, Quõ cre. ei quẽ nõ au. i. cui nõ obedierũt. Aptũ est qa nõ credit illi cui obediẽtia negat, Quõ aũt audiãt sine prędicãte. i. nisi pdicet eis. q. d. nõ audiẽt nisi pdicet, Vel, Quõ aũt sine pręd, id est si pdicãti resistant! Nec hoc obscurũ est, quia qui pdicãti resistit, auctorẽ ei⁹ nõ recipit. Quõ vero pdicabũt nisi mittant, neq istud recipit qstionẽ, qa nõ sũt veri apli nisi missi, nec pdicabũt nisi mittant, Nulla. n. signa virtutũ his phibẽt testimoniũ, Ecce patet q & ad gẽtes missi sũt pdicatores. Et sic refellit eos Aplus q putabãt Iudęis tãtũ pdicãdũ eẽ euãgeliũ. Hęc autẽ ad ipsã gratiã cõmẽdãdã valẽt, vt p hoc totũ bonũ nostrũ a gratia puenire ostẽdat. Dicit enim quod credere ex auditu ẽ, audire ex pdicãtiõe, pdicare ex missione dei vt ita totum descendat ex fonte gratię. Prędicatio autem vere est ex missione quia etiam pseudo bene nunciantes misit deus, quod in bono malis nouit vti. Aliquando etiam & malos malis mittit in ira. i. prædicare permittit malos malis, ad eorundẽ pœnã, vt vicissim p se pereãt, sicut iustũ ẽ meritis eorũ exigẽtib⁹. Sicut scriptũ ẽ. q. d. nõ pdicabũt nisi mittãt, sed missi sũt sicut scriptũ ẽ i esa. vel i Naũ ppheta Quã speciosi sunt pedes. i. aduẽt⁹ aplorũ q illuminãt mũdũ. in quo apparet illos a deo missos. Alioquin hic nõ poterãt facere. Euãgelizãtiũ. i. annunciantiũ, Pacẽ. i. recõciliationẽ ĩter populũ & populũ diruta macerie legalis rit⁹ in Iudæis, & idololatrię in gẽtib⁹, & inter deũ ipsos p fidẽ iustificãtẽ, & hoĩes in eũ credẽtes. Euãgelizãtiũ, etiã bona futura. i. pacẽ sup pacẽ. qa regnũ dei pax est. q. d. valde speciosi sũt, quia illuminãt mũdũ & qa euangelizãt. i. bñ nũciãt. Bñ. n. nũciãt qd ore prędicãt ope cõplẽt. [Sed nõ oẽs obediũt euangelio. Esaias. n. dicit, Dñe quis credidit auditui nostro! Ergo fides ex auditu, auditus aũt p verbũ Christi.] Sed nõ. q. d. oẽs audierũt p Apostolos: Sed nõ oẽs obedierũt euãgelio. Cũ. n. ex gratia fit audit⁹, necessaria ẽ. n. alia gratia q cor moueat. q vero oẽs

(Marginal letters B at "res. Et sic refellit", C at "tiũ, Pacẽ"; marginal notes: Ambrosi. — Aimo. — Ambrosi. — Augusti.)

non obedierũt, prophetico firmat testimonio, aliquos nõ oẽs obedire his verbis. Esaias eñi dicit, Dñe quis credidit auditui nostro. i. his quę a nobis audierũt? Vel quę nos audiuim⁹ a te. q. d aliquiscredidit nõ oĩs. Quidã ĩter se mussitãt & vbi possunt ꝓclamãt, & turbulenta disceptatione contendunt, dicentes, Quid fecerunt Iudæi, vel quæ culpa eorumfuit si necesse erat, vt sermo impleretur Esaie, quẽ dixit. Quã quęstionẽ vrgent, & profundiorẽ faciunt per ea quę legũtur in euãgelio Ioãnis, Ait eñi, Propterea nõ poterãt credere quod dixit esaias, Excecauit oculos eorũ & indurauit cor eorũ, Quibus respõdem⁹ quod de⁹ p̃scius futurorũ p ꝓphetã prædixit ĩfidelitatẽ Iudęorũ, sed nõ fecit, neq; pręscisset mala eorũ nisi ea haberẽt. Nõ eñi ideo quenq̃ de⁹ cogit ad peccãdũ qa futura hominũ peccata p̃nouit, illorũ eñ p̃sciuit pc̃tã nõ sua. Ideoq; si ea q̃ ille p̃sciuit, ipsorũ nõ sũt, ipsorũ nõ vera ille p̃sciuit, sed qa illi⁹ p̃sciẽtia falli nõ põt, sine dubio nõ ali⁹ sed ipsi peccãt, quos de⁹ peccaturos eẽ p̃sciuit, & iõ si nõ malũ, sʒ bonũ facere voluissẽt, nõ malũ facturi p̃uiderẽt ab e o q nouit qd sit qsq; factur⁹, & qd p e i⁹ opere sit eis redditur⁹. Sed ex verbis euãgelii p̃dictis magis nos vrgẽt q̃ ex illis Esaiæ. dicũt eñ nobis, si nõ poterãt credere quod pc̃tm̃ ẽ hoĩs non faciẽtis quod nõ põt facere. Si aũt nõ credẽdo peccauerũt potuerũt ergo credere & nõ fecerũt. Si aũt potuerũt, quõ dicit euãgeliũ, nõ poterãt credere? qa dixit Esaias, Excęcauit oculos eorũ: & indurauit cor eorũ. Etiã tãtũ procedũt, quod graui⁹ est, vt ad deũ referãt causã, q vel quare nõ crediderũt, quoniã ipse excecauit eos, & indurauit. Audistis propositã quæstionẽ & quã profunda sit cernitis, Sed respõdem⁹ vt possum⁹. Si a me quęrat quare credere non poterãt, respõdeo, qa nolebãt. Malã qppe eorũ voluntatẽ p̃uidit de⁹, & p ꝓphetã p̃nũciauit. Sed aliã causã, inges, dixit ꝓpheta, nõ volũtatis eorũ. hãc. s. excęcauit oculos eorũ & ĩdurauit cor eorũ. Sed hic respõdeo, eorũ volũtatẽ hoc meruisse. Sicut eñ excęcat deus, sic obdurat, quod est deserẽdo nõ faciẽdo, & hoc meruit volũtas. Hoc eñ meritũ cæcitatis & duritię superbiẽtis audacia & volũtatis, inflixit, Si ergo dicit. Nõ possunt Iudęi credere, qa Esaias p̃dixit: Respõdeo imo nõ possũt qa nolũt, qd de⁹ p̃sciuit & p̃dixit, nõ fecit, Nõ igit mirũ est quod nõ poterãt credere

Augustin⁹ sup Ioã.

Quæstio.

Respõsio.

D E F

A quorũ volũtas sic superba erat, vt tantum suis virib⁹ attribuerẽt, vt negarẽt necessariũ sibi eẽ diuinũ auxiliũ ad bene viuẽdũ. Quotquot enĩ tã superbe sapiũt nõ possũt credere in Christũ, nõ quia mutari homines in melius non possunt, sed quãdiu talia sapiũt nõ possunt credere, Sicut ergo quod de⁹ seipsum negare non potest, laus est voluntatis diuinę, ita quod illi nõ poterãt credere culpa est volũtatis humanę. Siquis istã quęstionẽ melius nouit exponere, absit vt non sim paratior discere q̃ docere. Ergo, q.d. qa aliqs credit auditui, & si nõ oẽs. Ergo fides, aliqñ & si nõ vbiq̃ est, Ex auditu, & si enim de⁹ int⁹ doceat tñ preco exteri⁹ nunciat. Audit⁹ autẽ est nõ p nostra merita, sed Per verbũ Christi. i. per gratiã Christi doctores verbi euangelici nobis mittẽtis. Nisi enim dicatur aliquid nec audiri potest nec credi. Augusti.

B diri potest nec credi. [Sed dico, Nunquid non audierũt? Et quidẽ in omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Sed dico. Nunquid israel nõ cognouit? Primus Moses dicit. Ego ad æmulationẽ vos adducã in non gẽtem in gentem insipientẽ, in irã vos mittã. Esaias aũt audet & dicit. Inuentus sum a nõ quærentibus me palã apparui his q me non interrogabant: Ad Israel autẽ dicit, Totadie expãdi man⁹ meas ad populũ nõ credẽtẽ: sed cõtradicẽtẽ mihi.] Sed dico. q.d. ex auditu crediderũt, sed q se volũt excusare quod nõ crediderũt. q.d. nõ audierũt dico, Nũqd nõ audierũt? Audierũt vtiq̃, sicut in psal. ostẽdit Dauid dicẽs, Son⁹. i. fama. Apostolorũ vel eorũ exiuit, quidẽ, Et. i. etiã. In oẽm terrã. i. nõ mõ proximi, sed etiã vltimi audierũt. vel, Equidẽ, alia litera. i. certe. In Aimo. Augusti. ad Isichi.

C oẽm ter. ex. so. e. & ita inexcusabiles sunt. Et i fines orbis ter. i. ex oĩ parte audita sunt, Tẽpore aũt apostoli nec hoc impletũ est. sed spiritu sancto reuelãte videt implendũ in posteris. Quãuis ergo locut⁹ sit p̃teriti tẽporis verbis, tamẽ quod fuerat futurũ p̃dixit. nõ quod iã factũ atq̃ cõpletum esset, sicut & ipse ꝓpheta quo vsus est teste, nõ ait exiturus est. Sed exiit son⁹ eorũ, quod vtiq̃ nõdũ erat factũ. Dicendo ergo, Eorũ, nõ solũ de apostolis, sed de eorum prętçritis intelligi voluit, sicut & illud nõ solũ apostolis dicitur. Testes mihi eritis vsq̃ ad vltimum terrę, Et illud, Vobiscum sum vsq̃ ad consummationẽ seculi. Et illud, Cum videritis hęc omnia: scitote quia prope est in ianuis: Sed di Idẽ in eo.

co, Probauit oẽs audiſſe, & ita Iudęos audiſſe cõſtat. Sed D
quia poſſent & audiſſe & nõ cognouiſſe, affirmat etiã eos cognouiſſe. q. d. oẽs qdẽ audierũt, Sed, de iudęis ſpecialiter, Dico, Nunquid Iſrael nõ cognouit? cognouit vtiq;. Quia Moſes q prim⁹. i. maxim⁹ fuit ĩter alios dicit, Eos cognouiſſe, vel, Primus. i. anteq̃ alii dicerẽt dicit eos cognouiſſe quod & alii poſt eum dixerunt, Iſrael autem dicitur cognouiſſe doctrinam euangelii, & Chriſti aduentum, quia contradicere non potuit ratione, vel auctoritate: ſed nõ vere cognouit, vt mẽti eorũ bñ ſederet. Deĩde verba Moſi ex pſona dei pr̃is loquentis in Deuteronomio ponit dicens, Ego adducã vos. i. pmittã vos adduci ad ęmulationẽ habitã in non gentẽ. i. contra gẽtiles. i. ad inuidiam de conuerſione gentilium, qui prius dicebantur non gens, quia ſine lege erant. Vel modo ſunt non gens, quia nõ gẽtiliter vi- E
Ambroſi. uunt. Inuidia. n. Iudęis eſt dum gẽtes eorum deum ſuum dicunt, & promiſſiones & legẽ eorum & prophetas ad ſe ptinere. In gẽtẽ. i. contra gẽtẽ, Inſipiẽtẽ. i. contra gẽtiles qui deum verum non nouerant. Mittam vos in iram. i. pmittam vos iraſci & pſequi, & cum hoc factum videant, attẽdant quod venerit. Et non tãtum Moſes hoc dicit, ſed & Eſaias, & ſi pręuideret ſibi pœnã imminere, tñ audet, & dicit ex pſona Chriſti. Inuẽtus autẽ ſum ante quęrẽtibus me. ſ. gẽtilibus. i. ſponte obtuli me illis qui p ſe nõ quærebant me, & inde eſt inuidia Iudęorum. Et palam. i. in manifeſto apparui his, Qui de me non interrogabãt, ab aliis. Ad Iſrael autẽ &c. q. d. ita hoc ptinẽs ad gẽtes dicit Eſaias, ad Iſrael autẽ pertinens, hoc aliud dicit ex perſo- F
Aimo. na Chriſti. Tota die expandi manus meas. hoc non dicit de manibus extenſis in cruce, vbi tota die non fuit: ſed de opibus quę illi populo exhibuit. Et eſt, Tota die. i. toto tẽpore quo cum eis cõmoratus ſum, & mũdum illuminaui, Man⁹ meas. i. opa, & affectus, expãdi ad populũ Iudęũ. i. ampliora oſtẽdi Iudęis, quia nullũ bñficiũ eis negauit. Nã mortuos illorum ſuſcitauit, diuerſas infirmitates curauit. Ille dr̃ manus expandere, qui poſcentibus bñficia largiter tribuit. Vel de manibus extenſis in cruce põt accipi, vt po-
Ambroſi. ſitũ ſit totum p pte. Tota ergo die. i. diei parte toti⁹, Expã-
Aimo. di in cruce. m. m. ad populum nõ credẽtẽ, ſed contradicentem quod peius eſt, Mihi.

CAPVT XI.

A DIco ergo. Nunquid deus repulit populum suum? Absit. Nã & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Bẽiamin. Nõ repulit domin⁹ plebem suam quã pręsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura, q̃admodũ iterpellat deũ aduersum Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meã. Sed quid dicit illi diuinũ responsum? Reliqui mihi septẽ milia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. I

Dico ergo, quia tot auctorib⁹ cõfutauit Iudęos, insultare possent gentes dicentes ex toto repulsos esse, cõtra quos incipit sic, Dico ergo, &c. Quia enim populũ Israel incre-

B dulũ ostẽdit, ne oẽm Israel diffidẽtẽ dixisse putaret̃, ostẽdit deũ nõ repulisse hæreditatẽ suã. q. d. qa dixi Israel esse populũ nõ credentẽ, Ergo dico. i dicere videor ꝙ de⁹, Ex toto repulit populũ suũ, vel hæreditatẽ suã. i. Iudæos quib⁹ bona fecit. Sed nũquid, hoc dico, vel, Nũquid repulit de⁹? Absit. Si. n. dico Iudæos esse infideles, nõ tñ oẽs, & si deus repulit eos ex parte, nõ tñ ex toto, quia me & alios p̃destinatos nõ repulit. Nã & ego Israelita sum. i. Iudæus nõ proselitus, Ex semine Abrahę & ex tribu Bẽiamin. q. d. ab Abraham descẽdit per lineam Beniamin, hoc ideo dicit ne putaretur esse de Ismael. Nõ repulit. q. d. sicut me nõ repulit, similiter nõ repulit de⁹, Plebẽ suã, quã p̃sciuit saluãdã. pręsciuit. n. posuit pro p̃destinauit. Sic. n. debere hoc accip. ex sequẽtib⁹ patet. Ideo aũt dixit, Quẽ p̃sciuit, ne iterũ

C superbiant Iudęi ex eo quod dixit eos nõ repulsos & plebẽ dei. An nescitis. q. d. ita reliquias in hoc tẽpore nõ repulit dñs, sed saluauit sicut tẽpore Elię multos sibi reseruauit cũ sol⁹ sibi Elias videretur, qui si ignorauit, nõ mirũ si isti ignorãt. Tẽpore nãq; Eliæ qñ Achab rex Samariæ dedit filiã suã Ioram regi Iuda, tunc omnes Iudæi videbantur idololatræ, ita vt Elias putaret se relictum solum, in cultu dei. Quando Achab Rex Samariæ & Iesabel vxor eius pseudoprophetis credentes, prophetas dei persequebãtũr, qui in speluncis se occultabant, & ipsi item Achab & Iesabel populum ad idololatriã hortabantur, sed ostendit de⁹ Eliæ quod nõ remãserat solus, & hoc est qđ ait, An nescitis quid dicit scriptura. i. libr. Regũ, In Elia. i. vbi de Elia

Aimo. Ambro.

Ambro.

Ambro.

loquitur.s. Quēadmodū interpellat.i.inter se & illos deū D
iudicē vocat. Aduersum Israel,dicēs, Dñe prophetas tuos
occiderūt.hoc sub Iesabel factū ē,& altaria tua suffoderūt
.i.a fūdamēto subuerterūt. Et ego relict⁹ sū sol⁹,i cultu di-
uino,& q̄rūt aīam meā.i.vitā tollere. Sed qd?q.d.putauit
se solū. Sed qd dicit scriptura illi dixisse, Responsum diui-
Ambro. num? Ecce. Reliqui.i.per gratiam reseruaui, Mihi septem
milia virorū.i.oēs bonos,per septenarium enim vniuersi-
tas,per millenarium perfectio designatur. Qui nō curua-
uerunt genua ante Baal,qui erat deus Achab & Iezabel.
[Sic ergo & in hoc tempore,reliquię secundum electionē
gratiæ dei saluę factæ sunt. Si aūt gratia,iā non ex operi-
bus. Alioquin gratia iam nō est gratia. Quid ergo? Quod
quęrebat Israel,hoc nō est cōsecutus, electio aūt cōsecuta
est,cęteri vero excæcati sunt,sicut scriptum est, Dedit illis E
deus spiritum compunctionis,oculos vt nō videant,& au
res vt non audiant vsq; in hodiernum diem, Et Dauid di-
cit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueū,& in captio-
nem,& in scandalum,& in retributionem illis. Obscuren
tur oculi eorū ne videāt,& dorsum eorū semp incurua.]

Sic ergo & in hoc tempore vsq;.q.d. Quia tunc erant
multi boni.& si nesciret Elias, Sic ergo,i.ita latenter. vel,
Sic.i.per eādem gratiam,& in hoc tempore gratię vbi fa-
cilius est, Reliquię saluæ fient vel factę sunt, & hoc nō se-
cundum merita,sed,secundum electionē gratię.i.per gra-
Ambro. tiam qua electi sunt. Vnde dominus ait, Non vos me ele-
gistis,sed ego elegi vos, Neq; enim ante credideramus in
eum,vt eligeret nos, Nam si credentes iam elegit,electos
August. elegit. Si autem.q.d.dixit per gratiam se saluari. Si autem F
sup Ioan. gratia.i.per gratiam salui sunt, Iam non ex operibus le-
gis,alioquin.i.si per opera legis sūt,salui sunt, Gratia iam
non est gratia,sed debitum. constat autem gratiā esse gra-
tiā. Quid ergo? Audito qd reliquiæ saluæ factæ sunt gr̄a
non ex operibus. Quid ergo dicendum est?hoc.s. quod,
Israel non est consecutus hoc quod quęrebat.i.ex operib⁹
iustitiam legis. Electio aūt consecuta est.i.per gratiam e-
lecti iustitiam per fidem receperunt. Cęteri vero, non so-
lum non consecuti sunt iustitiam, Sed etiam excæcati sunt
vel fuerunt per iudicium. Electio igitur gratię est nō me-
ritorum. Excęcatio vero meritorū est. Excęcati enim sunt

A quia credere noluerunt, sicut & illi, quia voluerũt credide- Augu. de
runt. Misericordia igitur & iudicium in ipsis voluntatib⁹ ꝓdest. san
facta sunt deo illis per misericordiam gratiam apponẽte, ctorum.
istos vero per iudicium deserente. Quicunq; enim cũ in- Ambro.
tellexisset noluit credere, id debet consequi quod vult. s. ne Ambro.
de cætero possit credere. In voluntate ergo sua adiuti sunt in eodem
non immissa malitia, sed deserente gratia, vt quia sciẽtes
verum dicerẽt esse falsum, de cętero nõ intelligerẽt quod
verum est, & hoc meruit inuidia malę voluntatis. Nõ ita
autem est de illis qui errore hoc agũt. Deinde auctoritate
Esayæ probat iudęos ex parte fuisse excęcatos dicẽs, Sicut
scriptum est in Esaia, licet & aliis verbis, Dedit. n. illis de⁹ Aimo.
spiritũ compũctionis. i. malũ. i. permisit eos habere malã
cõpunctionẽ. Malã enim compunctionem hic significat,
B qua sępe fit vt etiã bonum sit homini molestum, sicut pha
risæis displicebat doctrina Christi. Spiritum ergo compũ Aimo.
ctionis appellat mentem inuidentem qua inuiderunt do-
ctrinę Christi & saluti gentiũ, Dedit etiã, Oculos. i. ratio-
nem quæ per se videri potest, sed ipsi ita habent, vt nõ vi-
deant per se. Et aures. i. rationẽ quæ alio docẽte intelligit,
sed ipsi ita habent, Vt nõ audiant. Et est sensus rationẽ eis
dedit, qua tamen nec per se intelligunt quę per se possent
intelligere si vellẽt, nec alio docẽte ĩtelligũt q̃ p aliũ possẽt
scire. Hæc autem eorũ cæcitas durat. Vsq; in hodiernum
diem. i. quãdiu poterit dici hodiernus dies. i. vsq; in pręsen
tem diem omniũ ad quos hoc scriptum peruenit. Deinde
auctoritate prophetę idem confirmat subdens, Et Dauid
dicit, Mensa eorũ. i. malitia quã mihi obtulerunt, quę dici-
C tur fuisse, Corã ipsis, quia iniquitatẽ nouerũt, & tñ in ea
ꝑstiterũt, Fiat ipsis ĩ laqũ. q. d. sicut seipsos mihi acetũ ob-
tulerũt, Sic fiat illis ipsa iniquitas laque⁹, vt eos impediat:
Et in captionem, vt eos teneat, Et in scandalum & in re-
tributionẽ. i. sit causa scandali, & pœnæ ęternæ. Vel men-
sam vocat scripturã sanctã, vbi fidelium aĩę spirituali cibo
reficiuntur & saginãtur. Iudęi vero de litera legis ꝓsumẽ-
tes & spũalem intelligentiã cõtemnantes ad mensam se-
dent esurientes. Hęc ergo mensa. i. scriptura sacra, Eorũ. i.
eis ante alios oblata, Corã ipsis, posita dicitur, quia in ei⁹
carnalib⁹ obseruantiis delectãtur. Vel corã eis ideo posita
dicit, quia si rationi vellent intendere possent intelligere.

Hęc inquã mensa fiat illis in laqueũ. Scriptura.n.q̃ intelli D
gẽtibus est panis refectiõis illaqueat dũ male intelligitur,
& propterea p̃dicatio Christi respuitur. Et fiat eis, In ca-
ptionẽ,& scã. & retr.& ita facta est Iudæis. Fuit.n.eis scri
ptura legis cã captiuitatis,dũ zelo ei⁹ Xp̃m occiderunt,&
illa captiuitate fuit eis causa scandali,& opprobrii,& post
erit causa æternę dãnationis,q̃ specialiter retributio dicit̃.
Obscurẽtur oculi eorũ.i.ratio q̃ videt,Ne videãt se pecca-
re.q.d.qa sine causa nõ viderũt. Fiat eis nõ videre,Et dor
sum.i.liberũ arbitriũ qđ debet erigi sursum. Sẽp incurua
Aimo. .i.peccatis aggraua. Nota ꝙ hęc verba nõ optãtis voto,sed
p̃dicẽtis officio dicũtur. [Dico ergo, Nũquid sic offen-
derũt vt caderẽt? Absit. Sed illorũ delicto salus gentibus,
vt illos æmulẽtur. Qꝫ si delictũ eorũ diuitiæ sunt mũdi,di E
minutio eorũ diuitię gẽtiũ,quãto magis plenitudo eorũ.]

Dico ergo.q.d. auctoritate p̲phetarũ dico Iudæos esse
excęcatos:hoc ergo dicẽdo dico.i. dicere videor & repu-
Aimo. tor ꝙ sic offenderũt, Vt,nõ tantũ,Caderẽt,sine reparatiõe
& vtilitate .Sed nũquid putatis ꝙ irrecupabiliter,sine vti-
litate ciciderint,quia dico excæcatos auctoritate prophe-
tarũ? Immo & casus eorũ p̲dest & possunt restitui, ne q̃s
adeo despiciat eos. Nũquid.n.sic offenderũt, vt inutiliter
vel irrecuperabiliter caderẽt? Absit,vt inutilis sit casus eo-
August. rum,sed potius vtilis:quia Illorũ delicto,quo cęci deũ oc-
August. ciderũt,vel verbũ repulerũt: Salus,facta est,gẽtib⁹,ad quas
relictis Iudęis apostoli cõuersi sunt,ex quorũ voce in acti-
bus apostolorũ dicit̃ ad Iudęos,qa repulistis verbũ dei, ec
ce cõuertimur ad gẽtes,& ita ex eorũ delicto quo repule- F
August. rũt verbũ fuit sal⁹ gẽtib⁹. Fuit etiã ex delicto quo ipsum oc
Augu.de ciderũt sal⁹ gentib⁹,dũ Iudæi pro peccato mortis Christi
ciui.dei. vastati infœlici⁹ a Romanis,& diuisi p mũdũ, funditusq̧
a suo regno eradicati in testimoniũ sunt,nõ fictas de chri
sto esse p̲phetias quas Apostoli gẽtibus de Chr̃o exposue-
rũt. Vt illos.q.d.sal⁹ facta est gẽtib⁹,ita vt Iudęi zelo legis
& patrũ. Aemulẽt̃ illos.i.gẽtiles.i.inuideãt eis, eosq̧ odio
habeãt. Vel in bono potest accipi sic.q.d.salus facta est gẽ
tib⁹,ita vt iudęi,Aemulẽt̃.i.imitẽt̃,illos.i.gẽtiles Hoc sæpe
factũ est,& pleni⁹ fiet in fine seculi,qñ Iudæi Christianos
sequẽtur in fide Christi. Tũc.n.man⁹ Mosi reuocabit̃ in
sinũ,tũc Moses nr̃ reuertet̃ ad matrẽ & ad fratres. Potest

A etiã sic intelligi.q.d. Sal⁹ erit gentib⁹, ita vt gẽtes, Aemulẽ.
ill.i.imitẽt illos.i.iudæos, vt credãt sicut & ipsi credebant,
Vel, Vt gẽtes æmu.i.dei ęmulatiõe circa opa Iudęorũ ma
la moueãt. Qz si delictũ. Dixi delictũ Iudæorũ prodesse
q si est, magis eorũ cõuersio pderit. & hoc est qđ ait.q.d. August.
delicto eorũ sal⁹ ẽ gẽtib⁹. Qz.i sed, si delictũ eorũ quo chri Ambro.
stũ occiderũt, vel vbũ repulerũt, Diuitiæ sũt mũdi.i.si eorũ Aimo.
delicto ditat⁹ est mũd⁹: Et si diminutio.i.abiectio eorũ, Di
uitiæ sunt gẽtiũ.i. si pauci de eis cõuersi, vt Apli ditauerũt
gẽtes, Qũto magis plenitudo eorũ, q̃ in fine mũdi cõuerte
tur, erit diuitiæ gẽtiũ.i.si malũ eorũ vertit de⁹ in bonũ.i.in
diuitias mũdi, mlto magis bonũ eorũ.s. cũ i fine mũdi ple
nitudo eorũ cõuersa ditabit gẽtes doctrina & exẽplo. In
quo ostdit nec iutilẽ nec irrecupabilẽ casũ Iudęorũ, & q̃si
B aliqs q̃reret, an poterũt cõuerti? Ait, poterũt vtiq;. [Vo-
bis.n.dico gẽtib⁹: q̃diu qdẽ ego sum gẽtiũ apls ministeriũ
meũ honorificabo, si quó ad æmulãdũ puocẽ carnẽ meã,
& saluos faciã aliquos ex illis. Si.n.amissio eorũ, recõcilia
tio est mũdi: q̃ assumptio nisi vita ex mortuis? Qz si deli-
batio sctã est, & massa: & si radix sctã, & rami. Qz si aliq
ex ramis fracti sunt, tu aũt cũ oleaster esses isert⁹ es in illis
& soci⁹ radicis & pinguedinis oliuæ fact⁹ es, noli gloria-
ri aduersus ramos: q si gloriaris, nõ tu radicẽ portas, sed
radix te. Dicis ergo, Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene
Propter incrudelitatẽ fracti sunt. Tu aũt fide stas? Noli al
tũ sapere, sed time. Si.n.de⁹ naturalib⁹ ramis nõ pepcit: ne
forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatẽ & seueritatẽ dei.
In eos qdẽ q ceciderũt, seueritatẽ: in te aũt, bonitatẽ dei, si
C pmãseris in bonitate: alioquin & tu excideris. Sed & illi si
nõ pmãserint, in icredulitate, iserẽt: potens est.n.de⁹ iterũ
isserere illos. Nã si & tu ex naturali excisus es oleastro, &
cõtra naturã isert⁹ es in bonã oliuã, q̃to magis hi q secũdũ
naturã iserẽtur suæ oliuę?] Vobis eñ dico gẽtib⁹.i.gẽti-
lib⁹ q mihi pprii estis, hoc.s. Quod q̃diu ego sũ apls qdẽ
gẽtiũ, qđ sẽp est & nõ iudęorũ, quia ad gẽtes missus sum,
Honorificabo ministeriũ meũ, et si apls gẽtiũ sũ, tñ hono-
rifico ministeriũ meũ vltra hoc qđ debeo superaddẽdo, vt
etiã de iudęis laborẽ, tẽtãs, Si quó.s. vl cũ prosperitate, vel
cũ aduersitate, Prouocem.i.prouocare valeã, Carnẽ meã,
id est Iudęos de quib⁹ nat⁹ sum, Ad æmulãdũ.i.ad imitã-

dum me. & cũ pluribus modis experiar cõuertere Iudęos D
vt si hac non succedit via, aggrediar aliam viam, quod nõ
facerem si de salute eorum desperarẽ, prouocem dico ad
emulandũ, vt, Sic saluos faciam, gratia dei adiuuãte, saltẽ
Aliquos ex illis. Si enim. q.d. & ideo de illis laboro, quia
vtilis erit assumptio eorum ad informationem gentium
Et vere, Si enim amissio eorum. i. infidelitas reconciliatio
Augu. de ciui dei. est mundi, Quæ, erit, Assumptio, reliquorum, nisi, vita, gẽtium, ex mortuis. i. ex eo quod mortuæ sunt. Quod autem
Iudæi possunt assumi ad reprimendam supbiã quorundã
gentilium forte dicendũ totum genus esse damnatũ, probat per naturæ similitudinem subdens, Quod si delibatio. q.d. Dixi ꝙ assumptio eorũ erit multũ vtilis, quam ne
dicatis o gentiles non posse fieri, quasi totũ gen⁹ sit repudiatum. Qꝫ. i. quia, si delibatio facta est. i. si pauci de illis E
assumpti ad fidem, vbi Apostoli & alii discipuli sunt facti
sancti, Tunc & massa est sancta. i. gens potest sanctificari. Est autẽ delibatio parua ex aliqua re assumptio ad experimentum totius massæ vt ex cibo vel potu. Cum enim
delibatio vnius substantiæ sit cum massa, non potest esse
delibatio sancta & massa immũda. Delibatio eñ de massa est. Et si radix est sancta, id est si patriarchę a qbus cõtrahunt humorẽ fidei sancti fuerunt: Tũc rami. i. illi q de
Aimo. genere eorum excreuerunt, in eorum fide fundati, sancti
sunt. Sicut enim radix bona bonum succum diffundit in
ramos vbi fiunt fruct⁹ boni saporis: ita Apostoli & alii q
originem duxerunt a sanctis patribus & eorũ fidem imitati sunt, boni & sancti fuerũt. Quod si aliqui, Probat adhuc Iudæos posse assumi vt reprimat gẽtes. q.d. rami possunt sanctificari. Quod. i. sed, Si aliqui ex ramis naturalib⁹ fracti sũt. i. a promissiõe excisi. s. ipsi blasphemi & im- F
Augu. sup Ioan. pii de populo Iudæorũ, Tu aũt, o Gentilis esses oleaster. i.
sterilis naturaliter & amar⁹, Insert⁹es. i. aliena operatione cõiunctus, In illis. i. in loco fractorũ, & fact⁹es soci⁹. i.
particeps Radicis. s. patriarcharũ & prophetarum, Et pinguedinis. i. apostolorum, qui præ omnibus habẽt spiritũ,
radicis dico, Et pinguedinis oliuę. i. populi Iudaici fructiferi ante aduentum Christi. si inquam hoc est, Noli gloriari aduersus ramos fractos. i. noli insultare malis alteri⁹
Etsi enim putata est oliua, non tamẽ amputata, Illi enim

A superbi & blasphemi per fragmentum iam ibi non sunt. Oleaster nõ ibi erat. ibi est. Illi per superbiã frãgi meruerunt iste per humilitatẽ inseri meruit. Illi amiserunt radicem, & iste tenuit eã, & factus est socius radicis, & pinguedinis oliuę in spe promissionis, quia non credentibus multis Iudęorum, & gentes insitę sunt per fidem in spe promissionis, vt dolor esset Iudęis. Hoc autem dicitur contra morem & legem insertionis. Bona etenim arbor in non bonam inseri solet, Hic autẽ non bona in bonã. Dicit enĩ oleastrum insertũ, vt surculꝰ fructũ radicis afferat. Noli ergo gaudere in incredulitate illorũ. Vt enim ait Salomon. Displicet deo qui insultat malis alterius. nec. n. causa gen- Augu.in psal 133. Ambro.

B tium abiecti sunt, sed quia non crediderunt, pręcandi gentibꝰ occasionẽ dederũt. Vel, Noli gloria. ad. ra. stãtes, Q. si gloriaris aduersus illos, ducitur tibi o gẽtilis qđ non tu radicẽ portas, sed radix te. i. gens illa nil a te habet, sed ab ea fidẽ habes. Dicis ergo o gentilis fracti sũt rami, vt ego inserar. q. d. si nõ contra stãtes, vel cõtra eos licet gloriari dicit gentilis, qui causa insertionis meę repulsi sunt, quod remouet Apostolus, ita dicens, Bene dicis. i. verũ est quod dicis. s. quod fracti sunt, sed quod addis vt ego inserar, illud non est causa efficiens: sed fracti sunt, Propter incredulitatẽ suã. i. suo vitio. Vnde tibi, Opportũitas salutis fuit non propter te. Non enim Iudęi sunt reprobati a deo, vt

C gentes intrarent, sed ipsi seipsos reprobos fecerunt spernẽtes dei donum. Vnde & occasionẽ dederunt gentibus ad salutem, quam extolentiã reprimi vult, vt magis saluti cõgaudeatur, non infirmitati insultetur. Facile enĩ decipitur qui gaudet alienis malis, Tu autẽ fide. stas. q. d. Vide gratiam noui test. ꝙ stas dei beneficium est, non tuũ meritũ: & ideo, Noli altum sape. i. supbe sape, ne & frangaris per superbiã vt ille p incredulitatẽ. Sed time, caste time. s. offẽdere, nõ. s. incidas in supplicium, sed ne amittas tantę gratię beneficiũ timor. n. castꝰ est, cũ cauet aĩa, ne deus illã deserꝰ deserat. Et timere debes: Si enĩ nõ pepercit deꝰ naturalibꝰ ramis. i. Iudęis qui quodãmõ naturales rami sũt. prerogatiua patrũ quibus facta est pmissio: vide. s. Ne hoc Forte, cõtingat, qđ vtiq; cõtingere potest: vt, Nec tibi, alieno, Parcat. Si. n. deꝰ Iudęis nõ pepcit, q a sanctis patribꝰ origine ducebãt, & ex quorũ gẽte ipse carnẽ assũpsit, mul Augusti. quæstion. nat. t. Augu.in ser. de timore dñi. Ambro. Aimo.

tomagis nec vobis parcet, si a fide recesseritis, vel in super- D
biā intumueritis. Deinde duob⁹ pmissis, duo alia reddens subdit. Vide ergo. q.d. quia fide stas. Vide ergo bonitatē, & quia illi p incredulitatē fracti sunt, Vide seueritatē. i. districtā iustitiā, Dei. bonitatē & seueritatem dei memorat, qa bonitate suadet, & seueritate terret. Vtrūq; ergo o gētilis aduerte, & per vtrūq; disce hūiliari. In eos, quidē, Qui ceciderūt, vide seueritatē: in te aūt, vide bonitatē dei: qua tibi beneficiū cōfert. dico in te esse bonitatē dei tm̄ hac cōditione: si, Permanseris in bonitate, vt. s. tm̄ deo tribuas. Alioqnin. i. nisi tu pmanseris, Et tu, sicut & illi, Excideris, a sancta radice, & senties dei seueritatem. Sed & illi. q.d. non solū tu excideris si nō permanseris in bono: sed, Et il- E
li. i. Iudei, si nō permanserint, In incredulitate inserentur, & ideo nō sunt despiciendi. Dico si nō permanserint, qđ vtiq; potest fieri. Potēs est eñ de⁹ inserere illud iterū. Nā si. q.d. est potēs inserere, & vere. Nā inserētur, & hoc a'minori probat loquens ad gentilē, quasi vere inserentur. Nā tu, o gētilis, Excisus es ex oleastro. i. ritibus gentiliū sterilium, Naturali, tibi quia inde etiā nat⁹ es. Idololatria eñ & huiusmodi gētibus ex vsu sunt quasi naturalia, Et insert⁹ es in bonā oliuā. i. vnit⁹ es per fidē patriarchis, & apostolis, qui pinguedinē sancti spiritus habuerūt, Oliua eñ hic intelligitur fides patriarcharū: Insertus es, dico, & hic cōtra naturā, quia naturale est vt surculū bonę arboris inse- F
ram⁹ in truncū malę, non surculū malæ, in truncū bonæ, & hoc insititio dicit̄. Dicitur aūt humano more cōtra naturā esse, qđ est cōtra naturę vsum, mortalib⁹ notum: sicut est illud, vt surculus fructū radici ferat. Id eñ cōtra naturā dicit apl'us qđ est cōtra cōsuetudinē naturę, quā notitia hūana cōprehendit. Deus aūt creator & cōditor oīm naturarū, nil, contra naturā facit, quia. i. naturę, vel naturale cuiq; rei quod facit a quo est oīs mod⁹, numer⁹, ordo naturę sed tm̄ non incōgrue dicit̄ aliqd facere cōtra naturā, qñ facit cōtra id qđ nouimus in natura. Hanc eñ etiā cognitū nobis cursum appellam⁹: solitūq; naturę, cōtra quā cū de⁹ aliqd facit, magnalia, vel miserabilia dicunt̄ vl'nominat̄. Cōtra vero illā sūmā naturę legē ad notitiā remotā, siue impiorū, siue infirmorū tā de⁹ nullo mō facit, quā contra seipsum non facit. Quantomagis q.d. & si hoc est

Ambro. (margin, beside "lis, qui pinguedinē")

Au. cōtra Faust. (margin, beside "& hoc insititio dicit̄")

A qđ vtiq; est, Quãtomagis hi q̃ sunt scđm naturã.i. Iudæi qui sũt edocti in lege cultũ dei, inserent̃ suę oliuę.i. vnient̃ suo populo, [Nolo.n.vos ignorare fratres mysteriũ hoc, vt nõ sitis vobisipsis sapiẽtes: quia cęcitas ex parte contigit in Israel: donec plenitudo gentiũ intraret, & sic oĩs Israel saluꝰ fieret: sicut scriptum est. Veniet ex Siõ qui eripiat & auertat impietatẽ ab Iacob, Et hoc illis a me testamentũ cũ abstulero peccata eorũ. Scđm euangeliũ quidẽ inimici ꝓpter vos, scđm electionẽ autẽ charissimi propter patres. Sine pœnitentia eñ sunt dona, & vocatio dei, Sicut enim aliqñ & vos non crédidistis deo: nũc autẽ mĩam cõsecuti estis ꝓpter incredulitatẽ illorũ: ita & isti nunc nõ credi-
B derũt in vestrã mĩam, vt & ipsi misericordiã cõsequãtur. Cõclusit eñ deꝰ oĩa in incredulitate, vt oĩm misereatur.] Nolo enim. q.d. inserentur Iudęi. Et vere quia & interim quidem & tandem in fine plenitudo, & hoc volo vos scire & hoc est quod ait, Nolo enim vos o fratres ignorare, id est nolo quod vos ignoretis, Mysterium hoc, id est hoc occultum dei iudicium: mysterium dico. Vt non sitis ipsis vobis sapientes, est ideo voco misteriũ, ne putetis vos hoc vestro ingenio posse discutere, & qđ illud misteriũ, qđ non vult eos ignorare ostẽdit.s. Quia cęcitas, nõ ex natura, sed exculpa eorum, Contigit in Israel. & hoc Ex parte. Nõ enim omnes excęcati sunt. contigit dico, Donec plenitu-
C do gentium intraret, id est vt intraret, & donec intraret vt causa notetur & terminus, Et sicut, scilicet postquam intrauerit. Omnis Israel, prædicante Elia & Enoch, Saluus fieret, æmulando gentes, Sicut &c. quasi dicat, Israel saluus fiet. Sicut scriptum est in Esaia. Veniet secundum carnem. Ex Sion, id est Iudęis, Qui eripiat, quasi vi, quod & interim est quando aliquis Iudæorum vix conuertitur, Et auertat, volũtarie, quod erit in fine quando facile conuertantur. Ab Iacob, id est a Iudæis, Impietatem, id est infidelitatem, vel legalis oseruantiæ cultum. Cultus enim Iudæorum ab aduentu CHRISTI impietas est. Et hoc testamentum erit illis a me, id est hęc promissio complebitur illis a me, quia ego ipse faciam quod promisi: quando, Cum abstulero, id est remisero, Peccata eorum, hoc erit in fine, quando in prædicatiõe Elię, & Enoch cõuertẽtur Iudæi, Vnde per Malachiã di- Augu. de ciui. dei.

citur. Mittam vobis Eliam Thesbiten qui conuertet cor- D
da patrum ad filios, & corda filiorũ ad patres vt etiã intel
ligant filii, sicut patres. i. prophetę intellexerũt. Sic ẽm cor
Aimo. patrũ conuertetur ad filios, cũ intelligentia eorũ perducet̃
ad filios, & cor filiorũ ad patres, dum id quod filii sense-
runt illi sentient. & isti, Scdm euangelium. q. d. tunc con-
uertent̃ Iudæi, Sed mõ inimici sunt deo, & nobis, & hoc,
Secundũ euangeliũ. i. propter euangeliũ, quod cõtra legẽ
Ambro. eorum est, non ꝑpter gen⁹. & hoc totum fit. Propter vos
. i. ad vtilitatẽ vestrã o gentes, vt. s. vobis esset locus intrã-
di ad fidem. Error enim Iudęorũ gentibus aperuit viam
ante tempus intrandi ad fidem. Prius ẽm vbiq; omnibus
Iudæis prædicandũ erat, & tunc demũ gentibus. Sed quo E
niam non crediderunt Iudęi, ablatum est eis regnũ, & da
tum est gentibus. Ipsorũ igitur occasione gratiã dei gen
tes citius perceperunt. Vel ita Tunc cõuertantur, sed mo-
Augu. de do inimici quidẽ sunt dei: & nostri interim ex se. i. ex suo
ꝑdest. sau vitio, sed hoc est secundũ euãgeliũ: & propter vos, i. ad ꝑ-
ctorum. fectum euangelii, & vestrũ. Inimititia ẽm eorũ qua Chri-
stum occiderunt, euangelio sine dubitatione profecit. &
hoc ostendit ex dei dispositione venisse, qui bene vti no-
uit, etiam malis non quod eis prosint, sed ipso illis bene
vtente, prosunt electis. Est ergo in malorũ potestate pecca
re, vt autem peccando hoc, vel hoc, illa malitia faciant, nõ
est in eorũ potestate. sed dei permittẽtis. Ex sẽ ergo possẽt F
inimicari, quod proficit euangelio deo vtente malis ad bo
num, vt cum faciant contra voluntatem, id est præceptum
dei, impleatur tamen de illis, & finit ab illis volũtas dei sa
pienter omnia disponẽtis. Secundũ electionem autẽ. q. d.
Quidam Iudęorũ sunt inimici secundũ euãgelium, & ꝑ
Ambrosi. ter vos. Quidam autem eorũ sunt charissimi & electi, &
hoc non est propter eorũ merita, sed secundum electionẽ
. i. quia per gratiã sunt electi: & Propter patres. i. promis-
siones patribus factas, quia dilectio dei in his exuscitatur
August. memoria bonorũ patrum, quorũ prærogatiua plurima a
deo beneficia perceperũt. Electi ergo sunt dilecti propter
patres, quibus hęc promissa sunt. Ecce ostensum est in his
verbis prędictis, quare pars Iudęorũ excæcata est. s. suo vi
tio, & propter gentes, & pars illuminata, scilicet gratia e-
lectiõis, propter patres. Etsi enim quasi de eisdẽ loquatur

A dicendo, inimici & dilecti, quia vna gens erat omnium il lorum: alii tamen sunt inimici dei, alii charissimi & dilecti. Sine pœnitentia enim. quasi dicat, dico quod secundum electionem, & propter patres sunt saluādi, quia non sunt vocati ea vocatione qua multi non pręsciti vocantur, qui tamen pereunt: de qua dictum est, Multi vocati &c. sed illa qua vocātur electi, ad quam qui pertinent omnes sunt docibiles dei, nec potest eorum quisquam dicere, credidi, vt sic vocarer, quia præuenit eum misericordia dei qua vocatus est vt crederet, quę vocatio est, Sine pœnitētia, id est sine mutatione: quia qui audit a patre venit ad filium, qui nō perdit quicquam de omni dato quisquis vero perit, nō inde fuit: q inde est, omnino nō perit. Propter quod Ioannes ait, A nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt. Fue- Augu. de pde. sctōr

B runt enim de multitudine vocatorum, sed non de paucitate electorum. Si enim fuissent de nobis, mānsissent vtiq; nobiscum, Et hoc est quod ait. q. d. vere sunt saluandi secundum electionem, & propter patres, quia. Dona. i. promissiones, Et vocatio dei i. electio dei ab ęterno, Sunt si ne pœnitentia. i. est sine immutatione consilii dei. vel ita, ideo dico secundum electionem, quia quibus de⁹ fidem inspirat, Sine, pręcedente eorum. Pœnitentia, inspirat. & hoc est. Sine pœnitentia enim præcedente. Sunt dona & vocatio dei, id est gratuita & interior vocatio, qua deus vocat ad fidem quod nullius meritum pręuenit. Vel ita. Dixerat veniet qui auertat impietatē a Iacob, & hoc erit cum abstulero pecc ata eorum, Sed ne quis putet eos non posse accipere misericordiā, quia nō videt eos exteriori pœnitentia Ambro.

C affligi, ait, Sine pœnitentia. q. d. nemo diffidat de eis, & si non exterius plangant, quia vocatio dei qua vocat ad fidē & dona. i. remissio peccatorū quam præstat in baptismo, Sunt sine pœnitentia, exteriori, Verum, quia est gratia dei in baptismo nō requirit gemitum, vel plāctum, vel opus aliquod, nisi solam fidem, & cordis contritionē: & omnia gratis condonat. Hæc ideo dicit, ne putent illos non posse accipere misericordiam, quia eos dolere non vident, Sicut enim. Hic ostendit posse fieri, vt impietas auertatur ab Iacob, quia & agētibus ablata est, quæ aliqñ nō crediderūt. q. d. ita opus erat vt alii Iudeorū essent inimici, & alii electi. Sicut enim & vos, o gentiles, Aliquādo,

id est longo tempore plus quam isti, Non credidistis deo, D quod valuit ad hoc,vt humiles modo credatis.i. qua ratio ne pmisit vos olim deus nō credere.s.ne causam superbiæ haberetis postea conuersi. Nunc autē.i.nuper, Consecuti estis misericordiā: pbato quod deficit natura. i. quod per liberum arbitrium iuuari non potestis. Consecuti estis dico,& hoc, Propter incredulitatem illorum, quæ est aliqua causa vestræ misericordiæ, ita & isti.i. Iudæi. Nūc nō crediderunt,ne postea conuersi materiam in lege gloriandi habeāt,Non crediderunt,dico,venientes. In vestram misericordiam.i.nō habuerūt fidei gratiā, per dei misericordiā sicut & nos,Nō crediderūt,dico, Vt & ipsi, hūilitati, Cōsequātur,vobiscū,Misericordiam.i.fidei gratiam. Ideo itaq; de vtrisq;.i.de Iudęis & gentibus ita factum ē quia. Deus.conclusit.i.permisit concludi omnia.i. Iudęos & gē E tes,In credulitate,quia aliter ex superbia ruerent. Hic videtur aliquo modo misterium exponere. Conclusit enim deus omnia in incredulitate,vt de amaritudine infidelitatis suę pœnitēdo confusi:& ad dulcedinem misericrodię dei credendo conuersi humiliores permanerent,&vt gratia muneris esset gratissima,& clamarent, Quam magna mult.d.t.domine. Conclusit dico,tamen ita, Vt misereatur omnium,id est Iudæorum & gentilium quod nullum damnaturus sit:quod quidam falso opinati sunt. [O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei,quam incomprehensibilia sunt iudicia ei⁹, & inuestigabiles vię eius? Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi,& retribuetur ei? Quoniā ex ipso,& p ipsum,& in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum Amen,] F O altitudo &c. Pręmiserat sententiam miræ profunditatis, scilicet quod deus conclusit omnia in incredulitate,vt omnium misereatur,cuius profunditate,velut horrore percussus,& velut abyssi altitudinem expauascens apostolus exclamat. O altitudo &c. Valde enim paruum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum dei,ad discutiendā gratuitā gratiam nullis meritis præcedentibus redditā,nec tam mouet nos quod gratia pręstatur indignis,quam quod indignis æque aliis denegatur. Scio enim quod sicut impossibilitas,ita & iniquitas nō ē apud deū,&sic ꝙ resistit supbis, & humilib⁹ dat

Aimo.
Ambrosi.
Augustin⁹ de ci.dei,
Ambrosi.
Augu.de cor. & grā.
Augu.de spū & li,

A gratiã. Illud vero obſcurũ eſt, quare quibuſdam indignis dat, quibuſdã negat. Aliquid eſt, in abdito & profundo iudiciorũ dei. Similiter nec illud pſpicuũ eſt, quare hoc mõ ſaluauerit Iudęos & gẽtes, vt prius pmitteret eos cõcludi in infidelitate. Si quis ergo quęrat, quare ſic ſaluãtur, cum multi alii modi ſaluationũ ſint, hoc ſe neſcire p animi rationẽ innuit apoſtolus, quaſi dicat, Excęcauit deus gẽtes & iudæos ad tẽpus, vt omnium miſereatur. Quare ſic factũ ſit, nõ putes poſſe cõprehẽdi. Hæc enim altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ dei, quæ gẽtiles & iudæos multifaria prouidẽtia adquiſiuit ad vitam. Hanc igitur ammiratur apoſtolus dicẽs. O altitudo diuitiarum, hoc dicit qa multa ſcit, & profũda ſapientiæ, quæ eſt de rebus ſpiritualibus, & ſciẽtiæ, dei. quæ eſt de mundanis. Omnium enim B diuinarum humanarũq; rerum ſublimis & profunda cognitio eſt apud deum, qui ſolus ſicut ſunt omnia intuetur, ad cuius notitiam omnis ſenſus noſter retunditur. Quã incomphẽſibilia &c. quaſi dicat ſicut ſapiẽtia & ſcientia eius ſunt incomphẽſibiles, ſic & iudicia pro quibus cepit de ſapiẽtia & ſciẽtia. & hoc ẽ. Quã incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius. i. diſpoſitiones de oĩbus rebus? Et q̃ inueſtigabiles vię eius. i. impletiones diſpoſitionis, quia nec in exhibitiõe põt cognoſci quod diſpoſuit. Deinde vtẽs verbis Eſaiæ, altã eẽ ſapiẽtiam dei probat ſubdẽs, Quis eñ. q. d. Vere eſt alta ſapiẽtia & ſciẽtia. Quis. n. cognouit, hoc Eſaias dicit. Senſum dñi? in ſapiẽtia & ſciẽtia, Aut quis cõſiliarius eius fuit? In diſpoſitiõe, vel exhibitione rerum. i. C quis fuit, cuius cõſilio ageret, vel qui eius cõſiliũ ſciret? Patris cõſiliarius eſt vnigenit⁹ filius eius, qui & angelus magni conſilii appellatur: ſed ex hoĩbus & angelis nullus ei fuit conſiliarius. Aut quis peior, quaſi dicat, & ſi iudicia dei non poſſumus ſcire, ſaltem hoc conſtat quod ſola gratia dat bona, non ex præcedenti merito. & hoc eſt quod ait, Aut quis prior dedit illi? ſi dẽ & bona opa, priuſq̃ ab eius gratia pueniretur? Et retribuetur ei, merces a deo ex hoc quod fidẽ ſuam prior dedit illi? Nullus. Quoniam, potius, Omnia ſunt ex ipõ, patre, ex quo filius eſt: Et p ipm, filium, p quem omnia facta ſunt: Et in ipõ ſpiritu ſancto, quia ſola dilectione creauit, & conſeruat omnia. Ecce trinitas pſonarũ hic oñditur, & eẽntię vnitas. Tres

Ambroſ. Aimo. Ambroſ. Auguſt. Aimo.

enim diuersæ præpositiones, scilicet, ex, per, in distinctione D
nem personarum inducãt. Ipse vero.i. pronomen repetitum identitatem subſtãtię insinuat, sicut & illud quod subdit ipsi gloria, nõ dicit ipsis. Nõ enim duos, aut tres deos fides catholica pdicat, sed ipsã trinitatẽ, vnũ deũ, nõ vt eadẽ trinitas simul possit dici aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritus sanctus, sicut Sabellius credit. sed vt pater nõ sit, nisi pater: & filius non sit, nisi filius: & spiritus sanctus, non nisi spiritus sanctus, & hæc trinitas, nõ nisi vnus deus. Hãc trinitatẽ apostolus creditur insinuasse, cum dicit, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cũ audimus omnia esse ex deo, omnes vtiq; naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturaliter sunt. Neq; enim ex ipso sunt peccata quę naturam non seruant, sed vitiant, quę peccata ex voluntate peccantium nascũtur. & cum in deo sint omnia quę condidit, non tamen inquinant eum qui peccant. De cuius sapiẽtia dicitur, Attingit omnia propter suã munditiam, & nil inquinatum in eam incurrit. Attẽdẽdũ etiã est q; non ait de ipso, sed ex ipso sunt omnia, Ex ipso enim non hoc significat pœnitus quod de ipso. Quod enim de ipso est, põt dici ex ipso, sed nõ oẽ qđ ex ipso est põt dici esse ex ipso q̃a nõ est de sũba sua. Ex ipso. n. sunt cælum & terra, quia ipse fecit ea: nõ autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si gignat filium & faciat domum, ex ipso est domus, ex ipso est filius, sed filius de ipso, domus vero de ligno, & de terra est. Oportet igitur vt creatorem, per ea quę facta sunt, intellectu conspicientes trinitatẽ intelligamus, cuius trinitatis vestigium in creaturis apparet. In illa enim trinitate sũma, est origo oĩm rerũ, & perfectissima pulchritudo, & beatissima dilectio. Itaq; illa tria a se inuicẽ determinari videñt, & ĩ se infinita sunt Ita & singula sunt ĩ singulis, & aĩa ĩ singulis, singula ĩ omnibus, & vnum omnia. Non ergo confuse accipiendum est quod ait apostolus ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso dicit propter patrem & p ipsum pter filiũ, in ipso pter spiritũ sanctum. Non ait ex ipsis, per ipsos, & in ipsis, nec ait ipsis gloria, sed ipsi. Insinuare volẽs hãc trinitatẽ vnũ deum esse. Illud vero vigilãter intẽde, ne quia patrẽ volens intelligi, dicit ex ipso, sic intelligas omnia esse ex patre: vt neges oĩa esse ex filio, vel ex spiritu san

Augu. de natu. bo. (E)

Augu. de trinitate. F

A cto, cũ ex patre, & per patrẽ, & in patre omnia esse sane dici possit. similiter de filio & spiritu sancto dici potest. Ac p hoc dũ dicit ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt oĩa, sine dubio patris, & filii, & spiritus sancti demonstrabitur æqualitas. Et qa nõ ante nominauerat patrẽ, vel filium, vel spiritũ sanctũ, sed deũ & dominum, quod ipsa trinitas dici potest singula horum trium referri ad singulos voluit, subdẽs ex ipso. Religet ergo vos vera religio vni omnipotẽti deo, qa inter mentem nostram qua illum intelligimus patrẽ & veritatẽ. i. lucẽ interiorem, per quam illum intelligimus nulla interposita est creatura. Quare ipsam quoq; veritatẽ nulla ex parte dissimilẽ: in ipso, & cũ ipso patre veneremur, quę forma est omnium, q̃ ab vno facta sunt, & ad vnũ referuntur, quę tñ omnia neq; fierẽt a patre per filium, B neq; suis finibus salua essent, nisi deus summe bonus esset, q & nulli naturę q̃ ab ipso bona esset, inuidit: & ĩ ipso bono, alia quantũ vellent, alia quantũ possent, vt manerent, dedit, quare ipsum donum dei cum patre & filio æque incõmutabile colere, & tenere nos cõuenit, vnius substantię trinitatem deum a quo sumus, per quẽ sum⁹, ĩ quo sum⁹ a quo discessim⁹, cui dissimiles facti sum⁹, a quo perire non pmissi sum⁹, principiũ ad quod recurrim⁹: & formã quã seqmur, & gratiã p quam reconciliamur. vnũ quo authore conditi sumus: & similitudinẽ eius, p quã ad vnitatẽ reformamur, & pacẽ, qua vnitati adhęrem⁹. s. deũ q dixit, fiat & verbũ, p quod factũ est omne quod substãtialiter & naturaliter factũ est, & donũ benignitatis ei⁹ qua placuit, & cõciliatũ est authori suo, vt nõ interiret, quod ab eo C p verbũ factũ est. Et hæ sunt res quibus fruẽdũ est. s. pater & fili⁹ & spirit⁹ sanctus, eadẽq; trinitas, vna q̃dã, sũma res est, cõmunisq; omnibus fruẽtibus ea, si tñ res dici debeat, & nõ rerũ oĩm causa, si tñ & causa. Non eñ facile nomẽ, quod tantę excellentię cõueniat inueniri potest, nisi quod melius dicit, ita trinitas hæc vnus deus, ex quo omnia per quẽ oĩa, in quo oĩa. ita pater, & fili⁹, & spũs sanct⁹ singulus quisq; eorũ de⁹ est, & simul oẽs, vnus de⁹: & singulus q̃sq; horũ plena est substãtia, & simul oẽs vna substantia. Pater nec est fili⁹: nec spũs sanct⁹: filius nec est pater: nec spirit⁹ sanct⁹. ss. nec pater: nec filius, sed pater tantũ pater & filius tantum filius & spiritus sanctus tantum spiritus

Au. de vera religĩ.

Au. de do ctri. xp̃ia.

au. ĩ. li. vi. de trinit.

A nec est ipsa, Nam vtiq; pater habet filiũ, ad quẽ relatiue dicitur, nec tamẽ est filius: & filius habet patrẽ, nõ tamen ipse est pater. ppter hoc itaq; & natura hęc dicitur simplex quia nõ sit aliud habẽs, & aliud id quod habet, sicut & in caeteris rebus est. Nõ.n. habẽs liquorẽ liquor est, nec corpus color, nec aer lux. Nõ ergo pater solus, nec solus filius, nec solus spiritus sanctus deus est: sed ipsa trinitas, vnus deus est solus. Ipsi gloria. q.d. & cum talis sit, ipsi secundũ substãtiã singulariter vni sit gl'ia nõ ipsis, & hoc in secula seculorũ Amen.

CAPVT XII.

Obsecro itaq; vos fratres per misericordiã dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ, sanctã, deo placentẽ, rationabile obsequiũ vestrũ. Et nolite cõ-
B formari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quae sit volũtas dei bona, & beneplacẽs, & perfecta.] Obsecro vos itaq;. Post tractatũ legis & fidei, & naturam iudaici populi & gentilis ad bonã vitam agendã hortatur. Hucusq;.n. ne alter aduersus alterũ superbiret monuit. Hinc moralis ammonitio qua monet vt alter de alterius vtilitate laboret. q.d. quia in ipso sunt omnia Itaque obsecro vos fratres. q.d. quod rogo fraternitas exigit, obsecro dico, & hoc, Per misericordiam dei. i. per apostolatum mihi a deo commissum, vel per misericordiam a deo vobis factã & exhibitã. Quod rogo, Vt exhibeatis .i. offeratis, Corpora vestra, nõ tm̃ mẽtes, sed etiã corpora, licet caro repugnet. Offeratis dico, Hostiam, in mortificatione carnaliũ desideriorũ. Viuẽtem, per bona opera, San-
C ctam, in deo, scilicet firmam. Deo placentem vt bona intentione faciatis. Verũ .n. sacrificiũ est omne quod agitur vt inhęreamus deo, relatũ scilicet ad illum finẽ boni, quo beati veraciter esse possumus. Vnde & ipse homo dei nomine consecratus, & deo votus, inquantum mundo moriatur, vt iuuat deo, sacrificium est verum. Tunc ergo corpora nostra sunt hostia deo acceptibilis, si ipsa incontaminata seruemus dissimiles illis qui voluptatibus carnis seruiunt. Et nota quod ait hostiam viuentem olim quod apud veteres oblata hostia occidebatur, vt homines causa peccati, aeternae morti subiecti ostenderentur. Hunc autem quia, per donũ dei purificati sunt homines, & a secũ-

Ambros.

da morte liberati, viuã hostiã debēt offerre vt sit signũ vi- D
tę æternę. Nõ enim sicut tũc, corpora pro corporib⁹ im-
molantur, sed corporũ vitia perimũtur. Rationabile. q. d.
Augu. de ciui dei. Exhibete corpora vestra hostiã: tñ, Obsequiũ vestrũ, totũ
in prædictis sit, Rationabile. i. cũ discretione ne quid mi-
nus sit, sed cũ tẽperãtia vestra corpora castigetis, vt nõ na-
turæ defectu cogãt dissolui: sed vitiis mori. Et nolite. Hic
aĩa iubetur in sacrificiũ deo offerri, sicut ante iusserat deo
corpora offerri. Si enim corpus quo inferiore tanq̃ famu
lo, vel instrumento vtitur aĩa, cũ ei⁹ bonus vsus & rect⁹
ad deum refertur, sacrificiũ est, multo magis anima ipsa
fit sacrificium, cum igne diuini amoris accensa, formã cõ
cupiscentię secularis amittit, & deo se referens ei tanq̃ in-
commutabili formæ subdita reformatur. & hoc est quod
ait. q. d. offerre corpora vestra, Et, etiã animas, hoc modo, E
Nolite, in vestra enim manu est, Cõformari huic seculo. i.
August. formã cõcupiscẽtię secularis accipere. Sed reformamini, q
in Adã fuistis deformati. quia in eo partim est amissa ima
go dei. Nã si non amisisset homo imaginẽ dei, & rursum
Augu. de si totũ amisisset, non diceretur, Reformamini in nouitate
sẽsus vestri, vel mẽtis vestrę: vt icipiat illa imago ab illo re-
formari, a quo formata est. Nõ eñ reformare seipsam po
Augu. de pfectione iuistię homi. q̃ test, sicut potuit deformare. Vel reformamini. q. d. itẽ itẽq;
de die in diẽ q̃ reformatio fit in his qui semper proficiũt,
& in ea q̃ ante sunt, se extendũt, nouũ hoiem Christũ, imi
tãtes. Vñ subdit, Reformamini, dico, in nouitate sensus
vestri, vel mentis vestræ. i. mentẽ cui nõ damnãtur pecca-
ta, reformamini ad modũ noui hoĩs. Et nota q̃ est hic ge F
neralis ꝓhibitio, & generalis iussio, prohibitio. n. est, No-
lite cõformari huic seculo. Iussio añt est, Sed reformami-
ni in nouitate sensus vestri. Illud ꝑtinet ad nõ cõcupiscere
hoc ad diligere: illud ad cõtinentiã, hoc ad iustitiã: illud
ad declinandum a malo, hoc ad faciendũ bonũ. Nõ cõcu
piscẽdo. n. vetustate expoliamur, & diligendo nouitate in-
duimur. Ad hoc vtiq; reformamini, Vt in vobis ipsis ex-
perimento, probetis quę sit voluntas dei. i. quid deus velit,
quæ voluntas est bona, quia quicquid deus vult bonũ est.
Et beneplacitis illis, quæ intelligũt & experti sunt. Et per-
fecta in omni bonitate, vt nihil sit melius. Et nota quia vo
litas dei dicitur, siue ipsa, qua vult quæ in deo deus est, si-

A ne illud quod vult: hic aũt accipitur dei voluntas qua vult, quę semper impletur, quæ beneplacitum dei vel dispositio interdum appellatur. De qua propheta ait, Omnia quęcunq; voluit fecit. Et Apostolus, Volũtati eius quis resistit? Omnia ergo bona quæ fiunt, deus fieri vult, quorũ ipse author est, mala vero non vult fieri, nec tamen vult non fieri. Si etẽ vellet nõ fieri, & fierẽt volũtati eius aliquid resisteret, sed tñ fieri ea pficit. Præterea volũtas dei dicitur ei' operatio, vel pmissio. Vnde Augustinus, Nõ fit aliquid qđ omnipotẽs fieri nõ velit, vel sinẽdo vt fiat, vel ipse faciẽdo. Itẽ volũtas fieri dicitur interdũ eius cõsilium, vel approbatio, pceptio, vel phibitio. [Dico enim (per gratiã q̃ data est mihi) omnib' qui sunt inter vos, nõ plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuiq; sicut Augu. In Enchiri.

B deus diuisit mẽsurã fidei.] Dico eñ per gratiam .q. d. Illud obsecro vt nõ cõformemini seculo, sed reformemini In nouitate sensus vestri. Hoc aũt phibeo, Dico eñ per gratiã apostolatus .i. authoritate apostolica, Quæ data est mihi nõ pl' sapere .i. inuestigare de mysteriis diuinis, Quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: vel, Ad temperantiam .i. sine psumptione, & temperanter, quod pceptũ, oẽs hęretici transgressi sunt. & hoc dico nõ omnibus vobis, Sed omnib' q sunt ĩter vos, tales, quia nec oẽs hoc agebãt, sed quidã inter illos. Et sciendũ quia hoc est sacrificiũ Christianorũ, vt multi vnũ corp' sint in Christo. Hoc enim in sacramento altaris fidelib' voto demõstratur ecclesiæ. quæ in ea re quã offert significatur. Sicut eñ panis Augu. de ciui. dei.

C ex multis cõficitur granis, ita ex multis fideliũ membris sancta constat ecclesia. qui creatoris sui participatione cõgauderet, cui' munere sancti sunt & vnũ, quod in sequẽti ostenditur, vbi ait, Multi vnũ corpus sumus in Christo, qđ nõ potest fieri nisi sapiãt ad sobrietatẽ quod hic pcipit. Et vnicuiq; Sicut monuit ne de priori statu supbiãt, ita ne de donis quæ in fide recipiũtur. q. d. pcipio nõ plus sapere q̃ oportet, & præcipio. f. maiori vel minori sapere, Sicut diuisit deus mẽsurã fidei .i. ea ratione qua de' dedit vnicuiq; diuisim dona mensurata, q̃ fides meretur, quod ideo fecit vt nec indigeat, & sit subseruiẽdi materia, vt ita sit mutua dilectio. Aperte ostendit Apostol' in his verbis hoc debere, nos sapere quod iustitiæ terminos nõ egrediatur, vt nõ Ambro.

August. nobis solis vtile sit, sed & nulli obsit: vel ita, Et vnicuiq; p- D
cipio nõ plus sapere, Sicut diuisit mensurã fidei. i. secundũ
fidem quã deus mensurate diuidit. Nam & fidem men-
surate partitur deus vnicuiq;, & hęc est operans per dile-
ctionẽ sine qua nulla cuiusq; bona opera existimãda sunt
ex qua omnis iustitia sumit initiũ, quę nõ est tribuẽda li-
Augu. ad bero arbitrio, nec illis pręcedẽtib⁹ meritis, quia inde in-
Iulianũ. cipiunt omnia bona quęcunq; merita. Opera quippe bo-
na fiunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua il-
la a nullo fiunt homine. Fides ergo donũ dei est quã par-
titus deus, Vnicuiq; sicut & alia dona sancti spiritus, sine
quo spiritu sancto constat Christũ nos diligere, & ei⁹ mã-
data seruare non posse: & id nos posse, atq; agere tãto mi
nus, quanto illũ pcipim⁹ min⁹, tãto ampli⁹ q̃to illũ pcipi-
mus amplius. Ideoq; nõ solũ nõ habenti, verũ etiam ha- E
benti non incassum promittitur: nõ habẽti quidem vt ha
beatur, habenti autẽ vt ampli⁹ habeatur. Nã si ab alio mi-
nus, ab alio non pl⁹ haberetur, Sanct⁹ Elise⁹ sancto Eliæ
non diceret, Spiritus qui est in te, duplo sit in me. Christo
autem qui est dei filius, nõ ad mensuram datus est spirit⁹,
quia in illo habitat omnis plenitudo diuinitatis, Neq; ẽm
sine gratia spiritus sancti, est mediator dei & hominũ ho
mo Christus. Quod enim vnigenitus est fili⁹, ęqualis pa-
tri, non est gratiæ sed naturę. Quod aũt in vnitate perso-
nę vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est non naturæ.
Cęteris autem omnibus ad mensuram datur, & dat⁹ ad-
Augu. de ditur, donec vnicuiq; pro modo suæ perfectionis propria
ciui dei. mẽsura compleatur. Vnde Ioannes de Christo loquẽs ait
Nõ enim ad mensuram deus dat spiritum. Cęteris vero F
diuiditur, nõ quidẽ ipse spiritus, sed dona eius. Et sciendũ
q; obtemperandũ est apostolo pręcipienti vnicuiq; sapere
secundũ mensurã fidei. Si. n. pro viribus suis alitur infans,
crescit vt plus capiat: Si aũt vires suæ capacitatis excedit,
deficit anteq̃ crescat. [Sicut enim in vno corpore multa
membra habemus, oĩa autem membra non eundem actũ
habent, ita multi vnũ corpus sumus in Christo: singuli aũt
alter alterius membra, habentes donationes secundũ gra-
tiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, se-
cundũ rationẽ fidei: siue ministerium, in ministrãdo: siue
qui docet in doctrina: qui exortatur, in exortando: qui tri-

A buit in simplicitate, qui praeest in sollicitudine, qui misere-
tur in hilaritate, dilectio, sine simulatione: odientes malũ:
adhęrẽtes bono: charitatem fraternitatis inuicẽ diligẽtes,
honore inuicẽ pręuenientes, sollicitudine nõ pigri: spiritu
feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatio-
ne patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorũ cõ
municantes, hospitalitatem sectãtes. Benedicite persequẽ-
tibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum
gaudentibus, flete cum flentibus.] Sicut enim. q. d. ideo
mensurate diuisit dona, quia multi vnum corpus sum⁹, &
ideo omnia necessaria danda, sed nõ in vno. & hoc est q̃d
ait, Sicut enim in vno corpore multa membra habemus
omnia autem membra non habent eundem actũ, ita nos
Multi per diuersa dona, Vnum corpus sumus in Christo,
B inuicem subseruiendo. Ecce corporis exemplo docet, non
posse nos singulos habere omnia, ac per hoc curam nostri
inuicem nos agere debere, quia inuicẽ officiis nostris in-
digemus. Singuli autem. q. d. omnes vnum corpus sumus
in Christo, Singuli autem, sumus membra: Alter quidem,
est Membrum alterius, & ita sum⁹ aliis seruientes, & aliis
indigentes. Ideo dicitur Singuli, quia null⁹ excluditur, ma
ior vel minor. Habentes autem, vel, Igitur, quasi dicat, sin
guli sumus membra: ad hoc, Autem, sumus, Habentes do
nationes differentes, id est, dona differentia. Habentes di
co secũdum gratiã, Quę data est nobis. Vel ita lege, quasi
dicat. Singuli sumus membra. Igitur, in differentibus do-
nis hoc agitur. & hoc est quod ait, quia sumus membra.
Igitur habentes donationes secundum gratiam quae data
C est nobis, scilicet simus membra alter alterius. Quę autẽ
illae sint gratię, ex quarũ diuersitate dicuntur membra, &
qualiter in illis nobis inuicem subseruire debeam⁹ aperit
dicens, Siue habentes prophetiam, id est, reuelationem fu
turorum, vel quorumlibet occultorũ, simus membra alio-
rum vt illis prophetemus: habentes dico, Secundum ratio-
nem fidei, quia vt exigit fides eorum, vel auditorum datur
ꝓphetia. Et nota ꝙ in enumeratione grãrũ a ꝓphetia in- Ambros⁹
cipit, quae est prima probatio, quod fides nostra sit ratio-
nabilis, quia credentes accepto spiritu prophetabãt. Siue
ministerium Ecclesiasticum habentes, vt presbyteri simus
membra aliorũ, In ministrando, assidue. Siue qui docet

.i.qui habet gratiam docēdi sit membrum alterius, In do D
ctrina.i.in exhibitione doctrinæ. Qui exhortatur, id est, q
habet gratiā exhortandi sit mēbrum alterius in exhortan
do. Qui tribuit eleemosynas tribuat, nō in duplicitate p̄
sentis & futurę glorię, sed, In simplicitate, futurę gloriæ,
& ita sit mēbrum alterius, &, Qui pręest, vt princeps, pręsit In sollicitudine.i. vt sollicite agat, & ita sit mēbrum al
August. terius: &, Qui miseretur.i.qui habet gratiam compatiēdi
oppresso, hoc faciat, In hilaritate.i. læto animo subueni
Hiere. at, & ita sit mēbrum alterius, quoniam in multis offendimus omnes, suggerit apostol⁹ dominicam, & cotidianam
medicinam. Hæc enim miseratio est cotidiana medicina
cotidianis & si leuioribus tamen vulneribus & multis. Iu
dicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Vnde dominus ait, Dimittite & dimittetur vo E
bis. Date & dabitur vobis. Et hoc vtiq; iustum ē vt dimittatur dimittēti, & detur danti. Inest quippe deo & misericordia iudicanti, & iudiciū miserenti. Quisquis vero quasi nimis iustus & securus iudiciū expectat sine misericor
A mbro. dia, iram prouocat. Misericordia hæc est multiplex, scilicet dare alii. peccanti ignoscere, opp̄sso subuenire &c. Et
August. ideo non superflue hoc subdit de misericordia, ponēdum
vnum misericordiæ mēbrū, cum p̄missum sit aliud mēbrū
miæ, vbi ait, qui tribuit in simplicitate, hoc dicit in hilaritate. Simplicitas excludit hypocrisim. Hilaritas gaudiū oñ
dit fretū spe futuri, Oīs ergo mīa, & simpliciter, & cū gau
dio debet fieri. Dilectio qua diuersa dona vniunt̄ sit, Sine F
simulatione, & sic erit alter alteri⁹ mēbrū: & sitis, Odiētes
malū, & adhęrētes bono, vt nec dilectio amici faciat malū
amare, nec malū faciat bonū dimittere. & sitis Diligētes
inuicē charitatē fraternitatis.i.qđ frēs charitatē hñt inter
se: vel sitis volētes a frīb⁹ rediligi: & sitis, Inuicē p̄uenien
tes, vos, Honore.i.in qualibet reuerētia. Aliter nō ē frñi
Ambrosi. tas amor, nisi mutuis se p̄ueniāt obseq̄is. & sitis, In sollici
tudīe nō pigri, id est si solliciti estis corde non sitis pigri
opere. Maledict⁹ enim est sicut Ieremias ait, qui opus dei
fecerit negligenter, quia pigri in conuersatione diuina si
Augu. de ne spe sunt: & ideo vt pigritiæ frigus pellatur, sitis Fer
blasphe. uentes spiritu, id est igne charitatis, & si actu non potestis
spiritus. s. implere quod vultis. Ideo autem dicit, Feruentes, q̄a spiri

A tus sanct⁹ ignis est quo feruet charitas quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctū: cui feruori contrariū est qđ dicit dn̄s, Refrigescet charitas multorū. De hoc igne dn̄s ait, Ignē veni mittere in terrā. Dn̄o. vel, Tempori. q. d. Quāuis dixerim, vt spiritu feruētes sitis, tn̄ non passim, & importune verba dei ingeratis, sed, Tempori. i. opportunitati sitis Seruientes, vt modeste cū honestate, & aptis locis, & persōis, & apto tempore fidei verba loquamini. Vel dando proximo sitis Dn̄o seruiētes. q. d. quod ꝓximo impenditis, credite vos impendere deo & in his sitis. Gaudētes spe, vt nō nisi ęterna speretis, & inde gaudeatis. Certi enim de futuris gaudent, quia sperant certissime se

B accepturos, & ideo patiētes sūt in tribulatiōib⁹. Vnde subdit, In tribulatione. q. d hoc agite q̄ dixit, & si in his bōis mala occurrūt, sitis Patiētes in tribulationib⁹: & vt possitis mala pati, sitis Instantes orationi, quia adhuc differt res, & ideo necessaria est oratio. Necessitatib⁹. q. d. patiamini Et necessitatib⁹ sanctorū, sitis Cōmunicātes, vestra. i. sanctis passis vestra cōmunia facite, & recipite sāctos in hospitio quod ita ait, sitis Sectātes hospitalitatē, exēplo Abrahę, & Loth, Et etiā. Bn̄dicite. i. bona orate, Persequentibus vos. Per hoc remouet eos a cōmuni cōsuetudine, ne irato aīo incitati, vt prius facile maledicāt, sed magis victa iracūdia benedicāt, vt laudetur dn̄ica disciplina ideoq; re-

C petit, vt hoc semper faciendū doceat dicens, Bn̄dicite. q. d. itē itemq;. Nolite maledicere. q. d. bn̄dictio vestra sit sine ammixione amaritudinis. Et etiā debetis Cū gaudētibus gaudere, de ꝓfectu. & debetis Cū flentib⁹ flere, de eo vn̄ flendū sit, vt de lapsu alicuius, vel de gloriæ dilatione. Et sitis. [Idipsū inuicē sentiētes, non alta sapiētes, sed hūilibus cōsentientes. Nolite esse prudētes apud vosmetipsos, nulli malū ꝓ malo reddentes: prouidētes bona nō tn̄ corā deo, sed etiā corā omnib⁹ hoībus. Si fieri potest (qđ ex vobis est) cū omnibus hominibus pacē habētes. Non vosmetipsos defendētes charissimi, sed date locū irę. Scriptū est enim, Mihi vindictam, & ego retribuā, dicit domin⁹ Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.] Idipsum inuicem sentientes, cum illis gaudio, vel in fletu

Aug. l. ps. lxxxiii.

Ambros.

Ambrosi. & pro his omnibus prędictis & aliis, Non, sitis, Sapiētes D
Augu. in alta, in corde saltē: Sed, sitis, Cōsentientes hūilibus. i. hu-
ps. cxxx. miliū imitatores. Et nota ꝙ non ait, colloquētes humili-
bus, sed cōsentientes, qđ non sit ore tm̄, quia tunc vera est humilitas, si non est lingua sola, sicut hypocrita qui dicit se peccatū non habere foris, fingit humilitatē, intus amplectitur vanitatē ergo in corde & in ore nō habet veritatem
Ambro. Ideo ergo dixit, non alta sapientes, ne sit elatio in aīo, & ne præsumētes de se cōdoleant aliis, sed exprobrēt, quasi pctōribus. Hæc est superbia quę cū se præponit offendit. deinde adiunxit, Sed humilibus cōsentiētes, vt aliæna causa sit eorū, vt ita gratiā habeāt apud deū qui superbis resistit, & humilibus dat gratiā. Et nolite esse prudētes apud E vosmetipsos. i. ne prudentiā vestrā apud vos tm̄, sed magis apud ꝓximos exerceatis, etiā si quis eorum offendit. Vnde subdit, Nulli, sitis, Reddentes malū ꝑ malo, etiam si q offendant vos. Deinde monet ne etiā licita cū scādalo
Ambrosi. fiant, dicens, & sitis Prouidentes bona, nō tm̄ corā deo. i. in secreto cordis, Sed etiā corā omnibus hoībus, vt nō fiat scandalū, sed bonū exemplū, quia illud fieri debet, qđ & deo non displiceat, & fratri scandalū nō sit, Et etiam sitis. Habentes pacē cū oīb⁹ hoībus si fieri potest, vt assentiāt si vero nō potest fieri: malorū iniquitate merēte, saltē. Qđ ex vobis est, facite. s. quod ad vos pertinet. i. pacē cū eis habete quantū in vobis est, vt etiā cum his qui oderunt pacē sitis pacifici. Vel, Sitis habentes pacē cū omnibus hominibus, si fieri pōt, ideo dicit si fieri potest, quia difficile est, F Quod tamen licet sit difficile, Est ex vobis, id est in potestate vestra, scilicet habere pacem cum homnibus. Et nō sitis, Defendentes vosmetipsos charissimi. i. non sitis referientes aduersarios. Sed date locum irę, id est iudicio dei.
Au. in ps. Attende quod nō pręcipit vt nolint sancti vindicari a deo
lxxxviii, quod clament sancti, sed vt non seipsos vindicantes dent locum irę dei, qui dixit, Mihi vindictam, ad quem in apocalypsi sancti clamāt, Vindica domine sanguinem nostrū Quod aliter oporteat accipi, nō est prætereundum, ne videantur sancti, propter exaturandum odium desiderare vindictā quod ab eorum perfectione longe est. Non ergo vindictā volunt propter exaturandū odium sed tñ scriptū est, Letabitur iustus cum viderit vindictā pręcipit autem

A apostolus hic, vt dictũ est, vt nõ ipsi se vindicantes dent locũ irę dei, Sed si vult bonus, vt de⁹ inimicũ puniat, vbi ergo est illud. Diligite inimicos vestros, bñfacite illis q oderunt vos: & illud, Nõ reddentes malum pro malo. Nõne hoc est reddere malum pro malo? & non diligit, nec bonũ facit inimicos? Cum igitur & hõ iustus, & hõ mal⁹ de inimicis suis velint a domino vindicari, in quo discernũtur. Sed bon⁹ magis cupit corrigi inimicũ q̃ puniri, & cũ deus punit nõ delectat̃ de pœna inimici, quia nõ odit eũ sed de iudicio dei, quia deũ diligit. Hoc ei placet qd dño, quia & deus quẽ in hoc sequit̃, pluit hic super iustos & iniustos: tñ & in hoc seculo asperos corrigit & pertinaces B in fine dãnabit. Huic ergo reseruanda est vindicta. Vnde ait, Date locũ iræ. i. vindictę dei. vel, irę aduersariorũ. Ille dat locũ irę aduersarii, qui permittit aduersario facere q̃ vult. Et debetis dare locũ irę dei. Scriptũ est. n. in Prouerbiis, Mihi vindictã, reseruari, vel vos reseruate, Et ego retribuã, dicit dñs. i. vindicabo, & qui nõ facit deũ cõtennit Sed si esurierit. Nota insolentiã sed coniunctionis, ita est eñ prosequendũ, quasi nõ sit ibi interposita vtraq; cõiunctio. Ac si diceret sine sed, si esurierit &c. Vel ita põt legi vt neutra supfluat cõiũctio. q. d. nõ solũ nõ defendatis vos Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, potũ da illi . i. in vitę necessariis subueni illi, Hoc eñ faciẽs. q. d. ideo C facito hoc, quia, Hoc faciens cõgeres carbones ignis. i. feruorẽ charitatis, vel sãcti spũs⁹, vel vrentẽ pœnitetię ardorem, Super caput eius, id est mentem eius, Et si non pœnitet, tamen Noli vinci a malo sed vince malum in bono. i. in patiendo, quia si repercutis similis ei nequam fies. Bonitate ergo contende contra illum. Et est vera contentio, & salubre certamen vt sit bonus contra malum, nõ vt sint duo mali, si tu iam non es malus, opta malo vt sit bonus: displiciat tibi quod malus est, placeat vt fiat bonus ne sinę duo mali.

Aimo.

Au. super ps. xxxiii.

CAPVT. XIII.

OMnis aĩa ptãtib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit, nõ est eñ ptãs nisi a deo: q̃ aũt sunt a deo, ordinata sũt. Itaq; qui resistit ptãti, dei ordinationi resistit, q aũt resistũt, ipsi

sibi damnationem acquirunt Nam principes non sunt ti- D
mori boni operis,sed mali. Vis autem nō timere potesta-
tem? Bonū fac,& habebis laudē ex illa:dei enim minister
est tibi in bonū. Si autem malum feceris,time. Non enim
sine causa gladiū portat. Dei enim minister est, vindex in
irā,ei qui male agit. Ideoq; necessitati subditi estote,nō so
lum ꝑpter iram,sed etiā propter conscientiā. Ideo eīn &
tributa pręstatis ministri enim dei sunt,in hoc ipsum ser-
uientes.] Omnis aīa. Et hic ad humilitatē inuitat,vide-
batur enim quibusdā quod mali dñi & maxime infideles
nō debēt fidelibus dñari, & si boni & fideles essent,bonis
& fidelibus deberent esse pares,quam etiā superbiā remo E
uet hic apostolus a parte superiore,i. anima significās to-
Augu.sup Ioannē. tū hominē. Quid est enim oīs anima nisi oīs homo.q.d.
Omnia prędicta faciēda sunt,& si ira perfecti estis in cor
pore Christi tamen Omnis aīa,subdita sit.i.omnis homo
subditus sit,quē nomine aīæ, ideo significo vt non solū in
corpore sed & volūtate seruiatis. Omnis,ergo,Aīa subdi-
Aimo. ta sit,vt etiam volūtate seruiat hō. Potestatibus,secularib⁹
August. bonis vel malis.s.regibus,principibus,tribunis,cēturioni
bus,& aliis huiusmodi. Si eīn bonus fuerit qui tibi pręest
nutritor tuus est:malus si fuerit tentator tuus est,& nutri-
menta libenter accipe,& in tentatione approbare. Esto er
go aurū,& attende mundū istū, quasi fornacē aurificis.
Sit ergo omnis aīa sub.potestatib⁹ sublimiorib⁹.i.in hoc F
quod sublimes sunt.i.in mundanis. Vel causa notat cū di
cit sublimiorib⁹,i.qa sublimiores sunt. Nō est.n. ꝓbat ꝙ
debent subiici,hoc mō,quia oīs potestas est a deo,sed quę
a deo data sunt,ordinata sunt,igit potestas est ordinata.i.
quicunq; habet potestatē dei,ordinatiōe habet. Itaq; qui
resistit potestati dei ordinationi resistit,& hoc est qd dicit
q.d. Ideo debes subiici potestati, quia, Non est potestas
alicui homini,vel bono,vel malo. Nisi a deo, data Vnde
Pilato dūs ait, Non haberes in me potestatē,nisi datū es-
set tibi desuper. Malitia hoīm,cupiditatē nocēdi per se ha
bet ptātē si illi nō dat nō habet. Ideoq; diabolus anteq̄
aliqd tolleret Iob,dicebat dño,Mitte manū tuā,i.da pote
statē,quia etiā nocentiū potestas,non est nisi a deo. Sicut
scriptū est loquente sapientia,Per me reges regnant, & ty
ranni per me tenēt terrā, Vnde Iob de domino ait. Qui

A facit regnare hypocritã ꝑpter puerſitatem populi. Et de populo Iſrael dicit deus, Dedi eis regem in ira mea. Nocẽdi voluntas põt eẽ ab hoĩs aĩo. ptãs autem nõ eſt niſi a deo, & hęc eſt abdita, aptaꝗ iuſtitia. Iniuſtum.n. nõ eſt vt im probis accipientibus nocendi ptãtem bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Nã per ptãtem diabolo datam, & Iob probatus eſt vt iuſtus appareret, & tẽtatus eſt Petrus, ne de ſe pręſumeret, & Paulus colaphizatus ne ſe extolleret, & Iudas damnatus vt ſe ſuſpenderet. Cum ergo deus iuſtos faciat ſuos per ptãtem diabolo datã, tñ pro iniqua nocendi voluntate, quæ diaboli ipſius fuit, ei reddetur in fine ſupplicium. Quæ autẽ ſunt a deo ordinata. i. rationabiliter ab eo diſpoſita ſunt. Iob ait. Deus potentes nõ abiicit, cum & ip̃e ſit potens. Gregori⁹ deũ Au.de natura boni

B imitari deſiderat, qui faſtigium potentię alienis intentus vtilitatibus, & nõ ſuis laudib⁹ adminiſtrat. Qui p̃latus cæteris prodeſſe appetit nõ p̃eſſe. Timoris nãꝗ elatio nõ ordo ptãtis in crimine eſt. potentiam tribuit, elationem vero potentię malitia nr̃ę mentis inuenit. Tollamus ergo ꝙ de nr̃o intulimus, & bona ſunt ꝗ dño largiẽte poſſidem⁹, quia nequaꝗ̃ iuſta potentia, ſed actio praua dãnatur. Itaꝗ qui reſiſtit, vel dolo, vel vi, Ptãti. i. homini habenti poteſtatem, in his. ſ. quę ad poteſtatem pertinent, vt in tributo, & huiuſmodi. Dei ordinationi reſiſtit. i. habenti poteſtatem dei ordinatione. Non ergo ſecundum dei ordinationem agit. de poteſtate bona patet ꝙ deus præfecit eam ra

C tionabiliter: de mala etiam videri poteſt dum boni per eã purgantur, & mali damnantur, & ipſa deterius præcipitatur. Et nota ꝙ nomine poteſtatis interdum accipitur poteſtas ipſa quæ datur alicui a deo, aliquando ipſe homo habens poteſtatem, quod diligens lector diſtinguat. Qui autem, quaſi dicat, qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Hoc autem tam graue eſt, ꝙ, Qui ei, Reſiſtit, ipſi ſibi acquirit damnationem, & ideo non deberet quis reſiſtere, ſed ſubiici. Si tamen illud iubeat quod non debes facere: hic ſane contemne poteſtatem timẽdo maiorem poteſtatem. Ipſos humanarum rerum grad⁹ aduerte, ſi quid iuſſerit curator, nunquid faciendum eſt ſi contra proconſulem iubeat? Rurſum ſi qđ ipſe ꝓcõſul iubeat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contempto illi eẽ

seruiēdū:ergo si aliud imperator, aliud deus iubeat contē D
pto illo obtemperandū est deo. Nā principes. q. d. merito
acquirūt dānationē qui potestati resistūt, Nā principes bo
ni vel mali non sunt, Timori boni operis, sed mali. i. non
sunt ad timorē his q bñ operātur, sed his qui male. Si enī
bon⁹ est princeps bñ operantē nō punit, sed diligit. Si ve
ro mal⁹ est nō nocet bono, sed purgat eū. Mal⁹ vero debet
timere, qui instituti sunt principes vt mala puniāt, Princi
pes dicit illos qa pp̄ter corrigēdā vitā, & phibēdo aduer
sa creant, dei habētes imaginē, vt sub vno ceteri sint. Vis
aūt. q. d. male operātibus sunt timori, Tu aūt vis nō time
re potestatē, q̄cūq; sit siue bona siue mala. Fac bonū, & nō
est vñ timeas, imo, Habebis laudē ex illa, & si mala est, dū
tibi causa est maioris coronę, Si aūt iusta est potestas, ha
bebis laudē ex illa, etiā ipsa laudāte. Si iniqua est habebis E
laudē ex illa: nō ipsa laudante, sed ipsa tibi laudis occasio
nē prębēte, Vere ex illa laudē habebis, Dei. n. minister ē
in bonū, id est, tibi est faciēs bonū siue bon⁹, siue mal⁹ sit,
quia exercet, vl̄ dat⁹ a deo in bonū tuū, vt tueatur te & tua.
Manifestū est. n. q̄d ideo dati sunt rectores a deo ne malū
fiat bonis. Si autem male feceris. q. d. bono nō est timēdū
Si autem male feceris, time. Et timendū est, Enim, i. quia
Portat gladiū. i. habet iudiciariā potestatē. Nō sine causa,
sed vt malos puniat, & hoc ostēdit subdēs. Dei. n. minister
est. i. loco dei vindicat, ipse dico existēs, Vindex in irā dei.
i. propter offensam dei vindicādā. Vel vindex in irā dei fu
turā ostēdēdam: i. propter vindictā dei futurā ostendēdā
quia hæc punitio vindicat persistētes in malo, graui⁹ esse
puniēdos, Dico quod vindex est, & hoc, Ei. i. ad damnum F
eius, Qui malū agit, & quia minister dei est, Ideo subditi
estote ei, quasi ex necessitate, vel necessitati, alia litera. i. ne
cessariæ ordinationi, Subditi estote, & hoc nō solū pp̄ter
iram principis, vel dei vitandā: Sed pp̄ter conscientiam. s.
vt munda sit vestra mens, prælatū a deo diligēdo, licet. n.
omnes fideles inquātū fideles sunt, vnū sint in Christo, in
cui⁹ fide nō est distātia Iudæi & Græci, dñi & serui, & hu
iusmodi, differētia tñ est ī cōuersatione mortali, & eius or
dinē in huius vitę itinere seruandum esse apostoli præci
piūt. Alia sunt. n. q̄ seruamus in vnitate fidei sine vlla di
stantia. Alia in ordine huius vitę tanq̄ in via, ne nomē do
mini, & doctrina blasphemetur. Ideo enim, Hęc est pba

Augu. in ser. sancti Lauren.

A tio subiectionis.q. d. subditi esse debetis, quia etiã Ideo.i. ad ostendendam subiectionem. Prestatis tributa, qđ est signum subiectionis, non ait soluitis: sed pstatis, quasi red dituris, quia reddunt seruiendo in defensionem, dum pugnant pro patria, & dum agunt iudicia prestatis tributa, vos dico seruiẽtes deo. In hoc ipsum.i. propter hoc ipsum seruitis deo, quod illis tributa datis, Vere per hoc seruitis deo, Ministri enim dei sunt, Ad hoc enim instituti sunt, vt boni laudantur, mali puniantur, Vel ita, Ministri enim q.d. debetis prestare tributa. quia, Ministri dei sũt. Ipsi dico, Seruiẽtes vobis, dũ patriã defẽdũt. In hoc ipsum.i. propter hoc.s. propter tributum seruiunt vobis in defensione patrie, & quia ministri dei sunt. [Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal:

C cui timorem timorem, cui honorẽ honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, nõ occides, nõ furaberis, non falsum testimonium dices, nõ concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum, Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.] Reddite omnibus debita, vt sic laudetur disciplina euangelica, hoc modo, Cui debetis, Tributum, reddite Tributum. Tributum dicit quod regiones soluũt, Cui debetis, Vectigal, reddite Vectigal. Vectigal dr̃ stipẽdiũ, qđ datur dominis quando per patrias vehũtur. vel tributum dicitur, quod domi soluitur, Vectigal quod ad domũ domini vehitur. Cui, debetis Timorem, reddite Timorem, Aimo.

D vt dominum timeamus, & personas vereamur, Cui honorem, debetis, reddite honorem, vt assurgere, & huiusmodi. Quis per singula? Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis.i. caetera ita soluite vt nõ debeatis aliqd. Charitatem vero ita soluite vt semper debeatis. Sola enim charitas est que etiam reddita semper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur. Debetur autem si reddita fuerit, quia nullum est tempus quo ipsa danda non sit nec cum redditur amittitur, sed potius reddendo multiplicatur. Habendo enim redditur non carendo, vt pecunia quae reddi non potest, nisi habeatur, nec haberi nisi reddatur. Immo cum redditur ab homine, cre- Aug. ad cælestinum.

scit in homine,& tanto maior acquiritur,quanto pluribus D redditur. Hic autem fit mentio de charitate, quia valet ad

Ambrosi. humilitatẽ prędictã. Et nota quod pacẽ nos supra monuit habere ad omnes. Hic autẽ dilectionẽ dicit esse habẽdam inter fratres quod notat dicendo, Inuicem. Aliter enim vere fratres non sunt,& vere dilectio est habenda, quia, Qui diligit proximum, legem impleuit. & hoc per partes ostendit dicens, Nam non.q.d. Vere impleuit: nam hoc pręceptũ, Non adulterabis: & hoc, Non occides: & hoc, Nõ furaberis: & hoc, Nõ falsum testimoniũ dices: & hoc, Non concupisces, rẽ proximi tui. Et si quod est aliud mãdatum, per Moysen datũ. Instauratur.i. continetur, & impletur. In hoc verbo.i. in hoc mãdato, quod Moyses fecit in Le-

Au.de tri. uitico.s. diliges proximum tuum sicut teipsum. In bono diligendus est proximus, non in malo, quoniam qui diligit E iniquitatem, odit animam suam: & ita non seipsum diligit, quia nec proximum sicut seipsum, Et nota quia cũ duo sint praecepta charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetę, pro vtroque sępe vnum ponitur: non immerito, qa de⁹, nec sine proximo, nec proxim⁹ sine deo diligi potest

Augu.sup Ioannem Hic autẽ dilectio proximi ideo commemoratur, quia dilectio proximi in factis apparet. Dilectio vero dei ampli⁹ latet,& ideo hanc spiritualis ponit, de qua dominus ait, Mãdatum nouum do vobis vt diligatis inuicem vbi illud mandatum maius dilectionis dei videtur esse prętermissum. Sed bene intelligentib⁹ vtrũq; inueniretur in singulis, quia q̃ diligit deũ, nõ potest eũ cõtẽnere quẽ deus praecipit diligt. Et q̃ sãcte ac spiritualiter diligit proximũ, qd F in eo diligit nisi deũ? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quã distinguẽdo dñs ait, Sicut dilexi vos. Quid enim nisi deũ dilexit in nobis, nõ quã habebamus, sed vt haberemus sicut medic⁹ diligere dicitur ęgros & qd in eis diligit nisi salutẽ quã cupit vtiq; reuocare nõ morbũ quẽ venit expellere? Sic ergo & nos inuicẽ diligamus, ait, quãtũ possumus inuicẽ ad habẽdũ deũ in nobis

Au.de do. xpiana. curã dilectionis attraham⁹, Tũc est quippe optimus hõ, cũ tota vita sua pergit, in incõmutabilẽ vitã, & toto affectu inheret illi. Si autẽ se propter se diligit, nõ se refert ad deũ, sed ad ipsũ cõuersus, nõ ad incõmutabile aliquid cõuertit, & iõ iã cũ defectu aliquo se fruit, Si ergo teipsũ: nõ

A ppter te debes diligere, sed ppter illũ vbi dilectionis tuę rectissimus finis est, non succenseat alius hõ. si etiã ipsum propter deũ diligis, Hęc.n. est regula dilectionis diuinit⁹ cõstituta, vt diligas proximũ propter deũ. Deũ vero ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, vt.s. omnes cogitationes tuas, & omnẽ vitã, & omnẽ intellectũ in illũ cõferas, a quo habes ea ipsa q̃ cõfers, Nemo ergo diligit proximũ, nisi diligat deum. Quãtũ ergo põt, proximo impẽdat quem diligit, sicut seipsum: vt & ille diligat deũ, quẽ si ipse nõ diligit, nec se, nec pximũ diligit, Amator, n. dei amator est sui: & nõ, diligẽs deũ nõ diligit pximũ q a nõ diligit seipsũ. Qui autẽ se propter habẽdũ deũ diligũt. Nõ est hęc dilectio in oĩbus hominib⁹, Pauci.n. se diligũt, vt sit de⁹ omnia in oĩb⁹, Dilectio.q.d. vere q̃ diligit pximũ, bñ facit Augu. ad Hiere. Augusti. August. super Ioan.

B quia, Dilectio proximi nõ operaẗ malũ.i. diligẽs pximũ, nullũ malũ mortale operatur, Proximũ omnẽ hominem oportet intelligi, quia nemo est, cum quo sit operandũ malũ. Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint amare debet. Sic eñ & seipsũ amare debet.s. vel quia iust⁹ ẽ, vel vt iust⁹ sit. Qui eñ aliter se diligit, iniuste se diligit, q a ad hoc se diligit, vt sit iniust⁹. Ad hęc ergo vt sit malus ergo iã non se diligit. q ei diligit iniqtatẽ odit animam suã Et q a dilectio nõ agit malũ. Ergo dilectio est plenitudo legis.i. q diligit plene implet legẽ. Vbi eñ charitas est q d est quod possit deesse? Vbi aũt nõ est, q d est quod possit prodesse? Cur ergo nõ dicim⁹ q hanc virtutẽ habet, habere oẽs, cũ plenitudo legis sit charitas, q̃ quãto magis est in homine, tanto magis virtute est prędiɫus. Quanto au. ĩ ps. xl Aug. super Ioannem. Augu. ad Hierony. Aug. i. ser. de.x. cor.

C autẽ minus, tanto minus inest virtus, Quanto min⁹ inest virtus, tãto magis inest vitiũ, In hac decalogus legis ĩpletur. Decalogus enim legis decem pręcepta habet, quę sic sunt distributa vt tria ptineant ad deũ, septẽ pertineãt ad hominẽ, Est enim bellũ quod secũ agit hõ dimicãs contra concupiscẽtias malas, & fręnans auaritiam, elidens supbiã, suffocans ambitionem, trucidans libidinẽ. Has pugnas fac in occulto, & non vinceris in aperto. Ad hoc docẽtur manus nostrę ad pręlium. Non est hoc in spectaculis vestris venator, quod citharista. Aliud agit venator, aliud citharista. In spectaculo dei vnũ est, tãgis easdẽ decẽ cordas, & feras occidis, vtrunq; simul facis, tangis primã

cordam qua vnus colitur deus, cecidit bestia superstitio- D
nis. Tangis secundam cordam, quia non accipis nomē
dei tui in vanum, cecidit bestia erroris, & nefandarū hæ-
resum: Tangis tertiā cordam, vbi pro spe futurę quietis fa
cis quicquid facis, interficiē crudelior cęteris bestiis amor
seculi huius, Propter amorem huius seculi laborant ho-
mines in omnibus negociis, tu autem in omnibus operi-
bus tuis labora, non propter amorem seculi, sed pro sem-
piterna requie quam promittit deus. Honora patrem tuū
& matrem tuam, tangis quartam cordam, vt honorē parē
tibus deferas, & cecidit bestia impietatis. Nō mœchabe-
ris, tangis quintam cordam, cecidit bestia libidinis. Non
occides, tangis sextam cordam: cecidit bestia crudelitatis,
Nō furtū facies, tāgis septimā cordā, & cecidit bestia rapa-
citatis. Nō falsum testimoniū dices tāgis octauā cordā, & E
cecidit bestia falsitatis. Nō concupisces vxorem pximi tui.
tangis decimam cordam, & cecidit bestia cupiditatis. Ita
cadentibus omnibus bestiis, securus, & innocens in dei di
lectione, & humana societate versaris, [Et hoc scientes
tempus, quia hora est iam nos de somno surgere, nunc
enim propior est nostra salus, quam cū credidimus, Nox
pręcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo o-
pera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die ho-
neste ambulemus, non est in commessationibus & ebrie
tatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentio
ne & ęmulatione, sed induimini dominum Iesum Chri-
stum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.] Et hoc
scientes, Alia commendatio charitatis est hic. Supradixit
quod malum non facit hic dicit quod etiam opportunita- F
tem parat bene operandi. q. d. Scimus quia dilectio malū
non operatur, & hoc etiam scimus, Quia hora est iā nos
de somno surgere. Et nos, Hoc sciētes, abiiciamus &c. Vel
ita sicut quidam libri habent, Hoc tempus: quasi dicat, di
lectio est plenitudo legis, & nos, Scientes hoc tempus sci-
licet gratiæ. Abiiciamus &c. quod debemus, Quia iā sci-
licet ex quo dilectionem habuimus, Est, nobis, Hora. i.
oportunitas, sed breuis, Surgere de somno, id est de tor-
pore bene operandi & negligētia vel ignorantia quæ per
Ambrosi⁹ somnum significatur hic, & debemus surgere nunc. Nōc

A enim nostra salus, id est æterna quæ nobis promittitur, Est, propior, id est magis debita per bona opera, Quam, tunc, Cum, tantummodo, Credidimus. Manifestũ enim est, quia post lauacrum aliquis bñ operans & studens charitati vicinus est æternę vitę. Bona enim vita signum est & causa salutis futurę, baptismus vero est ad veniam, vita bona etiam ad coronam, quia ergo credidimus & operati sumus, turpius est nisi surgamus. Vel, Nunc est, scilicet hoc tempore, Propior nostra salus, quam cum credidimus, quia plus morti proximi sumus. Nox pcessit, Item hic ostenditur cur surgere debent, quasi dicat, ideo etiam debetis surgere, quia, Nox, infidelitatis & ignorãtię, Pręcessit, id est, fuit, sed modo non est, cuius memoria monet, vt caueatis. Dies aũt. i. ęterna btitudo, Appropiquauit Aimo.

B dũ peccata sunt remissa, dũ iusti estis per gratiam. Vel ita debetis surgere, quia, Nox pręcessit, id est vetus homo, q in baptismo pręteriit, scilicet fomes peccati. Dies autem appropinquauit, scilicet sol iustitię Christus, cuius luce veritatem didicerũt, vt sciant quid agendum sit. Prius enim ignorantes Christum in tenebris erant. At vbi lux orta est, transierunt a falso ad verum. Ergo, scilicet propter insertas causas, Abiiciamus opera tenebrarum, id est opera mala quæ ex tenebris ignorantię venerunt, vel quæ tenebras amant, & ad tenebras ducunt. Et induamur tã quam ornamentum, Arma lucis, id est virtutes quæ sunt arma, quæ exigit lux, id est fides. Et acceptis virtutibus,

C Ambulemus honeste, id est in actu earum exerceamur Sicut, decet, In die, fidei. Quę autem sunt opera tenebrarum ostendit, subdens, Non in commessationibus, quasi dicat, Ambulemus honeste, sed non in his, scilicet non comessationibus, id est luxuriosis conuiuiis, quę aut colla tione omnium celebrantur, aut vicibus solent a contubernalibus exhiberi. Et ebrietatibus, id est immoderatis potationibus. Brian enim genere masculino dicimus calicem aptum potationi, a quo dicitur ebrietas, quæ est nimia potatio vini. Non in cubilibus, id est in pigritia dormientium. Et impudicitiis, id est in luxuria, quæ est in cibo & potu nimio venit. & ideo post commessationẽ & ebrietatẽ posuit, Nõ in contẽtione & ęmulatio- Aimo.

Augu.ad Aurelia. Eqiſcopũ


ne,ambulemus,ſicut ſolebāt facere ſe inuicem pręferēdo, D
in quo minor inuidebat maiori, & ita erat cōtētio.i.æmulatio. Et nota Romanos in his tangi, & ideo nō eſt eis ius gloriandi. Horũ aũt morborũ ſupbia eſt mater & humanę laudis auiditas,quę etiā hypocriſim ſæpe generat. Huic nō reſiſtitur niſi crebris diuinorũ librorũ teſtimoniis incutiatur timor & charitas dei. Sed induite.q.d.ne faciatis ꝑdicta: Sed induite.vel, induimini dominũ noſtrũ Ieſum

Augu.de lib.cōfeſ. Augu.in ſer.i mōt.

Chriſtũ.i.formā Chriſti in omnib⁹,quē induti nō cogemini ſeruire carni. Vnde ſubdit, & carnis curā ne feceritis nō dico in neceſſariis ad ſuſtētationem, ſed, in deſyderiis illicitis. Sic enim ſumenda ſunt alimenta q̃admodũ medicamenta. Fames.n. & ſitis vt quidā dolores vrunt, & ſicut febres necant, niſi alimentorum medicina ſuccurrat, quæ ꝑſto eſt ex cōſolatione munerũ dei, qui regnũ dei q̃rētib⁹ E
omnia adiiciēda promiſit. Sic ergo ſumēda eſt alimonia vt medicina, ſed dũ ad quietē ſatietatis ab indigētia trāſit in ipſo trāſitu inſidiatur laque⁹ cōcupiſcētiæ, & cum ſal⁹ debeat eſſe cauſa edendi adiũgit ſe tanq̃ pediſſequa periculoſa iocunditas & ſępe conat̃ pręire vt eius cauſa fiat qđ ſalutis cauſa faciendum erat, & ſæpe incertũ fit, vtrũ neceſſaria corporis cura ſubſidiũ petat, an voluptaria cupiditas fallaciæ miniſteriũ ſuppetat. Ad hoc incertũ hilareſcit infœlix anima gaudens non apparere quid ſatis eſt moderationi valetudinis, vt obtentu ſalutis obumbret negotiũ voluptatis, nec idem vtriuſq; modus eſt. Nam quod ſaluti ſat eſt delectationi parũ eſt.

CAPVT XIIII

F



Nfirmũ aũt in fide aſſumite, nō in diſceptationib⁹ cogitationũ. Alius enim credit manducare ſe oīa: qui aũt infirmus eſt, ol⁹ māducet. Is qui manducat nō manducantem nō ſpernat: & qui nō māducat manducātē nō iudicet: de⁹ enim illũ aſſumpſit.] Infirmũ aũt in fide, quia ex Iudęis erant, qui Romanos ad fidē Chriſti aſſumpſerāt admixta lege, ideo quibuſdā videbatur cibos debere diſcerni, ſicut lex mandabat, & hi nō erāt perfectę fidei. Aliis vero qui Chriſtũ ſine lege ſequebātur, videbatur ecōtrario.ſ. licere edere omnes cibos. pfectæ.n.fidei eſt nullũ cibũ diſcernere, & immundũ putare, quia omnia munda ſunt mundis,

A ſed quidā infirmi vt dictū eſt cenſebāt, vel dicebant a quibuſdam abſtinendū, & ita inter Romanos erat cōtentio. Vnde præcipit hic apoſtolus tales aſſumere, non abiicere ſed patiendo ad fidē extingere exemplo & verbo, & ſi incognitnū eſt quo qs animo faciat, nō inde diſceptare. Tales igitur apoſtolus tanq̄ ægros medicis offerens ait, Infirmum aūt, &c. q. d. in nobis honeſti ſitis vt dictum eſt. Infirmū aūt in fide. i. illū qui nōdū perfecte credit. ſ. qui non credit vt credendū eſt, aſſumite ad ſanādū. Sicut Chriſt⁹ ægros aſſumpſit vt eos ſanaret, aſſumite dico, Nō diceptationibus cogitationū. i. nō ita vt de occultis iudicetis eū rerū. Non enim eſt dānandus cui⁹ cogitatitio nō eſt aperta vel de quo neſcimus qualis poſt futurus ſit. Non igitur nobis vſurpemus diiudicare cogitationes aliorum, ſed deo præbeamus cogitationes noſtras, & faciem boni vidētis gaudeamus, cor vero deo committamus pro quo oremus Dico aſſumite infirmum & ſunt inter vos quidam qui hoc poſſunt. Ali⁹ enim veſtrū, in fide perfectus Credit, ſe poſſe manducare oīa, humanis vſibus data: & hic talis poteſt aſſumere alios. Qui autem infirm⁹ eſt. i. qui cibos diſcernit reputās alios mundos, alios īmūdos, Māducet ol⁹. Hic indiget aſſumi qui pmittitur edere ol⁹, in quo nulla q̄ſtio eſt, in cuius eſt omnis ſecta conſentit, Infirm⁹ ergo eſt q cibos diſcernit, eo ꝙ Iudęi prohibiti ſunt edere, hunc ſuo iudicio dicit relinquēdū apoſtolus ne cum ſcrupulo edat. Vel infirmus dicitur pronus ad caſum, qui facile impetu libidinis ſternitur. q. d. licet perfecta fides ſit q̄ omnia licere credit, tñ qui infirmus eſt. i. qui timet caſus vitiorū, mēducet olus. i. tenues & aridos cibos qui non fomentū vitiorum, & aſtineat ab illis quibus libido excitatur. Craſſitudo enim carniū, & delitioſe epulæ prouocant corpus ad libidinē. Is qui māducat. Supra pręcepit non diſceptare de cogitationibus aliorū, Hic ꝑcipit nō ſpernere ilios. Quaſi dicat, & cum hęc ita ſint, Is qui māducat, oīa indifferēter, Non ſpernat non manducantē. i. abſtinentē. quia volūtatis eſt edere, vel non edere, & ideo quęſtio huit fieri nō debet. Omnia enim volūtati hnmanę ſubiaceāt, ſicut dominio hūano ſubiecta ſunt. Et q non manducat. oīa non iudice manducantē, tanq̄ reum. i. non credat. & aſſerat eū peccare, cū neſciat quo aīo faciat. De manifeſtis enim nō

Aimo. Auguſt. (B) Ambro. Hiere. (C) Ambro. Augu. de ſer. I mōte

de occultis iudicandum est. Manifesta vero sunt quæ non D
possunt animo bono fieri, vt sunt stupra, blasphemiæ, furta, & huiusmodi. de quib⁹ iudicare permittitur nobis. De quib⁹ etiã dicitur, Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Sed ea quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretamur, vt de cibis, qa possunt bono aío & simplici corde sine vitio cõcupiscẽtię, quicũq; humani cibi indiffe renter sumi. De talibus enim rebus quę possunt bono aío fieri, & nõ bono, volebãt illi cũ hoíes essent, ferre sententiam in occulta cordis, de quibus solus de⁹ iudicat. Vnde dicitur, Nolite ante temp⁹ iudicare, Sunt ergo quędã media facta, quę ignoram⁹ quo animo fiant, quia & bono & malo fieri possunt. De quibus temerariũ est iudicare, maxime vt nõ cõdẽnemus. Deus. n. q. d. neuter alterũ iudicet, vterq; enim seruus dei est. & hoc est, Deus enim, illũ. s. mã E
ducantẽ assumpsit ad fidẽ, &c. hoc est ergo [Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? dño suo stat aut cadit: stabit autẽ, potens est enim deus statuere illũ. Nã alius iudicat diẽ inter diem, ali⁹ iudicat omnem diẽ. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diem, dño sapit: & qui manducat, dño mãducat: gratias. n. agit deo. Et qui nõ mãducat, domino nõ manducat, & gratias agit deo.] Tu quis es. i. cuius valentiæ es, Qui iudicas alienũ seruũ? i. damnandũ affirmas quod nõ debes cum sit alterius seruus. Manifestũ est enim seruũ nõ debere cõserui voluntatem iudicare. Suo, &c.. q. d. de incognito corde alieni serui, tu nõ habes iudicare. Quia suo dño. i. ad honorẽ dñi sui, Stat, qui stat, Aut cadit, suo dño, quia ad eũ pertinet etiã casus cadẽtis, qui erigere põt, vel iudicare. Stat, aut cadit, ideo dicit, quia am- F
biguum est, qa forsitan stat q̃ putatur cadere: vel, Suo dño stat aut cadit, quia qua conscientia edat vel non edat, deus iudex est cuius seruus est. Stabit aũt. i. stare poterit, Domino suo, quia neq; si edit reus est: neq; si non edit culpabilis est, si tamen deuotione hoc agit. Vel ita, Stabit aũt, q̃uis de omnibus regeneratis & pie viuentibus loqueretur apostolus dicens seruũ alienũ, continuo tamen respexit ad p̃destinatos cũ ait, Stabit aũt, hoc de p̃destinatis dicit, & ne sibi stare arrogent subdit, Potẽs est enim deus statuere illum, de quo nulli est ambiguum. Per hoc autem quod ait, stat aut cadit, ostendit se nescire quo animo ille se agat in

A dubiis. Cum vero addit, Stabit aūt: Hic īnuit quod ambigua debemus in meliorem partem vertere, & plus saltem q̄ mortem reorum optare, & in futuro spem boni habere, & si aliter sit in pręsenti. Nam alius iudicat. Supradixit quod alii omnia manducant, alii non omnia, de generib⁹ ciborū agens: hic dicit ꝙ alii omni, alii aliquo certo tempore abstinēt: & vtrūqꝫ recte posse fieri dicit. q. d. dico stabit, & potest credi staturus esse, quia qđ agit ex iudicio dei agit. & hoc est quod ait, Nam alius iudicat, Dicit esse eligendū in abstinentia interpositū, Inter diem & diē. Alius aūt oēm diem iudicat, esse eligendum in abstinentia. i. q̄dā certis dieb⁹, quidam omni tempore putāt esse abstinēdum. Vnusquisqꝫ, aūt eorum In suo sensu, in sua conscientia, Abundet, in melius, vt qui edit cū gratiarū actiōe edat, **Aimo.**

B & qui abstinet pro deo faciat. vel, In suo sensu. i. in suo cōsilio dimittatur ne scandalū passus, a charitate quæ est mater omnium virtutū recedat. Dico ꝙ in suo sensu sit abundans: & ita faciet, Qui sapit diem omnem, vel, inter diem & diem, deo domino sapit, id est, ad honorem domini facit, quia deo placere in hoc se putat. Et similiter, Qui māducat omnia, Manducat domino, id est, ad laudem domini & honorem, cuius omnia creata credit munda: & quia ei seruiturus illis sustentatur: & quod domino manducet, effectus indicat, Gratias enim agit deo, pro omnibus creaturis quibus sustentatur & pascitur. & similiter, Qui non manducat. i. qui abstinet, domino, id est, ad honorem domini est. Qui nō māducat, effectus indicat. Et, id est, quia Gratias agit deo, pro collatis sibi abstinentia, & debemus **Ambros.**

C edere vel non edere domino. Enim, id est quia. [Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuim⁹, domino viuim⁹: siue morimur, domino morimur Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortu⁹ est, & resurrexit: vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuū? Omnes enim stabim⁹ ante tribunal Christi. Scriptum est enim, Viuo ego dicit dominus, qm̄ mihi flectetur omne genu, & oīs lingua cōfitebitur deo. Itaqꝫ vnusquisqꝫ nostrū pro se rationē reddet deo. Nō ergo amplius inuicē iudicem⁹, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculū fratri vel scādalū.]

Aimo. nemo nostrum fidelium:viuit,spiritualiter.s.in virtutib⁹. D
Sibi.i.suæ voluntati. Qui.n. lege frenatur & regitur,non
sibi viuit,sed deo qui legẽ dedit. Si lex non esset,sibi q̄sq;
viueret.aut,Nemo,nr̃m,Morit̃,vitiis,sicut fit ĩ baptismo.
Sibi.i.vt sibi placeat:sed dño,quo iudice damnatur,vel co
ronatur. Vel,Nemo viuit,virtutib⁹ aut moritur vitiis,Sibi
sed domino. Et vere nemo sibi. Siue enim viuimus, vita
virtutum,Domino viui.id est a dño iudicãdi,vel vt ei pla-
Ambro. ceam⁹. Siue morimur vitiis & peccatis, Dño morimur.i.
August. ad similitudinẽ Christi, in cuius morte baptizati sumus:
in Enchi. vt sicut Christus semel mortuus est, & semper viuit:ita &
nos semel mortui peccato, in baptismo,semper viuiuamus
deo.vel ita,Nemo enim viuit. temporaliter.s.cõiunctione
animæ & corporis. Aut moriturrdissolutione aiæ & cor-
poris,Sibi.i.ad laudem suã,sed dei. Sicut em̃ magnitudi- E
nis ei⁹ nõ est finis sic nostræ laudis nõ erit finis. Nõ enim
cum mortui fuerimus in hac carne desinem⁹ laudare deũ
& secundum hoc de fidelib⁹ tm̃ agit. Vel, Sibi.i.a se iudi-
candus,sed a domino: secundũ hoc de bonis ac malis ac
cipitur. Et vere nemo sibi,sed dño. Et hoc est, Siue enim
viuim⁹,corporali vita: Dñoviuim⁹.i.ad laudẽ dñi,vel sub
iudicio domini. Siue morimur, tẽporaliter, domino mo-
rimur.i.ad laudem dñi, vel a dño iudicãdi. & quia vtrũq;
est a dño:ergo, Siue viuim⁹ siue morimur, dñi sumus ser
ui. vel,Dñi.i.a dño sum⁹ iudicandi. Cur ergo iudicat hõs
in hoc em̃.q.d. Vere dñi sum⁹,a p̃cio sanguinis, eruit nos
nec tenebit mors illũ pro quo mortu⁹ est liber in mortuis.
&,hoc est quod ait, In hoc enim Christus mortuus est &
resurrexit vt dominetur.i.intelligatur dominari. Et viuo- F
rum & mortuorum,& vtrosq; iudicare, & accipit ad lite-
ram viuos & mortuos. Hoc iam ideo dicit,vt non putetur
Christus tantum iudicare de mortuis, quasi dum viuunt
hominibus sit cõmissum iudicium,sed post mortem deo.
Hoc em̃ insipientiũ dogma peruersum tradidit. Sed me-
lius est vt vtrorũq; dicatur Christ⁹ dominari,& vtrosq; iu
dicare,quia quibus dedit filios dei fieri,illi & nunc & post
mortem regnant cum Christo. Sed aliter nũc regnant cũ
illo,sancti eius. Aliter tunc regnabunt, nunc regnãt: quia
Augu. de quæ sursum sunt sapiunt & quærũt, postremo regnabunt
ciui dei. cum illo ita vt sint in regno eius, & sint etiam illi in regnũ

A eius quia & animę piorũ mortuorũ non separãtur ab ecclesia, quę etiam nũc est regnum Christi, quia regnat nũc cũ Christo ecclesia in viuis & mortuis. Alioquin nec ad altare dei fieret memoria eorũ in cõmunicatiõe corporis Christi, Ergo fideles etiã defuncti, membra sũt eius. Ideo ergo mortuus est, & resurrexit, vt ostenderetur dñs atq; iudex. Viuorũ & mortuorum, Vel ita, vt mortuos & viuos mystice accipiam⁹.q.d. Vere dñi sumus In hoc eñ Christus mortuus est & resur. vt dominetur viuorũ & mortuorum i. vt ad dominum suum traheret viuentes in virtutibus, & mortuos in peccatis. Per Christũ enim creatura q̃ pro peccato alienata erat ab auctore, & facta captiua est liberata, quẽ pater de cęlo misit ad terras ne opus eius periret, pro quibus liberandis & adiuuandis, Christus venit mortuus est, & resurrexit. Mortuus eñ est vt mortuos in peccatis liberet a peccatis: dum vixit, viuus salutis viã ostẽdit: resurrexit, vt iustificatos secũ viuere faciat. Ex perditis ergo reformauit sibi seruos, Tu aũt.q.d. Ex his apparet ꝙ Christ⁹ debet dominari. Tu autẽ, manducans, oĩa Quid iudicas fratrem tuũ? non manducantẽ? Aut tu non manducans, Quare spernis fratrẽ tuum manducãtẽ? non ita debes facere. Omnes enim stabimus, vt iudicandi. Ante tribunal Christi. i. ante iudicẽ deum sedentẽ. Et dicitur hoc a simili. Tribunal enim sedes iudiciũ est, quę in excelso locatur vt iudex ab omnibus videatur, & ipse ex eminẽti loco omnes valeat intueri: ita & Christus quasi in tribunali sedebit, quia & ab omnibus videbitur, & ipse omnium conscientias videbit, & causas diiudicabit. Et vere. Scriptũ est eñ in Esaia, Viuo ego dicit dñs.q.d. qui olim fui mortuus iã viuo in potentia, quę in hoc patet. Q̃m flectetur, mihi in iudicio, Oẽ genu, etiam inimicorũ, & omnis lingua. i. cõsciẽtia cognoscens me esse deũ, Cõfitebit quid egerit, Mihi, deo. Et quia scriptura ita dicit. Itaq; vnusquisq; nostrũ, iudicandus a dño, Reddet deo pro se rationẽ, nõ eludet ibi p ãbages. Et q̃a ꝓ se q sq; reddet rationẽ, Nõ ergo amplius, Sicut hactenus facim⁹, Inuicẽ iudicemus nos, ex opinione, quasi non vsurpem⁹ nobis. quod ad nos non pertinet, Non repręhendamus ea quę nescimus quo aĩo fiant: vel etiam si aperta sint, nõ ita reprehendamus vt dę sanitate desperemus. In his enim duob⁹

[Margin notes: Ambro. (beside "Per Christũ enim creatura"); B (beside "pro peccato alienata"); C (beside "hoc a simili"); Augu. de ciui. dei. (beside "Nõ ergo amplius")]

temerariũ est iudiciũ.s.cum incertũ est quo animo quidq; D
factũ est. Vel cũ incertũ est qualis futurus sit qui nũc bon[9]
vel mal[9] manifeste apparet, & vel superbia est vel inuidẽ
tia, de his iudicare ꝙ maxime faciunt, qui magis amant
clamare, vituperare q̃ emẽdare & corrigere. Vnde dicit, No
lite iudicare & non iudicabimini, Sed magis iudicate.i.
obseruando discernite quod proficit. vt hoc.s. ne Ponatis
fratribus offendiculũ.i. aliquid vnde pereat frater vestro
exemplo idẽ faciens, vel scandalũ.i. contristationẽ quod
minus est. [Scio & cõfido in dño Iesu, quia nihil cõmu-
ne per ipsum nisi ei qui existimat quid cõmune esse, illi cõ
mune est. Si enim propter cibũ frater tuus contristatur: iã
non secundũ charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ perde- E
re, pro quo Christus mortuus est. Nõ ergo blasphemetur
bonum nostrũ. Nõ est enim regnũ dei esca & potus, sed
iustitia & pax & gaudiũ in spiritu sancto. Qui eñ in hoc
seruire Christo, placet deo, & probatus est hoĩbus Itaq;
quæ pacis sũt sectemur, & q̃ ædificatiõis sunt inuicẽ custo
diamus. Noli ꝓpter escã destruere opus Dei.] Scio &c.
q.d. Dico ne ponatis fratri offendiculũ, non autẽ dico of
fendiculũ vel scandalũ, eo quod cib[9] sit immũd[9], q a Scio
per hoc, Et.i. quia, Confido in dño Iesu.i. per hoc qđ con-
fidentia est mihi in Iesu, qui postq̃ venit absoluit a lege,
Quia nihil est commune.i. immundũ per ipsum.i. per ad
uentũ eius, vel per eius creationẽ. Nota quia cõmune po- F
nit pro immundo, & est tractum a vasis quę ante erãt om
nibus vsibus cõmunia, quorũ quædam postea sacrificiis
dedicata iam non cõmunia, sed sancta dicebant. Vel tra-
Aimo. ctum est a Iudęis, quia ipsi Iudęi dicebant prius propri[9]
populus dei. Alii vero omnes, dicebantur cõmunes & im
mũdi, & ita Iudęi cibos ex lege cõcessos tantum, dicebãt
mundos, quibus autẽ gentes cõmuniter vtebant illos cõ-
munes.i. immundos appellabant, nihil est commune di-
co. Nisi ei qui existimat quid cõmune esse, sed illi pro cõ
scientia qua hoc æstimat, Cõmune est. Vnde dominus in
euangelio ait, Non quod intrat in os coinquinat hominẽ,
Ambro. sed quod procedit ex corde coinqui.h. Qui hoc existimat
est infirmus de quo supradixit, Olus manducet. Dubitan-
do eñ infirmus est, apud istum immundũ est quod putat
nõ edendũ. Si enim.q.d. ideo ne ponas offendiculum vel

A scandalum fratri, quia si propter cibum frater tuus nō dico scandalizatur, sed quod minus est saltem contristatur, iam ex hoc solo patet, quod, Non ambulas secundum charitatem: in quo peccas, scilicet quod non ambulas secundum charitatem. Caue ergo ne contristes cibo tuo fratrem tuum. plus autem caue ne perdas. vnde subdit, Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus tantum quidem fecit, Quod mortu⁹ est, ex cuius morte cognoscitur quantum valeat salus fratris. Debes ergo illum confirmare in bonū non scandalizare, nec pro re friuola facere illi scrupulum: & quandoquidem frater contristatur vel perditur
B cibo tuo, Non ergo blasphemetur bonum nostrum, id est per hoc minimum cætera bona non obfuscētur, quia qui habet opera bona si reprehendatur in te minima bonum suum obfuscat, & incipit bonum ei⁹ blasphemari per malum. Vnde Ezechiel, Iustitia iusti non profecerit ei, si errauerit. Vel, Non blasphemetur bonum vestrum, id est comestio in se bona non sit blasphemabilis, quod est dum alii nocet, & quia nocet, abstine, qa nō est causa regni dei: qd si esset, p nulli⁹ scandalo omitteres. & quod nō sit causa regni dei, dicit sic, Nō enim &c. q. d. ideo abstine, quia esca & potus non est regnū dei, id est horū vsu nō adqrit regnū dei sicut nec amittitur. Nō ēm vsus ciborum sed cō
C cupiscentia est refrenāda. Non enim inter omnino quid alimentorum vel quantum quis accipiat dum modo id faciat, pro congruentia hominū cum qbus viuit, & personę suę, & valetudinis suę necessitate, sed quāta facilitate & serenitate animi careat his, cum vel oportet vel etiā necesse est his carere vt dicere possit, Scio abūdare & penuriam pati, sic iustificatur sapientia a filiis suis, qui intelligunt nec in abstinēdo nec in mādicādo esse iustitiam, sed in ęquanimitate tolerādi inopiā & intēperātia nō se corrūpēdi, p abūdantiā atq; opportune sumēdi vel nō sumēdi. Iustificatur igit sapientia a filiis suis qui intelligūt vtēdis terrenis opportuna tpa debere esse. Facilitatē vero carendi talibus & amorē fruendi æternis, nō variari oportere per tpa, sed perpetuo retinere. Vnde subdit, Sed iustitia. q. d. esca & potus non est causa regni, sed iustitia, vt fratri⁹ facias quod tibi vis, Et pax, id est cōcordia quę est effectus iustitię, Et gaudiū, nō vtiq; in epl'is vt multi solent, Sed in

spiritu sancto.i. de bonis spiritus sancti superbire,sed hu D
militer & grate accipere. Hoc gaudium oritur de frater-
na pace,sicut de desceptatione nascitur ira,vbi nō est spi-
ritus sanctus qui in solis pacificis est,cuius gratia hęc tria
sunt in aliquo,quæ nō in vobis sunt,o Romani Qui enī
q.d. Vere iust itia & pax causa regni est. Qui enī in hoc.s.
in iustitia pac e & gaudio, Seruit Christo, placet deo,qui
hoc præcipit, qui nulli scandalū fecit. Et probatus est ho-
Ambrosi. minibus. Distingue. Placet vtiq; deo,secūdū qđ gaudiū est
in spiritu sancto. Probatus vero habetur hominib⁹,scdm
iustitiā & pacē. Et quia disceptatio discordiā parit: itaque
dimissis temerariis iudiciis, Sectemur quę pacis sunt. non E
discordię. Et custodiamus inuicē.s. Iudæus erga Gentilē,
& Gētilis erga Iudęū. Quæ ædificationis sunt,cū pace do
cēdo alios,vt cæteri ædificent̃,vel iam ædificati cōse ruen-
tur. Noli &c.q.d. hęc sectemur, sed nō destruamus opus
dei. Vel ita iunge, Ideo iterū non debes cū offendiculo fra
tris edere,quia destrueres opus dei. Et noli. Propter escā
sumptā vel nō sumptā, Destruere op⁹ dei.i.fidem & alias
virtutes, & bona quę in his deus operatus est,nō dico pro
pter escā quin munda sit,quia. [Omnia quidē sunt mun
da,sed malū est homini qui per offendiculū māducat. Bo
num est non māducare carnē, & non bibere vinū,neq; in
quo frater tuus offenditur aut scandalizat̃ aut infirmatur F
Tu fidem habes? penes temetipsum habe corā deo. Bea
tus qui non iudicat seipsum in eo quod probat. Qui autē
discernit si māducauerit,dānatus est,quia nō ex fide. Om
ne aūt quod est ex fide,peccatū est.] Omnia, creata qui-
Ambro. dem, Munda sunt,quia vt in Genesi legitur,oīa fecit deus
valde bona, Sed malū est homini, qui māducat per offen
Augu. sup diculū,aliorū,quanto magis dei. Vt Adā pomū, Esau len-
Ioannē. tem, Iudęi carnes in deserto. Dei enim nō parua in Isra
elitis erat offensio,repudiare quod dabat sapiētia, & mur
murare,quia id deerat in quod inhiabat cōcupiscētia, fa-
stidiebant quippe qđ habebant, & quod nō habebant im
pudenter petebāt. Petierunt culpabili concupiscētia quod
malo suo impetrauerunt,cōcupierūt carnib⁹ vesci quibus
pluebatur manna de cælo,vt sciremus non dei creaturam
Aug.i.p̄s. esse culpabilem,quia creatura dei oīs bona est: Sed inobe
lxxxiii. dientiā contumacē, & inordinatā cupiditatē: non p̄pter

A porcum, sed propter pomum mortem primus homo inuenit: & Esau primatum suum perdidit non propter gallinam, sed propter lenticulam. Non ergo immunditiam obsonii timeo, sed immūditiā cupiditatis. Scio em̄ Noe omne genus carnis quod cibo esset vsui manducare concessum, Eliam cibo carnis refectum, Ioannem mirabili abstinentia præditum animalibus. i. locustis in escam cedētib⁹ non fuisse polutū, & scio Esau lenticulę concupiscentia deceptū, & Dauid propter aquæ desideriū a seipso reprehensum, & regem nostrum non de carne, sed de pane tentatū Bonum est, q. d. Ab his pro offendiculo debes abstinere, quia etiam ab omni carne & vino, Bonū est tibi, o homo, Non manducare carnem, & nō bibere vinum, neq; aliqd facere, In quo frater tuus ostendit, pturbatus nesciēs, quid Auguft. sup Ioan.

B teneat. i. in quo esset ei causa damnationis. Offenditur. n. quia a fide recta discedit. Aut scandalizatur. i. contristatur Aut infirmatur, vt dubitet, & si nō offenditur. Infirmatur enim qui non recedit, sed dubitare incipit. Tu fidem. q. d hoc bene potes facere, quia de tuo bono nichil perdis, & hoc est, Tu habes fidem, qua credis omnia esse munda & edenda. & hoc, Penes temetipsum. i. in corde, quam. s. nullus auferat. Habe, tātū. Coram deo, non coram abstinente ne ei noceas, vt ita pacem serues cum fratre, quod est vtile apud deum. Ideo istud fac, quia, Beatus, est ille, Qui nō iudicat semet ipsum. i. qui non facit se culpabilem, in eo quod probat. i. in eo quod bonum esse iudicat, nocendo aliis de suo bono. Vel, Beatus est qui non iudicat se in eo quod probat. i. qui nō aliud facit quam quod bonum ęstimat. Ambrosi.

C mat. Beatum ergo dicit qui non aliud facit q̄ quod vtile probat, sed proprio iudicio illum censet fore damnandū qui quod dicit se non debere facere facit Qui aūt q. d. Ille est beatus, sed, Qui discernit, cibos, reputando alios mundos, alios immundos, Si manducauerit cum illa cōsciētia Dānatus est, Verū est quia qui iudicat non edendū & edit, damnatus est. Ipse enim reum se facit, quando id quod inutile sibi asserit facit. Ideo damnatus est, Quia nō, manducat, Ex fide. i. secundum conscientiam. Contra fidem vtiq; edit, qui edendum non credit. Omne autem, etiam si bonū sit in se, Quod non est ex fide, id est quod fit contra fidem vt credamus malum esse, Peccatū est, non tn̄ omne Almo.

quod fit cum fide, bonum est, quia ignorantia quę est ex culpa nocet. Omne igitur quod ad conscientiam pertinet si aliter fiat dicit esse peccatum, q̃uis etiam fiat quod bonū est, si tñ non faciendum credatur, vel sic non faciendū vt fit, peccatum est. Vel ita, conuersus ad fidem Christi q discernit cibos, postea iudicās alios mūdos, alios immūdos, Dānatus est. i. damnationē sibi acquirit, & pręcipuę, si mā ducauerit. Qui nō manducauit ex fide. i. quia infideliter egit nō credens omnia munda esse dubitans in fide & ea comedens quæ immunda putat, & ita non secundum fidē agit. Fides enim nostra vult vt homo agat hoc quod bene intelligit esse agendum, & peccatum est quod aliter fit, q̃ probatum est. Peccat ergo ille qui ad fidem conuersus est in hoc quia cibos discernit, & in hoc maxime si māducat quia non ex fide agit, sed tanq̃ infidelis. Omne autē quod non ex fide, est peccatum. i. omnis infidelium vita peccatum est. quia omnis infideliter viuens vel agens, vehemēter peccat, & nil bonum est sine summo bono, vbi deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falsa virtus etiam in optimis moribus.

D — Aimo. — E — Augusti. I libro sē. Prosperi.

CAPVT XV.



Ebemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere, Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christ⁹ non sibi placuit, sed sicut scriptū est. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quęcūque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt vt per patientiam & consolationem scripturarum, spē habeamus. Deus autē patientię & solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christū, vt vnanimes vno ore honorificetis deum & patrē domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicē, sicut & Christus suscepit vos in honorē dei.] Debemus autē. q.d. infirmus si edit damnatur, sed Nos firmiores debemus, nō puocare, nō contēnere, sed Sustinere. i. pati & erigere, Imbecillitates infirmorū, cū illi nō possint se ad nos erigere. Et debem⁹, nō nobis placere. i. nō nostrę volūtati obedire. i. nō quod nobis uñ placeat vēdicare, sed quod fratri, qa inuicem curam agere debemus. Ille dicitur sibi placere q

F

ita facit quod sibi bonum videtur, vt nō curet, siue placeat. Ambrosi.
siue non placeat proximo, quod non conuenit. sed potius
vnusquisque nostrum charitati studens, Placeat. i. placere
curet, Proximo suo. i. omni homini nō in malum, sed in
bonum. i. ad id quod vtile est. Ad ædificationem. Et ve-
re non debemus nobis placere, Et enim Christus non
sibi placuit. i. quod non placeret carni fecit sicut ipse dicit Aimo,
in euangelio, Non veni facere voluntatem meam, sed e-
ius qui misit me, Nō sibi placuit dico sed deo patri. Sicut
scriptum est, in psal. Improperia psalmographus ex per-
sona Saluatoris verba facit deo patri dicens, Improperia,
vel detractiones Iudęorū improperantiū tibi in me o pa-
ter, Ceciderūt super me. i. causa fuerunt oppressionis meę
i. cum facerem voluntatem tuam o deus, in hoc quia eieci
B malos de tēplo quod fecerunt speluncam latronum, & in
omnibus aliis Iudęi mihi improperia ingesserunt, quia di
xerunt me peccare in te, qui potius me nō recipiendo quē
misisti exprobrauerūt te, & peccauerunt in te. non recipiē
do me, & ideo me occiderūt, quasi peccātem in deum, &
sic peccata peccantium in deū, ceciderunt super Christū,
quia innocens a peccatoribus occidit quasi blasphemus.
Quęcūq; em̄ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta
sunt. quasi quis quæreret, qd hęc ad nos ꝑtinēt, q̄ de Chri
sto dicis? Respondet, multum ad nos pertinent. Quęcūq;
em̄ scripta sunt, de Christo in diuinis libris vnde dicit su Augu.
pra scriptum est, Ad nostram doctrinam scripta sunt,
Christi em̄ vita, & vitę nostræ, & morum est disciplina:
deinde subiūgit vtilitatem diuinę lectionis dicens, Vt per
C patientiam & consolationem scripturarū spē habeamus
i. per ea scripta doceamur pati pro proximis, & console-
mur in ea per exemplum Christi, & ita speremus quod
Christus accepit. Deus autem. q. d. scriptura sacra est ad
doctrinam per quam patientia & solatium habetur, sed
de⁹ qui est dator Patientię & solatii det vobis sapere idip-
sum. i. indifferēter. Et hoc In alterutrum scilicet vt quod
vnus sentit alter sentiat & hoc non præter Christum, sed
Secundum Iesum Christum, vt secundum doctrinam
Christi sapiatis, Vt vnanimes, id est eadem volunta-
te, Et vno ore, id est eadem vocis confessione, Honorifi-
cetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. i. hono-

rificetis eũ qui est de⁹ essentia,qui & creator est, & qui pa D
ter Christi natura,& nr̃i gr̃a,qui beneuolus apparet Christũ mittẽdo. Quia ergo creator est,& qa bñuolus,honorificate eũ idẽ sapiẽdo.q.d.nisi idẽ sapiatis, deum honorare nõ poteritis Propter qđ.s.vt deũ honoretis, Suscipite inuicẽ,infirmos. Sicut & Christus suscepit vos.i.infirmos, In honorẽ dei.i.vt faceret vos immortales. [Dico enim Christũ Iesum,ministrũ fuisse circuncisiõis propter veritatẽ dei ad cõfirmãdas promissiões patrum, gẽtes aũt sup mia honorare deũ:sicut scriptum est,Propterea cõfitebor tibi in gẽtibus dñe,& nomini tuo cãtabo. Et iterum dicit, Lętamini gẽtes cum plebe eius.Et iterum,Laudate oẽs gẽtes dñm,& magnificate eum oẽs populi. Et rursus Esaias ait,Erit radix Iesse,& qui exurget regere gẽtes,in eum gẽ E
tes sperabunt. Deus autẽ spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in spe & virtute spirit⁹ sancti.Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione,repleti omni sciẽtia ita vt possitis alterutrum monere.] Dico enĩ. Vere Christus suscepit infirmos,quia Iudęos & gentes . Iudęos vtique ita suscepit,vt esset minister eorũ.i. apostolus & prędicator eorũ,& hoc est quod ait, Dico enim Christum fuisse ministrum.i apostolũ & prędicatorẽ. Circuncisionis.i.
Ambrosi⁹ Iudęorum ad quos corporaliter venit:sicut ipse dixit, Nõ sum missus nisi ad oues quę per.d.I.s.i. Christus minister fuit Iudęorum, & hoc propter veritatem dei.s. Ad confirmandas promissiones patrũ.i.vt verus esset.i.vt se esse veracem ostenderet promissis,& compleret in promissa pa- E
tribus Iudęorum,promiserat enĩ Abrahæ. In semine tuo benedicentur omnes gentes,Et Dauid,De fructu ventris tui,ponam super sedem tuam. Et item dixit,Orietur stella ex Iacob. Ecce ex his patet quia nõ reppulit deus Iudæos quibus proprie veritas exhibita est,gentibus vero misericordia pstita est,qbus nulla promissio facta erat. Impleta ergo est veritas dei in Israelitis qui crediderunt. Venitvn⁹ paries ex circũcisione applicans se ad lapidẽ angularẽ,sed ille lapis angulum non faceret,nisi in se parietẽ aliũ susciperc,Ille itaq; paries,tanq̃ pertinet ad veritatẽ,ille vero ali⁹ ad misericordiam. vnde subdit,Gentes autem.q.d.nõ modo Iudęos Christus assumpsit ,ppter veritatem, sed &

A gentes sumpsit propter misericordiã. & ideo dico gentes, Debere honorare deum super. i. de Misericordia, qua eas non pro eis missus, nec ad eas missus suscepit, & velut oues adduxit. Hoc autẽ testimonio prophetico probat subdẽs. Sicut scriptùm est ĩ psal. cuius authoritate cõfirmat de gẽtibus quod assumptę sunt de quibus minus videretur, Propter hoc, vl. Propterea cõfitebor tibi ĩ gẽtib⁹. i. faciã tibi cõfitẽtes de gẽtib⁹. Cõfessio autẽ nõ tãtũ peccatorũ est, sed & laudis dei. Et nomini tuo cãtabo. i. faciã cãtates tibi cãticũ nouum, & cum lętitia te laudantes. Et iterum: Esaias dicit, Letamini o gentes, qa assumptę estis, vt sitis vnum ouile, Cum plebe eius. id est cum Iudæis. Quia cum eis vnum estis. Et iterum Dauid dicit, Laudate omnes gentes dominum. & laudantibus omnib⁹ gentibus deũ. Omnes popu- Ambro.
B li scilicet duodecim tribus, Magnificate eum, qui auxit numerum plebis suæ gentibus adiectis. Et rursus, Esaias, qd dam ad idem pertinẽs, ait, Iesse, qui fuit pater Dauid: q & Esai dictus est, Erit radix. Dauid arbor fuit, quæ p ramum id est Mariam fecit fructũ Christũ, qa Maria genuit Christum, dico quod Iesse erit radix, & ex hac radice erit ille, Qui exurget, a morte, Regere gentes, per fidem & opera bona, Et ideo Gentes sperabunt in eũ. Deus autẽ spei. q.d. moneo vos inuicem suscipere, Deus autẽ, dator, Spei. Aimo. i. q dat spem, vel Deus spei. i. in quo speramus, Repleat vos omni gaudio, spirituali, vt nec vn⁹ vestrum doleat, sicut solebatis dolere in lite. Et, vt possitis gaudere, repleat vos, Pace, habita, In credendo. i. est det vobis pacem. i. concor
C diam adinuicem. & hoc vtiq erit si sit sana fides, Vt abũdetis. q.d. hæc prędicta det vobis deus, vt p ista habita abundetis, In spe. i. certiores sitis de ęterna beatitudine. Et abundetis in virtute spiritus sancti. i. in fortitudine bonæ operationis quæ datur per spiritum sanctum. Certus sum autem, vel, Enim, Ne videretur intelligere Apostolus oẽs esse discordes, & ad corrigendũ insipientes, remouet hoc quod ideo incipit, vt ammoneat perfectiores de correctione minorum. & inde proponit se exemplum qui laborat de aliis, & opus est vt isti hæc faciant cum ipse aliis impeditus ad eos venire non possit quasi dicat & si ita moneo vos suscipere inuicem, non tamen omnes indigetis hac ammonitione. Certus sũ enim &c, vel

si est in littera, Autē, sic iunge, Moneo vos suscipere, sed D
tñ. Et ego ipse, q ita loquor, Cert⁹ sum, de vobis o fratres
mei, de hoc, Quoniam, & vos, Ipsi, non solū ego, Pleni
estis dilectione, qua velitis bonum. & repleti, Sciētia, qua
possitis cognoscere, Omni. s. veteris & nouæ legis. Ita re
pleti estis his duobus, Vt possitis, nisi culpa vestra rema-
Ambrosi. neat, Monere vos, vt non dicam, docere, Alterutrum. i. vi-
cissim alter alterum. Nota, quia per hanc laudem prouo-
cat eos ad meliora more exhortantis. Qui enim videt se
laudari, laborat vt vera sint quæ dicuntur. Vnde nec dicit
eos se docere sed monere. i. nō dicit vt se doceant, sed mo-
neant, quasi quod sciatur, sed subterfugit animo, hoc eñ
solet moneri, quod cum sciatur aliquādo, subterfugit ani-
mo aut negligenter habetur. [Audacius autem scripsi vo E
bis fratres ex parte, tanq̄ in memoriam vos reducens pro
pter gratiā quæ est data mihi a deo, vt sim minister Chri-
sti Iesu in gentibus sanctificans euangelium dei, vt fiat o-
blatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto.
Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non eñ
audeo aliquid loqui eorum quę per me non efficit Chri-
stus in obedientiam gentium in verbo & factis, in virtute
signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti. ita vt
ab Hierusalem per circuitum vsq; ad Illyricū repleuerim
euāgeliū Christi, Sic autē p̄dicaui euangeliū hoc, nō vbi no
minatus est Christus, ne super alienum fundamentum æ-
dificarem. sed sicut scriptum est, Quoniam quibus nō est
annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt de eo F
intelligent. Propter quod & impediebar plurimum veni
re ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc.] Audacius au
tem. q. d. Pleni estis dilectione & scientia, sed tamen & si
pleni sitis. Audacius. i. aliquantulum audacter. Scripsi vo-
bis o fratres, dico ex parte, Perfectorum. i. perfectis omni
Aimo. bus. nam quantum ad alios non esset audacia. Vel scripsi
Ex parte. s. ecclesię dei, vel, Ex parte. s. epistolę. Scripsi di-
co, nō quasi putans vos insipiētes, sed, Tanq̄ reducēs vos
in memoriā. i. quasi faciens vos memores, quid agere de-
beatis. In quo eos quasi oblitos latēter arguit. dico q̄ scripsi
vobis audacter, sed nō temere, qa hoc ad me ptinet, ppter
gratiā Quæ data est mihi. i. propter apostolatū mihi datū

A A deo.q.d.pro officio meo omittere nō potui,data est mihi dico gratia ad hoc,vt sim minister Christi Iesu,quæ. s. ipse non alius instruit. Minister dico, In gētibus. Nū ergo temere scribit eis,sed Apostolus gentium audet omnibus gentibus scribere, authoritate sibi data per gratiā dei.ego dico,Sanctificans.i.sanctum esse ostendēs,& cōfirmans, Euāgelium dei,bona operatione & miraculis. Vt oblatio gentiū fiat accepta,deo. Et sanctificata.i.vt gentes quas offero sint acceptę deo,fidei perfectione:& sanctificatę bona operatiōe,& hoc in spiritu sancto,cui⁹ gratia est fides, & bonū opus,& quia ita ago,Habeo igitur gloriā.i.meritū dignū gloria,sic & vos si de fatribus laboratis.gloriam dico referendā,Ad deū in Christo Iesu,id per Christū Iesum,cuius gratia hoc ago.habeo dico gloriā,& recte,Nō Ambrosi.

B enim audeo,vt pseudo,Loqui aliquid eorū quę per me nō efficit Christus.i.ea loquor tantū quæ per me. i. ministerio meo Christus efficit. In obedientiam gentiū.i.vt gētes obediant euangelio. Hoc ideo dicit Apostolus vt nil minus se posse probet q̄ Apostoli qui cū Christo fuerunt,nec aliquid minus inter gentes virtutū operatū esse. Efficit dico, Verbo & factis,etiā virtute signorū minorū,& prodigiorū maiorū.i.per prędicationē meā,& bonā operationē,& per potentiā maiorū & minorū miraculorum, Factorum in virtute,spiritus sancti, qui in me talia operatur, quo in me operante,ita laboraui vt repleuerim.i.plene prædicauerim,Euangeliū Christi per circuitum.i. circūquaq;,Ab Hierusalē vsq; ad Illyricū,mare,in quo magna spirit⁹ sancti virt⁹ apparet,q̄ tot gētes per me Euangeliū receperūt. Ambrosi.

C Hoc aūt euangeliū p̄dicaui sic.i.in tali loco vbi nō est noiatus Christ⁹ a pseudo aplis quare? Ne ædificarē sup alienū fundamentū. Si eñ aliud facerē,hoc inde cōtingeret, Q̄d ędificarē super alienū fundamētū.i. sup doctrinā a Pseudoapostolis traditā. Nō sine causa Apostolus hoc fecit,qa sciebat pseudoapostolos aliter q̄ oportebat Christū tradere,& sub nomine Christi falsa docere, quod postea corrigere maximi laboris erat: ideo sollicit⁹ erat p̄uenire pseudo,& veritatē integre tradere,vbi nōdū noiat⁹ erat Christ⁹,vt integra linea,& superficies ordinata,incolume fundamenti robur exhiberet.q̄d testimonio prophetæ probat subdēs,Sicut scriptū est. Vel p̄ bonis Apostolis hoc dicit. Ambrosi.

Sicut aūt prędicaui, & hoc non vbi nominatus est Chri- D
st⁹, ab aliis apostolis. Quare? Ne ædificarem super alienū fundamentū. i. ne prædicarē iam per alios conuersis: non ꝙ hoc nō facerē si cōtigisset, sed malebā iacere fūdamētū fidei vbi nō erat, q̄ super aliorum prędicationē. Hoc autē ꝓphetico testimonio cōfirmat dicēs, Sicut scriptū est. q. d. ita hoc feci, Sicut scriptum est, in Esaia. quoniam, Quibus nō est prius annūciatū de eo. i. de Christo, ipsi Videbūt. i. credent: Et qui nō audierūt prius alicui⁹ p̄dicationē, Intelligēt, meā p̄dicationē esse verā. Vt. n. ver⁹ esset & inuiolabilis de verbo dei intellectus, festinauit Apostol⁹ gētes veritate imbuere. Propter quod. s. quia tot prędicaui: impediebar plurimū venire ad vos, sicut & in initio epistolę dixit, Quia sępe (inquit) proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsq; adhuc: quod nūc absoluit, ostēdens qua causa E
sit impedit⁹, vt. s. excluderet pseudoapostolorum praua cōmenta. Deniq; postq̄ omnibus in circuitu prædicauit, vacare sibi dicit venire Romā qđ olim optauerat, venturū tñ se p tēpore ꝓmittit, quo in hispaniā erat itur⁹, ita subdēs, [Nūc vero vlterius locū nō habēs in his regionib⁹, cupiditatem autē habēs veniendi ad vos ex multis iam p̄cedētibus annis, cū in Hispaniā ꝓficisci cœpero, spero ꝙ prætериēs videam vos, & a vobis deducar illuc, si vobis primū ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerūt. n. Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalē. Placuit. n. eis & debitores sunt eorum. Nam si spiritualiū eorū participes facti sunt gentiles, debēt in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cū consummauero & assignauero eis fructū hunc, per vos proficiscar in Hispaniā. Scio aūt quoniā veniēs ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniā. Obsecro ergo vos fratres, per dominū nostrū Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad deū, vt liberer ab infidelib⁹ qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierusalē sanctis, vt veniā ad vos in gaudio per voluntatē dei, vt refrigerer vobiscū. Deus aūt pacis sit cum omnibus vobis. Amen.] F

Ambrosi.

Nunc vero vlterius non habēs locum. i. causam morādi in his regionibus. Cupiditatē autem veniendi ad vos ha-

A bens ex multis iam precedentibus annis, cum cœpi profi- Ambrosi.
cisci in Hispaniã, hoc ideo dicit, quia & hos preoccupare
festinat, & quia ad illos difficile iter fuerit pseudoaposto-
lis, iã tardare licuit, cũ inquã illuc proficisci cœpero. Spe-
ro. q. d. ex me nihil possum, sed in misericordia, Spero, qd
videam vos, sed, Præteriens, quia non indigetis longa mo
ra, sed interim vos preparetis ne me a cæteris retardetis.
Videam vos dico, Et a vobis deducar illuc. s. in Hispaniã,
Si, tamen, Vobis primum fruitus fuero, i. de fructu vestro
lætatus, ex parte, illa quæ modo discors est. Vel, Ex parte,
temporis, id est, aliquandiu, & quia hic non habeo locum,
& vos videre desidero. Igitur nunc, id est, indilate, Profi- August.
ciscar in Hierusalem ministrare sanctis, qui omnium re- August.
rum venditarum precia posuerunt ante pedes Apostolo- Ambro.
B rum, & passi sunt a contribulibus suis. De his communis
cura erat omnibus apostolis. Proficiscar ministrare, Pro-
bauerunt enim, non eos coegi, Macedones, & Achaici vel
Achæi. vel Macedonia & Achia collationẽ facere aliquã
in pauperes sanctorũ, qui sunt in Hierusalẽ. Hi totos dede
runt se diuinis obsequiis nil mundanũ curantes, exemplũ
bonæ conuersationis præbebant credentibus. Istis inter-
dum fecerãt Achaici & Macedones collectam: per quam Ambro.
rẽ ad huiusmodi opera Romanos Apostolus inuitat, quia
per misericordiã dei viuit, & iustificatus est, pius debet esse
causa fratris Placuit. q. d. bene dico probauerũt. Placuit. n.
illis: Et, etiam, debitores esse eorum, Adeo vult apostolus Ambro.
eos esse misericordes, vt & hoc deberi dicat ab eo qui mi
sericordiam expectat, & vere sunt debitores, Nam si gen-
C tiles facti sunt participes spiritualium. i. p̃dicationis & sa-
cramentorũ eorum. i. Iudæorum qui miserunt eis prædica
dicatores ab Hierosolymis, Debẽt, vtiq;, Et ipsi ministrare
eis in carnalibus. i. Iudæis. Hoc igitur. q. d. Quia illis hoc
placuit. s. facere communionem sanctis, qui sunt in Hieru
salem, Igitur cum cõsummauero hoc. i. cum pfecero opus
ministratiõis, & assignauero eis. i. sub signo cuiusq; eccle-
siç, ostendero eis Fructum hunc, proficiscar, in Hispaniã,
& hoc, Per vos, & ideo interi corrigite vos. Scio aũt. q. d. Aimo.
per vos transibo, sed tamen scio certus de gratia dei. Q m̃
iam diu veniens, voto, ad vos, tandem, Veniam, re ipsa. &
hoc, In abũdantia benedictionis Christi, id est, ita quod

vobis multũ prodero per benedictionẽ Christi. Hęc aũt D
benedictio est virtus signorũ qua confirmati sunt. Et quia
vẽtur⁹ sum, Obsecro igiť vos fratres per dñm nřm Iesum
Christum.i.si eum diligitis, Et per charitatem spiritusſan
cti.i.si in vobis est charitas quam facit spiritus sanct⁹ ha-
Ambrosi. bere, Vt adiuuetis me in orationibus vestris, directis, Ad
deũ.i.p oratiões vřas ad deũ factas. Nõ ideo hoc dicit apo
stolus, quia ipse minus mereatur q̃ illi minores, sed ordi-
nem sequitur, & ab ecclesia pro rectore suo fiat oratio. Et
bene vtiq; rogat apostolus minores pro se orare. Multi.n.
minimi dũ cõgregãtur vnanimes, fiũt magni, & multorũ
preces impossibile est vt nõ impetrẽt. Si ergo cupiũt eum
videre, orẽt vt liberatũ eũ recipiãt cũ gaudio charitatis. Vñ
subdit, Vt liberer.q.d.obsecro vt iuuetis me in orationib⁹.
Ambrosi. in hoc.s.oretis pro me, Vt liberer, ab infidelibus, qui sunt E
in iudęa, ne qđ defero auferãt. Et ita oblatio obsequi mei.i.
mihi iniũcti, Fiat accepta.q.d.sufficiẽs, nõ diminuta, San
ctis qui sunt ĩ Hierusalẽ. Vel, Fiat illis oblatio accepta, vt
illi intellecta charitate apostoli erga seipsos, cũ illo vnani-
mes deo gřas agãt. Magn⁹.n.pfect⁹ est ei, cui⁹ ministerio
multi facti lęti deũ laudãt. Orate ita fieri, Vt, hoc facto, ve
niã ad vos in gaudio per volũtatẽ dei. hoc dicit vt ostẽdat
oĩa cũ dei volũtate se agere. Et refrigerer vobiscũ, qđ erit
illis pacatis. De⁹ aũt pacis.q.d.vẽturũ me spero advos: sed
siue veniã siue nõ, De⁹ pacis sit cum oĩb⁹ vobis. De⁹ pacis
Christ⁹ est q ait, Pacẽ meã do vobis, pacẽ relinquo vobis:
qui cũ suis est vsq; ad consummationẽ seculi, sicut ipse ait,
Vobiscũ sum oĩb⁹ dieb⁹ vsq; ad cõsummationẽ seculi, ita
cũ istis cupit eũ apřs eẽ. Amẽ, qđ ẽ cõfirmatio sui desiderii F

CAPVT XVI.


Ommendo aũt vobis Pheben sororẽ nostrã, quę est in ministerio ecclesię, quæ est in Cenchris, vt eam suscipiatis in dño digne sanctis, & astistatis ei in quocũq; negotio vestri indiguerit. Etenĩ ipsa quoq; astitit multis, & mihiipsi. Salutate Priscam & Aquilã adiutores meos in christo Iesu (qui pro anima mea suas ceruices supposuerũt, quib⁹ nõ solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesię gentiũ) & domesti-

A cā ecclesiā eorū. Salutate Ephenetū dilectū mihi, q̄ est primitiu⁹ Asiæ in Christo Iesu. Salutate Mariā quæ multū laborauit in vobis. Salutate Andronicū & Iuliam cognatos & cōcaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerūt in Christo. Saluuate Ampliatū dilectū mihi in domino. Salutate Vrbanū adiutorē nostrū in Christo Iesu, & Stachyn dilectū meū. Salutate appellē probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo, Salutate Herodionē cognatū meū. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo: qui sunt in domino. Salutate Tryphænā & Tryphosam, q̄ laborāt in dn̄o. Salutate Persidā charissimā, q̄ multū laborauit in dn̄o. Salutate Rufum electū in dn̄o: & matrē ei⁹ & meā. Salutate Asyneretū, Phlegontā, Hermen, Patrobā, Hermam, & qui cū eis sunt fratres. Sa-
B lutate Philologū & Iuliā, Nereū, & sororē eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos oēs ecclesiæ Christi.]

Commendo vobis, id est commendabilem vobis ostendo Pheben sororem nostram vel meam, in fide, quæ est in ministerio ecclesię, quę est Cenchris, Phebe ditissima mulier fuit, & nobilissima, quę ecclesiam in loco quæ dicitur Cenchris sustentabat sua substātia, ea vero tunc temporis pro aliquo negocio Romam profecta est per quā forsan hanc epistolam misit. Commendo, dico. Vt suscipiatis eā in domino, vel pro domino, digne sanctis, vt dignum est sanctos suscipere. vel sicut quidam codices habent, Suscipiatis digne satis. i. valde honeste, & honorifice. Et assistatis ei, id est, auxiliemini ei, In quocunq; negotio indigue-
C rit vestri. Et iustū est, Etenim ipsa quoq; astitit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscam, vel Priscellā. Prisca enim ipsa est quæ & priscella vocabatur in Actibus Apostolorū. Priscellam & Aquilā adiutores meos in Christo Iesu, id est, in prædicatione Christi Iesu. Aquila vir Priscellæ fuit, qui coadiutores Apostoli fuerunt, & Romam non ociose, sed ad confirmationem Romanorum venerant: sic & omnes alii quos salutat hic, Romæ fuisse intelliguntur. Hos autem iterum laudat, vt pericula pro eo pati non abnuisse dicat, subdēs. Qui pro, anima mea. i. vita liberāda, Supposuerūt suas ceruices gladio, in ministrādo mihi. Quib⁹ non ego solus gratias ago, sed & cunctę ecclesiæ gentium, quia hi

Aimo.

Ambrosi.

laborant ad profectũ gentiũ, exhortantes fidẽ Christi qui D
pericula pro Apostolo pati nõ recusauerunt. vnde & Romani eis obedire debent. Et salutate domesticã ecclesiã. i. familiã eorũ. Salutate ephenetũ dilectũ meũ, qui pmitius est Asiæ in Christo. i. qui primus in Asia credidit in Christum.

Ambro. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis, quæ impensius laborauit ad exhortationem eorũ, quæ discordiam pertulit ad Apostolum. Salutate Andronicũ & Iuliam cognatos meos, quia Iudęi sunt. Et cõcaptiuos, qa

Aimo. causa fidei passi sunt captiuitatem. Spiritualiter quoq; co-

August. gnati sunt, quia spiritu apostolo erant coniuncti, & spiritualiter concaptiui: secundũ illud, Quãdiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Qui sunt nobiles in Apostolis. i. in prędicatoribus. i. famosi inter pdicatores, Qui & añ me fuerũt in Chřo. i. in fide Christi. Salutate Ampliatũ E
dilectissimũ mihi in dño. Iste amicus erat aplo in dño, sed nõ cõcaptiuus. Salutate Vrbanũ adiutorẽ nřm i Christo. i. q operis particeps, & socius mihi est, & aliis in exhortatiõe

Ambrosi. fidei. Stachyn dilectum meum, qui amicus meus proprius est, & si non adiutor & particeps operis. Salutate Appellẽ probũ. i. probatum in Christo, per tentationes em̃ iste in-

Ambro. uentus est fidelis in Christo quẽ salutat, & si nõ amicus esset vel particeps operis. Sautate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Aristobolus ille solebat congregare fratres in Christo, quos salutat apostolus adeo probãs factũ illius. Salutate

Ambro. Herodionẽ cognatũ meũ. Salutate eos q sunt ex Narcissi

Ambro. domo. Narcissus iste dicitur fuisse presbyter, sicut legitur in aliis codicibus, qui peregrinando confirmabat sanctos G
fratres, quia qui tũc pręsens nõ aderat suos salutat Apostolus, & quia nõ omniũ illorũ merita nouerat, discernit sub-

[illegible] dens, Qui sunt in dño. i. eos quos dignos videritis, qa nõ omnes digni erãt. Salutate tryphenã & Tryphosam, quæ laborãt in dño. s. in ministerio sctõrũ, & in angustiis. Sa-

Ambro. lutate Persidã charissimã meã, q̃ multũ. s. plus q̃ pdictę, Laborauerũt in dño. Labor est hic & in exhortatiõe & i ministerio sanctorũ, & in pssura, & in egestate propter Christum. Salutate Rufum electũ in dño, quia promotus erat ad

Aimo. res dñi agendas. s. ad sacerdotiũ. Et matem eius, carne.

Aimo Et meam, beneficiis, Pro sanctitate eius vocat eam Apostolus matrẽ suã, cui filiũ præponit pro ecclesiastico officio

A Salutate Asyneretũ, Phlegontã, Hermen, Patrobã, Herman, & qui cũ eis sunt fratres. Hos oẽs simul salutat, quia sciebat eos esse iũctos in chr̃iana amicitia. Salutate Philologũ, Iuliã, Nereũ, & sororẽ eius, & Olympiadẽ, & oẽs q cũ eis sunt sanctos. Hi oẽs simul vnanimes erãt, & ideo simul salutat eos. Salutate oẽs vos inuicẽ, in osculo sancto. Omnes quibus scribit, & quos noiat iubet salutare se inuicẽ in osculo sancto. i. in pace Christi, vt religiosa sint oscula nõ carnalia. Salutãt vos. o. ec. horũ locorũ, ecclesię, dico Chr̃i. i. quę in Chr̃o cõfidunt nõ in ali[illegible] [Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiões & offendicula pręter doctrinã quã vos didicistis faciunt, & declinate B ab illis. Huiusmodi em̃ Chr̃o dño nostro nõ seruiunt, sed suo vẽtri, & per dulces sermones & bñdictiones seducũt corda innocentiũ. Vestra em̃ obediẽtia in oĩ loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus aũt pacis cõterat Satanã sub pedibus vestris velociter. Gratia dñi nostri Iesu Christi vobiscũ. Salutat vos Timotheꝰ adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei. Saluato vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersa ecclesia Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis. & Quartus frater, Gratia dñi nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.] Rogo aũt C q. d. Hos pdictos salutate, & imitamini. Hos aũt alios vitate. & hoc, Rogo vos. o Fratres, vt obseruetis. i. discernatis, Eos qui faciunt dissensiones & offendicula. i. qui faciũt vos dissentire, & offendere inuicẽ. Illos dico docẽtes, Pręter doctrinã quã didicistis, a veris Apl̃is: quia illi de lege agebãt, q a cogebãt credẽtes iudaizare. In hoc, pseudo apostolos tãgit, quos in tota epistola cauẽdos esse monet Obseruetis dico, Et declinate ab illis, etiã debetis, Huiusmodi enim, homines, nõ seruiũt Christo domino nostro sed suo ventri. Aliis enim adulantur, & aliis detrahunt vt possint suum ventrem implere. Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Compositis enim verbis suam traditionem commendabant, quibus simplicium corda decipiebant. Vestra enim, quasi dicat Ideo moneo vos vitare illos, quia fides vestra & obediẽtia vbique laudatur. & hoc est, Vestra enim obedientia di

Ambrosi.
Ambro.
Ambro.
Ambro.
Aimo.

uulgata est in omni loco,qa estis in capite mũdi,& sic ex D
emplo vestro iam possunt,alii corrumpi. Vel,Rogo vos vi
tare,& secure,quia Obedientia vestra.i. facilitas obediẽ
tię vestrę,Diuulgare est in omni loco, vbiq; eñ notũ est,
quia leuiter obedisti,quod bonũ est,& inde gaudeo,vnde
subdit,Gaudeo igit̃ in vobis,sed volo vos eẽ.i.vt vos sitis,
Sapientes in bono discernẽdo, Et sitis Simplices in malo
.i.sine aliqua parte mali. Deus aũt.q.d. Volo vt sitis sapiẽ
tes. Deus aũt,dator,Pacis.s.Christus,Cõterat Satan.i.fal
sos p̃dicatores, quẽlibet vobis aduersantẽ hominẽ vel dia
Ambro. bolũ. Sub pedib⁹ vestris,vt.s.vos lędere nõ valeat:sed po
ti⁹ si diabol⁹ est,cõteratis caput ei⁹,sicut Euę dictũ est,in fi
gura ecclesię vel sensualitatis.i. primos mot⁹ suggestionũ
eius cõtemnatis. Et hoc faciet Velociter.s.in aduẽtu meo.
August. qđ vt fiat,Gratia dñi nostri Iesu Christi sit vobiscũ. Vel, E
Ambro. interim aũt,Gratia dñi &c. Gratiã quã ꝑmissit in aduẽtu
suo iã optat eis,Salutat vos Timothe⁹ adiutor meus,qui
est quasi co episcop⁹: Et Luci⁹,& Iason, & Sosipater.q.d.
his estis curę:qui Cognati mei,sunt genere vel fide. Ecce
tot & tãti cõgaudẽt cœpto vestro,& ideo perseuerare vos
decet. Saluto vos ego Tertius,noĩe non nũero. Qui scrip
si epistolã in dño. Iste Tertius erat notarius Ap̃li, cui cõ
cessit sub noĩe suo salutare. Salutat vos Caius hospes me⁹
Hic est ille cui Ioãnes scripsit ĩ epistola canonica gaudẽs
quia fratribus his sũptus ministrabat. Et vniuersa ecclesia
Supradixerat oẽs ecclesias salutare illos, & hic dicit vni
uersã ecclesiã salutare illos, quod puto nõ ociose dictum,
vel superflue, nil enim tãtus vir superfluũ posuit: sed hic
Aimo. dicit ecclesiã alterius prouinciæ vnde Caius erat. Salutat F
vos Erastus arcarius ciuitatis,Atheniensiũ. Arcarius dici
tur ab arce.q.d. princeps. vel potius dicitur ab arca, quia
præerat arcæ,vbi ponebantur census tributorum & vecti
galiũ.vł dispẽsator ciuitatis. Et Quart⁹ frater. Quart⁹ ꝓ
prium nomen est sicut & Terti⁹. Gratia.q.d. Isti hoc mõ
salutãt vos,Gratia dñi &c. Vel,hi prædicti salutãt vos, &
ego ipse subscribo propria manu,Gratia dñi sit oĩbus vo
bis. Amẽ. [Ei aũt qui potens est vos cõfirmare iuxta euã
gelium meũ & prædicationẽ Iesu Christi,scđm reuelatio
nẽ mysterii tẽporibus æternis taciti,qđ nunc patefactũ est
per scripturas prophetarũ secundũ præceptum æterni de i

A ad obeditionē fidei in cunctis gentibus cogniti, soli sapiē ti deo per Iesum Christū. cui honor & gloria in secula se lorū. Amē.] Ei aūt. q. d. Ego sic moneo vos. Ei aūt. i. deo trinitati, Qui potēs est vos cōfirmare in fide perfecta, sit Honor & gloria, a quo solo oīa bona sūt. In quo epistolæ notat̄ summa, qa hoc principaliter intendit Apostolus, illos monere, vt oīa gratiæ dei attribuāt. Dico qui potēs est cōfirmare vos. & hoc, Iuxta euangeliū meū, a quo nō discordat prędicatio Christi. vnde subdit, Et secundū prę dicationē Iesu Christi qđ euangeliū, quæ etiā prædicatio est. Scđm reuelationē mysterii taciti æternis tēporibus. i. scđm qđ reuelatū est mihi de occulto dei cōsilio, & ab ęter no tacito. Aeterna eñ tēpora dicit quę pręcesserūt mundi exordiū. Vel, qđ Euangeliū est secundū reuelationē miste

B rii taciti ęternis tēporibus. i. reuelat ipsū mysteriū tacitū a mundi exordio. Mysteriū dicit incarnationē Christi & cę tera talia, q̄ ęternis tēporib⁹ erāt abscōdita. qa licet ex ali qua parte antiqs patrib⁹ cognita fuissent, plene tñ a nullo fuerū pręscita, quousq; suo tpe per Iesū Chrm sūt reuelata scripturis ꝓphetarū ab eo reseratis, testimonium dātibus huic prædicationi, & hoc est qđ dicit, Qđ, mysteriū Pate factū est, a Christo, Per scripturas ꝓphetarū, reseratas ab eo. Patefactū est dico, & hoc, Scđm p̄ceptū. i. dispensationē, Aeterni dei, q ab ęterno hoc ordinauit. q. d. nō est fictū Solus de⁹ ꝓprie ætern⁹ dicit̄. Dicitur aūt & ignis ęternus & pœna ęterna, sed non sicut deus dicitur ęternus. Ignis enim dicitur ęternus, eo quod sine fine sit: nō est tñ sine

C initio, Deus autē etiam sine initio. Illa est ergo vera æternitas, q̄ est vera imortalitas. Hęc est illa summa incōmuta bilitas, quā solus deus habet q immutari oīno nō potest. Aliud est eñ aliqd nō mutari cū possit mutari: aliud autē nō posse ꝓrsus mutari. Sicut ergo dicit̄ hō bonus non tñ sicut de⁹ de quo dictū est, Nemo bon⁹ nisi sol⁹ de⁹: & sicut dicit̄ aīa immortalis, nō tñ sicut deus, de quo dictū est, Sol⁹ habet immortalitatē. Et sicut hō dicit̄ sapiēs, non tñ sicut de⁹, de quo dictū est, Soli sapiēti deo: sic dicitur ignis ętern⁹, nō tñ sicut deus, cuius solius immortalitas ipsa est vera ęternitas. Ad obeditionē. q. d. Patefactū est illud mysteriū. & hoc, In cunctis gentibus, ad obeditionē. Vel, Ab obediendū. i. vt obediant fidei bene operando. Dico my-

Aimo.

Augu. de natura boni.

ſterii taciti, vtiq; aliis: ſed Cogniti ſoli ſapienti deo, quia D
& ſi mō ſit hominibus reuelatum cū ſoli deo cognitū eſt
q ſolus pfecte nouit, cur ita factū eſt? In quo reprimit inquiſitores qui querunt cur tantū diſtulit deus venire, cur tot gentes perire permiſit. In hoc aūt q ait, Soli ſapienti deo, error quibuſdā ſurrepit, arbitrantibus hic ſolū patrē ſignificari, & ſolū vere ſapientē eſſe: cum tñ non ſit dictū ſoli ſapiēti patri, ſed ſoli ſapienti deo, & deus vnus ipſa eſt trinitas: vt ſic intelligamus ſolū deum ſapientē, ſicut intelligimus ſolum potentē.ſ. patrem, & filiū & ſpiritū ſanct.q eſt vnus & ſolus deus, cui ſoli ſeruire iubemur. Si tamen dixiſſet Apoſtolus, ſoli ſapienti patri, nec ſic tñ ſepararet filium vel ſpiritum ſanctū, in Apocalypſi de filio legitur, qui habet nomen ſcriptum quod nemo ſcit niſi ipſe, nec E
ideo tamen dicitur pater neſcire hoc nomen, a quo eſt filius inſeparabilis. Sicut ergo ſcit pater quod nemo ſcire dictus eſt, niſi filius, qa inſeparabiles ſunt pater & filius: ſic etiā ſi dictū eſſet ſoli ſapienti, patri, ſimul intelligi deberet etiā filius & ſpūs ſanctus, quia inſeparabiles ſunt. Dico q myſteriū patefactū eſt, & hoc per Ieſum Chriſtū Cui.ſ. ſoli deo. vel, Cui.ſ. Chriſto eſt Honor, a nobis, Et gloria, in ſe, quia ipſe eſt vera gloria, & beatitudo, & ſūmū bonū. & hoc, In ſecula ſeculorū.i. ſine fine. Ecce oſtēſū quō Ei, & cui, legi Poſſint, Quidā aūt legūt ſine Cui, ſi aūt auferas cui, abſoluta eſt lectio. Sed beat⁹ Auguſt. dicit apponi & tradit quō debet accipi vt nō ſuperfluat, & legit alio mō quā prius dictū eſt, ſic, Ei aūt q.d. Potēs eſt vos cōfir. vt.ſ. deo patri, vel deo trinitati. Potēs eſt dico. Iuxta euangeliū F
meū, & pdicationē Ieſu Chriſti, ſecundū reuel m.tē.ęt.taciti. Hæc nō mutanṫ. Quod, myſteriū, Nūc patefactū eſt, p ſpūm ſ. vel p Chriſtū. & hoc, per ſcrip. proph. ſec. prçce. dei, ad ob. fi. in cū. g. c. ſo. ſa. deo. Hęc nō mutanṫ. Cui, inquā. i. deo trinitati, vel deo patri, Sit honor & gl p Ie. chri. cui cū honor, a nobis, Gloria, in ſe. Qꝫ additur cui gloria, cū ſufficeret ei gloria, inuſitate noſtrę linguę eſt locutio, nō ſenſus ambigu⁹. Itē eſt eñ dicere, ordine inuſitato verborū, ei gloria, p Ieſū Chriſtū cui eſt gloria, qđ vſitato ordine dicere ei gloria, cui p Ieſum Chriſtū eſt gloria. Quid eñ ſenſui depit ſiue hoc ſiue illo mō dicaṫ? p Chriſtū vero eſt patri gloria. i. clara cū laude notitia. quia p eū inno-

Au. cōtra Maximinum.

Au. cōtra Maximinum.

A tuit hominibus deus trinitas, qđ est mysterium tacitum ab ęternis temporibus, qđ per Christum reuelatum est. Qđ ergo interpositum est per Iesum Christum, non debet accipi tanq̃ dicatur soli sapienti deo per Iesum Christum, vt scilicet deus solus sapiens per Iesum Christum sapiẽs esse intelligatur, non participando sed gignendo sapientiam, quę est Christus Iesus, sed potius ita debet accipi vt intelligatur per Iesum Christum gloria esse soli sapienti deo. Quis enim audeat dicere per Iesum Christum fieri vt sit sapiens deus pater, cum secundum substantiam suam non dubitandum sit eum sapientem esse? potiusq; sit substantia filii per gignentem patrem, q̃ substantia patris per genitũ filium? Restat ergo vt soli sapienti deo, Gloria sit, per Iesum Christum. i. clara cum laude notitia, qua innotuit gen
B tibus deus trinitas. ideo per Christum, quia vt alia taceã ipse pręcepit gentes baptizari in nomine patris, & filii. & spiritus sancti, vbi præcipue commendata est huius indiuiduę gloria trinitatis. Deus itaq; qui est ipsa trinitas, propterea solus sapiens recte dicitur, quia solus secundũ suam substantiam sapiens est non secundum accedentem participationem sapientię, qualiter sapiens est rationalis creatura. Ideo ergo dixit soli sapienti deo quia deus est pater, & filius, & spiritus sanctus, & ista trinitas est solus sapiẽs deus, qui nec vnquam potuit esse incipiens, nec vnquã poterit per gratiam particeps esse sapientię, sed sapiens immobilitate, atq; immutabilitate naturæ. Ei, ergo Sit gloria per Christum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.
C

¶Argumentum in Epistolam ad Corinthios.


Orinthii sunt Achaici, & hi similiter ab Apostolo audierunt verbum veritatis, & subuersi sunt multifarie a falsis Apostolis, quidam a philosophię verbosa eloquentia, alii secta legis Iudaicæ inducti sunt. Hos reuocat Apostolus ad veram fidem & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Timotheum.

B

PETRVS LOMBARDVS IN EPIST. I. AD CORINTH.

D

CAPVT I.



AVLVS vocat⁹ apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ Dei quę est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnib⁹ qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro. Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo.] Hanc epistolam scribit Apostolus Corinthiis. Corinthii aũt sunt Achaici, hi ab ipso apostolo sunt conuersi, qui pręcepto domini admonitus resedit apud Corinthios annum vnum & menses sex docens inter eos verbum dei: sed post per pseudoapostolos multifarie subuersi sunt, vt. s. de baptistis se iactarent, vnitatem ecclesię scindentes, & sacramentorum virtutem, & vsum ex ministrorum meritis iudicantes. Putabant enim sacramẽta maioris esse vsus, si per bonos tractarentur, maioris autem vel minoris esse vsus si per magis vel minus bonos darentur. Ita quoq; subuersi erãt vt contempto Apostolo de sapientibus seculi se iactarent, quoꝛ si eloquẽtia & terrena philosophia delectabant, vt sub nomine Christi his imbuerent q̃ contraria sunt fidei. Inflati quoq; erãt eo ꝙ nõ iret ad eos Apostolus. Fornicatorem quoq; qui vxorẽ patris tenebat inter se esse patiebantur. Sũt & alia capitula in suis locis notãda. De his & huiusmodi magna cũ fiducia & charitatis affectu scribit eis Apo, aliq̃ñ cõmonẽs, aliq̃ñ blãdiẽs, aliq̃ñ arguẽs. Nã multæ sũt causę pp q̃s scribit eis Ap̄lus, ab erroribꝰ ad rectã fidẽ & a schismatibus eos reuocãs ad vnitatẽ. Est igiť intẽtio Ap̄li in hac ep̄la Corithios ab erroribꝰ & schismatibꝰ ad fidẽ rectã, & a vitiis & aliis peccatis ad bonos mores reuocare, & in eis confirmare. Modus talis, Huic epistolę sicut & aliis salutationẽ pręscribit & nomẽ suũ quod celebre erat oĩbus gẽtibus, p̄ponit:

Ambrosi. E F Ambrosi.

A vt magiſtri noīe audito acqeſcāt correctioni, & qa eis vi- lis erat apponit dignitatis noīa nō humilitatis, vt ſeruus, poſt ſalutationē pro donis eorū q boni erāt inter eos gratias agit. Deinde increpat illos q de baptiſtis ſe iactabant poſt retrahit eos ab amore terrenæ ſapiētiæ. Deiñ redarguit eos de fornicatore quē inter ſe eſſe ferebant. Deinde increpat eos qa ſibi inuicē iniurias, & fraudes faciebāt, & infidelium examina reqrebāt. Poſtea inſtruit eos de matrimoniis, & de pceptione euchariſtiæ, vbi plurimū errabāt, & de aliis plurimis. Circa finē vero ſubdit moralis ammonitio. Pręmittit autē ſalutationē dicēs, Paul⁹ vocat⁹. i. electus a deo, Apoſtol⁹ Chriſti Ieſu. i. dei volūtate miſſus ad ꝑdicādū Chriſtū. Vel, Vocatus. i. ab hominib⁹ priuilegio nominis dict⁹, Apoſtol⁹ Chriſti Ieſu. Hic aliter īcipit quā Ambroſ.

B ad Romanos, qa alia cauſa eſt hic quā ibi. Hic eñ non vocat ſe ſeruū ſicut ibi, qa opus erat hic pot⁹ authoritate, & cōmēdatione cōtra ſuperbiā Corinthiorū apud quos vixerat. Apoſtol⁹ dico, & hoc nō p irā, ſed Per volūtatē dei, quod nō illi veſtri pſeudo q nec miſſi ſunt a deo nec verū eſt quod dicūt. Et Soſthenes frater, Hic dicit Apoſtolo de eis nunciaſſe, & ideo eum ſibi in hac ſalutatione adiungit p hoc indicās quod pro illis valde ſollicitus erat. Ecce p eū q inter eos cōuerſabat, culpas eorum ſe ſcire innuit. Ideo aūt frater dicit, qa p hoc remouet ſuſpicionē ſiniſtrā ab illo, oſtēdēs quod non malo animo de eis nunciauit, ſed ex charitate, & deſiderio correctionis. Paulus, inquā. Et Soſthenes, ſcribit hanc epiſtolam, Eccleſiæ dei, non hominum vt vos facitis eam, arbitrantes miniſteriorum diſpē-

C ſatores, eſſe gratiarum authores. Ita enim eſſet eccleſia hominum, non dei. Quos autem eccleſiam dei dicat aperit ſubdens ſcilicet Sanctificatis, in baptiſmo, & hoc In Chriſto Ieſu. i. per Chriſtum Ieſum, non per homines, immo a pſeudo euerſi ſunt. Ipſis dico, Vocatis ſanctis. i. vocatis p ꝑdicatores, & deinde ſancti ſunt. Vel vocatis ſanctis. i. pręelectis a deo ad hoc ſancti ſint. Hoc ideo dicit vt oſtē- dat nil boni eſſe ab homine, ſed totū a deo. His inquā Apoſtolus ſcribit, Cum omnibus. i. & omnibus ſcribit ſuffraganeis Corinthi, qui in eiſdē vitiis laborāt. Vnde ſubdit, Qui in omnino loco, Corinthiorum, Ipſorum & noſtro. i. primit⁹ mihi cōmiſſo. Inuocant nomē dñi, nō aliud a deo

q̃ vere inuocãt dñ serui ei⁹ sunt. De q̃bus dicit, Prope est D
omnibus inuocantibus eum in veritate. Hoc enim inuo-
Augu. in cat aliq̃d quod vult ad se venire. Quid est inuocare, nisi in
p̃o. xxxv. se vocare? Qui ergo deũ inuocat vt diues fiat, deum non
inuocat. Nã cũ dicis, de⁹ da mihi diuitias, non vis vt ad te
veniat ipse de⁹, sed vt diuitię veniant ad te. De⁹ aũt gratis
se vult coli & diligi, hoc est enim caste amare, non quia
dat aliq̃d pręter se, sed quia dat se, talibus dicit Apostol⁹,
Qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. i. salua
toris & regis, quẽ vere inuocant dum ab eo credunt se sal
uari & regi. Gratia vobis &c, Ecce salutatio. q.d. Paul⁹ &
Sosthenes scribũt vobis hanc epistolam, & ante alia salu-
tãt vos, optãtes vt gratia sit vobis stantibus vt maneãt, lap
sis vt redeant. Et pax. i. mẽtis transquillitas. & hoc A pr̃e
& domino nostro Iesu Christo, qui ab eo quidem p̃sona- E
li proprietate dictinctus est, sed vnus cum ipso vnitate sub
stantię deus. Ideo ergo patrẽ nominauit & Christum, ne
vnio personæ inter eos esse putetur. [Gratias ago deo
meo semper pro vobis, in gratia dei quę data est vobis,
in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis, in
illo, in omni verbo & in omni scientia sicut testimonium
Christi confirmatum est in vobis, ita vt nichil vobis desit
in vlla gratia expectãtibus reuelationẽ dñi nr̃i Iesu Chri-
sti, qui & confirmabit vos vsq; in finem sine crimine, in
die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus per
quẽ vocati estis in societatẽ filii eius Iesu Christi domini
nostri, Obsecro autem vos fratres per nomen domini no
stri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in
vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & F
in eadem scientia. Significatũ est enim mihi de vobis fra
tres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sũt in-
ter vos. Hoc aũt dico quod vnusquisq; vestrum dicit. Ego
quidem sum Pauli, ego autem Apollo ego vero Cephę: e-
go autem Christi.] Gratias ago &c. Hic gratias agit de
donis illorum qui boni erãt inter eos. In illa eñi plebe a-
lii erãt boni q̃ digni erant laude, alii digni increpatione.
Post salutationem ergo primum proponit de bonis vt his
aliis conformentur dicens. Gratias ago &c corde, lingua,
Ambrosi⁹ & opere, Deo, a quo omnia esse credo, nõ ab hominibus,
Meo, Omnium quidem Deus potestate qua creat, sed eo-

A rum proprie dicitur Deus,qui eum diligunt,qui eũ tenent qui illũ possident,qui illum colunt,quibus subuenit.qui ab illo alieni non sunt,Sēper pro vobis.& hoc,In gratia dei, quę data est vobis.i.dum considero gratiam.i.dona dei. Quæ data sunt vobis,& hoc,In Christo Iesu.i. a Christo non aliunde.& hęc gratia a deo est multiplex, qa In omnibus,donis,Facti estis diuites in illo.i.in Christo,non in hoīe.Et qa dixit in oībus illos esse ditatos supponit ptes aliquas.s.diuites facti estis,In omni verbo.i. in omni genere linguarũ.vel,In omni verbo.i.in omni modo prædicādi.s.mediocrib⁹ & pfectis & minoribus. Et In omni sciētia.i.scripturarũ intellectu,Et ī his ditati ita estis, quod ita tenetis, Sicut testimoniũ Christi confirmatũ est in vobis. Ambrosi.

B i.ita verba & sciētiā tenetis de eo quod de Christo ꝑdicaui,sicut testimonio propheratũ cōfirmaui.Vel,Ditati estis i.donis repleti,Sicut testimoniũ Christi cōfirmatũ est ī vobis.i. qa tenetis fide firmiter quā ꝑdicaui vobis.Dico,quod diuites estis,Ita vt nihil desit vobis in vlla gratia sācti spiritus.Vobis,dico,Expectantib⁹,cũ desiderio,quia certi vnde & parati,Reuelationē dñi nostri Iesu Christi.i.visionē Christi,& cognitionē q̄ post mortē pręstat̄ cuiq; fideli.vł reuelationē dicit,quę erit in die iudicii quā impii timent, Qui & cōfirmabit vos.q.d. Expectatis reuelationē Christi,a qua expectatiōe nō deficietis,Ipse ē.n.q & cōfirmabit vos vsq; in finē,cuiusq;,ita vt sitis, Sine crimine.& si non sine peccato.Cōfirmabit,dico.Vsq; in finē.i.vsq; in diem Aduēt⁹ dñi nostri Iesu Christi.Cui⁹ aduentus intelligitur cum cuiq; post mortē manifestatur. Vel ita , confirmabit

C vos dico ,semper mēte euntes in illum diem.s. In diem aduentus Christi &c.Fidelis de⁹.q.d.cōfirmabit & vere, qa de⁹ est fidelis.i.verus in promissis. Per quem vocati estis, cũ essetis auersi. q'ergo auersos vocauit,facili⁹ cōfirmabit Vocauit,dico,In societatē,nō mō angelorũ vł aplorũ. sed Filii eius dñi nostri Iesu Christi. Obsecro aũt vos fratres, Hucusq; bonos laudauit,his laudatis inuitat alios , ad horũ simile.q.d.pro bonis gratias ago, Vos autē,alios,o Fratres obsecro p nomē dñi nostri Iesu Christi.i.si vultis esse vt ei⁹ a quo nominati estis christiani,dicatis oēs oris cōfessione,& interius habeatis in corde,Idipsum, quod dicunt prędicti,Et non sint in vobis schismata.i.diuisiones , sed

Sitis in eodē sensu. i. in eadē voluntate qua p̄dicti. Et ī eadē sciētia. i. in eadē intelligētia. Ita quod perfecti sitis, hoc ideo dico, quia Significatū mihi, literis est, de vobis tamen o fratres mei, ab his qui sunt Chloes. Chloes locus est vbi illi erant qui apostolo significauerūt, Vel, Qui sūt Chloes i. illius matronę, Chloes enim potest esse nomen vel loci vel personę. Aliquibus enim videtur locus esse, vt si diceretur, ab his qui sunt Antiochiæ, Aliquibus videtur fœmina fuisse deo deuota, cum qua multi essent colētes deū. Quid enim significatum est de vobis? hoc. s. Quia contentiones sint inter vos, de disciplina dominica. Hoc autē dico, Hic contra baptistas agere incipit, de quibus illi gloriabātur. q. d. non solū scio cōtētiones quæ sunt inter vos, sed & verba quę dicitis. & hoc est, Hoc autem dico quod vnusquisq; vestrum dicit. Nā alius dicit hoc. s. Ego quidē sum Pauli, alius illud dicit, Ego sum Apollo. alius vero, Ego sum. Cephę. q. d. Alius dicit ego sum baptzatus, baptismo illi⁹, Alius dicit ego illius, sed hoc dicere est quasi idolatria, Et sciendū, quia sub nomine suo, & Apostolorū bonorū. notat pseudo. Nam illi quos nominat sine dubio boni erant, sed sub horū specie falsos Apostolos tangit, ne si diceret in nomine illius vel illius, videret̄ eis inuidere, & sibi velle attribuere. Vel ideo apposuit nomina bonorū apostolorū, vt ostēdat, quia si in nomine maiorū non est gloriandū, nec in nomine illorū quorū doctrina praua est. Inter eos autem hos laude dignos designat, q dicebant se esse Christi. Vn̄ subdit, Ali⁹ aūt dicit, Ego sum Christi, baptismo baptizat⁹, Hic bn̄ dicit quales supra laudauit, qui tales sunt ostiū habent per quod intrandū est, quod est Christ⁹. per quē cognoscitur pater. Nemo em̄ nouit filium nisi pater, neq; patrem nisi fili⁹, & cui vult fili⁹ reuelare. Sicut ergo ipse p se nouit patrē, nos autē p illū sic intrat in ouile p se, & nos per ipsum ostium, Christus enim se prędicat, & nos Christum prædicamus, & ideo ipse p seipsum, & nos p ipsum intramus. Christus ergo ostiū est & pastor intrādo per se, & quod pastor est dedit etiā suis, qa & Petr⁹, pastor, & Paul⁹ pastor, & alii sūt pastores. Ostiū vero nemo nostrū se dicit. hoc. n. sibi ꝓprie tenuit. Nullus ergo ostiū est nisi Christus, & si pastores sint alii. Sed qa oues īdisciplinatę cœperūt facere schismata, & alia ostia sibi ponere.

Marginal notes: Ambrosi. (beside "o fratres mei"); Ambro. (beside "mo baptizat⁹"); Augu. sup Ioanneu (beside "sunt ostiū" / "per quē"); section letters D, E, F in right margin.

A quib⁹ intrarēt eũ vt cógregarēt,sed vt errarēt & diuiderētur,dicētes,Ego sum Pauli, &c. subdit, [Diuisus ē Chrs? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?] Diuisus est Christus.q.d.Discite quantum erretis,& quantũ de deo p̄sumatis, & quantum hoīb⁹ tribuatis,q inter eos gloriā partimini. Diuisus est ergo Christ⁹ secundũ vos.q.d.multos facitis Christos.i.datores gloriarũ. Adeo enim errabant isti vt putarēt gratiā dari ab homine,nō modo quasi ministro sed authore. vel putabāt Christũ ī baptismo magis operari per meliorem baptistā,& minus per minus bonũ,& ideo ait,Diuisus est Christus.q.d.Qui operatur idē in oībus diuisus est,quātũ ad vos dum creditur in isto pl⁹ operari,in illo min⁹. Vel ita,qa hęc dicitis: ideo Christ⁹modo a vobis diuisus est.i. Ambro.

B separatus. Vehemēter isti errabāt,qa hostia sibi p̄ter Christũ cōstituebāt,& fundamēta diuersa ponere p̄sumebant, cũ vnũ sit fundamētũ ecclesię quod nemo mutare potest.s. Christus Iesus. Ipse enim sol⁹ est Petra supra quā fundata est eccclesia. A qua noīatus est Petr⁹,dño ad illũ dicēte, Tu es Petr⁹,&c. Simon.n.antea vocabat. Hoc aũt nomē, scilicet Petr⁹ a dño ei impositũ est,& dicitur Petr⁹ in figura Christiani populi, a petra Christo.quia.n.Petra Christ⁹ dicit,& Petr⁹dicit popul⁹ Chrian⁹:& ita ergo Petr⁹ a Petra,nō petra a Petro dicit,quō nō a Christiano Chrs, sed a Christo christian⁹ vocatur. Tu es ergo(inquit) Petr⁹,dict⁹ a petra,quā cōfessus es,quā cognouisti,dicēs, Tu es Christ⁹ fili⁹ dei,& supra hāc petrā.i. sup meipsum filiũ dei,nō super te ædificabo ecclesiam meā:super me ędifica Aug. ex tract. euangelii

C bo te & alios, non me super te. Non enim dicuntur esse Petri,sed Christi:non a Petro petrini,sed a Christo christiani,ne esset spes in hoīe,Maledict⁹ eñ qui spem suā ponit in hoīe. Et ne essent tot baptismi quot serui,mysterium qdē baptizādi dedit Christ⁹ seruis suis:potestatē vero sibi retinuit,quā si vellet poterat dare,vt seru⁹ daret baptismũ suũ tanquā vice sua:& potestatē suā poterat constituere in aliquo seruo,vt tanta vis esset in baptismo serui,quantam vim habet baptismus a dño datus. sed hoc noluit,ideo,vt in homine non esset spes baptizatorum. Noluit enim seruum ponere spem in seruo. Baptizat enim seruus vt minister:baptizat autem dominus tanquam potestatē habens. Aug. sup Ioan.

& potuit hanc potestatē seruo dare, vt dictū est, sed noluit D Si.n. daret hanc potestatē seruis.i.vt ipsorū esset quod dñi erat, tot essent baptismi quod essent serui: vt quomodo dictus est baptism⁹ Ioānis, sic diceret Petri baptism⁹, baptismus Pauli, & huiusmodi. Ille enim baptism⁹, Ioannis dictus est. Sed forte aliquis dicet, proba nobis ꝙ ille baptismus Ioannis dictus est: probabo: ipsa veritate dicente, qñ interrogauit Iudęos. Baptismus Ioannis vnde dictus est? Ergo ne tot baptismi dicerentur quod essent serui qui baptizarent, sibi tenuit dñs potestatē baptizādi, seruis ministerium dedit. Si ergo seru⁹ dicit se baptizare, recte dicit, sed tanq̃ minister baptizat, & ideo nō differt siue bonus siue mal⁹ cui baptizādi cōtigit ministeriū. Inde etiā nemo dicit baptism⁹ me⁹, cū tamen dicat euangeliū meū, prudētia mea, gloria mea: licet hæc sint a deo. In quibus differētia est: in his enim alius alio doctior est, & alius alio melius operatur, in euangelizando, nec sunt omnes ęquali sapientia præditi: alius aūt alio magis, minusve baptizatus, siue ab inferiore siue a maiore baptizetur, dici nō potest. E

August. sup Ioan

Opposit.

Ad hoc aūt quod dicit August. Christū potestatē baptismi seruis posse dedisse, opponitur sic a quibusdā, potestas siue potentia dei essentia diuina est, quia non est aliud deo esse aliud posse. Si ergo nō potuit eis dare, vt essent quod ipse, nec potuit dare posse suum, vel potentiā suā.i. quę ipse est: Alioquin si potētiā suā potuit eis dare quæ ipse est, potuit ei dare vt ipsi essent quod ipse est. Ad quod dicimus quod nō potuit eis Christ⁹ dare, vt essent quod ipse est, & tamē potuit eis dare potestatē quā habet.i. potestatē qua possent remittere peccata, quod ipse sol⁹ potest. Hæc est enim quā dicit potestatē baptismi.i. potestas remittēdi peccata. Potuit ergo dare authoritatem baptismi quibus cōtulit ministeriū, ita tamen vt ipse principalis author existeret. Potestatēvero q̃ ipse ęst, siue posse suū qđ ē suūesse, eis potuisse dare nō dicim⁹, qualiter dicim⁹ eum dedisse nobis scire quod ipse scit, & dedisse prophetis scientiam futurorū quā habet: nō qđ nobis dederit esse quod habet, vel prophetis scientiā q̃ est essentia diuina, sed qa nobis dedit per gratiā scire futura, q̃ ab æterno ipse nouit natura. Alii dicūt potestatē baptismi vt in noïe eorū daretur baptism⁹, in quo fieret remissio peccatorū, sicut fuit in noïe Christi, & hoc po F

A tuit dare, sed noluit. Nunqd Paulus. Q.d. Vos dicitis ego sum Pauli, ego Apollo, &c. Sed nunquid Paul⁹ crucifixus est pro vobis. i. vt sit vobis author salutis? Aut in noie Pauli baptizati estis. s. q̄ peccata dimitterē vobis? q.d. nō. Reuocat illos ad vnū nomen qui multa noia sibi facere volebāt, repellit eos ab amore hoīs, vt Christ⁹ ametur. q.d. Nolo vt mei sitis, sed mecū sitis, mecū estote, oēs illius sumus qui pro nobis crucifixus est. Dimittuntur enim nobis peccata per nomē ei⁹, nō per nomē alicui⁹ hoīs. Vnde Ioannes ait, Scribo vobis filioli, quia remittūtur vobis peccata per nomē ei⁹. Et nota q̄ per hoc verū quod tenebāt illi Corinthii, facit illos erubescere de falsis q̄ tenebāt. Hoc enim erat propriū & detestabile eorū vitiū, qd dicebāt ego sum Pauli, nec illos quos in schismata dissiluisse redarguit, arbitror verā fidē habuisse, in hoc qd dicebāt ego sum Pauli, &c. Hoc em̄ falsum erat. Quod vero sciebāt Christū p se esse crucifixū, & se in ei⁹ noie nō Pauli baptizatos, non erroris eorū, sed diuini muneris erat, hanc dei veritatē in iniquitate suorum schismatum detinebant, Per hanc ergo veritatem quam tenebant, ipsorum falsitatem conuincit. Verum quippe baptismū habebant, & ex eius veritate vt corrigerēt falsitatē ab ipso audiūt. Nunquid Paul⁹, &c. Prorsus fieri potest vt aliqui verū habeāt baptismū, & nō verā habeāt fidē, sicut isti. Per veritatē ergo quā habebant corrigit falsitatē quā tenebāt, sicut p Christi resurrectionē quā credebāt pbat resurrectionē mortuorū quā negabāt. Erāt em̄ inter eos qui mortuos resurgere nō credebāt, credebant tamen Christum resurrexisse. [Gratias ago deo meo, q̄ neminē vestrū baptizaui, nisi Crispū & Caium, ne quis dicat q̄ in noie meo baptizati estis. Baptizaui aūt & Stephanæ domū, cæterū nescio si quē aliū vestrū baptizauerim. Nō em̄ misit me christ⁹ baptizare sed euāgelizare, nō in sapiētia verbi, vt nō euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidē stultitię est: his autem qui salui fiunt. i. nobis, dei virtus est.] Gratias ago, &c. Quasi dicat, Et qa de baptismis gloriamini. Ago gratias deo meo, &c. de hoc, Quod neminem vestrū, cōtēdentiū, Baptizaui. Nullū. n. vestrū baptizaui. Nisi crispū & Caiū, qui nō sunt de cōtentione vestra. & nō ideo hoc dico quin bonum sit baptizare: sed ne quis dicat q̄ baptizati estis in

Margin notes: Augu. in Psal. 72. — Augu. de vnico ba. — Idē ī eod. — B — C

Au.cōtra baptiſtas de bapt. nomine meo, de quo magis gloriaremini. Poterat quidē, D vt dictum eſt, dominus Ieſus ſi voluiſſet baptiſmi ſui poteſtatem dare alicui, vel aliquibus præcipuis ſeruis ſuis, vt quemadmodum per virgam florentem demonſtratus eſt Aaron ſacerdos ita per aliquod ſignū demonſtraretur excellentioris dignitatis miniſtri, & diſpēſatores myſteriorum qui ſoli baptizare deberēt. Sed ſi hoc fieret ipſorum iam baptiſmus diceretur quāuis eis a domino attributus, ſicut baptiſm⁹ Ioānis fuit. Ideo Apoſtol⁹ agit deo gratias quod neminem eorum baptizauit, qui tanquam obliti in cuius nomine baptizati eſſent, per hominum nomina ſe diuidebant. Cum enim tantū valet baptiſmus per hominem contemptibilem quantum per Apoſtolū dat⁹, ita nec illius nec illius, ſed Chriſti eſſe cognoſcit, quod Ioānes p E ſpeciē colūbæ ſe didiciſſe teſtat. Nā ſecūdū qd aliud dixerit, & ego neſciebā eū, nō plane video niſi q a ſecūdū aliqd eū ſciebat, & ſecūdū aliqd eū neſciebat: ſciebat quidē ipſum eſſe & filium dei, ſed neſciebat vtrū eſſet daturus aliis poteſtatem baptiſmi, an proprium baptiſmum eſſet habiturus, & baptiſmi poteſtatem recepturus. Sed hoc per ſpiritum didicit, velut per columbā deſcendentem & manentem ſuper Chriſtum. Vnde ad ipſum dicitur, Super quem videris ſpiritum quaſi columbam manētem & deſcendētem, hic eſt qui baptizat. Baptizaui autem. q.d. Nō ſolum illos p̄dictos baptizauerim, ſed etiam, Baptizaui Stephanę domū. i. illius matronę familiā quæ nō ſunt de hac contentione. Cęterum. q.d. de his certus ſum ꝙ baptizauerim eos. Cæterum neſcio ſiquē aliū veſtrum qui ſit de contentioſis baptizauerim. Nō enim. Ratio hic oſtenditur cur tā F paucos baptizaui. q.d. ideo tā paucos baptizaui, Quia nō miſit me deus baptizare, quod a minorib⁹ fieri poteſt, ne retardaretur a prędicatione: de qua ſubdit, Sed euangelizare. Perfecte enim baptizare etiam min⁹ docti poſſunt, perfecte autem euāgelizare multo difficilioris, & rarioris eſt operis. ideo doctor gentiū plurib⁹ excellentior euangelizare ſe miſſum dicit, non baptizare. Hoc tamen neceſſitate inſtante interdum egit. Non in ſapientia. q.d. dico ꝙ miſit me euangelizare, non vtiq; In ſapiētia verbi, id eſt, in ſapientia philoſophorum, quę dicitur ſapientia verbi, quia dicitur ſapientia, & ſi non ſit. vel ideo dicitur ſapien-

Au.cōtra pelagiū.

D tia verbi, quia verbosos facit, ideo non misit me in sapien
tia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Per illam enim sa
pientiam crux Christi, id est, mors Christi Euacuatur, & Ambr. de
impossibile secundũ naturam iudicatur, vt deus immorta- natura &
lis moreretur. Vel, Euacuatur crux Christi, si quomodo, gratia.
vel bona natura, vel alio aliquo modo præter eam creda-
tur esse iustitia & vita æterna. Acute quippe videntur hæc
dici, sed in sapiẽtia verbi qua euacuatur crux Christi. Nõ
est ita sapientia de sursum descendens. Si ergo secundum
scripturas sapiamus non cogimur contra Christi gratiam
disputare, & ea dicere quibus demonstrare conemur na-
turam humanam, neq; in paruulis medico indigere, quia
sana est, & in maiorib⁹ sibi ad iustitiam si velint posse suf Au. cõtra
ficere. Quocirca non præsumit Apostolus in sapiẽtia ver- Felicianũ
B bi prædicare, sed scripturam authoritate contentus simpli Ambros.
citati studet, potius quam tumori. Vel non misit me præ-
dicare in sapientia verbi, id est, in lepore & ornatu verbo-
rum, quia prædicatio Christiana non indiget pompa, &
cultu sermonis ne videatur esse ex versutia, & calliditate
humanę sapientiæ non ex veritate. Ibi enim compositio
verborum quæritur, vbi teste veritate ipsa se non commẽ-
dat veritas sicut in sapientia mundana. Qui ergo fidem
Christi verbis exornare vult, obscurat illam splẽdore ver
borum, vt non illa, sed ipse laudetur. Ideo causam osten-
dens, quare non in sapientia verbi, addit, Vt non euacue- Ambros.
tur crux Christi, sicut pseudoapostoli ne stulti viderentur
prudentibus mundi, in sapiẽtia humana Christum prę-
dicabant dupliciter, scilicet eloquẽtię studẽtes, & quæ mũ-
C dus stulta iudicat. Euitantes verbũ enim. q. d. quis quære-
ret an euacuaretur crux Christi? Respõdet, vtiq;. Verbum
enim, id est, prędicatio, Crucis stultitia quidẽ est. i. esse vi-
detur, Pereuntib⁹. i. sapientibus huius mundi, quorum sa-
pientia perit, & falsa ostenditur, & inde ipsi damnandi
sunt. Ideoq; pro eo quod debebat dicere sapientibus, dixit
pereuntibus. His autem, quasi dicat, pereuntibus verbum
crucis stultitia est. Sed his qui salui fiunt. id est, nobis, scili
cet credentibus, Virtus dei est, quia credẽtes in cruce Chri
sti virtutẽ dei intelligunt, dum sciunt q; occisus diabolum
vicit, & hominẽ liberauit, vel, Virtus dei est, id est, virtutẽ
dat credentibus, per quam cum res exigit, fiunt miracula.

[Scriptū est enim. Perdam sapientiā sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mūdi? Nā quia in dei sapiētia nō cognouit mund⁹ per sapientiā deū, placuit deo p stultitiā p̄dicatiōis saluos facere credētes. Quoniā Iudæi signa petūt, & Græci sapientiā quærunt.] Scriptum est.n.q.d. ideo non mi sit me p̄dicare in sapiētia, quia p̄dixerat ꝙ eā nō reciperet in p̄dicatione Euangelica: sed perderet, & reprobaret de collegio p̄dicatorū suorū, & hoc est quod ait, Scriptum est enim, in. Abdia, Perdam sapientiā sapientiū seculi, & prudentiā prudentiū reprobabo. i. sapientiā mundanā, & prudentiā eliminabo. A prædicatoribus euangelii, vt tales sapientes inter prædicatores nō recipiā. & sic est factum. Vbi, est. n. Sapiens, inter p̄dicatores? inter quos si esse voluerit, sapientiā illā abiicere oportuit. Et nota ꝙ primū ponit gen⁹, deinde subdit species dicens, Vbi scriba, vbi inquisitor hui⁹ seculi? Sapiēs gen⁹ est vtriusq;. s. scribæ & inquisitoris. Scriba est qui etiam de moribus & art ib⁹ præcepta dat. Cōqsitor, est qui secreta naturæ rimatur. Tales enim recipit deus inter prædicatores, sed stultos fecit. Vñ subdit, Nōne stultā fecit deus sapientiā huius mundi? Vel ita, Scriptū est.n.q.d. Bene dico pereūtib⁹. sic enim scriptū est. s. ꝙ proderet, & reprobam falsamq; faceret sapientiā huius mūdi: & hoc est perdā. i. irritā faciā sapientiā sapiētium. Nō vtiq; meā in eis perdā, sed illā quæ est eorū quā sibi arrogāt. Nō. n. vera sapientia, & vera prudētia perditur a domino. sed falsi nominis scientia quā sibi thesaurizant lingua mendacii, & deficiunt scrutātes scrutinia. Et prudentiā prudentiū reprobabo, quā. s. excogitauit ad aliquid probandū. Nō ideo hoc dicit vt veritatis intelligentia possit a deo p̄bari, sed qa eorū prudētia reprobat, qui in sua eruditione cōfidūt. Vbi sapiēs? Probatæ falsæ. s. sciētiæ insultat Apostolus dicens, vbi sapiēs, tā de Iudæis, quā de Gentib⁹, quasi nil valet. Et est hæc inuectio in Iudæos & Gētiles, vñ distincte de vtroq; subdit, Vbi scriba? de Iudæis. Vbi inquisitor huius seculi?, id est, gentilis naturas rerum tantum inquirens? quasi dicat, Victa est eorum sapientia, & stultitia facta. Nam scriba Iudæorum, & legis doctores, & si nil impossibile deo credunt, tamen quia in

Margin notes (left): August. | Hiero. | Hiero. | Ambro. | Aimo.

Margin letters (right): D | E | F

A lege non adeo aperte habent, diffidũt dei filium esse mortuum, & huiusmodi: Gentilibus vero pro humana ratione stultitia est. Sed nõne stultã fecit sapientiam hui⁹ mundi? Sapientia est huius mũdi vbi infirmum & stultum dei contemnitur, quę est secundũ rationes mundi, quę impossibile iudicat quæ in naturis rerũ non videt. Hanc aũt de⁹ stultam fecit, possibile fore declarãdo atq; faciendo quod ipsa impossibile iudicat. Nam quia, q.d. Vere sapientiam mundi stultã fecit deus, quia per stultitiã saluat credentes: & hoc placuit ei facere, & hoc est qđ ait, Nã placuit deo, Ex beneplacito enim eius est, Saluos facere credentes: & hoc, Per stultitiam prędicationis. i. per prędicatores imperitos, in mũdana sapientia qui stulti videbantur. Vel Per
B stultitiã prędicationis. i. per rem prędicatã quę stulta videtur, sicut est passio Christi, & mors, vbi est humilitas. & cur hoc fecerit ostẽdit per id qđ in serie præmisit. s. Quia mundus non cognouit deum, per. i. propter, Sapientiam suam. i. sapientes mundi non cognouerũt deum ꝑpter sapientiam suam, vbi est superbia, Non cognouerunt, dico, Iudęi sapientiam i. per filium incarnatum, qui cũ in carne manifestatus est filius dei, in hunc mundũ missus est. Non igitur per locorum spatia veniẽdo, sed in carne mortali mortalib⁹ apparãdo, venisse a deo dicitur, Illuc ergo venit vbi erat, quia erat in hoc mũdo, quia mund⁹ per eũ factus est, & mundus eũ non cognouit. Hęc est lux quę in tenebris lucet, & tenebrę eam non cõprehenderũt. Vt aũt cõprehẽderet, ideo verbũ caro factũ est. sicut eñ curatio
C via est ad sanitatẽ, sic medicina sapientię dei per hominis susceptionẽ nostris est accõmodata vulneribus, quibusdam contrariis curans, & de quibusdã similibus. Serpẽtis enim sapientia. i. astutia decepti sumus, dei sapiẽtia liberamur: & sicut illa sapientia vocabatur, erat autem stultitia, sic ista, quę vocatur stultitia sapientia est. Ecce contraria. Similia vero sunt, quod per fœminã deceptos, per fœminam liberauit: homo homines. mortalis mortalales. Vel ita, dico, quod non cognouit mundus per sapientiam suã: & hoc factũ est, In dei sapientia, & hoc fecit de⁹ alto cõsilio. s. ne superbirent, & vt fides & salus cognoscatẽ esse ex deo, non ex sapiẽtia humana. Quoniã & Iudęi. q.d. nõ cognouit mundus per sapientiã deũ ideo, Quoniam

Ambro.
Augu. de trinitate.
Aug. sup ꝑs. xxxiii.
Augu. de trinitate.
Augu. sup Ioannẽ.

Iudæi,consueti ab antiquo,Petunt signa,potentię, nesciē D
tes humilitatem dei,Et Gręci.i.Gentiles,Quęrunt sapien
tiam,nō verā: sed quę ingenio hominis sapiētia videat.s.
vtrum quod prędicatur,natura patiatur. [Nos autē præ-
dicamus Christum Crucifixū: Iudęis quidē scādalum, gē
tib⁹ autem stultitiam,ipsis autem vocatis Iudęis atq; Gręci
cis Christū dei virtutem & dei sapientiā. Quia quod stul-
tum est dei,sapientius est hominibus. Et quod infirmū est
dei,fortius est hominibus. Videte enim vocationem ve-
stram fratres,quia non multi sapientes scd̄m carnem, nō
multi potentes,non multi nobiles,sed quę stulta sunt mū-
di elegit deus vt confundat sapientes. Et infirma mūdi ele
git deus vt confundat fortia, ignobilia mundi & contem-
ptibilia elegit deus & ea quę non sunt,& ea quæ sunt de-
strueret,vt non glorietur omnis caro in cōspectu eius. Ex E
ipso autē,vos estis in Christo Iesu,qui factus est nobis sa-
pientia & iustitia,& sanctificatio & redemptio,vt(quēad
modum scriptū est)qui gloriatur,in domino glorietur.]
Nos autē,cōtra,Prędicam⁹.s. Christū crucifixum,Iudæis
quidē scandalū.q.d.quod nō est Iudęis signum potentiæ,
sed scandalum,quia irascuntur contra prædicatores rubo
re sceleris sui. Gentibus autem stultitiā.q.d.hoc quod prę-
dicamus videtur gentibus stultitia, ita & vobis si de sapiē
tibus estis. Vel ita cōtinet,ideo videtur stultitia quod præ
dicamus.qm̄,Iudęi petunt signa, & Gręci sapientiā quæ-
runt. Nos autē,cōtra facimus,scilicet,Prædicamus Chri-
stum Iudæis quod scandalum est,Gentibus autem stulti-
tia, & tamen per istam stultitiam saluat de⁹ credentes, vt F
dictum est. Ipsis autem,sic iunge,Dico quoniam petūt si-
gna Iudæi,& Gręci sapientiam. In crucifixione quā præ-
dicam⁹ est magna virtus dei, & magna sapiētia dei quod
videtur vel apparet,Iudęis atq; Gręcis,non vtiq; omnib⁹,
August. Sed ipsis vocatis, id est ipsis qui vocati sunt ad vitam: nō
cōmuni vocatione,sed illa qua pręsciti vocantur. Illis em̄
apparet Christi passio virtus,& sapientia,vt scilicet salus
sit ex deo,non ex arbitrio Iudęi,vel Gręci, & si reprobis
aliter videtur. Ipsis,ergo, Vocatis prædicam⁹ Christum,
id est crucifixum,scilicet,Dei virtutem,& dei sapientiam
.i. Christi crucifixionem in qua apparet virtusdei, quod
mortuus vicit mortem, id est diabolum & Iudęorum. Et

A dei sapientiam, qua callide diabolũ decepit. Vel, ipsis vocatis prędicamus Christũ. i. Christi fidem, vel passionem .i. dei virtutem, quod per fidẽ eorũ & peccata remittuntur & dæmones pelluntur: & cum res exigit, miracula fiunt. Et dei sapientiã, quia credentes in Christũ crucifixũ, intelligunt Christũ esse dei spientiã Christus enim sapientia patris est, sicut virtus patris: ipse est verbũ patris, & manꝰ patris, per quẽ tanq̃ manu & verbo pater oĩa fecit, Vnde Opera manuũ tuarum sunt cęli. Et item. Verbo dñi cæli firmati sunt. Quod ergo ỽbo, hoc manu: & qđ manu, hoc ỽbo fecit Põt ergo sic accipi, ꝑdicamꝰ Chr̄m, esse dei sapientiã, & dei virtutẽ. Ciue ne intelligas filiũ dici sapientiã dei tanquã ipse solꝰ sit intelligens, vel sapiẽs sibi, & patri & spiritui sancto. Si eñ ibi solꝰ filiꝰ intelligit̃ sapiens,

Ambrosi.

Ambrosi. ĩ ps. xviii.

Au. de tri.

B & sibi, & patri, & sit spiritui sãcto, ad illã redit̃ absurditatẽ, vt pater, nec sapiẽs de seipso, sed de filio: nec sapientia sapiẽtiã genuerit, sed ea sapiẽtia dicat̃ pater sapiens esse, quã genuit. Vbi eñ nõ est intelligẽtia, nec sapiẽtia eẽ põt. Et ideo si pater nõ intelligit ipse sibi sed filiꝰ intelligit patri profecto filius patrem sapientem facit: & si hoc deo esse quod sapere, & ea illi essentia quæ sapientia, non filius a patre quod verum est, sed a filio potius pater habet essentiam quod falsissimum est. Est ergo deus pater sapiens, ea quæ ipse est sua sapiẽtia: & filius sapiẽtia patris est sapiẽs de sapientia quæ est pater de quo est genitus filius, Sic & pater est intelligens ea quæ ipse est sua intelligentia, filiꝰ autem intelligentia patris, est intelligens de intelligentia quæ est patri, de qua genitus est. Quia quod &c. quasi di-

C cat vere in crucifixione CHRISTI est dei virtus, & dei sapientia. Quia quod stultum est dei, id est quod sapiẽtibus mundi videtur stultum de deo, vt passio & mors, Sapientius est hominibus, id est quam homines possunt videre vel esse, Et quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Sine dubio cælestia vincunt terrestria, & ideo infirmum dei non vere est infirmum, sed videtur, quia infirmitas Christi magna victoria est: cum enim victus est, vicit mortem quam nemo gigas euasit. Videte enim. q. d. Vere stultum & infirmũ dei, & sapientius & fortius est hominibus, quod in vobis potestis experiri. Videte enim vocationem vestrã, o fratres. i. per quos vocati estis. Insipientes eñ & infirmi vos vocauerũt, inter stulta & infirma mũdi

Ambrosi.

annumerati sunt. Tales sunt vocatores vestri qui tñ con- D
fundũt sapiẽtes & fortes, Et vere sunt tales, Quia nõ mul
ti, de vocatoribus sunt, Secundũ carnẽ sapientes. i. secun-
dum sapientiã humanã. Non multi potẽtes, lata domina-
tione. Non multi nobiles, generis claritudine. Primo nul
li tales fuerũt inter doctores Christianę fidei, qñ duodecí
apostoli sunt electi. Vel nõ multi dicit, nõ ait nulli forsan
pro se qui solus inter apostolos seculariũ literarũ peritus,
& terrenarum opũ diues, Romanę dignitatis parẽtela cõ
spicuus fuit, qui tñ hæc nihili pẽdit nec, vsus est eis. Sed q̃
stulta &c. q.d. non sapiẽtes elegit, sed potius, Elegit deus
quę stulta sunt mũdi. i. ignaros mundanę sapiẽtiæ. Vt cõ-
fundat. i. vt faciat erubescere, & ad insipientiã redigat Sa
pientes. & infirma mundi elegit deus. i. impotẽtes. Vt cõ E
fundat fortia. vt Neronẽ. Et ignobilia mundi, & qđ plus
est, Contẽptibilia elegit deus, & ea quę nõ sunt. i. ignobi-
les & contẽptibiles, qui nil esse videbant elegit deus, Vt
destrueret. i. vincẽdo humiliaret, Ea quæ sunt. i. quæ cũ ex
se nihil sint, tñ aliquid esse sibi videntur. Ecce cõtra ordi-
nationẽ dei faciunt aperte qui sapientiã seculi iactãt, cum
Ambrosi. deus humilitatẽ ꝓponat. Venit eñ humilis deus quęrere
humiles nõ altos, qui & si primũ elegerit pauperes, in do
ctos, infirmos, non tñ reliquit sapiẽtes, diuites, & nobiles
sed si eos primos eligeret merito taliũ rerum viderent si-
bi eligi, atq; inflati de his rebus salutẽ hũilitatis nõ recipe
rent, & ita esset in eis superbia qua hõ cecidit. Ideoq; non
elegit reges, vel senatores, vel philosophos, vel oratores:
imo elegit plebeios, paupes. indoctos piscatores. Nisi fide F
liter pręcederet piscator, nõ humiliter sequeretur orator.
Vnde Nathanael doctus non est in apostolũ elect⁹. Vt au
tem humilitatis causa, hęc esse facta intelligantur, subdit.
Vt nõ glorietur &c. q.d. ideo infirmos elegit & nõ sapiẽ
tes. Vt non glorietur omnis caro. i. vt nullus homo iustus,
vel iniustus glorietur ex se sed de deo. quod ostẽditur ibi,
Qui gloriatur in domino glorietur, non glorietur de se,
dico, In conspectu eius, scilicet dei, vel sui ipsius, id est
Augusti. si deum conspicit, vel se attendat. Ex ipso autẽ. q.d. Tales
elegit deus, Sed tamen vos estis in Christo Iesu, id est in
fide Christi & hoc. Ex ipso, id est per ipsum, Christum,
non per nos, Vel ita iunge, dico vt non glorietur aliquis

A ex se, sed tñ est alia bona gloria.s.q, Ex ipso vos estis in Christo Iesu.qui Christus, Factus est nobis sapiētia a deo i. illuminās vos ad veritatē. Ideo autē dicitur factus est nobis sapiētia, qa tēporaliter.i. ex aliquo tēpore nos ad illū conuertimur, vt cum illo maneamus in ęternū, & ipsa sapientia caro facta est, & habitauit in nobis. Et hoc facit.i. nos illuminat, Quia factus est nobis iustitia. i. quia prius iustificat nos bona operatione. iustitia enim quę viuit in seipsa, proculdubio deus est, atq incommutabiliter viuit. Sicut autem cum sit in se vita, etiam nobis sit vita, cū eius efficimur participes, ita cum in se sit iustitia, etiā nobis sit iustitia, cū ei cohęrēdo iuste viuamus, & p hoc est ipse nobis iustitia, quia prius, Est sanctificatio.i.qa pri⁹ in baptismo mūdat nos, Et, hoc ideo, qa prius est factus nobis, Re
B dēptio.i.qa pri⁹ redemit nos patiēdo, & hoc totū ideo sic factū est, Vt null⁹ glorietᷣ nisi de bonis dei, Quēadmodum scriptū est, in Hieremia. Qui gloriatᷣ, in domino glorietᷣ. In Hieremia tñ sic habetᷣ. In hoc glorietᷣ q gloriatᷣ scire, & nosse me, quia ego dominus. Augusti. Augu. in lib. de tri.

CAPVT .II.

ET ego cū venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapiētię, annuncians vobis testimoniū Christi. Nō enim indicaui me scire aliqd inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixū. Et ego i infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & sermo meus, & ꝑdicatio mea, non in persuasibilibus humanę sapiētię verbis, sed in ostēsione spūs & virtutis, vt fides vestra nō sit in sa
C pientia hominū, sed in virtute dei. Sapientiā autē loqmur inter pfectos, sapiētiā vero nō huius seculi, neq principū huius seculi, q destruuntᷣ, sed loqmur dei sapiētiā in mysterio, q̄ abscōdita est, quā ꝑdestinauit de⁹ ante secula in gloriā nostrā: quā nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent nūquā dominū glorię crucifixissent.] Et ego cū venissem ad vos.q.d. Sicut & alii nō sapiētes electi sunt ad apostolatū, ita Et.i. etiā, Ego, qui erā sapiens fui quasi nō essem sapiens. Cū venissem ad vos, o fratres quia, Veni, ad vos, Nō in sublimitate sermonis, secūdū logicā.s. vt logicis rationibus vterer, Aut in sublimitate sapientię, secundum physicam, vt physicis rationibus illud

Caput. 2. confirmarē, quę duo in pseudo laudatis contra deū. sed Ve D
ni, annnncians vobis testimoniū Christi. i. ea q̄ de Christo testati sunt prophetę. Non enim iudicaui. q. d. Vere nō per illam sublimitatem veni, quia nec etiam per eam quæ de deo est, & hoc ex iudicio mētis feci. Iudicaui enim me nō scire aliquid īter vos, minus capaces, Nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. i. nisi hoc quod Christus est rector & saluator noster. Et hoc per crucifixionem. Et sciendum quod Christum prędicat non solum qui fidē astruit sed etiā qui mores quibus in eo viuitur instruit. Hoc intelligi potest, etiā in eo quod cōmemorat apostolus, cum ait, Nil iudicaui me scire inter vos nisi Iesum Christū, & hūc crucifixū. In crucifixo enim dicitur, quia vetus homo crucifixus est, vt vltra non seruiam⁹ peccato. Nō ergo ita accipiendum est, quod hic dicit Apostolus tanquam ea tantum dixerit quæ sunt credenda de Christo, sed etiam quę obseruāda in vita, & morib⁹ ei accedit q accedit ad cōpaginē corporis. Et ego &c. q d. Humilis fuit p̄dicatio mea apud vos, humilis etiā & persona. qđ ita ait, Et ego fui apud vos in infirmitate. i. in tribulatione: Et timore aī. i. anxio aīo: & tremore multo, corporis: Et sermo meus, q priuatī fiebat: ī cōi: Nō, fuit, In psuasibilib⁹ ṽbis hūanę sapiētię. Quia & si psuasibilia fuerint verba mea, nō tñ p humanā sapiētiā, vt verba pseudo apostolorū. Sed, fuit, in ostēsione spiritus & virtutis. i. in sermone & p̄dicatione mea ostēdi me habere spiritū sanctū, & virtutē in miraculis faciendis. Ideo ita feci, Vt fides vestra non sit. i. nō esse intelligat: In sapiētia hominū, sed in virtute dei. i. vt fides vestra nō attribuatur homini, sed deo Sapiētiā autē. q. d. inter vos incapaces simpliciter locuti sumus, Sapiētiā autem quæ est de secretis dei, Loquimur inter perfectos. Hic dicit non perfectos cognitores & doctores, quibus opus nō est doceri, sed auditores iā capaces. Quā sapientiā; nō vero, Sapiētia huius seculi, q̄ humanis rationibus nitit Neq; sapiētiā, prīcipū hui⁹ seculi. i. malignorū spirituū, vel philosophorū, q principes mūdi videbantur. Qui destruūtur. i. quorū sapiētia destruitur. Sed loquimur dei sapientiam. i. Christū, in quo ostēsa dei est sapiētia de redēptione hominū. Loquimur dico, In mysterio. i. exponēdo mysteria veteris testamenti, in quibus Christus significat, vt in hostia

Aug. de fide & operе. (margin, beside "dum quod Christum prędicat")

E (margin, beside "cipiendum est")

F (margin, beside "vestra nō attribuatur")

A Abel, vel Abrahę. Quæ, sapiētia dei, Abscondita est, vt ne sciāt pseudo. quia non in verbis, sed in virtute est, non humana ratione cōprehēsibilis, sed spiritus efficacia credibilis. Quā, sapiētiā, De⁹ pdestinauit. i. pparauit, Ante secula. i. ante quā mundus esset, In gloriā nostrā. s. apostolorum, qui eā pdicamus. Vel In gloriā nostrā. s. omniū credentiū. vt. s. omnes p eam, æternā gloriā consequamur. Quam nemo. q. d. bene dico abscondita est, quia ipsa est sapientia, Quā nemo principū huius seculi. i. dęmonū, vel philosophorū, vel doctorū in lege, Cognouit. quod inde apparet, Enim. i. quia, Si cognouissent, dęmones sapientiam dei, de redēptione humani generis p Christi mortē implēdam, Nunquā crucifixissent dominū glorię. i. nō suggessissēt crucifigi, quia nō suggereret eū diabolus crucifigi, per quem
B ius suum se pdere sciret. Vel de Iudęis potest accipi, quorū quidā cognouerūt Christū: alii vero nō cognouerunt. De ignorātibus dicit Petrus, Scio fratres, quia p ignorantiā id gessistis. Isti non cognoscebant illū esse, qui in lege promissus erat eis: Maiores vero vt principes sacerdotum scribę & pharisęi cognouerūt ipsum esse qui in lege promissus erat, sed deū esse, vel filiū dei nescierunt. & ideo de vtrisq; sic potest accipi, Si cognouissent, vel minores illum esse Messiam in lege promissum, vel maiores illum deum esse, vel dei filiū, Nunquam dominum glorię crucifixissēt. Non enim hoc facerent si deū esse scirent. Si enim dæmones deū factum hominem non intellexerunt, quanto magis homines? Nō igitur illū aliter scierunt dęmones, quā scierūt principes. Sciebant enim ipsum esse qui promissus
C erat in lege, nō tñ mysteriū eius quod filius dei erat, & ab ęterno, neq; sciebant sacramētū incarnationis, passionis, & redēptionis. Quod ergo in euāgelio clamāt dæmones, qd nobis & tibi Iesu fili dei, magis ex suspitione q̄ ex cognitione dixisse credēdi sūt. Vel, Si cognouissēt, ita quod mēti eorū bene sederet, Nunq̄ dominum glorię crucifixissēt. Nota quod ait, dominum glorię crucifixum. Ex forma enim serui crucifixus est & tamen dominus glorię crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio quę deū hominem faceret, & hominem deum. Quid tamen propter quid, & secundum quid dicatur prudēs, & diligens, & pius lector intelligat. Nam ecce dicimus, quia secundū id quod deus

Ambros⁹

An. in. li. quęst. no. & vete. te.

Aug. i. lib de trini.

Caput. 2. est, glorificat suos, secũdũ hoc. s. quod domin⁹ gloriæ est, D & tñ domin⁹ glorię crucifixus est, qa recte dicit̃ de⁹ crucifix⁹, nõ ẽ virtute diuinitatis. sed ex ĩfirmitate carnis. Vna enim persona est Christus de⁹, & homo. Ideo dicitur, Nemo ascendit in cęlum nisi qui de cęlo descendit. Si ergo attendas distinctionem substantiarũ, filius dei descendit, & filius hominis crucifix⁹ est: si autẽ vnitatẽ psonæ, & filius hominis descẽdit, & filius dei crucifixus est, Propter hanc autem vnitatẽ psonę, non solum filiũ hominis descẽdisse de cęlo, sed etiam dixit esse in cælo cũ loqueretur in terra.

Idẽ cõtra Maximi.

Aug. con. Felicianũ

Absit vt sic Christus senserit mortẽ, vt quãtum in se est vita, vitã pdiderit. Si eñ hoc ita esset, vitę fons aruisset. Sẽsit igitur mortem participatione humani affectus, quẽ spõte susceperat, non naturę suę pdidit potẽtiã, per quã cũcta viuificat. Sic in sepulcro carnẽ suam commoriendo nõ deseruit, sicut in vtero virginis cũ nascendo formauit. Mortuus est ergo nõ discedente vita, sicut passus est non pereũte potentia. Nemo aufert animã eius ab eo, q a ptãtẽ habet ponẽdi, & potestatẽ sumendi. Ecce habes authorẽ operis ponet animã suã, ecce habes opus authoritatis, & vt generaliter concludã quotiẽs in carne Christus aliquid patitur opus authoris est, qa eñ potestate sua nõ alio cogente perpetit̃. Ipse author est operis, Non ergo ad Mariam locali motu verbi diuinitatis venit, sed ineffabili potentię suę plenitudine non priuata, nec dimisit patrẽ Christ⁹ cum venit in virginẽ, vbiq; totus, vbiq; pfectus. Vno igitur eodemq; tempore totus erat in inferno, totus in cælo, vere mortu⁹, vere mortu⁹, vere viuus, in quo & mortẽ susceptio mortalitatis excepit, & vitã diuinitas nõ pdidit. Mortẽ igitur dei filij, & in anima nõ ptulit, & in maiestate nõ sensit, sed tantũ pticipatione infirmitatis rex glorię crucifixus est. E F

[Sicut scriptũ est, quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, q̃ pparauit de⁹ his q̃ diligũt illum. Nobis autẽ reuelauit deus p spiritũ suũ. Spirit⁹ eñ oĩa scrutat̃, etiã profunda dei. Quis eñ scit hominũ q̃ sũt hominis, nisi spiritus hominis, q in ipso est? Ita & q̃ dei sunt nemo cognouit, nisi spũs dei. Nos autẽ nõ spiritũ huius mũdi accepim⁹, sed spiritũ q ex deo est, vt sciam⁹ quæ a deo donata sunt nobis, q̃ & loqmur nõ in doctis humanæ sapiẽtię verbis, sed in doctrina spũs, spiritualib⁹ spiri-

A tualia cōparātes.] Sicut &c.q.d . dico quod si cognouissent nō crucifixissent, sed nō cognouerūt. Sicut scriptū est In Esaia, vbi hoc est scriptū, Quod oculus, corporis, Non vidit, qa nō est color: Nec auris audiuit quia nō est sonus: Nec in cor hoīs ascēdit, qa nō est hō.i.carnalis, sed spūs.i. spiritualis q nouit. & est sensus, Oculus nō vidit &c. i.visu corporeo, vel auditu nō pōt cognosci, nec ei⁹ hoīs ratione q nō est spirit⁹. Nō.n.cognoscit̃ hoc ratione eius q carnalis est nō spiritualis. Vel, Nō ascē.in cor ho.qa non est aliqd terrenū. Quod.n.in cor hoīs ascēdit īfra cor hoīs ē, ideo in cor hoīs ascēdit, qa supra illud ē cor ī quo ascēdit. Quod.n.ascēdit in cor hoīs de imo est ad hoīem, quo aūt ascēdit cor hoīs, sursū ē ab homine. Infra ergo cor hoīs est quod in cor ascēdit: Supra cor est ęternū, ad quod cor ascē- Auguſt. Ambroſi.

B dit & hoc est quod de⁹ reseruat bonis, Vñ subdit, Quę p̄pauerit de⁹. Vel, Nō ascēdit in cor ho.i.alicuius carnalis. Tūc res dicit̃ ascēdere in cor, cū bñ intellicta placet Quę p̄parauit.q.d.nō vidit ocul⁹, nec audiuit auris.s. ea Quę de⁹ p̄parauit, in p̄miū his, Qui diligūt illū. Hęc est sapiētia dei.i.Christ⁹ q diligētibus deū in præmiū præparatus est quē nemo principū cognouit. Nobis aūt.q.d. illi non nouerūt, sed nobis spiritib⁹, nō hominibus.i. spiritualib⁹, nō carnalib⁹, quod pseudo non sunt, Reuelauit deus, quæ præparauit diligentibus se. Intellgimus enim deū præparatū bonis in p̄miū. Reuelauit dico, & hoc, Per spiritū sanctū. Nota quod in Esaia ita habet̃, Oculus non vidit de⁹ absq̧ te, q̄ p̄parasti diligētib⁹ te, quod pene idē est in sensu cum eo quod apostolus posuit. & sicut ibi dicit̃ absq̧ te, ita &

C hic bene addit apostol⁹ nobis, Reuelabit deus per spi.suū. Et bene per eū, Spiritus eñ scrutat̃ oīa, &.i. etiā. Profunda dei, vt de essētia dei. Scrutari aūt dicit̃ spiritus dei omnia, non vtiq̧ vt quod nescit inueniat, sed quia nichil relinquit omnino quod nesciat. Vel ideo dicit, quod spirit⁹ dei scru.oīa quia scrutari te facit, Quod.n.dono ipsius tu facis, ille facere dicit̃, qa sine illo tu non faceres. Quis eñ q.d.vere spirit⁹ dei, & non aliud scit oīa q̄ dei sunt, quod a minori ostenditur. Quis enim hominū scit, ea, Quę sūt hominis, alicuius.i. voluntates & secreta, Nisi spiritus.i. animus, Hominis, ipsius, & non alterius, Qui in ipso est? Manifestum est enim cogitationes nostras a nullo sciri, ni- Auguſt.

Caput.2. si ab animo nostro, quem spiritum dicit apostolus. Ita & D
quę dei sunt, scilicet occulta & secreta dei, Nemo cognouit
qui adhuc sit homo.i.carnalis. Nisi spiritus dei.i. spiritus
sanctus, & illi quos cognoscere facit. Vnde subdit, Nos
autem.q.d. spiritus dei nouit. Nos autem accepimus, eum,
Augu. Non, vtiq; accepimus. Spiritũ huius mũdi.i. spiritum phy
Aug.con. tonicum, qui solet coniecturis quę mundi sunt diuinare,
Maximi. qui per sibyllã locutus est, qui per verisimilia sępe fallitur,
& fallit. Vel, Non accepimus, spiritũ huius mundi. i. spiri
tum elationis quo doceamur sapientiam mundi: Sed ac
cepimus spiritum qui ex deo est. Spiritus ergo dei, spiritus
charitatis est, spiritus huius mundi, elationis est. Non vos
moueat quod tantũ spiritus sanctus hic nominatur, & so
lus scire dicitur q̃ dei sunt. Ab hac enim scientia nõ exclu
ditur pater, vel filius, sicut ab eo quod pater & Christus di E
citur solus & verus deus, non excluditur spiritus sanctus,
Au.de.tri cum dicitur, Hęc est autẽ vita ęterna vt cognoscant te solũ
verũ deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Attende etiã quod
ait, Accepimus spiritũ dei. Spiritus vtiq;.s. patris & filii est
nec nõ & noster. Quod em̃ datũ est, & ad eũ q dedit refer
tur, & ad eos qbus dedit. Itaq; spũs sanctus, nõ tãtũ patris
& filii q dederũt: sed etiã noster dicitur q accepim⁹, & nõ
est ille spũs noster quo sumus, qa ipse spiritus est hominis
q in ipso est, & ipsum tñ spiritũ q hominis dicitur, accepi
mus, sed aliud est quod accepimus vt essemus, aliud quod
accepimus vt sancti essemus. Spiritus autẽ hominis in scri
pturis accipitur ipsa anima, vel ipsius animæ potentia ra
tionalis. Dedit.n. nobis naturã vt essemus, animã vt viue
remus, mentem vt intelligeremus. Vt sciamus.q.d. Ad hoc F
accepimus spiritum, Vt, per eum, Sciamus quę a deo dona
Augu. de ta sunt nobis. Inde ergo probatur quod spiritum dei acce
sctã Vi pimus, qa hoc scimus, quod vtiq; scire expedit, qa sine hac
duitate. sciẽtia nemo beatus est. Multi qppe habent dona dei, &
nescientes a quo habeant, impia vanitate iactantur. Nemo
autem de donis dei beatus est, qui danti est ingrat⁹. Vnde
in euangelio, Qui habet dabitur ei. Plene enim habere,
est scire vnde habeas, non habere autem, nescire vnde ha
beas. Qui ergo non habet id est nescit vnde habeat id
quod habet auferetur ab eo. Quæ & loquimur quasi dicat
Scimus quæ a deo donata sunt nobis. Quæ & loquimur:

A illi.s.pseudo. alia loquũtur. Loquimur dico, Non in verbis humanæ sapientiæ doctis, ratione vel ornatu. Malebat.n. illa ostendere sola puritate veritatis, quã eloquii tinctione fucare. Sed in doctrina spũs sancti, qa.ss.interi⁹ docet auditores. Loquimur, dico, ita moderãter oĩa. s. Cõparãtes. i. tradentes, Spiritualia spiritualib⁹, quod vos Corinthii nõ estis, & ideo culpa vestra, & nõ nostra, quod maiora non diximus vobis, [Animalis aũt homo nõ percipit ea q̃ sunt spiritus dei (stultitia em̃ est illi) & nõ potest intelligere, qa spiritualiter examinatur. Spiritualis aũt iudicat oĩa & ipse a nemine iudicatur: sicut scriptũ est, Quis enim cognouit sensum dñi, aut quis instruxit eũ? Nos aũt sensum Christi habemus.] Animalis aũt homo. q. d. nos scimus Hiero.

B quæ donata sunt nobis: sed, Aĩalis homo, vt pseudo sunt, Non percipit ea quæ sunt spiritus dei, vt partũ virginis & resurrectionẽ. nil enim ęstimat posse fieri, nisi quod nouit quomodo fiat. Homo autem dicitur animal, vel vita, vel animi sensu. Vita animalis dicitur quę fertur dissoluta lasciuia animæ suæ quam intra naturalis ordinis metas spiritus rector nõ continet, eo quod ipse deo se regẽdum nõ subiicit Animi vero sensu dicitur animalis, qui de deo iuxta corporum phantasiam, vel legis literã, vel rationẽ philosophicam iudicat. Quare autẽ animalis ea quę dei sunt non percipit, subdit, Stultitia enim est illi, secũdum humanũ sensum, & ideo nõ potest intelligere spiritualia. Et vere animalis nõ potest intelligere spiritualia, Quia examinatur, id est examinatio, & comprobatio fit illorum spũaliũ August. August. Au.i.lib. 80.quęst.

C tãtum, Spiritualiter, id est, a spirituali. Et impersonaliter legitur Examinatur. Vel ita, Vere animalis non intelligit spiritualia, Quia spiritualiter, id est, per spiritualia tãtum, Examinatur, animalis, id est, probatur quod animalis est quia audita improbat, & non ob aliud ei proponũtur nisi vt examinetur. Spiritualis autem, quasi dicat, animalis nõ potest intelligere, Spiritualis autem iudicat, id est, intelligit & discernit, Omnia, non quidem quæ continet diuina scientia, sed quæ ad iustitiã & vitam sufficiunt, scilicet omnia iudicanda. Spiritualis autem est homo vita vel scientia: spiritualis est vita, qui spiritum domini habens rectorem, animam regit: scientia vero spiritualis est, qui & si ex parte & per speculum videt, tamen de deo secundum

imagines corporum, vel legis literam, vel humanam philosophiam non sapit, sed spiritui dei deus subiectus, certissime ac fideliter, Iudicat omnia, certa fide occultorum nō patenti cognitione. Et ipse a nemine. s. a nullo hoīe aīali. Iudicatur. i. intelligitur, vtrū bene an male intelligat. Vel, a nemine iudicatur. i. reprehenditur, & hoc probat dicēs, Quis. n. aīalis, Nouit. i. cognouit, Sensum dñi, q hæc fecit, per quem sapientia mundi stulta est, & ei⁹ sensum nos habem⁹, & ideo nō possunt non illi vestri iudicare vt solent. Aut quis instruxit eū, vt dicat quid hoc fecisti sic? q. d. nullus. Si autem nō possunt cognoscere sensum dñi, ergo nec nostrum, quia nos qui iam vltra homines sumus, vnus spiritus cum deo, Habemus sensum Christi fide certa tenentes ea quę Christi sunt. D

CAPVT. III

Et ego fratres nō potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanq̄ paruulis in Christo, lac vobis potū dedi, nō escā, nondū em̄ poteratis, sed nec nūc q̄dē potestis. Adhuc enim carnales estis, Cū enim sit inter vos zel⁹ & cōtētio, nōne carnales estis, & secūdū hoīem ambulatis? Cum em̄ quis dicat, ego quidē sum pauli, alius aūt ego Apollo, nōne hoīes estis? Quid igitur est Apollo? Quid vero Paul⁹? Ministri eius cui credidistis. Et vnicuiq; sicut dñs dedit. Ego plātaui, Apollo rigauit, sed de⁹ nūc incremētū dedit, Itaq; neq; qui plātat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incremētum dat deus. Qui plantat autem & qui rigat vnū sunt,] B

Et ego fratres. q. d. dico q̄ sensum Christi habem⁹, & tñ o fratres, ego qui possem, Nō potui. i. nō debui, Loqui vobis quasi spiritualibus. i. sicut soleo spiritualibus loqui, sed Quasi carnalibus, & hoc tam diligenter feci, Quia dedi vobis potū lac. i. facilē doctrinā & dulcē & nutricē, Tanq̄ paruulus in Christo. i. in cognitione Christi, Nō escā dedi vobis, i. nō altiora p̄dicaui vobis. Quare? Quia nōdum poteratis capere. Ecce secundū hoc ostenditur q̄ apostol⁹ illis tanq̄ incapacib⁹ minora nō altiora p̄dicauit. Vel ita, C

August. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, &c. Est quęstio vtrū spirituales homines habeāt aliquid in doctrina quod carnalibus taceant, & spiritualibus dicant. Quod vtriq; videtur ex his verbis Apostoli. Dñs etiā ait, Multa habeo vo

A bis dicere, sed non potestis portare modo: secundũ quam intelligentiã hæc verba apostoli supra exposuimus, sed est alius intellectus in his nõ negligendus. Scire enim debet charitas vestra quod nulla videtur necessitas, vt aliqua secreta doctrinę taceãtur fidelibus paruulis, seorsum dicenda maiorib⁹.i.intelligentioribus, cũ eadem p̃dicaret Apostol⁹ spũalib⁹ & carnalib⁹, quiq; pro modo suo capiebãt. illi, vt paruuli, isti vt maiores: illi vt lactis alimẽtũ isti vt cibi solidamẽtũ, q̃a & si nõ audiuit ampli⁹, tñ intelligit ampli⁹. Nõ.n.æqualiter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab vtrisq; recipitur: ideo Apostolus ait, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. i. non potestis accipere quod dicebã, quasi spirituales, sed quasi carnales. Et tanquã paruulis in Christo lac dedi vobis po Augu. sup Ioan. Idẽ i eod.

B tũ nõ escã.i.q̃d prædicaui vobis, fuit vobis quasi lactis potus, non solidus cibus. Sicut enim crux Crhisti, aliis stultitia, aliis scandalũ, vocatis aũt sanctis est virt⁹ dei, & sapiẽtia: ita idẽ aliis est lac, aliis est cibus, secundũ quod capacitas eorum, plus, vel minus capit, vt hi qui dicunt, ego sum illius, vel illi⁹ aliter acceperũt de crucifixo, q̃ ille qui dixit, Mihi absit gloriari nisi i cruce dñi nr̃i Iesu Christi. Eadẽ simul audiunt spirituales, & carnales, & quiq; pro suo modo capiũt, nec necesse est vt aliqua secreta taceantur paruulis, dicenda perfectis. Ideoq; dicit Apostolus, Nõ potui vobis loqui, quasi spiritualib⁹, &c. quod est dicere, nõ potuistis quod dicebam intellgere, vt spirituales, sed vt carnales, Si enim spirituales essent. non dicerent ego sum Pauli Nõdũ.n.q.d. bene dixi tanq̃ paruulis, Quia nondũ, quan-

C diu vobiscũ eram, poteratis capere escã vt spirituales, Sed nõdum quidem potestis, escam recipere, & si ab illis edocti sitis.s.a pseudo. Adhuc enim estis carnales. Arguit eos hic valde qui querebantur se dudũ nõ audisse spiritualia, cũ adhuc indigni essent audire. Carnales aũt idẽ sunt, qui & animales: carnales a carne, animales ab anima dicuntur, Cum enim sit.q.d. Vere estis carnales. Cum enim sit inter vos zelus.i.inuidia de baptistis, & contentio, in verbis, Nonne carnales estis, eo q̃ ab homine aliquid putatis esse? Et nonne secundũ hominẽ ambulatis? i. in peius p̃ficitis? vtiq;. Cum enim quis. Ecce expositio zeli & contẽtionis.q.d. nonne secũdũ hominẽ ambulatis, Cum enim Ambro. Ambro.

quis dicat, ego quidē sum Pauli, alius aūt sum Apollo? nō D
est hoc peccatū minus a gētilitate. Nōne hoïes estis? i. carnales vt sperātes in deo sunt dii? Et quādoquidē in his gloriamini, Quid igitur est Apollo, quid vero etiā Paul⁹, qui maior est? Sunt ne ipsi gratię quę in sacramentis datur autores? nō vtiq; sed tantūmodo, Ministri dei cui credidistis. q. d. nō sunt deus q̄ dēt, sed sunt ministri per quos det: nec magis per meliores dat in baptismo, quā per min⁹ bonos. & ideo in deo gloriandū est, nō in eis. Ministri sunt, dico, & hoc nō faciūt vno eodēq; modo sed Sicut dn̄s dedit vnicuiq; i. sicut diuisit officia singulis. Nā ego Paulus, Plātaui. i. p̄dicatione ad fidē cōuerti, Apollo rigauit baptismo, Sed deus, nō nos incremētū dedit, muneris. Et q̄a de⁹ tantū dat incremētū ex se, Itaq; neq; q plātat est aliq̄d dando ex se: Neq; qui rigat, sed, De⁹, sol⁹, qui dat, intrinsecus, incrementū. Qui aūt. q. d. plātat Paulus, Apollo rigat, E
Qui aūt plātat, & qui rigat, vnū sunt. i. īdifferētes. Extrinsec⁹ em̄ tantū operātur. Nisi ergo reuelet ille qui int⁹ est, quid prodest quod faciūt? Frustra quidē operarius omnia moliret extrinsec⁹, nisi creator intrinsec⁹ latēter operaretur. Ideo ait vnū sunt, sicut genere naturę, ita ministerii ratione. Hoc ideo dicit, quia posset videri q̄d & si nihil dāt
August. ex se, tamen deus magis per hunc, quam per illum dari.
[Vnusquisq; aūt propriā mercedē accipiet secūdū suū laborē. Dei. n. sum⁹ adiutores. Dei agricultura estis, dei ędificatio estis. Secundū gratiā dei q̄ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentū posui: ali⁹ aūt supędificat. Vnusquisq; aūt videat quō supędificet. Fundamentum. n. aliud nemo potest ponere, p̄ter id q̄d positū est, q̄d est Christus Iesus. Si quis aūt supędificat supra fundamentū hoc, aurū, argentū, lapides p̄ciosos, ligna, fœnū, stipulā, vniuscuiusq; op⁹ manifestū erit.] Vnusquisq; aūt. q. d. in dādo nō differūt, sed in labore & mercede, & hoc est quod ait, Vnusquisq; aūt propriā mercedē accipiet secūdū suū laborem, Forinsecus ministrandi. Bene dixi mercedē. Sum⁹ enim adiutores dei, in colēdo agro dn̄ico: non deprauatores, vt quidā aiūt, & si ergo nō damus incrementū, impendimus tamen aliquod adiumentum. quod inde patet, Quod vos estis dei agricultura, dū extirpantur vitia. Et estis dei ędificatio, impositione virtutū. Apertissime ostēdit ex his ver-

A bis quod deus est agricola, nos aũt dei agricultura sum⁹, quia colit nos ad fructũ,& dei ædificiũ, quia qui colit nos habitat in nobis,& ita idẽ est ager,& ędificiũ, quod non est in rebus visibilib⁹. Apostoli etiam possunt dici agricolę. Agricola enim est qui plantat & qui rigat, sed quoniam nec hoc de suo habẽt, sed sicut deus diuisit vnicuiq;, recti⁹ ipse dicitur agricola. Apostoli vero operarii ipsi⁹ agricolę, & hoc ipsum ab ipso impertitis viribus,& donata gratia. Homo etiam agricola vineam colit,& cętera adhibet quę pertinent ad agricolarũ diligentiã, incrementũ vero dare sacramentis nõ potest, formare fructus nõ potest. De⁹ aũt qui oĩa potest, ꝓprie agricola est. Nota ꝙ nos colim⁹ deũ, & deus colit nos: sed nõ sic colim⁹ deũ vt inde melior fiat. Colim⁹.n. adorãdo eũ, nõ orãdo: ille aũt sic colit nos, qđ Au.i lib. sen. ꝓspi.

B meliores nos reddit. Secũ gratiã q.d. dei agricultura & ędificatio vos estis, quib⁹ ego. Posui, prædicatione, Fundamentũ.i. fidẽ Christi, nõ aliã, sed q̃ per dilectionẽ operaṫ. Posui, dico, Vt Architectus.i. princeps ædificii, Sapiens.i. discretione vtẽs. & hoc, Secundũ gratiã q̃ data est mihi.i. per apostolatũ mihi gratis datũ.q.d. non a me hoc habui. Ego posui fundamentũ. Alius aũt, sup hoc fundamẽtum, Aedificat, bona opera. quod vtiq; non vno modo fit, Sed vnusquisq; videat quomodo.i. cuiusmodi opera Supędificet, de superædificatione videndũ est tantũ. Fundamentũ eñ aliud nemo potest ponere, ad qđ vidẽtur niti pseudo, Præter id quod positũ est a me, Qui est Christus Iesus.i. Christi fides.I. quæ per dilectionẽ operatur, per quã Christus habitat in cordibus: alia nõ est fundamentũ. Hæc aũt Augu. de fide & opere.

C neminẽ sinit perire. Fides enim Christianæ gratiæ.i. quæ per dilectionẽ operatur, post in fundamẽto neminẽ perire permittit. Si quis aũt.q.d. Fundamẽtum nemo potest mutare, sed de superædificatione videndũ est, quia manifestũ erit cuiusq; opus,& hoc est quod ait, Si quis aũt supra fundamentum hoc superædificat aurum,& arg. lap. p̃. lig. fœ. sti. vniuscuiusq; opus manifestũ erit. Quod ita intelligendum quidam putant, vt illi videantur superędificare super hoc fundamentum, Aurum, arg. lap. p̃. qui fidei quæ est in Christo Iesu bona opera adiiciunt. Illi autem, Ligna, fœ. sti. qui cum eandem fidem habeant, male operãtur. Vnde arbitrãtur per quasdã pœnas ignis posse purgari ad salutẽ Idẽ i eod Idẽ i eod

August. percipiendã merito fundamenti. Hoc si ita est, falsa ergo erunt illa quæ obscuritatem, ambiguitatemq; nõ habent, scilicet si omnem habeam fidem, charitatem autem non habeam, nihil sum, falsum erit & illud, Neq; fornicatores, neq; auari, &c. regnum dei possidebunt. Illud deniq; quomodo verũ est, fides sine operib9 mortua est? Aliter ergo intelligendũ est q̃ hic dicit Apostolus. Hoc aũt si subtili9 disserere coner, vereor ne ad intelligẽdũ difficilior sit ipsa expositio. Enitar tamen quãtũ dñs adiuuat breuiter, & dilucide quãtum potero expedire quę sentio. Supra fundamentũ christianæ fidei, Alius superædifi. au. arg. la. p̃. is videlicet qui cogitat quę dei sunt, quomodo placeat deo. Alius ædificat super hoc fundamentũ, Li. fœ. sti. Is videlicet q cogitat q̃ mũdi sunt, quõ placeat mundo. Nõ. n. hæc tria de malis operib9 accipiẽda sunt, quasi fides sine operibus saluet, quod non est, sed, Ligna, fœ. sti. nõ absurde possunt accipi seculariũ rerũ, q̃uis licite cõcessarũ tales cupiditates, vt amitti sine aĩ dolore non possint. Qui ergo adhuc amãt secularia, & negotiis terrenis implicati sũt, & dediti sunt vinculis qbusdã & affectionibus carnis domib9 suis, cõiugib9, possessiõib9, & tñ Christiani sunt, ita vt cor eoꝝ nõ recedat a Chro, & nil p̃ponãt Chro, ædificãt, Lig. fœ. sti. & vt apertius dicã, qui circa diuitias suas quodã carnali affectu tenet, & tñ ex eis multas eleemosynas facit, nec tñ ad eas agẽdas fraudẽ vel aliquid rapinę molitur, nec earũ minuendarũ vel amittẽdarũ metu in aliquod crimẽ labit, Lig. fœ. sti. ędificat. Qui aũt beneviuũt, & deũ honorãt, & laudãt, & patiẽtes sunt in tribulatiõib9, & desiderãt patriã Au. ar. la. p̃. ędificãt. Hæc. n. tria ędificãt cõtẽptores seculi, q oĩa sua pauperib9 dãt, vel qui tãq̃ nõ habẽtes habent. Neq frustra tria & tria exp̃ssit. Aurũ. n. ędificãt, in cõtẽplatione dei. Argẽtũ in dilectione proximi. La. p̃. in opib9 bonis, q̃ nõ cõsumũtur ab igne, sed nihil vel parũ sentiũt. Lig. fœ. sti, ædificãt. q & si aliena nõ rapiũt, reb9 tñ infirmitati cõcessis aliqua delectatione inhærẽt, qui secũdũ suos amãdi hęc modos diutius vt lignũ, vel min9 vt fœnũ, Vel minimũ vt stipula ignẽ sustinebũt. Et qa hæc deo nõ p̃ponũt, salui erũt per fundamẽtũ. Qui vero hęc deo p̃ponunt, vel crimina committunt, nõ superędificant sed destruunt fundamentum. Et est sensus, Si quis ædificat super fundamẽ-

D E F

A tum hoc.i.supra fidem Christi, Aurum, contẽplando deũ Argentum diligendo proximũ: La.ꝑ.bona opera faciendo.i.qui tales sunt, vt tantũ cogitent quę dei sunt. Et si qs ædi.li.fe.sti.i. qui his temporalib⁹ infirmitati humanę cõcessis vtuntur cum aliquo amore.s. dũ diuisi cogitant quæ mundi sunt, quibus sine dolore carere nõ possunt. Vniuscuiusq; op⁹ manifestum erit tandẽ, & si non mõ. Et vere, [Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus mãserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cui⁹ op⁹ arserit, detrimentũ patietur: ipse autẽ saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem.] Dies enim dñi.i.dies iudicii, in quo secreta patebunt, Declarabit, cuiusq; op⁹. Hic dies hoĩs pro nutu suo agẽtis: sed in iudicio, vel in morte, cuiusq; ẽ dies Augusti. Augusti.

B domini scdm merita iudicantis. Et vere declarabit, Quia in igne.i.in pœna purgatoria hoĩs, Reuelabit, quicunq; modo neget, Et vniuscuiusq; op⁹ quale fuerit.i. firmũ vel solubile, Ignis, futuri iudicii, Probabit, duos ẽm ignes legim⁹ futuros, vnũ æternũ quo æternaliter punient reprobi, qui sequit iudicium, alterũ qui pręcedet quo exuretur facies mũdi hui⁹, qui emundabit eos qui superędificauerunt, Lig. fœ stipu. Qui autem superædificauerunt, Aurũ, ar.la. ꝑ.de vtroq; igne securi sunt non solũ de illo æterno quo in ęternũ cruciatur⁹ est impios, sed etiam de illo emẽdatorio quo purgabuntur quidam saluandi Ignis ẽm extremi iudicii tãdiu durabit, quousq; purgati sint qui saluãdi erant. Et si cuius opus mãserit, incõsumptũ in illo igne Augusti. Augu.in ꝑs.cxxiii.

C Quod supędificauit accipiet mercedẽ, q a nihil perdet, & quod amauit inueniet, sed Si cui⁹ opus arserit.i.cremabile erit, Ille patietur detrimentum, minoris glorię. Vel Patietur, aliquid pœnę, Ipse autẽ saluus erit, Propter fundamentũ Christũ cui nihil pręposuit. Sic tñ, sau⁹ erit, Quasi rem cremabilẽ ferens Per ignẽ, transitorię tribulationis, qua cremẽta euadit ipse, & post isti⁹ sane corporis mortẽ donec veniat ad diẽ dãnationis, & remunerationis, si hoc tẽporis interuallo spirit⁹ defunctorũ qui ędificarũt, Lig. fœ.sti.huiusmodi ignẽ dicũtur perpeti, quem alii non sentiunt, qui huiusmodi ædificia secũ non portauerunt, vt inueniant ignem transitorię tribulationis venialia cremencem nõ redarguo, quia forsitã verum est, sed quia dicitur. August. August. Augu. de ciui.dei.

Augu. in ps.cxxii. Salus erit,contemnitur ille ignis. Grauior tamen ille erit D ignis,q̃ quicquid poteſt homo pati in hac vita. Vel ita poteſt dici,Dies homini,vt de die præſenti,& igne præſenti accipiatur.Nam etiam hic dies dñi eſt, dum iudiciũ incipit a domo dei.i.a ſeruandis, incipit pœna quæ conſũmabitur in reprobis. Ideo enim hic puniũtur electi,vt ibi nõ puniant̃,in quo die eſt,etiam ignis tribulationis quo vritur amor tẽporalium rerũ,dum homines cõtriſtãtur amiſſis,vnde dicitur,Tribulationem carnis habebũt huiuſmodi.Quod enim ſine illiciente amore non habẽt,ſine vrẽte dolore nõ perdunt.q.d.manifeſtũ erit. Dies enim dñi.ſ. dies præſentis tribulatiõis,Declarabit,& vere,Quia igne tribulationis,Declarabitur,Eandem quippe tribulationẽ ignẽ vocat. Et vniuſcuiuſq; opus quale ſit.ſ.firmũ,vel ſolubile,Ignis,pręſentis iudicii,Probabit,hoc igne illius op⁹ E nõ exuritur,qui non ea dilexit,quorũ amiſſione crucietur cui non eſt natũ quicquid tẽporaliter fluit.Exuritur aũt illius opus qui hæc tẽporalia dilexit.quoniã ſine dolore nõ pereũt quę cũ amore poſſeſſa ſunt. Si cui⁹ opus mãſerit,in igne,vt op⁹ illorũ quos amiſſio tẽporaliũ nõ cruciat,Qui ſuperędi.mer.acci.non ſolũ poſt finẽ quando hoc ſumet, vnde cogitauit! ſed etiam in hac vita vbi habet requiẽ ſuã anima contẽnentis omnia. Si cuius op⁹ arſerit.i.cremabile erit,Patietur detrimentũ,quia qđ dilexit perdet, & pro eo qđ dilexit,hic vel in futuro punietur. Sed qm̃ alterutra conditione propoſita eis potius mallet carere q̃ Chriſto, nec timore amittẽdi talia deſerit Chriſtũ,quamuis doleat cũ amittit,ſaluus quidem erit ipſe: qđ ſic tamẽ erit, quaſi F per ignẽ,quia & ſi vritur dolore amiſſorũ,non tñ ea pręfert deo, & ſi ergo vrit eum dolor amiſſorũ non ſubuertit neq; conſumit eum fundamẽti ſtabilitate,& incorruptione munitũ,Et ideo,Saluus erit, ſed, Quaſi per ignẽ. Iſte ignis,eſt tẽtatio tribulatiõis, de qua ſcriptũ eſt,Vaſa figuli pbat fornax,& hoĩes iuſtos tẽtatio tribulatiõis. Hic quęri ſolet quomõ opus illius exuri dicat,Qui ædi.lig.fœ.ſti.cũ non de malis accipiant̃ operibus,vt dictũ eſt.Non.n.op⁹ ardet,vel detrimentũ patit̃,niſi malũ fuerit. Aut igitur nõ ardẽt opa per illa tria ſignata,aut mala ſunt. Ad qđ dicũt quidã per illa tria mala opera nõ intelligi, ſed bona quæ ad ſuſtẽtationẽ ſui & ſuorũ aliqui faciũt,vel ad ſuſtẽtatio

(Margin notes: Auguſt. — Auguſt. — Auguſt. — Auguſt. de fide & opere — Auguſt. — Quæſtio. — Reſpoſio.)

A nem indigentiũ ex misericordia, sed quia hęc opa faciunt cum aliquo amore tẽporaliũ, ideo hæc opera dicunt arsura non ꝙ eo puniant, quia hęc faciũt, sed quia terrenũ affectũ aliquẽ habẽt cũ hæc faciũt: nec ille terrenus affect⁹ est adeo mal⁹ vt destruat fũdamẽtũ. i. fidẽ quæ p charitatẽ operat. Simul ergo & charitatẽ, & talẽ affectũ aliqui habẽt. Talis eñ affectus venialis est. Vel poti⁹ lig. fœ. sti. accipiunt non opa bona, nec mala quæ sint damnabilia, sed peccata venialia. Vnde Gregori⁹, Quamuis hoc de igne tribulationis præsentis possit intelligi, tñ si quis de igne futuræ purgationis accipiat, pensandũ sollicite est, quia illum dixit, per ignẽ posse saluari, nõ qui super hoc fundamentũ ferrũ, vel æs, vel plumbũ ædificat. i. peccata maiora, & ideo duriora, atq; tunc insolubilia: *Sed qui ædificat* Gre. in ll. dialog.

B ligna: fœnũ, stipulã. i. peccata minima atq; leuissima, quæ ignis facile consumat: de quibus tamẽ licet minimis illic nihil purgatiõis quis obtinebit, nisi in hac vita posit⁹ hoc promereatur, De hoc aũt ait August. Non sibi quisq; polliceatur habens nefaria opera regnũ dei: & dicat, quoniã habeo signũ Chri, & sacramẽta, nõ delebor in ęternũ, sed per ignem saluus ero. Ait eñ apostolus, Fundamentũ positum est &c. Quid est etiã inquiunt quod sequit, alius superędificat. au. ar. la. prę. alius lig. fœ. sti. Hoc est qui supra fundamedtũ iusta opa ędificat, au. ar. la. ꝑ ędificat Si aũt peccata, lig. fœ. sti. Grilli⁹ quoq; ait, Natura pcti similis est materię quæ cito cõsumitur igni, quã ædificari apostolus a peccatoribus dicit, Qui supra fundamentũ Christi ædificant lig. fœ. sti. in quo manifeste ostendit esse quędã pctã Augu. in ꝑs. lxx. Grilli⁹ in Leuiticũ.

C ita leuia, vt stipulæ cõparentur fœno & lignis. Sciendum quoq; ꝙ sicut fũdamẽtũ corporalis fabricę est imo, ita fũdamentũ spũalis fabricę est in summo: ideoq; sicut parietum põdus tendit ad ima, vbi est suũ fundamentũ, ita spiritualis ædificatio tendit adsumma, vbi suũ est fundamẽtum. Nã & ponderũ gemina sunt genera, quorũ alia ima petũt, & lapis super aquã posit⁹, & aqua sup oleũ. Alia vero summa petunt, vt ignis & oleũ. Sẽper enim superiora ignis petit. Et oleũ etiã subter aquã fusum non se patitur: Sic ecclesia nunc in imo posita tẽdit ad cælum vbi fundamentũ eius est Christus, sedens ad dexterã patris. Vel aliter põt accipi ab illo loco, Vt sapiẽs archi. fũda. po. Sapiẽs

architectus est qui secundum disciplinam authoris collo- D
cat fundamen tum.i.qui scd̃m traditionẽ saluatoris euan-
gelizat. Alius autem superædificat.s.illi qui venientes post
Augusti. apstolos docẽt,siue boni,siue mali sint. Sed videant vt ędi
ficatio cõgruat fundamento. Vnde subdit. Vnusquisq; aũt
videat quõ superædifi. vtrũ scd̃m nos qui sumus veri Chri
sti apostoli,an secundum alios,ne si obliqua fuerint,& fri
uola quæ superædificãt, ruinam faciant,manente tamen
incolumi fundamento,quia & si male aliquis docuerit,ta
men Christi nomen permanet. Ideo de superædificatiõe
videndum est. Fundamentũ enim nemo potest ponere,p̃-
Ambrosi. ter id quod positũ est Iesus. Quia nemo pręter Christum
loquens sua cõ menta cõmendaret, ideo quãuis aliqui hæ
retici sint,nõ tamen docẽt nisi sub nomine Christi, vt res
cõtrarias & absurdas noĩs dignitas acceptabiles faciat. Si E
quis aũt superædificet supra fũdamentũ hoc,au.ar.la.prę.
Ambro. lig.fœ.sti. vniuscuiusq; op⁹ manifestũ erit. In auro.ar.la.
Ambro. præ.præclaram doctrinã significat. In tribus aliis friuola
& vana doctrina significat, quæ & si modo fallit in igne
tamen apparebit,quia ardebit bona permanente. Et vere
manifestũ erit, Dies enim dñi decla. quia in igne reuela.
.i.mala doctrina in igne omnibus apparebit, nunc enim
q osdã fallit. Et vniuscuiusq; op⁹ quale fuerit ign.proba.
ga si i aliquo nõ inuenerit,qd̃ exurat,manifestat illũ fuis
se bonũ doctorẽ, mala vero doctrina ignis esca ẽ. Si cui⁹
Ambrosi. op⁹ mã.qd̃ supędi.mer.acci. Cũ.n.nihil in eo sordis in-
Ambro. uentũ fuerit prauę doctrinę,sicut ignis nõ cõsumit au.ar.
la.p̃.ita & bonus magister incorruptilis pmanebit,& erit
Ambrosi. ei merces vita æterna. Si cuius op⁹ arse. detri.pa. Op⁹ qd̃ F
Ambrosi. ardere dicitur mala doctrina est,quę interibit : detrimen
Ambrosi. tum pati est,pœnã perpeti. Quis.n.in pœna posit⁹ iactu-
rã non sentit? Ipse autẽ saluus erit,quia non interibit sub-
stãtia qua cõstat.i.bõa doctrina in qua fundatus est, sicut
doctrina mala peribit,quæ accidens est. Saluus erit,dico,
Sic tñ,quasi per ignẽ,quia non sine pœna erit saluus. Per
hoc.n.ostẽdit saluum illũ futurũ, sed pœnas ignis passu-
rum,vt per ignẽ purgatus fiat saluus,& cum perfidi in ę-
ternũ pereant, prodest illis ex parte credidisse Christum,
[Nescitis quia templũ dei estis, & spiritus dei habitat in
vobis. Si qs aũt templũ dei violauerit dispedet illum de⁹.

A Templum enim dei sanctū est, quod estis vos. Nemo se se ducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Scriptum est enim, Cōprehendā sapientes in astutia eorū. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientiū, quoniam vanæ sunt.] Nescitis quia tēplū dei estis &c. sic continet, Iste saluus erit p ignē q a fundamēto nō discedit. sed si qs, vel pseudo apl'us male docēdo, vel homo ei assentiēdo, Tēplū dei, quod vos estis. Violauerit, in se, vel in aliis volēs subuertere fundamentū, & catholicam societatē disiūgere, Disperdet illū deus, corpore, & aīa, quasi sacrilegū. Et merito, Tēplū. n. dei sanctum est, a tēpore baptismi, quia in nemine habitat deus, quem nō ante spiritus sanctus sanctificet & purget, quasi tēplum Augusſt.

B dei. Quod estis vos, secundū animā, & secundū corp⁹. Cauete ergo vobis, Quia vos estis tēplū. i. tales in quibus. s. deus, sedet & habitat. Tēplū dico, Dei. i. spiritus sancti. vñ subdit, Et spiritus dei. i. spirit⁹ sanctus, Habitat in vobis, q vos consummat in bonis, & nescitis hoc? Nota φ spiritus sanctus dicitur hic deus. Cum. n. pmiserit, estis tēplū dei, non subdit, & deus habitat, Sed spi. dei in vo. ha. in quo aperte ostēdit spiritū dei esse deū. Vbiq; adest spiritus sanctus, ad homines in æternā vitā regenerādos, & nō est eis deus, imo vero est deus vera, quia vera dei mēbra tēplum eius sunt, & vtiq; subiectū est tēplū illi cuius est tēplū Quō ergo rex nō est cuius tēplū est, q̄ mēbra sunt regis? Quomodo etiā nō cōsidet patri & filio qui replenit filiū, q etiā mēbra filii suā possidet domū? Deinde cū de pre procedat Augusti. Ambrosſ. Aug. con. Maximi. Augusſt.

C quō cū patre nō sedet? Cū ipsa sessio nō sit vtiq; cogitanda carnaliter, & cū etiā de mēbris eius dicat apostolus, suscitauit & cōsidere fecit in cęlestibus. Quō ergo spiritui sancto subtrahit a nobis q quis ille est consessus tanq̄ sedere cū patre & filio sit indignus, qui nos eadē sede efficit dignos? Spiritus ergo sanctus, & in cęlestibus sedet cū patre & filio, & in tēplo suo habitat. s. in sanctis q sunt tēplum dei, mō scdm fidē ambulātes, & tēplū dei erūt aliq̄n etiam scdm speciē, qualiter etiā nūc tēplū sūt angeli dei. Sed dicit aliqs antē q̄ faceret de⁹ cælū & terrā ante q̄ faceret sanctos, vbi habitabat. In se habitat de⁹ apud te, & apud se est Nō ergo sic sūt sācti dom⁹ dei vt ipsa subtracta cadat de⁹.

Cap.4. Imo sic habitat deus in sanctis, vt si ipse discesserit, cadāt. D
Preterea sciēdū quod nō dici nisi stultissime pōt spiritum
August. sanctum nō habere locū in nostro corpore, ꝙ totū nostra
Dardanū anima impleuerit: stultius etiā dicit angustiis alicubi impe
diri trinitatē, vt pater, & filius, & spirit⁹ sanctus, alicubi si-
mul esse nō possint. Verū illud est multo mirabilius, ꝙ cū
deus vbiq; sit totus, nō tñ in omnibus habitat. Quis porro
audeat opinari, nisi īseparabilitatē trinitatis pœnit⁹ igno
ret, ꝙ in aliquo potuit habitare pater, aut fili⁹ ī quo nō hī-
tat spūs sctūs? Aut ī aliquo spūs sctūs, ī quo nō ē pr̄ aut fili⁹
Attēdēdū igitur est vbiq; esse deū p diuinitatis p̄sentiā, sed
nō vbiq; p inhabitationis gratiā. Propter hanc.n. habita-
tionē vbi gratia dilectionis eius agnoscitur, nō dicim⁹ pa
ter noster q es vbiq;, cū & hoc verū sit, sed q es in cælis.
Illud quoq; mirabile est ꝙ deus est inhabitator quorun- E
dā, nōdū cognoscētiū deū. Et non quorūdā cognoscentiū
deū. Illi.n. ad tēplū dei nō pertinēt, q cognoscētes deū, nō
sicut deū glorificāt, & ad tēplū dei ptinēt, paruuli sanctifi
cati sacramēto Christi, & regenerati spū sancto, ꝙ nōdū
possunt cognoscere deū. Igit̄ quē potuerunt illi nosse, nec
habere isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi
autem sunt illi quibus hoc est deum habere quod nosse.
Christianis ergo & fidelibus loquens ait, Templum dei
estis &c. Hoc p̄misit. ideo vt compungat illos q turpiter vi
uētes corpora sua violant, maxime illi q vxorē patris ha-
bet, & quia tēplū dei violās, disperdet̄, Ideo nemo sedu. se
vel nos, quasi deus hoc negligat. sed potius. Si qs īter vos
videt̄ sapiēs esse in hoc seculo. i. scd̄m sapientiā huius secu
li, Stultus fiat apud se, & deū contra naturā credat pòsse. F
Ambrosi, Vt, ita, Sit, vere, Sapiēs, qa stultus seculo prudens est deo.
Et merito apud se stult⁹ est quia ita est apud deum. Sa.n.
hu.m. stul. est apud, d. i. sapiētiā illā stultitiā deus probat, q
facit qd̄ mūdus posse fieri negat, Et nota ꝙ aliqñ in scri-
pturis sapiētia ponitur, pro astutia abusione verbi nō pro-
prietate. Quod autē mundi sapientia sit stultitia cōfirmat
authoritate. Scriptū est enim, ī Iob. Cōprehendā. i. falsos
ostendā, Sapientes, mundi, In astutia eorū. faciēdo aliter
quā ipsi dicunt. Et iterum, in psalmo scriptū est, Dominus
nouit cogitationes sapientium, mundi, Vel hominū, scili-
cet carnalium, Quoniam vanę sunt, id est falsę: & quia
stultitia est apud deum, sapientia mundi.

A [Nemo itaq; glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sũt, siue Paul⁹, siue Apollo, siue Cephas, siue mũd⁹, siue vita siue mors, siue p̄sentia siue futura. Omnia em̃ vestra sunt vos autẽ Christi, Christus autẽ dei,] Nemo itaq; glorieť in homin:b⁹, baptistis, vel doctorib⁹, quasi meli⁹ ab vno q̃ ab alio recipiat, cũ nõ sint datores gratiarũ, siue boni, siue mali sint, sed tñ ministri, Omnia.n. vestra sunt.q.d.nõ debetis in hominibns gloriari, quia vestri sũt. & vere, Quia omnia vestra sunt. i.ad seruiendum vobis data, & nõ est gloriandum, nisi de rebus excellentioribus. Et de quib⁹ dixerit omnia vestra sunt, aperit subdens, Siue Paul⁹ siue Apollo, qui sunt de maioribus, Siue Cephas, qui omnib⁹ maior, quasi non solum minores vestri sunt, sed etiã maiores. Et hoc ideo dicit vt non singulos doctores sibi defendant cũ omnibus vtantur. Deinde exequitur de aliis quæ

B sunt eorum, Siue mundus, noster est, Siue vita, pręsens, Siue mors. Mundus itaq; noster est, si de illo secundũ dei voluntatẽ sentimus, & cursus eius in dei voluntate ponimus. Vita pręsens nostra est, si modeste, & cũ gloria dei agitur. Ambro. Mors nostra est, si spe futuri libenter pro Christo morimur, Siue p̄sentia, nostra sunt, quib⁹ sustẽtati deo seruiũt Siue futura, spe quorũ seruiunt. pręsentia enim nostra sũt si sic vtimur eis ad sustentationem, vt non offendam⁹. Futura nostra sunt, si ea credẽtes, magis optamus. Vel ita. Siue mũdus, noster est. hoc ideo dicit, qa etiam elemẽta mũdi nobis seruiunt. Siue vita, doctorum, Siue mors, eorundẽ nostra est. Nã & vita, & mors doctorũ ad ędificationẽ subditis esse debent. Vel per vitam sãctos homines, & do

C ctores, & angelos accipe, qui student profectui fideliũ: p mortẽ diabolum, & membra eius accipe, q dum persecũtur, vtilitati seruorum dei seruiunt. Alia non mutanť. Omnia enim, vel autem.q.d.hæc nostra sunt. quia Omnia, quotquot sunt in mundo, Vestra sunt. Vos autem, estis, Christi, nõ hominis, & ideo nõ in homine gloriandũ, sed in Christo cuius sum⁹ creatione & recreatione. Hoc ideo dicit apostolus, vt sicut hæc nostro iudicio concessa sunt, & subiecta, ita nos Christo subiiciamus. Christus autem, est. Dei, patris proprius filius, eius faciens voluntatem, vt & nos ipsius faciamus. & si famuli Christi sumus, cur ergo ad iniuriam, Christi de hominibus aliquid

ſperatis! Cauendũ eſt ne ſic intelligatur, Chriſtus eſt dei: D
Aug. I lib. qualiter illud, Omnia veſtra ſunt. & illud. Vos eſtis, Chri-
lxxxiii. q- ſti. nã omnia illis, & illi Chriſto ſubduntur, vt res diſſimi-
ſtionum. les, & in natura diuerſę. Chriſtus autẽ ſubditur deo patri,
Aug. de non tanquã diſſimilis aut alterius naturę, ſed tanq̃ patris
ſymbolo. fili⁹. Sciendũ etiã quod in hac enumeratione rerũ ſibi cõ-
nexarum, qua dicitur, Omnia veſtra, vos Chriſti, Chriſtus
dei, nulla fit cõmemoratio ſpiritus ſancti, ſicut nec ibi, Ca
put mulieris vir, caput viri Chriſtus, caput Chriſti deus.
Ideo vtiq; qa fere nunquã in his q̃ ſibi cõnexa ſunt, nume
rari ſolet ipſa cõnexio. Cõnexio autẽ patris, & filii eſt ſpi
ritus ſanctus, q eſt deitas patris & filii, & ipſa deitas dile-
ctio eſt ſecundũ illud, Deus charitas eſt, tacito ergo nomi
ne ſpiritus ſancti, dicit, Vos eſtis Chriſti, Chriſtus dei, &
ita mediante Chriſto vos eſtis dei. E

CAPVT IIII.



Ic nos exiſtimet hõ vt miniſtros Chri-
ſti & diſpenſatores miniſteriorum dei
Hic iã quęritur inter diſpẽſatores, vt fi-
delis quis inueniatur. Mihi autem pro
minimo eſt vt a vobis iudicer, aut ab hu
mano die. Sed neq; meipſum iudico, ni
hil enim mihi concius ſum, ſed non in
hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, dominus eſt.
Itaq; nolite ante tẽpus iudicare, quo uſq; veniat domin⁹
qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſta-
Ambroſi. bit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; a deo.]
Sic nos exiſtimet homo. Hactenus egit de gloria pſeudo,
hinc agit de ſuo contẽptu. q. d. & cũ hoc ſit. ſ. quod de⁹ eſt
Auguſti. author, nos autẽ adiutores ſumus, nec nimis, nec min⁹ de F
ad Auda. nobis arbitremini, ſed poti⁹, Homo, quilibet, Sic exiſtimet
nos, nõ vt dños, ſed Vt miniſtros Chriſti, quod non pſeu
do ſunt. Hoc ideo, ait apoſtolus, quia de eo minus ſentie-
bãt, ſed ſic hõ ſentiat vt deus, q eũ elegit, & ſic exiſtimet
nos, Vt diſpẽſatores miniſteriorũ dei, vel myſteriorũ dei,
qa ſcdm modũ cuiuſq; myſteria diuidimus, vel miniſteria
Et ſciẽdũ qa nõ ſolũ boni, ſed etiã mali diſpenſatores ſũt
Si ei, p bonos nõ diſpẽſaret, nõ recte apoſtol⁹ diceret, Imi
tatores mei eſtote. Rurſus ſi p malos non diſpẽſaretur nõ
diceret dominus de quibuſdam, Quę dicũt, facite, quę au-

A tem faciunt, nolite facere, dispensatores sunt per quorũ mi nisterium peruenitur ad ęternam salutem. Non enim esse saluris illius dispensatorem per verbum & sacramentum, est illius esse participem. Hic iam quæritur &c. q. d. Ita de nobis existimandum est vt dixi, sed. Hic. i. inter nos quod non alibi, Iam. s. in præsenti cum expectandum esset donec deus iudicet. Quęritur quis inter dispensatores inueniatur vt fidelis. s. cui possit credi vt bene dispenset. Mihi autem. q. d. hoc inter vos quęritur quod non esset querendum, sed quicquid, Alii, faciant. Mihi pro minimo est vt a vobis iudicer, quasi infidelis dispensator. Aut ab humano die. i. humano intellectu, qui non videt occulta, & potest falli. vel. Ab humano die. i. ab hominibus dum sunt in suo die, & non est dies domini. Humanô, dicit, quia est dies B domini quo iudicabit. Quando vnusquisq; pro se rationem reddet, tũc secreta cordiũ patebunt. Sed neq;. q. d. minimũ mihi est, si a vobis, vel ab aliis iudicer, Sed neq; ego qui melius me noui q̃ vos, Iudico meipsum, & ita periculum est vobis de ignotis cordis mei, vel aliorũ iudicare, Tanta. n. profunditas credenda est esse in homine q̃ lateat ipsum hominẽ, in quo est, vt in Petro, Profunditas infirmitatis latebat, cũ se cũ dño moriturũ temere promittebat. Cũ ergo quisq; de se, aut non omnino, aut vix possit verã ferre sententiã, quõ põt de alio iudicare cũ nemo scit qd agatur in homine nisi spũs hoīs? Ideo apostolus non ꝓsumens de se definitam dare sentẽtiã, ait, Neq; meip. iu. q melius me noui q̃ illi, sed melius me nouit deus, q̃ ego, & ideo illi relinquendũ est iudiciũ. Nihil em̃ mihi cõsci⁹ C sum. i. in nullo me remordet cõsciẽtia mea, Sed nõ in hoc iustificatus sum. i. non ideo me iustũ puto, qa potest esse ꝙ nescio Delicta enim quis intelligit? Et quis gloriatur mũdum se habere cor? Humiliat se apostolus hoc dicens, vt homo loquitur, qui potest habere culpam nesciusQui aũt q. d. neq; ego debeo me iudicare neq; vos, sed, Qui iudicat me dñs est. i. q põt & debet me iudicare. Dominus, solus, Est, q nouit oĩa, & qa dñs est q potest iudicare. Itaq; nolite iudicare ante tẽp⁹. iudicii. s. Quo vsq; veniat dñs iudicare. Aliter em̃ iniuria iudici fit, quia iudicis iniuria est, si ante iudiciũ eius a seruo procedat sententia. Ecce iudicium ꝓhibet apostolus, qa occulta sunt nobis corda homi

August.

Au. l. q̃st. lxxxiii.

Ambros.

Augu. sup Ioannem

num. In his plerũq; nostra credulitas fallitur. Sed cauẽdũ D
Augusti. est ne perniciosa opinatione fallamur, vt quia nõ possum⁹
sup Iob. hoĩm indagare cõscientiã, de ipsis reb⁹ habeam⁹ verã cer
tamq; sententiã, hoc modo, vt si nescim⁹ an ille, vel ille ho
mo sit impudicus, pudicusve vel iustus, siue iniustus. Ode-
rimus tamen impudicitiã, & iniustitiã, & pudicitiã, & iu-
stitiã diligamus, & hæc appetenda, illaq; vitãda in dei ve-
ritate cõspiciamus: vt cũ de ipsis rebus quod appetendum
est, appetimus, & quod deuitandũ est vitamus, ignoscatur
nobis ꝙ de hoĩb⁹ aliqñ imo assidue nõ vera sentim⁹. Hęc
enim ad humanã tentationẽ pertinẽt, sine qua istavita nõ
ducit. Vnde apostol⁹, Tẽtatio vos nõ apprehẽdat nisi hu-
mana. Et si ergo suspiciones vitare nõ possumus, quia ho-
mines sumus, iudicia tñ. i. definitas firmasq; sententias cõ
tinere debem⁹. Si ergo suspicamur ꝙ est humana tẽtatio, E
saltẽ nõ iudicem⁹. Quãdo ergo nõ erratur in reb⁹ vt recta
sit improbatio vitiorũ virtutũq; approbatio, profecto si er
ratur in hoĩbus venialis est humana tẽtatio. Quod autem
ꝑniciosum est, prohibet apostol⁹ dicẽs, Nolite ante tẽpus
iudicare quo advsq; ve. do. qui & illu. i. aperta faciet, Ab-
scõdita tene. i. peccatorũ, Et manife. co. cor. i. bonas cogi-
tationes. Quia gesta & cogitata bona, vel mala tunc erunt
aperta, Et quia tunc erũt oĩa nota oĩb⁹, poterũt de se iudi-
care, & de aliis. Et tũc vnicuiq; bñ agẽti, vel cogitãti, Erit,
ꝓ mõ suo, Laus. i. remuneratio, A deo, hic aũt nescit, q̃s
sit laude dign⁹. Hæc aũt, quia superi⁹ dixerit illos dixisse,
ego sum Pauli, ego Apollo, cũ tamẽ hoc forsan null⁹ dixe
rit, aperit hic. q. d. dixi non esse gloriandum in nobis.

[Hęc aũt fratres trãsfiguraui in me Apollo propter vos, F
vt in vobis discatis, ne supra quã scriptũ est, vnus aduersus
alterũ infletur pro alio. Quid. n. te discernit? Quid aũt ha-
bes quod nõ accepisti? Si aũt accepisti, qd gloriaris quasi
nõ acceperis? Iã saturati estis, iã diuites facti estis, sine no
bis regnatis, & vtinã regnetis vt & nos vobiscũ regnem⁹.
Puto. n. ꝙ de⁹ nos Apl'os nouissimos ostẽdit tãq̃ morti de
stinatos, quia spectaculũ facti sum⁹ mundo, & angelis, &
Ambrosi. hominib⁹.] Hæc aũt, o, fratres, In me & Apollo trãs
figuraui, cũ in nobis nõ gloriaremini. i. me & Apollo pro-
posui figurã pro omnib⁹, vt ab omnib⁹ abhorreatur, hoc
sicut a nobis, Hæc ergo in se, & Apollo trãsfigurauit dum

A pseudo & apostolorũ gloriã, & traditiones peruersas sub sua persona & Apollo euacuat: summatim illos designãs, non sigillatim ne maior nasceretur discordia. Nemo eñ audiens nomen suũ taxari, vel eius cui fauet contentus est tacere, tacito vero nomine, audiens de se aliquid dictum dissimulat. Et hoc feci, propter vos. i. propter vtilitatẽ vestram, Hanc. s. Vt in nobis, qui maiores sum⁹, Discatis, ne vnus infletur aduersus alium, Pro se, Alio, ab alio. i. meliori q̃ ille. i. quasi sit alius ab illo. i. melior qui nullus est quantum ad se, vel quantum ad ministerium. Vel. Infletur, pro doctore, Alio, a ministris aliis. i. meliore quã alii sint. Infletur dico, agẽdo, Supra, id est vltra, & aliter, Quam scriptum est in Hieremia. s. Qui gloriatur, in do- Augu∫t. de cor. gratia.

B mino glorietur: in quo debes gloriari, non in hoĩe. Quis enim te discernit? a massa perditorum. nullus, nisi deus solus ipse separat te a perditis. Sed quia homo inflatus posset respondere, vel voce, vel cogitatione, & dicere, discernit me fides mea, & oratio mea, & iustitia mea, occurrit Apostolus subdens. Quid autẽ. q. d. dico quis te discernit, sed dicis fides tua, vel oratio tua, vel iustitia. Item interrogo, Quid habes, boni, Quod nõ accepisti a deo. Sciendũ est neminẽ posse discerni ab illa pditionis massa, nisi qui hoc bonũ habet, vt credat ꝙ quicquid boni habet, gr̃a saluatoris accepit. Sciendũ etiã ꝙ sicut supra temerariũ iudiciũ prohibuit, ita hic aliud gen⁹ arrogantiæ ammonere conatur. s. ne homo superbiat propter aliquã gratiã a deo sibi datam, putans se eã habere, a se, vel a ministro, quod Augu∫t.

C Apostolus redarguens ait, Quid habes quod nõ accepisti? Si autem accepisti a deo quid gloriaris in te vel in illis. Quasi non acceperis, a deo: sed a te, vel ab illis. Vel ita, Ne vnus infletur aduersus alium, pro baptista, Alio . i. meliore q̃ sit ali⁹, & nõ debes. Quis. n. baptista q̃tũcũq; bon⁹ sit, Discernit te, ab eo q baptizat⁹ est a min⁹ bono? q. d. si baptizat⁹ es a Petro, quõ discernis ab eo qui baptizatus est a Paulo? nihil vtiq; ille habet a baptista, nihil tu. Quid aũt hic redarguit illos eosdẽ q gl̃iabãt̃ de magisterio pseudo, cõtẽnẽtes doctrinã apostoli. q. d. Gloriaris pro illis. Sed quid habes, ab illis, Quod non accepisti a me. Ambro. Ad vnũ videtur loqui, sed ad partẽ plebis loquitur. Si autẽ accepisti, a me, Quid gloriaris, cõtra me. Quasi nõ idem

acceperis a me. Hoc dicit cõtra illos, qui eadẽ q̃ ab apostolo acceperãt, audiẽtes de magisterio pseudoapostolorũ gloriabãtur. qui per eloquẽtiã se cõmẽdantes, gloriã in se vertebãt, cũ apostolus se contemptibilẽ videri fecerat, vt gloriã deo faceret. Ideo apostolus ironice eis loquitur, quasi cõcedẽs q̃ eis de seipsis videbat̃, cũ subdit, Iã saturati. q.d. increpo vos. Quid dicẽs gloriaris, &c. sed nõ recte videor hoc facere, quia vos, iam. i. tã cito, Saturati estis. i. pleni spiritu sancto. Et iã diuites facti estis. q.d. & alios saturare potestis. Ironia est: ac si diceret, nõ est ita. Irascẽtis. n. verba sunt, nõ cõfirmãtis, Et regnatis. i. regitis vos, Sine nobis. sic putabãt illi gloriãtes de pseudoapostolis. Et vtinã, vere, Regnetis. vere regnare, est de spe & pmissis dei securum esse, & in aduersis gaudere. Nota quia vt pius pater etiã his ingratis filiis bene optat. Regnetis, dico, ita, Vt & nos regnem⁹ vobiscũ. nõ dico vos nobiscũ cũ nos seq dedignemini: sed dico nos vobiscũ, vt nos seq̃murvos, si nõ vultis seq nos quos qdẽ seq deberetis, qa nos re vera regnam⁹, sed timeo ne sine vobis. Puto. n. q. d. vos sine nobis putatis regnare. & hoc iõ, Quia puto. q. d. q̃ nullaten⁹ putãdũ est. Ironice. n. loqtur, qd per mala quæ patimur, De⁹ ostendit nos apostolos nouissimos. i. vilissimos de quibus nõ curet, Tãq̃ morti destinatos. i. quasi ad nullã vtilitatẽ, sed morti reseruatos. quod per hoc videtur, Quia facti sumus mundo spectaculũ. Ad spectaculũ. n. nostri, quasi ad monstrũ cõueniũt hoĩes, p qd magis probamur amici dei Vel ita, Puto. n. q. d. ideo deberetis regnare, quia, Ego puto & certus sum, Quod deus ostẽdit nos apostolos nouissimos. i. similes nouissimis sanctis. s. Heliæ & Enoch, in tribulationib⁹. Nos dico, Tanq̃ morti destinatos, quia ita fit nobis, vt illis qui a victoribus morti seruabantur, ad qd spectaculũ cõueniebat populus. sicut ad derisionẽ Heliæ & Enoch tũc cõueniũt, & modo ad derisionẽ apostolorũ cõueniũt mali. Vñ subdit, Quia spectaculũ facti sum⁹ mũdo. Quid noĩe mũdi itellexerit subdit, Et angelis, & hoĩb⁹. i. vtrisq̃, bonis vel malis: sed bonis, vt cõfortẽt & laudẽt: malis, vt isultẽt & vituperẽt. Boni. n. angeli, & boni hoĩes laudant, & mali irrident. Hęc sunt dextra, & sinistra. His vtimur quasi armis ad feriendũ hostẽ. i. diabolũ. s. laudãtibus, & vituperantib⁹. Sed nec ista eleuãt, nec illa frãgunt.

Margin notes: D (beside line 1); Ambro. (beside "ba sunt, nõ cõfirmãtis"); E (beside "rum esse"); F (beside "puto & certus sum"); Aug. in Psal. 40 (beside "malis, vt isultẽt").

A [Nos stulti propter Christũ, vos aũt prudẽtes in Christo. Nos infirmi, vos aũt fortes. Vos nobiles, nos aũt ignobiles. Vsq; ad hãc horã, & esurim⁹, & sitim⁹, & nudi sum⁹ & colaphis cędimur, & ĩstabiles sum⁹, & laboram⁹, operãtes manib⁹ nostris. Maledicimur, & benedicim⁹, pſecutionẽ patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanq̃ purgamẽta huius mũdi facti sum⁹ oim peripsima vsq; adhuc. Nõ vt cõfundã vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo.] Et nos stulti sum⁹, Propter Christũ, cui⁹ crucẽ prædicam⁹: q̃ vos tacẽtes, videmini in Christo prudẽtes. Vnde subdit, Vos aũt prudẽtes in Christo, & est hic increpatio cũ ironia. q. d. quod totũ cõtra est. Item, Nos infirmi, sum⁹. i. afflicti. Vos aũt fortes, potesta

B te, & securi, Vos nobiles. i. reuerẽdi, Nos aũt ignobiles. i. despecti. Et Vsq; ad hãc horã. i. cõtinue. i. vsq; ad hoc tẽp⁹ Et esurim⁹, & sitim⁹, & nudi sum⁹, libere. n. & sine adulatione veritatẽ ꝓdicãtes, & gesta prauæ vitæ arguẽtes, gratiã apud hoies nõ habẽt. Et colaphis cedimur, & instabiles sumus, quia pro persecutione mutamus loca. Fugamur eñ a perfidis, ne plures doceamus. Et laboramus manib⁹ nostris. i. nobis necessariis, Operãtes, quia nemo dat nobis. Et maledicimur, & benedicimus, hortando alios ad bonũ. Et persecutiones. i. tormẽta, Patimur, & patiẽter Sustinem⁹. Et, Blasphemamur, quasi magi & malefici, Et obsecramus, deũ, pro illis: vel, eos, ne blasphemẽt nos. Et facti sum⁹. i. reputati, Tanq̃ purgamenta huius mũdi, de quibus manentibus mũdus inquinetur, vel abiectis pur

Ambro.

C getur. Quia facti sum⁹ peripsima omnium, Peripsima Peripsima purgamentum est ferri, vel pomi, & quicquid de qualibet materia vt purgatior reddatur, abiicitur: vt limatura ęris, & huiusmodi, & quęlibet domorum quisquilia. Per hæc omnia vero probamur in Christo prudentes & fortes, & si illis aliter videatur. q. d. abiectiores omnib⁹ facti sum⁹. & hoc, Vsq; adhuc. i. cõtinue vsq; ad hoc tempus. Nõ vt cõfundam vos, aspera blandis mitigat vt salutaris medicus. q. d. & si dixerim vos inflatos, &c. tamen, Non hæc scribo vt confundam vos. i. vt erubescentiã faciã vobis: Sed moneo, vos, Vt filios meos charissimos, pro quibus tot mala passus sum. Et bene dixi, quod vos estis filii. Nam ego pater sum. & hoc est quod ait,

[Nā si decem milia pædagogorū habeatis in Christo, D
sed nō multos patres. Nā in Christo Iesu per euangelium
ego vos genui. Rogo ergo vos, imitatores mei estote: sicut
& ego Christi. Ideo misi ad vos Timotheū, qui est filius
meus charissimus, & fidelis in dño, qui vos commonefa-
ciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbiq; in om
ni ecclesia doceo. Tanq̄ non venturus sim ad vos: sic in-
flati sunt quidam: veniā ad vos cito, si dñs voluerit, & co-
gnoscā nō sermonē eorū qui inflati sunt, sed virtutē. Non
enim ī sermone est regnū dei, sed in virtute. Quid vultis?
In virga veniā ad vos, an in charitate & spū mansuetudīs]

Nā si habeatis decem milia pędagogorū, Finitū pro in-
finito posuit. i. quantālibet multitudinē eruditorū, In Chri
qui nō genuerūt vos: Sed tñ, Nō, habetis, Multos pr̄es
qui genuissent vos in fide Christi. Nā ego, tantū, Genui E
vos, non in me, sed In Christo Iesu. i. in fide Christi. &
Augu. in Psal. 77 hoc, Per euangeliū. i. per prædicationē meā. Cū prædixis
set, Ego genui vos in Christo, addidit, Per euangeliū, ne
ipsius putaretur esse quod dei est. Ait. n. dñs in euangelio,
Ne vobis dicatis patrē in terra, vn⁹ est. n. pater vester de⁹.
Quod non ideo dixit. vt hoc nomē cęteris tollatur, sed ne
gratia dei qua in ęternā vitā generamur naturę vel potesta
ti, vel etiā sanctitati cuiusquā hoīs tribuatur. Appellantur
quidē & alii patres, sed non sicut deus pater vn⁹ est, qui re
generat spiritu sancto, quos facit filios ad hæreditatē ęter-
nā: hoīes vero dicūtur patres propter honoris gratiā, pro-
pter ætatē curamq; pietatis. Notandū etiā q̄ dum loquens
Corinthiis pędagogos noīat pueros illos esse significat.
Rogo ergo vos. q. d. qa genui vos, Ergo, o, fratres, Estote F
imitatores mei, non pseudoapostolorū, sicut & ego Chri-
sti imitator sum. & hoc, Rogo vos, quia ex debito mihi o-
bedire debetis. Ideo etiam. s. vt imitemini me, Misi ad vos
Timotheum, per hunc creditur missa eis epistola. Qui est
filius meus, in fide. Et charissimus, bene agendo. Et fide-
lis in domino. i. in prædicatione domini. Qui vos com-
monefaciat vias meas, id est, instructiones meas. Quæ
sunt in Christo Iesu, & ideo tenēdæ. Commonefaciat di-
co, ita, Sicut ego doceo, eas, Vbiq; terrarū. In omni eccle-
sia, & ideo authentice. Dico misi Timotheū, & opus erat
mitti. Quia quidam, vestrū, Sic inflati sunt de philoso-

A phis,quorum terrena ſapientia gloriantur, Tanq̃ nō ſim venturus ad vos. Veniam aūt cito ad vos. Ecce poſt commonitionē promittit ſe ire ad illos,ſed ſi dn̄s permitteret. vnde ſubdit, Si dn̄s voluerit.q.d. Veniā ad vos niſi culpa veſtra impedierit. Ideo dicit, Si dn̄s voluerit,vt oſtenderet ſi non iret,deum voluiſſe,cauſa vtiq; indignitatis illorum. Veniā dico, Et cognoſcam.i.probabo, & quæram, Non ſermonē,humanę ſapiētię, Sed virtutē,in fide & bona operatione, Eorū qui inflati ſunt,ſuperbia alta ſapiēdi & cęteros iudicandi. Nō.n.q.d. Ideo nō quęrā ſermonē. Quia regnū dei.i.cauſa regni dei. Nō eſt in ſermone ſed in virtute.i.nō ſermo humanę ſapientię,ſed virtus eſt cauſa regni. Quid vultis,&c.q d.ego vere veniā. Sed quid, Ambro.

B horum, Vultis.ſ.an Veniā ad vos in virga,correctionis, vbi & ſi ſit charitas,non tamen eſſe videtur. An in charitate.i.in manifeſta dilectio ne,vt bona ſuppleam,& ſpiritu manſuetudinis,vt peccatis parcam? Terroris verba infert,vt inflati humiliarentur, & ſe prępararent ad recipiēdum eum. Abſit vt pii filii dicerēt, ſi in virga correctionis venturus es,noli venire. Melius eſt enim erudiri in virga patris,quam in blandimento perire prædonis.

CAPVT V



Mnino auditur inter vos fornicatio,& talis fornicatio q̃lis nec inter gētes:ita vt vxorē patris ſui aliq̃s habeat. Et vos inflati eſtis,& nō magis luctū habuiſtis,vt tollat̄ de medio vr̄m qui hoc op⁹ fecit. Ego q̄dē abſens corpore,p̄ſens aūt ſpū: iā iudicaui vt pręſens eum qui ſic operatus eſt,in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu,cum virtute domini Ieſu tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitū carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.]

C Omnino inter vos, &c. Hic redarguit illum fornicatorem qui vxorē patris tenebat, & illos qui illum tolerabāt. Erant enim ipſi participes,dum paterentur reum tam ingentis peccati ſecum incorreptū cōuenire. Non ergo ſolū illum aperte reum mortis, ſed etiam adhærentes illi non

immunes a crimine demõstrabat. q. d. q̃ro an ad vos veniã in virga, & opus est virga, nisi vos corrigitis. Quia auditur omnino, id est ab omnibus. Inter vos, qui inflati estis, nec corrigitis. Quid audit? Fornicatio, res vtiq; infamis, & talis est, Illa fornicatio qualis nec etiam inter gentes, vt graue istud peccatũ ostẽderet nec ab his etiam dicit admitti qui deũ nesciũt. Deinde criminis prodit gen9, dicẽs, Ita vt vxorẽ patris aliquis habeat, & hoc publice vbi testibus opus non est. Publice. n. nouercam suã loco vxoris habebat, nec tergiuersatione aliqua poterat tegi crimen. Sciẽdum q̃ causa hui9 fornicationis. s. de vxore patris, incipit de fornicatione, postea monebit te omni carnali videlicet & spirituali. Et vos tamen. q. d. & cum tantũ scel9 sit inter vos, tamen Vos inflati estis, vento superbiæ, quę pellit misericordiã, quã si vnũ membrũ patitur, cõpatiuntur cætera. Et nõ habuistis luctũ. i. dolorẽ pro peccatis illi9, quod Magis, faciendum esset ita vtiq; dolere deberetis, vt Qui hoc opus, quod nullo modo tegi fecit poterat, Tollatur de medio vestrũ, quia omnes estis participes. Ego quidẽ. q. d. vos nõ tulistis eũ qui p̃sentes eratis: sed ego Absens quidẽ corpore, p̃sens aũt spiritu. i. sollicitudine mẽtis & puidẽs vobis, iam sine mora, Iudicaui eũ qui sic operatus est, vt præsens, ac si prę sens essem. Iudicaui dico, In nomine dñi nostri Iesu Christi. i. in vice ei9. Et hoc modo iudicaui, scilicet tradere huiusmodi, reũ, Satanæ, vobis cõgregatis & in eo spiritu cum virtute dñi Iesu. i. hoc modo iudicaui, vt vos cõgregati in vnũ sine aliqua dissentione qb9 mea authoritas, & virtus Christi cooperabitur, tradatis huiusmodi Satanę. Vel ita potest ordinari litera hoc modo, Iudicaui. s. Vobis cõgregatis & meo spiritu cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi Satanę ĩ noĩe dñi nr̃i Iesu chr̃i. i. vt vos cõgregati, tradatis huiusmodi Satanę ĩ noĩe dñi. i. ad honorẽ dñi, & gloriã, cui9 gloria est in huiusmodi iudicio, non pro odio vr̃o iudicaui tradere Satanæ. & hoc, In interitũ carnis. i. vt Satanas cũ corporaliter vexet, & sic ille resipiscat. Hãc. n. potestatẽ dicit habuisse Apostol9, vt cũ aliquẽ a stultitia sua nõ posset dimouere, diabolo eum vexandũ traderet, quousq; pœnitẽtiã profitens a malo desisteret. Vnde subdit, Vt spiritus eius saluus sit in die dñi nostri Iesu Christi. i. vt anima eius salua sit, hic, scilicet si-

D E F

quando illius cor visitat dñs, si quando luceat illi domin⁹ in corde. & appellat diẽ dñi, ortũ lucis. s. appositionẽ gratię. Vel aĩa salua sit, In die dñi nostri Iesu Chr̃i. i. in die iudicii. Ex his verbis manifestat Apostol⁹ nõ se odio sed amore illud fecisse. Sic em̃ Apostolus nõ crudeliter sed amabiliter, & zelo charitatis Satanæ tradidit, sicut Moses in cultores idoli paucos quidẽ vindicauit in præsẽs terrẽs, in posterũ disciplinam sentiens. Nã eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit, apertissime cognoscitur in verbis eius ꝓ peccatis Iudęorũ orantis & dicentis ad dñm, Aut dimitte illis, aut dele me de libro tuo. Sic & Elias & alii viri boni nõnulla peccata morte punierunt, quia sic & viuentibus vtilis metus incutiebatur, & il-

B lis qui morte puniebãtur nõ ipsa mors nocebat, sed pc̃tm̃ quod augeri posset si viuerent, minuebatur: nõ temere iudicabãt, quibus tale iudiciũ donauerat de⁹. Inde est quod Elias multos morte affecit, & ꝓpria manu & igne diuinitus impetrato. Vnde & hoc exemplũ Eliæ nõ reprehẽdit Christus in discipulis memorantib⁹ q̃d eo factũ sit, & petentib⁹ etiam sibiipsis dari potestatẽ dandi ignẽ de sublimi ad cõsumẽdum eos qui sibi hospitiũ nõ prębeرãt. Sed ignorantiã vindicandi in Apostolis reprehẽdit, quia odio non amore correctionis desiderabãt vindictã. Tales vindictę etiã in nouo testamẽto nõ defuerũt. Nã & Petr⁹ sic & in Ananiã & vxorem eius vindicasse legitur, q̃ñ exanimes ceciderũt nec resuscitati sunt. Vel ita, Tradidit &c. vt nõ de illa corporali vexatione accipiatur, sed de priua-

C tione ecclesiasticæ cõmunionis, quę fit per excõmunicationem. q. d. Iudicaui eũ, Qui huiusmodi est tradere Satanę. s. ab ecclesia expellere, admonitionẽ ecclesiasticã ab illo suspendere, & liberũ illi facere, ire In interitũ carnis. s. facere secundũ quod expetit caro eius in interitũ illum ducens. Omnis em̃ carnalis voluptas a diabolo est, & ideo cum huic voluptati relinquit̃ traditur Satanę, & cũ carnis desiderio se iũgit aĩa, interitũ patit̃. Nõ aũt hęc amaritudine odii facit sed ea intẽtiõe, vt expulsio hęc ad reuocandũ illũ valeat. Vnde subdit, Vt spirit⁹ eius saluus sit in die aduent⁹ dñi nostri Iesu Christi. i. vt anima eius salua sit in die iudicii. Vel ideo tradidit eũ Apł̃s Satanæ, abiiciendo ab ecclesia vt spũs sanctus quo cõtaminati nudãtur, saluus

Augu. de sermõe in monte.

Ambrosi.

Ambro.

fit eis non amissus, In die dñi.s.in die iudicii. Nisi eñ eie D
ctus fuisset, nō fieret saluus spiritus ecclesię in die iudicii.
Deserebat eñ oēs cōtaminationis causa, vt in die dñi nu-
di a spū sancto inuenirent. [Nō est bona gloriatio ve-
stra. Nescitis quia modicū fermentū totā massam corrū-
pit? Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua cōspersio: si-
cut estis azimi. Etenī pascha nostrū immolat⁹ est Christ⁹
Itaq; epulemur, nō in fermento veteri, neq; in fermento
malitię & nequię, sed in azimis synceritatis & veritatis.]
Nō bona est.q.d, Et quia talis fornicator inter vos est. Igi
tur nō bona est gloriatio vestra, qua iustos vos esse iacta-
tis qui talē inter vos patimini: & si ergo in aliis boni sitis
hæc tñ gloriatio mala est, quia hęc omnia bona impedit,
Ambrosi. Quia modicū fermentū.i.cōsensus hui⁹ pctī quod cogni-
tum nō arguitur. Totā massam corrūpit.i. omnes conta- E
minat, qui cū possint arguere dissimulant. Participes eñ
erant dum paterent reū. Sed si quis potestatē non habet
quem scit reū abiicere vel ꝓbare nō valet, immunis est, &
iudicis non est sine accusatore dānare, vt nec Christ⁹ Iu
dam abiecit, quia nō est accusatus. Vel, Modicū fermen-
tū.i.vnus fornicator alios suos exēplo ad peccatū trahen-
Ambrosi. do, Totā massam corrūpit.i. omnes qui noti sūt & nō de-
uitant, Et an Nescitis? hoc, Expurgate.q.d. Et quia mo-
dicū fermentū vos corrūpit, ergo, Expurgate vos, eiiciē-
do a vobis, Vetus fermentū.i.eum qui corrūpit, vos, qui
August. est membrū veteris hominis, & acidus. Eiecto igitr illo
fornicatore vet⁹ fermentū eiicitur, Expurgate, dico, Vt si
tis.i.perseueretis, Noua cōspertio.i.innouati virtutib⁹ & F
sine corruptione pctī, Sicut estis, facti in baptismo, A zi
mi.i.a corruptione pctī puri. Cōspersio eñ est farina per
aquā glutinata, sine fermēto: idē ē & azima. Vult ergo A-
postolus vt isti sint noua cōspersio.i.vnū qd p dilectionē,
& a corruptiōe pctī puri sicut ī baptismo, sūt facti, Azimi
Augu.sup Ioannē. mi.n.i.mūdi, sine corruptiōne. Zyma.n.græce latine dicit
fermentū. Et eñ.q.d. ideo puri esse debem⁹, Eteñ.i. quia
Christus immolat⁹.quē.s. edere debem⁹, Est pascha no
strū.s.per quē transire debem⁹ de mūdo ad patrē. Pascha
eñ non sicut quidā existimant gręcū nomen est, sed He-
bręū. Oportunissime tamē occurrit in hoc noīe quędā cō-
gruētia vtrarūq; linguarū. Quia eñ pati, gręce πάσχειν

A dicitur, ideo pascha passio putatur esse, vel hoc noie a passione sic appellatũ. In sua vero lingua.i.in Hebręa pascha transit⁹ dicitur: ideo quia tũc primũ pascha celebrauit populus dei, quãdo ex Aegypto fugientes mare rubrũ transierũt, Nunc figura illa pphetica in veritate cõpleta est, cũ sicut ouis ad immolandũ dicit Christ⁹, cuius sanguine illitis postibus nostris.i. cuius signo crucis signatis frontibus nostris, a pditione hui⁹ seculi tanq̃ a captiuitate Aegyptiaca liberamur, & saluberrimũ transitũ agimus cũ a diabolo transim⁹ ad Christũ, Ab isto instabili seculo ad eius fundatissimũ regnũ. Ideo eñ ad pmanentẽ deũ trãsim⁹, ne cũ hoc mũdo trãseũte transeamus. Pascha immolatio est nõ trãsitus sicut quibusdã videtur. prius eñ pascha est, & sic transitus, qa ante exemplũ est saluatoris, & sic salus.
B Itaq; .q.d. & quia Christus immolatus est pascha nostrũ Itaq; epulemur non in fermẽto veteri. i.in corruptiõe veteri, quia aliter nõ trãsirem⁹. Deinde fermentũ corruptionis p partes distinguit.i. Neq; in fermẽto malitię, q̃ in aliũ exerceat: Et neq̃tię, quã in se q̃s habet. Malitia eñ est iniq̃tas q̃ fit in aliũ. neq̃tia est iniquitas quã in se quis cõmittit. Sed in azymis synceritatis & veritatis.i. in synceritate a vitiis & veritate bonorũ operum quę per azymos significatur. Vel, In azymis sync.i. nouæ vitæ, Et veritatis, vt sine omni fraude simus, id est vt synceritas mũdam vitam faciat, & veritas omnem fraudem excludat. [Scripsi vobis in epistola: ne commisceamini fornicariis. Non vtiq; fornicariis huius mundi, aut auaris aut rapacib⁹, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mũdo exisse.
C Nunc autem scripsi vobis non cõmisceri. Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare: Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt de⁹ iudicabit. Auferte malũ ex vobisipsis.] Scripsi vobis, quasi dicat moneo vos ab hoc purgare, & sine hac admõitiõe debueratis facere, qa iã i alia epl'a, Scripsi vobis, hoc.s. Nõ cõmisceamini fornicariis. Significat se pri⁹ scripsisse eis aliã epl'am vbi monuit illos ne iũgerẽt se malę vitę hoïb⁹: & qa nõ intellexe

Ambros. (margin, beside "Itaq; .q.d.")
Ambro. (margin, beside "iã i alia epl'a")

rãt q̃ ſcripſerat q̃liter accipiẽda ſint determinat. Nõ, vtiq; D
fornicariis hui⁹ mũdi. i. gẽtilib⁹ q poſt varias cõcupiſcẽtias
ſuas euntes fornicant a deo, q̃b⁹ miſceri nõ ꝓhibuit, ſicut
iſti pri⁹ intellexerant. Aut ne cõmiſceamini auaris, aut ra-
pacib⁹, aut idolis ſeruiẽtib⁹. Hęc & in illa ep̃la ꝓhibuerat,
quæ & mõ debẽt obſeruare. A fratrib⁹ talib⁹ ſcripſit eſſe
Ambro. recedẽdũ, qui ſũt fornicarii, vel auari, vel rapaces, vel ido-
lolatrę, ſed nõ gẽtilib⁹. Alioquin. i. ſi ꝓcepiſſẽ gẽtilibus nõ
cõmiſceri. Debueratis exiſſe de hoc mundo. i. neceſſe eſſet
de mũdana cõuerſatiõe exire, cũ vbiq; tales ſint. Nõ enim
poſſunt hoĩes in hoc mũdo viuentes niſi cũ talib⁹ viuere,
nec etiã poſſẽt tales Chriſto lucrari, ſi colloquiũ eorũ vita
rẽt, & cõuiuiũ. vñ & dñs cũ pc̃õrib⁹ & publicanis cõedit.
Vel ita, Dico ne cõmiſceamini, Alioquin. i. ſi cõmiſcea-
mini, Debueratis de hoc mũdo exiſſe. i. meli⁹ eſſet vobis E
mori. Cõpendiũ eñ eſt male agentibus ſi citius moriãtur
quã diuti⁹ in pc̃ĩs verſent. Nunc aũt ſcripſi, vel ergo. q. d.
quia nõ de illis ſcripſi. Ergo nunc apparet q̃d ſcripſi vo-
bis, non cõmiſceri &c. Vel ita iunge, tunc Scripſi, & nõ
bene accepiſtis: Nũc aũt, determinate, Scripſi vobis nõ
cõmiſceri, hoc mõ. ſ. Si is qui nominatur frater, & ſi nõ
ſit. Eſt fornicator, nominabilis & manifeſtus, & falce e-
uangelica pręciſus vel notatus. Vel ſecũdum aliam literã,
Si quis frater nominatur fornicator, idẽ ſenſ⁹. Aut aua
rus, aut idolis ſeruiẽs, aut maledicus. i. detractor, Aut ra-
pax, aut iracũdus, aut ebrioſus, vſu. In his oĩbus notat eos
Cũ huiuſmodi. i. cum his & aliis ſimilibus ſcripſi, & ſcri
bo, iuſſi & iubeo. Nec cibũ ſumere, nedũ orare: vt ſic eru
beſcens corrigat. Attende q̃d nõ ſimpliciter iubet, nõ cibũ F
ſumere cũ fornicatoribus vel auaris & cęteris: & ſed prę-
Ambroſi. mittit. Si quis frater & nominatur, Per hoc eñ quod ait
frater oſtendit, quod cum infideli & gẽtili non prohibuit
cibũ ſumere. Qui etiam alibi ait, Si quis vocat vos ex infi
delibus ad cœnã, & vultis ire oẽ quod appoſitũ fuerit mã
Au. in lib. ducate. Dicendo aũt Nominat, oſtẽdit non temere & quõ
de pœnitẽ- libet, ſed per iudiciũ auferẽdos malos eſſe ab eccleſiæ cõ-
tia. municẽ, & ſi p iudiciũ auferre nõ poſſũt, tolerent potius.
Nos. n. a cõmuniõe quenq̃ ꝓhibere nõ poſſumus, niſi aut
ſpõte cõfeſſũ, aut i aliquo iudicio vł eccl̃iaſtico, vł ſecula-
ri nominatũ atq; conuictũ. Hoc igit dicẽdo noluit hoĩem

A ab homine iudicari,ex arbitrio suspitionis vel etiam extra ordinariū vsurpato iudicio,sed potius ex lege dei secūdū ordinē ecclesię,siue vltro confessum,siue accusatum & conuictū. Eam igitur nominationē hic intelligit voluit Apostolus ,q̄ fit in quenq̄ cū sententia ordine iudiciario, atque integritate profertur. Nā si nominatio quęlibet sufficit,multi dānandi sunt innocentes,quia sępe falso in quoquā crimina nominantur. Quid enim? Quod non de Gētilibus agat , sed de fratribus p̄dictis criminibus notatis, hic ostendit. q.d. De his dico tantū qui fratres sunt . Quid enim mihi est. i. mihi attinet, Iudicare de his qui foris sūt .i. extra ecclesiā. His enim poti⁹ blandiendum est,ac si dicat,nil attinet ad me de his iudicare. Sed his q intus sunt, in ecclesia professione & nomine. Nonne vos vidi? vtiq; Auguſt.

B in his enim putredo secanda est. Nam eos q foris sūt deus tantū, Iudicabit,nō nobis cōmisit vt eos nunc iudicem⁹. Et quia iubeo nō cōmisceri talibus, Ergo auferte malū hominē ex vobis ipsis,qui inde inquinamini.

CAPVT VI.



AVdet aliquis vestrū habēs negociū aduersus alterū iudicari apud iniquos , & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti, de hoc mūdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus,indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus,quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis,contēptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandū. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquā Ambroſi,

C q possit iudicare inter fratrē suum,sed frater cū fratre iudicio contendit,& hoc apud infideles?] Audet aliqs. Occasione huius iudicii de quo supra tractauit, incipit agere de iudiciis in quibus multis modis peccabant,s. quod contēptis fidelib⁹ infideles iudices adibant,vel stultos iudices instituebāt. & litigabant,fraudabant,& alia huiusmodi.q. d. Dixi quod debetis iudicare de his qui intus sunt. & cum hoc debeatis, Aliquis vestrū habēs negocium aduersus alterum fidelē, Audet iudicari apud iniquos.i.infideles , qui iniqui sunt fidelibus quocunq; modo possunt, & leges diuinas aut omnino spernūt,aut propter opprimendos bonos falsa expositione interpretātur. Et nō potius, Apud

Cap.6. factos, q̃ dñi timẽtes iustitiã, & legũ ṽitati salua charitate, & charitati salua ṽitate iudicãdo deseruirẽt? q.d. re ṽa audacia est, & stultitia hoc facere. & q̃si aliqs diceret, debẽt ne sancti de huiusmodi iudicare? Et ait, An nescitis quoniam sancti de hoc mũdo iudicabũt? q. ĩ errore est. Quod nõ ociose dixit Apostol⁹, ideo. n. dixit de hoc mundo, vt & alterũ ostẽdat, qa est & alter superior. De hoc aũt iudicabũt sancti, meliores facti cõparatione. Quia exẽplo fidei illorũ, pfidia huius mundi dãnabitur. Iudicabũt etiã authoritate & potestate. Et si in vobis iudicabit mũdus. i. p vos, qa aliquos sanctos habetis q iudicabũt, Indigni estis q iudicetis de istis minimis? q. d. Nõ. & vere de his potestis iudicare, Quoniã iudicabim⁹, etiã, Angelos, apostatas, qui cũ essent creati digni. i. in dignitate, tñ lapsi sunt, cũ isti fragiles stẽt, & ideo etiã angeli iudicabuntur, qa impugnantes sanctos, victi sũt ab eis, Et Nescitis vos, hoc. s. quod Angelos iudicabim⁹? &, Quãto magis possumus, iudicare, Secularia. i. de reb⁹ seculi? Secularia igit &c. Sicut iã repħendit eos q causas agebant apud infideles contẽptis fidelib⁹: ita nũc reprehẽdit eos quod cõtẽptibiles iudices, licet fideles cõstituebãt. q. d. & quia debetis iudicare, igitur Si habueritis secularia iudicia, ideo dicit si habueritis, qa nec habẽda sunt, sed poti⁹ est cõdonãdũ, vel contẽnẽdum Si inquã, habueritis, Constituite ad iudicandũ illos cõtẽptibiles. i. indiscretos & viles, Qui sunt ĩ ecclesia. q. d. hoc est quod vos fecistis. vñ coacti fratres recurrũt ad illos. i. ad infideles, hoc redarguit in eis Apostol⁹, ironice eis loquẽs & qa sic fieri nõ debet, adiecit. Ad verecũdiã, vel, reuerentiã vestrã dico. q. d. nõ ĩpero sed memoro vt verecũdemini, & debetis erubescere, qa, Nõ est ĩter vos qsq̃ sic. i. adeo Sapiẽs, q possit iudicare inter fratrẽ & fratrẽ suum, vt ita necesse sit vt stultos statuatis iudices, & hi tñ poti⁹ statuẽdi sunt, q̃ ad infideles iudices eatur. si desunt sapiẽtes, sic inquã nõ est sapiẽs. Sed frater cũ fratre, in iudicio contendit, quod malũ est. & hoc, Apud infideles, quos pei⁹. Vel ita, Secularia igit. Quia dixerat Aplus eos posse de his minimis iudicare, determinat q ad huiusmodi negocia diffiniẽda sint cõstituẽdi. s. cõtẽptibiles q sunt in ecclesia. maiores. n. spiritualib⁹ tẽdere debẽt. q. d. & qa iudicare debetis: igit hoc mõ facite. Si secularia negocia habueritis, cũ

Ambros.

D

E

F

A ſtituite ad iudicādū q ſunt in eccleſia cōtēpti.i.aliquos ſapientes,q tñ ſunt minoris meriti. Apoſtoli.n.pdicādo circumeuntes talib⁹ nō vacabāt. Sapientes ergo q in locis cōſiſtebant fideles & ſancti nō qui hac atq; hac propter euāgeliū diſcurrebāt,taliū negociorū examinatores eſſe voluit. A quib⁹ nos excuſare nō poſſum⁹,& ſi velimus. Chriſtū.n.teſtē inuoco,quoniā mallē p ſingulos dies certis horis aliquid manibus operari,& cęteras horas habere liberas ad legēdū,orādū vel ad agendū aliquid de diuinis literis,quā tumultuoſiſſimas pplexitates cauſarū pati de negociis ſecularib⁹,vel iudicādo dirimēdis, vel īteruenīēdo pcidēdis, Dico conſtituite contēptibiles, Hoc autē ad reuerentiā veſtrā dico:vt videlicet ii terrenas cauſas examinēt qui exteriorū rerū ſapientiā pceperūt. Qui aūt ſpiritualibus donis ditati ſunt,terrenis nō debēt negociis implicari,vt dū non cogunt inferiora bona diſponere,valeant bonis ſuperioribus deſeruire. Sed curandum magnopere eſt, vt hi qui donis ſpiritualibus emicant nequaquam proximorū infirmantium negocia funditus deſerant,ſed hęc aliis quibus dignū eſt tractāda cōmittant; vel p ſe gerāt. Sic nō eſt, Redit ad illud quod ſupra redarguit ſcilicet quod ad infideles iudices ibant. q.d.non debetis iudicari apud infideles. Quia ſic nō eſt inter vos quiſq̄ ſapiēs &c.vſq; Apud infideles.q.d.eſt vtiq; inter vos ſapiēs qui pōt iudicare. Eoſdē.n.quos contēptibiles nominauerat,ſapiētes poſtea vocat cū ait, Sic nō ē īter vos. [Iā qdē oīno delictū eſt ī vobis, q indicia hētis īter vos. q̄re nō magis iniuriā accipitis? Quare nō magis fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis & fraudatis,& hoc frib⁹. An neſcitis quia iniqui regnū dei nō poſſidebūt? Nolite errare, neq; fornicarii, neq; idolis ſeruiētes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neque maledici, neq; rapaces, regnū dei poſſidebūt. Et hęc aliquando quidē fuiſtis,ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed inſtificati eſtis ī noīe dñi nři Ieſu Chriſti,& in ſpū dei nři. Omnia mihi licent,ſed non omnia expediūt.] Iam quidē.q.d. Quia cōtētioſe & apud infideles veſtra repetitis nō ſimpliciter. Iā quidē omnino delictū eſt in vobis. id ē ex hoc ſolo delictum eſt in vobis.ſ. Quia iudicia, huiuſmodi, Habetis īter vos īter quos nō decet. Pctm̄.n.eſt li

Aug.de ope monachorū.

B

Gregori⁹

C

tigare cum pax esse debeat. Ex hoc apparet, quia peccatū est iudicium habere cōtra aliquem, sed ne excuses quod iuste hoc agis, quia pateris iniuriam quam iudicii sententia vis a te remoueri, occurrit & ait, Quare non magis iniuriam, id est apertam violentiā, Accipitis? Quare non magis, occultā, Fraudē, patimini. q.d. mirū est, quod non potius hoc facitis, Vnde & dominus ait, Si quis voluerit tunicā tuā tollere, & iudicio tecū cōtēdere, dimitte ei & palliū. Et alibi, Qui abstulerit tua, noli repetere. Sed tamē hoc secundū veniā infirmis Apostolus cōcedit, cū finit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicātibus, extra ecclesiā vero hæc fieri terribiliter vetat. Vt autē predicta verba Augustini, quibus ait, peccatū est iudiciū habere cōtra fratrē, sane intelligātur. dicēdū est hic quid in huiusmodi liceat, vel cōueniat perfectis & q̄d non, & quid liceat infirmis vel non. Perfectis igitur licet sua repetere simpliciter, scilicet sine causa, sine lite, sine iudicio: sed nō cōuenit eis inde mouere causam ante iudicē. Infirmis vero licet repetere sua mouēdo causam ante iudicē, & iudiciū habendo cōtra fratrē: sed non cōtētiose vel fraudulēter, nec apud infideles iudices. Sed vos. q d. Debetis iniuriā pati & fraudem, quod nō facitis. Sed, potius, Vos facitis iniuriā, id est apertā violētiam, dum cōtēditis, Et fraudatis, dum iudices corrūpitis donis. Et hoc, facitis Fratribus, quos iuuare deberetis. Hoc facitis, & sic regnū perditis. & peius est quia sciētes. Nam, An nescitis quia iniqui, quilibet, Non possidebūt regnū dei? Ergo nec salutē, quia nō est salus præter regnū. Nolite errare, quasi de misericordia confisi, quia, Neq; fornicarii, neq; idolis seruientes, singula horū sufficiūt ad regnum tollēdum. Neq; adulteri, neq; molles. i. patici, neq; masculorum cōcubitores neq; auari. In his omnibus nota eos argui. Neq; fures, neq; ebriosi. Neq; maledici, neq; rapaces, regnum dei possidebunt. Et hęc quidem. i tales, Fuistis, sed, Abluti estis, in baptismo, & ideo turpius est si reditis. Et nō solum abluti, Sed sanctificati estis. i. cōfirmati ad bene operandū, spiritu sancto dato. Et non modo sanctificati, Sed iustificati estis. s. bene operando. Nota sed repetitam coniunctionē non paruum pondus dare sentētię. In nomine. q. d. Abluti estis. & hoc, In nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. i. operatiōe

Auguſ. in Ench.

D

E

F

A spiritus sancti. Omnia mihi licẽt &c. Quia dixi id potius esse ferẽdũ, quã causas male agere, ne qs putet sua vllo mõ repetenda supponit, Oĩa &c. q. d. Non est cõtendẽdũ cum fratre, tñ, Omnia mea, licẽt. i. licita sunt repeti. i. oĩa mea licet repetere Mihi. sed, tñ, Nõ, repetã, quia, Nõ oĩa expediũt, ad cursum meũ, sed impediunt. Item per aliã causam idẽ ostẽdit dicens, [Omnia mihi licẽt, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & vẽter escis, Deus autẽ & hunc & has destruet.] Omnia mihi licẽt. i. licita sũt Sed, tñ, Ego, nõ repetã, qa cũ sim liber, Sub potestate nulli⁹ redigar, hominis, vel rei, id est, nolo redigi sub potestate iudicis, vel nolo esse sub dominio alicuius rei vt causa eius fratrẽ offendã. Tunc enim res sup nos dominiũ habet cũ amorẽ eius amori ꝓximi prępon imus. Esca &c. q. d.

B Propter hoc quod dixi non sunt repetẽda, tñ propter hoc licet repetere, qa Esca, debetur, Vẽtri, pro que creata est Reficimus eñ cotidianas ruinas corporis edendo & bibẽdo. Per escã, nota necessaria naturæ. Et vẽter, debetur, Escis, qa aliter non põt sustẽtari, & ideo licet nostra repetere. De⁹ autẽ. q d. Esca debet vẽtri, & vẽter escis, sed nõ multũ pro his laborãdũ est, qa destruẽtur. & hoc est quod subdit. De⁹ autẽ, & hoc & illud, vel, Hũc & has. i. vẽtrẽ & escas, Destruet, secũdũ hũc statũ: quod erit cũ corruptibile hoc ĩduet incorruptionẽ. Vl ita, Oĩa mihi licẽt. De his dicit q̃ ad escã ptinẽt. Erãt. n. ĩter eos q cibos discernebãt, iudicãtes alios mundos, alios immundos. Alii omnib⁹ cibis vescẽdum esse putabant. q. d. Non solũ in iudiciis & in aliis ꝑdictis offenditis, sed etiã in cibis. Omnia quidẽ mihi

Augu. ad Poletum.

C licent. i. omnibus cibis vesci licet, non legali doctrina, sed libera potestate. Sed non omnia exp. Nota quod potest aliquid licere & non expedire, expedire autẽ. quod nõ licet non potest, ac p hoc non omnia q̃ licita sunt. i. q̃ nullo ꝑcepto dñi prohibentur, expediunt. Omnia vero illicita non expediũt. Sicut enim omnis qui Christi sanguine redẽptus est hõ est, nõ tñ omnis q̃ hõ est etiã Christi sanguine redẽptus est. Ita omne qd non licet nõ expedit, nec tñ omne quod nõ expedit etiã non licet. Vt igitur inter id quod licet & expedit, & quod non licet atq; ideo nõ expedit, aliquo certo fine nitamur distĩguere, fateor quod ea mihi videntur licere & non expedire, q̃ per iustitiã, q̃ coram deo

est,pmittunt,sed ppter offensionē hominū, ne ob hoc im D
pediant ad salutē,vitāda sunt.ea vero nō licere,& ideo nō
expedire,q̄ sic ipsa iustitia vetātur: vt faciēda nō sint, etiā
si ab eis laudent qbus in notitia fuerint prolata. Quod si
ita est,iō nō nisi illicita phibent a dño, vt ea q̄ licita sunt,
& nō expediūt,nō legis vinculo,sed libera dilectionis be
Augusti. neficētia, & cōsilio charitatis caueant. Hæc sunt q̄ amplius
erogant saucio,q curādus ad stabulū. Samaritani illius mi
seratione p ductus est. Hęc nō pcipiūtur a dño, q̄uis domi
no moneant offerri,vt tāto intelligant esse grauiora, quā
to magis ostēduunt indebita. Illicita ergo phibent,licita
vero quæ nō expediūt libere caueant. Oīa mihi licēt. Hic
repetit quod dixerat vt addat quod nō dixerat.s. Sed & e
go &c q.d. Oīa mihi licita sunt,Sed ego sub nullius, rei,
Potestate redigar,quod facerē si cū offendiculo fratris mā E
ducarē,ita.n.amore escę fratrē offenderē. Esca &c.q.d.
Vere oīa mihi licēt,qa Esca,debet, Vētri,& vēter escis,
nō mutant ista.Vñ & post Apl'us ait,Omne quod in ma
cello venit māducate,sed nō cū scandalo māducandū est.
Vñ alibi dicit,Nō māducabo carnē inęternū, ne fratrem
meū scādalizē.Itemq; alibi, Oīa qdē mūda sunt, sed ma
lū est homini q p offendiculū māducat. Deus autē.q.d. E
sca debet ventri,& vēter escis, sed tñ nō edā cū scandalo
qa Deus & hoc & illud,vel hunc & has destruet.Vel ita,
Ambrosi. Oīa licēt. Pręmittit hic Apostolus quod postea plenius actu
rus est.Dicit.n.quod sibi licet ab aliis sumptus accipere,si
cut alii apostoli accipiebāt a subditis suis.Sed quoniā scie
bat pseudo occasionē quærere accipiēdi,noluit ab his acci
pere,ne causa vētris vigor ecclesiasticę veritatis torpesce F
ret.Quod ergo dicit Apostolus oīa licēt, nō de malis, sed
de bonis intelligi oportet,Quibusdā.n.videt ppter liber
tatē cōcessi arbitrii hoc Apostolū dixisse,quasi oīa liceant
sed nō expediāt,sed nunq̄ dicit licere quod prohibet. Vñ
& Ioannes ad Herodē ait.Nō licet tibi habere vxorē fra
tris tui. Quod si illud esset quod illi aiūt, debuit dicere li
cet tibi,sed nō expedit & dñs simlr mulieri Chananeę ait
Nō licet panē filiorū mittere canibus, & iō quod ait Apl'us
Oīa mihi licēt, non agit de malis sed de bonis.q.d. Vos
me contēnitis,& aliis inferiorē,qa sumptus nō accipio æ
stimatis,sed nō ideo dimitto quin mihi liceat accipere.Nā

A omnia mihi licent q̃ & coapostolis, q̃ lex naturalis habet, Ambro.
nõ Mosi qui multa pro duritia illius populi ꝓhibuit. Hoc dicit quia licebat ei sumpt⁹ accipere, vnde post actur⁹ est: sed noluit quia non expedit. vnde subdit, Sed nõ oĩa ex, pe. sicut nõ expedit accipere sumpt⁹. Si.n.ab his acciperet quos in tantis vitiis arguebat, authoritatẽ magisterii inclinaret. Non enim potest instãter argui a quo accipitur, maxime cũ ille promptus sit ad dandũ vt sibi humiliet ꝑpositũ. Vnde & dicit. Sed ego sub nullius re.po. minuẽdo libertatẽ meã, reꝑhendẽdo quod facerẽ, si sumpt⁹ ab eis suscíperẽ. Pseudo autẽ apostoli qui nõ causa religionis, sed quæst⁹ ꝑdicãt, nolũt amari esse peccãtib⁹. Esca, &c. Vere licet mihi accipere necessarios sumptus, quia, Esca, debe
B tur, Ventri, & venter escis: sed nõ tamẽ accipiã, quia De⁹ & hoc & illud destruet. Nõ mutatur horũ verborũ sens⁹. Vel ita, Oĩa licẽt. q.d. Illi qui ꝑdicta vitia habẽt, nõ possidebũt regnũ, & ideo vitãda sunt, quia etiã si licerẽt fugiẽda essent. Ponatur.n. ꝙ Omnia licẽt.i. ponat aliquis licere oĩa, nõ quia illi liceat, sed quia licere quibusdã videntur ideo quia non impendẽt legalia tormenta, sed nõ oĩa expediũt, quia propter se vitãda sunt. Itẽ repetit, oĩa licent, sed ego sub nulli⁹ redigar potestate. Cũ.n. mens cõcepta desideria sequitur, & amor cuiuslibet rei vel dñat, seruire reb⁹ conuincitur, quarũ amore superatur. Esca, &c. q.d. sub nulli⁹ redigar po. Et vere, q̃a nec etiã ꝑ esca, & si esca debeat vẽtri, & venter escæ. Deus autem & hoc & illud destruet.

[Corpus autẽ nõ fornicationi, sed dño, & dñs corpori.
C Deus vero & dñm suscitauit, & nos suscitabit per virtutẽ suã. Nescitis q̃m corpora vr̃a mẽbra sunt Christi? Tollens ergo mẽbra Chr̃i faciã mẽbra meretricis? Absit. An nescitis q̃m q̃ adhęret meretrici, vnũ corp⁹ efficit? Erũt em̃ (inq̃t) duo in carne vna. Qui aũt adhęret dño, vn⁹ spũs est.]

Corpus aũt, hic redit Apostol⁹ ad supiorẽ sensum quasi esca debetur vẽtri, & vẽt. es. sed corp⁹ nõ debeẗ, Fornicationi, & ideo de hoc iudiciũ nõ potest prætermitti, vt vos o Corinthii soletis, Sed debetur, Domino, id est, seruitio domini, & Dominus, debetur, Corpori, vt glorificet illud & suscitet, & suscitabit, quia Et dominum suscitauit deus, si vero suscitauit dominum, Et nos suscitabit per virtutem suam, cui nihil penitus est impossibile. No-

scitis qm̃.q.d. Corp⁹ non debetur fornicationi, sed dño. D
Quoniã corpora nr̃a,nõ solũ aię,Sunt mẽbra Christi,vt
eũ imitemur. Et nescitis,vos hoc. Attende ꝙ corpora nr̃a
Augu.de verb. apl̃i dicit esse membra Cristi,qm̃ Christ⁹ caput nostrũ est, eo
ꝙ homo factus est propter nos, corpus aũt eius ecclesia
est. Si ergo Christus tantummodo animã humanã susci-
peret,membra eius nõ essent nisi animæ nostræ, q̃a ve-
ro corpus suscepit,per quod etiã caput est nobis,q ex aĩa
& corpore cõstam⁹, profecto illius mẽbra sunt corpora
nostra,quia.n.corpus accepit & corporũ caput est. Si er-
go aliquis cupiẽs fornicari vilescat sibi,& in seipso con
temnat seipsum,non in se contemnat Christũ: nõ dicat,
faciam hoc,nihil sum:quia corpus eius, membrũ Christi
est. Et cũ Christi membra sint corpora nostra, Tollens, E
ergo a seruitio Christi,Mẽbra Christi,cui in te parcendũ
est. Faciã meretricis? Vt ei⁹ seruiã volũtati?ita ne viluit di-
gnitas ista q̃ tã benigne p̃stita est? Absit,vt hoc fiat. Notan-
dũ quia corpora nostra quæ hic dicit Apostol⁹ esse mem-
bra Christi,alibi dicit esse templũ spiritus sancti, propter
corpus Christi , quod ex genere corporis nostri suscepit,
corpora nostra membra sunt Christi propter inhabitan-
tẽ spũm Christi,eadẽ corpora tẽplũ sunt spũsancti,& nõ
potest nõ esse sanctũ corp⁹,quo sanctificato vtitur spũs,vt
Augu.de ciui.dei. alia taceã nõ possunt simul esse membrũ Christi,& mem
bra meretricis:nec isti dicẽdi sunt manducare corp⁹ Chri
sti,qui sunt membra meretricis , Hoc est.n.nõ sacramẽto
tenus,sed reuera corp⁹ Christi mãducare in Christo ma-
nere,vt ĩ illo maneat & Christ⁹. Nõ itaq; manẽt in Chri- F
sto qui nõ sunt membra Christi,nec sunt membra eius. q̃
sunt membra meretricis. An nescitis.q.d. Ideo non decet
vt tollã membra Christi,&, Faciã mẽbra meretricis,cũ
qui adhæret meret. vnũ corp⁹ eff.cũ ea. Fornicatio.n.am-
bos & vnum corp⁹ facit:vt quõ in natura sic & in macula
Ambro. vnũ sunt. & An nescitis hoc? &,quasi quis q̃reret.an vnũ
sunt? respõdet,vtiq;. Quia,inquit, liber Genesis etiã de le
gitime cõiunctis, Erũt duo in carne vna.i.carnali opere,
quod inter cõiuges potest fieri sine peccato,& etiã in car
ne sunt secundũ naturã: q̃a in natura sunt vnũ vir & mu-
lier. Manifestũ est.n.nõ q̃a mulier de viro ambo in carne
sunt. Qui aũt.q.d. q̃a adhęret meretrici vnũ est cũ ea. Qui

A aũt adheret dño, semp dei faciēs volũtatē, nõ vna caro, sed Vn⁹ spũs est, cũ spũ dñi, cũ quo est vn⁹ spũs, nõ substantiæ idētitate. Diuersę. n. substãtię sũt spũs hoĩs, & spũs dñi, sed quia accedit iste spũs ad participationē naturę veritatis & beatitudinis illi⁹. Vn⁹ ergo spũs est cũ spũ dei, cũ ei sic adhæret vt sit particeps btitudinis: qd plene erit cũ satiabit desideriũ ei⁹ in bonis immutabilib⁹. s. in ipsa trinitate dño suo cui⁹ imago est. Nõ ergo spũs hoĩs ita est vnũ vel vn⁹ cũ spũ dei, sicut filius cũ patre vnũ est, & vn⁹ de⁹. Sic. n. dicim⁹ de patre, & filio vnũ sunt, qa vni⁹ substãtię duo sunt, & dicim⁹ ꝙ vn⁹ est, sed addimus qd vn⁹. s. vn⁹ de⁹. Diligēter attēde, ꝙ qñ de reb⁹ duab⁹ vel pluribus dicit̃ vnus est, & addit̃ qd vn⁹ vel qd vna, & de his q̃ diuersæ, & de his q̃ sunt vni⁹ substãtię dici potest. Diuersæ. n. substãtiæ sunt spũs hoĩs, & spũs dei, & tñ dicit̃, qui adhęret dño, vn⁹ spũs est. Vbi aũt dicit̃ de duob⁹ aut plurib⁹ minister nec addit̃ quid vnũ nõ diuersæ intelligũt̃, sed vni⁹ esse substãtię. sicut dictũ est, qui plãtat & qui rigat vnũ sunt. Itē, Ego & pater vnũ sum⁹. Si ergo de his q̃ diuersę substãtiæ sunt, recte dicit̃ ꝙ sint vn⁹ spũs, quãto magis q̃ vni⁹ substãtię sunt recte dicũtur vnus deus esse. [Fugite fornicationē. Omne. n. peccatũ qdcũqꝫ fecerit homo, extra corp⁹ est, qui aũt fornicat̃, in corpus suũ peccat. An nescitis qm̃ mēbra vr̃a tēplũ sunt spũs sancti qui in vobis est, quē habetis adeo. & non estis vr̃i? Empti. n. estis ꝑcio magno, glorificate & portate deũ in corpore vr̃o.] Fugite. q. d. qui adhęret meretrici vnũ corpus efficit̃, ideo fugite for. Cũ aliis nẽpe vitiis potest expectari cõflictus, sed hãc fugite ne approximetis, qa nõ aliter melius potest vinci. Et fugere debetis. Omne. n. peccatũ quodcũqꝫ fecerit homo, excepta fornicatiõe, Extra corpus est. i. sine corporis cõtaminatione. Cętera enim peccata aĩam tantũ maculãt. Qui aũt fornicatur, in corpus suũ peccat, quia fornicatio nõ modo animã, sed etiã corp⁹ cõtaminat. Nõ. n. sine desiderio carnis q̃ habet ꝓpriũmotũ, aĩe cõcupiscit carnaliter, quãuis caro sine aĩa nil possit. Vel ita, omne peccatũ. q. d. ideo debetis fugere fornicationē, quia, Omne peccatũ, aliud quodcũqꝫ fecerit homo extra corpus est. i. extra vinculũ carnalis cõcupiscentiæ sunt cætera peccata cõparatione huius, & si per corpus gerantur. Hic enim anima sub corpore est. Alia eñ peccata, &

Auguſt. | Au. cõtr Maxi. | Aimo. | Auguſt. | Au. in ser mone de eadẽ re.

B | C

si per corpus committantur, nõ tamẽ animũ humanũ cõ D
cupiscẽtiæ carnali ita efficiũt, obstrictũ & obnoxiũ, sicut in
solo opere fornicationis corporalis fit cũ misceri facit ani
mũ vis libidinis cũ ipso corpore, & vnũ cũ ipso quodámo
do cui agglutinatur. vnde subdit, Qui aũt fornicatur, in
August. corpus suum peccat. Hic. n. proprie seruit anima corpori,
in tantũ, vt nihil aliud in ipso momento, & experimento,
huius tam magni flagitii cogitare homini liceat, aut in-
tendere, quia mẽtem captiuã subdit ipsa submersio & ab-
sorbitio libidinis, quia libidinis ardore quo nullus maior
est: voluptas ipsi⁹ corporis animũ seruũ tenet, efficitq; ca-
ptiuũ. liberũ eñ est animo in aliis quibusq; secularibus, &
vnũ aliquid eorũ operari, & eodẽ tempore alibi cogitatio
nes eorũ distẽdere: quod in fornicationis opere ac tẽpore
nõ licet animo. Sic enim totus homo absorbetur a carne, E
vt iam dici non possit ipse animus suus est, sed simul to⁹
homo dici possit caro. Vt secundũ hoc recte dici possint
duo esse in carne vna, hæc quidẽ dicta sunt de speciali for
nicatione huius corporis. Verũ quia non modo fornica-
tio ĩ sacris literis specialiter sed generaliter etiã accipitur,
conemur deo adiuuãte, & hoc aliter dicere. Generalis. n.
fornicatio humanæ animæ est cũ aliquis nõ adhærẽs deo
adhæret mũdo. vnde dicitur, Amicus mundi, inimicus est
dei. Et itẽ, Si quis dilexerit mũdũ, dilectio patris nõ est in
illo. Qui ergo hęrens mundo longe est a deo, in corp⁹ suũ
peccat. quia corporali cõcupiscentia in quęq; temporalia
animus distrahitur, seruiens creaturæ potius q̃ creatori
Sed qui hæret deo non mundo quodcũq; aliud peccatum F
a cõcupiscentia carnali alienũ fragilitate humana incur-
rit, vel ignorando, vel negligendo, vel obliuiscendo extra
corpus pecccat, vt hoc sit quod dictum est, Omne pecca-
tũ quodcũq; fecerit hõ extra corpus est, quia nõ corporali
cõcupiscẽtia peccat, sed humana tẽtatione q̃ facile ignosci
tur. Cũ aũt adhæret mũdo, tẽporaliter diligit & concupi-
scit, merito in corpus suum peccare dicitur, quia vniuersæ
concupiscentiæ carnali deditus, & subditus est tanq̃ totus
creaturæ seruus ab ipso creatore alienus. Sic ergo quantũ
mihi videtur, salua fide ĩtelligi potest vtriusq; fornicatio-
nis malũ, scilicet, specialis & vniuersalis in hoc capitulo.
Vel ita potest legi, Omne enim, &c. quasi dicat, Ideo

A fugite fornicationẽ,quia Omne,aliud,Peccatũ quodcũq; fecerit homo,extra corpus eſt.i.extra cõiugẽ, quę dicitur corpus viri qui eſt ei⁹ caput. aliud peccatũ nõ fit cõtra honorẽ cõiugii. Qui aũt fornicatur in corpus ſuũ peccat.i. contra honorẽ ſui corporis.ſ.cõiugis ſuæ agit. An neſcitis q.d.Ideo itẽ fugienda eſt fornicatio,qm̃ certũ eſt ꝙ Mẽbra.i.corpora, Veſtra templũ ſunt ſpũs ſancti.i. templũ dicatũ opere ſpũs ſancti,qui & in vobis habitat.vnde ſubdit, Qui in vobis eſt.qui deus templi eſt. Quẽ habetis a deo,& ita eũ hoſpitẽ & deũ datorem offenderetis.Ex hoc patet quia ſpũs ſanctus de⁹ eſt,qđ vos negatis. Si eñ ſpũs ſanctus,non eſſet deus: templũ vtiq; nos ipſos nõ haberet nõ ſolũ aũt ſpiritus ſanctus,ſed etiã pater & filius tẽplum Hiero. Au.cõtra Maxi.

B nos habet.Tẽplũ ergo dei,hoc eſt totius ſanctę trinitatis, ſancta eccleſia eſt. Et an neſcitis,hoc? Et nõ eſtis. Alia cauſa hic oſtẽdit quare debẽt fugere fornicationẽ.q.d,Itẽ propter hoc fugite. Et.i.quia, Nõ eſtis vr̃i iuris.i.poteſtatis veſtrę,ſed dei qui vos emit a diabolo. Vnde ſubdit, Empti.n.eſtis ꝑcio magno,ſanguinis Ieſu Chriſti. & quia ita eſt, Ergo glorificate deũ.ſ. ſpiritũ ſanctũ, cũ patre & filio.i.p bona opera aliis glorioſum oſtendite. Et licet aduerſa vrgeant, Tamen portate deum in corpore veſtro.i. carnis moleſtias & q̃libet aduerſa propter deũ ſuſtinete. Vel portate deũ in corpore veſtro,vt ſecũdũ legẽ eius ambuletis. Per legẽ.n.ei⁹ ipſe videt eſſe in nobis.Portare ergo deũ eſt imaginẽ dei in rebus bene geſtis oſtẽdere. Et eſt ſenſus: Portate deũ in corpore vr̃o.i.ſi non parcis tibi Ambro. Ambro. Ambr. in

C propter te,vel parce tibi propter deũ q ſibi fecit te domũ, quã ſi euertis,peccas in deũ,quod graue eſt genus peccati. Aliud vero gen⁹ eſt peccare in hominẽ.Hæc.n.duo genera ſunt peccatorũ.peccare.ſ.in deum,& peccare in hominẽ.Peccatur autem in deũ,etiam corrumpẽdo tẽplũ eius. ſerm. de duobus generib⁹ peccatorũ

CAPVT VII.



DE quibus autem ſcripſiſtis mihi, bonum eſt hoĩ mulierẽ nõ tangere.Propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuã vxorẽ habeat, & vnaquæq; ſuum virum habeat.] De quibus autẽ ſcripſiſtis mihi. Occaſione fornicationis quam prohibet, de nuptiis continuat, de quibus illi ſępiſſime quæſierãt. Cum enim Pſeudo per hypocriſim Ambro.

vt cęteris puriores esse viderentur nuptias improbarēt, & D
spernēdas dicerēt, quia hoc nō placuit Corinthiis, qui non delectabantur hac sentētia: hoc solū ab Apostolo quæsierūt per epistolā pmissis cæteris, quib⁹ hic respōdet, tractās de cōiugio fideliū & infidelium: & agit tripliciter de ipso. s. secundū cōsiliū, secundū indulgentiā, secundū pceptū, quorū singula suis locis diligēs lector distinguat. Hic dicendū est breuiter ꝙ sit cōiugiū, & q̄ sit efficiēs causa cōiugii, & causam propter quā cōtrahi debeat, & quę legitimæ sint personæ ad cōtrahendū matrimoniū, & quę sint
Ambro. bona cōiugii quibus excusatur carnalis coitus. Coniugiū vtiq; siue matrimoniū est maritalis cōiunctio maris & fœminę inter legitimas personas, indiuiduale vitę cōsuetudinē retinēs. Hac aūt descriptione matrimoniū fideliū ac legitimorū tantū includitur, & est bona res cōiugiū. Est eīm E
vnū de sacramentis ecclesię, tenēs imaginē coniunctionis Christi & ecclesiæ: sicut Apostolus ait, Hoc aūt dico magnū sacramētū esse in Christo, & in ecclesia. Cōstat itaq; rem bonā esse cōiugiū, quod quidā hęretici negāt. nuptias detestātes quas Christus approbās nuptiis interfuit, & eas miraculo cōmendauit. Hoc etiā propter hoc apparet, quia primū cōiugiū inter primos parentes instituit. Apostolus etiam ait, Virgo nō peccat si nubat. Matrimonii aūt efficiens causa est consensus maritalis de præsenti per verba
Nico. pa. expressus, secundū illud Nicolai papę, Sufficiat salus secūdum legē eorū cōsensus, de quorū cōiunctionibus agitur, qui si solus in nuptiis defuerit, cætera etiā cū ipso coitu celebrata frustrantur. Vnde est etiam illud, Matrimonium F
Ambro. nō facit coitus sed voluntas. Hinc etiam illud, Nō defloratio virginitatis sed pactio coniugalis, matrimonium facit. Causa vero propter quā cōtrahi debet, est pcreatio prolis, vitatio fornicatiōis. Sunt & alię causæ honestę, vt inimicorū recōciliatio, & pacis rei integratio, & huiusmodi. Personę aūt legitimæ ad matrimoniū sunt, iuxta institutionē ecclesię. Alię nāq; fuere legitimę in exordio nostrę originis, & ante legē Mosi. Aliæ sub lege, alię in tempore gratiæ. Item in primitiua ecclesia q̄dā erāt legitimę, q̄ modo nō sunt: & earū q̄ modo legitimę sunt vel illegitimæ, quædā sunt pene legitimę, quædā omnino illegitimę, q̄dā neutræ. Plene legitimę sunt quas nō impedit votū conti-

A nentię, vel, ordo, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturę frigiditas. Omno autē illegitimę per votum, per ordinē, per cognationē, per disparē cultū, Neutrę vero.i. nec omnino, illegitimæ, nec plene legitimę sunt, p cōditionē vel frigiditatē. Si eñ tales nescientes cōiuncti fuerint, possunt permanere quibusdā causis accidentibus, & eisdē deficiētibus diuidi. Bona vero cōiugii sunt tria. s. fides, ples, sacramentū. Fides, ne cū alio vel alia coeat. Proles, vt religiose educet. Sacramentū, ne coniugiū separet. Separatio aūt gemina est, corporalis. s. & sacramentalis. Corporaliter vero non debēt separari, nisi ex cōmuni cōsēsu, quod interdū fit causa religiōis. Sacramētaliter vero separari nequeūt dū viuūt si plene legitimę sit personæ. Et attende qđ tertiū bonū coniugii dicitur sacramētum, ideo B non quia sit ipsum coniugiū, sed quia eiusdē rei signū est .i. spiritualis & inseparabilis cōiūctionis Christi & ecclesię. His tribus bonis excusat coitus carnalis, qui est inter coniuges, ita vt vel non sit pctm̄ vel sit veniale. Quando eñ causa plis cōueniunt tm̄, sic excusatur vt nō sit peccatum; quando vero causa concupiscentiæ satiandæ, & refrenandæ, veniale est. Vñ Augustinus, Coniugalis concubit⁹ generandi gratia nō habet culpam: concupiscētię vero satiandę, tamē cum coniuge habet culpā, propter thori fidē venialem, Item, qđ coniugati victi cōcupiscētia vtunt inuicem vltra necessitatē liberos pcreandi, ponam in his p quibus cotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut &c. Vbi autē hęc bona nō sunt, nullā habet coitus excusationē. Vnde dicit, Ois vehemens amator pprie vxoris, a- C dulter est. Cōtingit aūt sępe contrahi coniugiū, in quo hęc bona non reperiuntur: quia nec fides seruatur, nec ples religiose educat. Hęc de his sufficiāt. q. d. Fornicatio fugiēda est, sed nubere licet. Et hoc est quod ait, De quibus aūt scripsistis mihi. i. de his quę scripsistis mihi. Hoc dico, Bonum hoī non tangere mulierē: propter fornicationē. q. d. bonū est non tangere, sed tñ Propter fornicationē, vitandam, Vnusquisq; habet suam, non aliā, Vxorē, non concubinam. Hoc ideo dicitur, vt excludant illi qui diuinis auctoritatib⁹ vxores habere non possunt. Et, similiter, Vnaquęq; mulier, Habeat suum virum. s. legitimū, Hoc dicit Apostolus secundum indulgentiā non secundū præceptū.

Ambrosi.

Augu. de bono con iugali.

Fulgēti⁹· Peritus em̄ medicinę cælestis Apostolus, non tā somnos in- D
Gregori⁹ stituit. q̄ infirmis medicamenta mōstrauit. Magnum itaq;
bonū est mulierē non tangere: q̄ debet omnis fidelis prin-
cipaliter obseruare, T̄ n̄ si quis adhuc plus est de sua infir-
mitate sollicitus q̄ de domini virtute securus, si continen-
Augu. de tiam non nouit vxore vtatur. Sed quia nuptię tales esse nō
nupt. & possunt quales primorum hominum esse potuerunt, sint
coniug. tales quales sanctorū patrū fuerunt, vt carnis cōcupiscētię
quæ necessario est in corpore mortis huius, non seruiatur
sed ipsa potius nō nisi ad propagandā prolem seruire co-
gatur: & sic infirmitas incontinētię, ne cadat in ruinā fla-
gitiorum, excipitur honestate nuptiarū. [Vxori vir de-
bitum reddat, similiter autē & vxor viro. Mulier sui cor-
poris potestatē non habet, sed vir. similiter autē & vir sui
corporis potestatē non habet, sed mulier. Nolite fraudare E
inuicem nisi forte ex consensu ad tēpus, vt vacetis oratiōi:
& iterum reuertimini in idipsum, ne tētet vos Satanas p-
pter incontinentiā vestrā. Hoc autē dico scd̄m indulgen-
tiam non secundū imperium.] Vxori vir debitū reddat
.q.d. Cōcedo viro habere vxorem, & mulieri virū, & post
Ambro. q̄ coniūcti fuerint, Vir reddat debitum vxori, similiter &
vxor viro. Inuicē sibi subiici in hac causa dicit, vt vna sit
illorū voluptas in lege naturę. Ideo alter alteri reddat, qa
Mulier non habet potestatē sui corporis, ad aliū, Sed vir.
similiter autē vir nō habet potestatē sui corporis, ad aliā
Sed mulier. In hoc pares sunt vir & mulier, quia neq; vi
ro neq; mulieri corpus suum licet alii tradere. Inuicē em̄
sibi debitores sunt in hac causa, ne peccādi daret occasio
August. in aliis vero prę est vir. Ergo hic nō dominiū tollitur viro F
Augu. de sed vitiū. Debent ergo sibi coniugati ad illicitos cōcubit⁹
bono con euitandos mutuā quodammō seruitutē: vt etsi alteri eorū
iugali. perpetua cōtinentia placeat, nisi ex alteri⁹ cōsensu, nō pos
Hic aliter sit. Sed ad hoc, vxor nō habet potestatē sui corporis, sed
Aug. dicit vir. Similiter vir non habet potestatem sui corporis, sed
q̄ supra. mulier. Vt etiam quod nō filiorū procreandorū, sed infir-
mitatis & incōtinentię causa expetit, vel ille de matrimo
nio, vel illa non sibi alterutrum negent, ne per hoc inci-
dant in damnabiles corruptelas. Reddere enim debitum
coniugale nullius est criminis: Exigere autē vltra generā
di necessitatē, culpa est venialis: Fornicari autem vel mœ

A chari puniēdi est criminis. Nolite &c. q. d. & quia nec vir nec mulier potestatē sui corporis habet, ergo, Nolite fraudare inuicē. i. subtrahere debitū, quod posset esse causa adulterii. Hoc ideo dicit Apostol⁹ vt cōueniāt in re vxoria ne dissētio generet fornicationē. Nolite dico, Nisi forte ex cōsensu ad tēpus. s. vt ex condicto abstineatis ꝓpter gratiarū actiones. vnde subdit, Vt vacetis, expediti⁹, Orationi. Vt eñ misereatur deus, mundus exorādus est. & si munda sint cōiugia, tamē etiā a licitis abstinēdū est, vt facili⁹ ad effectū deducatur oratio. Et iterū reuertimini in idipsum. i. naturalē vsum. Vbi & si culpa est tamē venialis est, q̄d non est in fornicatione. Reuertimini dico, Ne tētet vos Satanas ꝓpter intēperantiā, vel incontinentiam vestrā, ne occasio detur diabolo trahendi in laqueum for nicationis vel adulterii. Hoc eñ ideo dicit Apl's, vt fornicationē excludat, nō vt ad meliorē vitā tēdētib⁹ iter claudat. Et quia Apostolus dixerat, vnusquisq; habeat suā, & quæq; suū, & itē reuertimini, ne videretur hoc præcipiendo dixisse, subdit, Hoc autē, totū, Dico secundum indulgentiā, nō scd̄m imperiū, & ideo nō peccat qui aliter agit, id est qui continet, immo peccat qui sic agit. Quia aliqua culpa est ibi sed leuis. ꝓpter huiusmodi pc̄tā, oportet cotidie crebroq; orare dn̄m & dicere, Dimitte nobis debita no. &c. Nō ergo illud præcepit Apl's sed permisit. Aliud est eñ quod permittit̄ īfirmitati, aliud q̄d ꝑcipit̄ fidei. q̄d ostendit ex eo q̄d ait. hoc dico. Scd̄m indulgentiā nō secū dn̄i imperiū. q. d. nō hoc iubeo castitati, sed permitto infirmitati: nō est laudabile. sed veniale. Sed forte aliquis dicet si hoc scd̄m veniā cōcessit Apostol⁹, ergo pc̄tm̄ sūt nuptię. Cui eñ venia nisi pc̄tó cōceditur, vbi est incōtinentię malū? Plane q̄d infirmitati concessit Apl's secundū veniā, audeo dicere peccatū esse. Veniā naq; concedens Apostolus concubitū attendit coniugatorū, vbi est incontinentię malum. Incontinentiæ malum est quod vir cognoscit vxorē etiam vltra necessitatē procreādi liberos, sed & ibi est nuptiarū bonum. Non eñ quia incontinentia malū est, ideo connubiū quod est pręter intentionē generationis non est bonū, immo vero non ꝓpter illud malū culpabile est hoc bonum: sed illud malū fit veniale, propter bonū nuptiale, quod est tripartitum. s. fides, proles, sacramentū. Fides, na

August. | Ambros. | August. | Ambros. | Augu. in sermone de ver. apostoli. | Quæstio. Respōsio | Augu. sup Gen.

B

C

cum alio vel alia coeatur: proles, vt religiose educetur: sa- D
cramentũ, ne coniugiũ separetur. Hoc bonũ nuptiarũ nõ
Augu. de bono coniugio. reprehẽdit Apostolus, sed malũ incontinẽtię, Concubitus
enim necessarius causa generãdi inculpabilis, & sol⁹ ipse
nuptialis est. Ille vero qui vltra necessitatẽ ꝑgredit̃, non
rationi sed libidini obsequit̃. Cum igitur culpabilis non
sit generãdi intẽtione concubitus, qui ꝓprie nuptiis impu
tandus est: quid scd̃m veniã concedit Apostol⁹, nisi quod
coniuges debitũ cordis exposcunt, non volũtate ꝓpaginis
sed volũtate libidinis? q̃ tñ voluptas non ꝓpter nuptias ca
Idem. dit ĩ culpã, sed ꝓpter nuptias accipit veniã. Quocirca etiã
hinc sunt laudabiles nuptię, quia etiã illud quod non per-
tinet ad se, ignosci faciunt propter se. Neq; eñ iste concu-
bitus, quo seruit̃ concupiscentię, agitur, vt impleatur foet⁹
Au. cõtra Iulianum hæreticũ. quẽ postulãt nuptię. Omnino igitur in genere suo nuptiæ E
bonę sunt: quia fidẽ thori seruãt, & prolis suscipiẽdæ cau-
sa vtrũq; sexũ cõmiscent, & impietatẽ separatiõis horrẽt.

[Volo autẽ oẽs homines esse sicut meipsum. Sed vnus-
quisq; propriũ donũ habet ex deo, alius quidẽ sic vero sic.
Dico autẽ non nuptis & viduis, bonũ est illis si sic permã
serint sicut & ego. Q; si non se continẽt, nubant: melius
est enim nubere q̃ vri. His autẽ qui matrimõio iuncti sũt,
pręcipio non ego sed dñs: vxorem a viro discedere. Q; si
discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. Et
vir vxorẽ non dimittat.] Volo autẽ. q. d, hoc indulgeo.
Sed, tamẽ, Volo oẽs homines, esse castos, Sicut meipsũ:
Quantũ ad beneuolũ & sollicitũ magistrũ pertinet, om-
nes tales, si fieri posset, volebat esse sicut seipsum. i. conti- F
nentes. Sed & si non sint omnes casti, habent tñ alia qui-
bus saluari possunt. quod ita ait, Sed vnusquisq; habet do
nũ ex deo, quia & coniugiũ est ex deo sicut continentia.
Donũ dico, Propriũ. i. sibi competẽs, quia in hoc quisq;
adiuuatur, quod appetit auidius. Alius quidem sic. i. in cõ-
iugio potest saluari. Alius vero sic. i. in viduali vel virgi
nali continẽtia. Et ideo non debet qs constringi, ne phi-
Ambrosi. bitus a licitis, admittat illicita: sed ipse quid sequatur sibi
eligat. sed tamen in hoc propensiorem esse melius est. Sa
Augu. de nupt. & coniug. tis hic ostẽdit etiã pudicitiã coniugalẽ eẽ donum dei: non
tantum enim continentium, sed etiã coniugatorũ castitas
donũ dei est. Dico autẽ, q. d. Coniuncti debitũ reddant,

A sed Non nuptis.i.virginibus Et viduis dico,quod bonum est illis si sic.i.caste, Permāserit.vel,ᶠ Eāt sicut ego Quod si nō cōtinēt,nubant,legitime. Et quare hoc dicat,adiūgit, Melius est.n.nubere q̄ vri.i.ardere libidine. Vri.n.est de sideriis angi vel vinci. Nō igitur ideo dicit melius,ꝙ bonū sit vri, & nubere melius, sed cōsuetudinē locutionis est secutus. His aūt.q.d.hoc cōsulo nō cōiunctis. Sed his qui mr̄imonio iuncti sunt ꝑcipio nō ego,quasi hoc preceptum inuenerim, Sed dn̄s in ꝓpria persona ꝑcipit, Vxorē a viro nō discedere.hoc supple,nisi causa fornicationis. Hęc ē em̄ causa quā Christus excepit,q̄ hic tacet,quia notissima est.s.causa fornicatiōis. Hāc.n.solā causam excepit dn̄s:cęteras vero vniuersas molestias,si quę forte extiterint,iubet pro fide cōiugii,& pro castitate fortiter sustineri. Et nota Ambros. Augus.de ser. 1 mō.

B ꝙ aliud est discedere,aliud ex cōi cōsensu continere. Illud em̄ malū est,hoc bonū: & dicitur hoc de cōiugio,vbi vterꝗ fidelis est. Quod si.q.d.nō discedat, Quod si discesserit.s.causa fornicationis, ꝑcipio, Manere innuptā,viro viuēte. Aut recōsiliari viro suo,si ipsa nō cōtinet.Si.n.se nō cōtinet,mulier viro debet potius recōsiliari,q̄ alteri nubere. Et,similiter, Vir nō dimittat vxorē,suam, Nisi causa fornicationis. Pręter quā nō debet vir dimittere vxorē,qa faceret eā moechari. quod si illa est adultera,ipse nō facit, sed adulterā dimittit. Supplēdū est hic quod de vxore ꝑmisit.s. quod si dimiserit, ne ducat aliā,vel recōsilietur vxori. Similis.n. forma seruat in viro,& in muliere. Ambrosius tn̄ dicit, Ideo nō subdit hoc de viro sicut de muliere, quia licet viro aliā ducere,quia inferior hac lege vtitur qua poti August.

C or.quod a falsariis dicit eē appositū. Nā cęteris. Postq̄ egit de cōiugio fidelium,trāsit ad imparia cōiugia.q.d. Vbi vterꝗ fidelis est, hoc pręceptū dn̄i dedi. [Nam cæteris ego dico non dominus, Si quis frater vxorem habet infidelem,& hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa,non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem,& sanctificata mulier infidelis per virum fidelem. alioquin filii vestri immundi essent,nunc autem sancti sunt.]

Nam cæteris, scilicet vbi non est vterꝗ fidelis, quod in initio ecclesię contigit, cum euangelium gentibus prędi-

cari cœpit. Ego dico,ex deo quidem, Nō dn̄s, proprio D ore,Quod si quis frater.i.si quis fidelis, conuersus ad fidē in coniugio,Habet vxorē infidelē, & hæc consenserit habitare cū illo,non dimittat illā. Non hoc præcipit Apostolus,sed cōsulit:vt si quis aliter agat non sit trāsgressor,sicut & post de virginibus cōsulit. Monet ergo quod est lucrandi occasio,cū posset licite relinquere,sed nō expedit. Tūc enim non expedit id quod licitū est,qn̄ pmittit̃ qdem, sed vsus ipsius potestatis aliis affert impedimentū salutis.sicut est illud vn̄ iam diu loquimur.s.discessio fidelis ab infideli:quā non ꝓhibet dominus, quia coram illo non est iniusta. Sed Apostolus ne fiat,cōsilio charitatis suadet, vt nemo in ea remissionis necessitate teneatur, sed consilii voluntate libere faciat.Hoc ergo mihi visum est Apostolum monendo dixisse. Coniunx enim fidelis licite potest relinquere infidelē. Idolatria eñ & quęlibet noxia superstitio E fornicatio est, & dominus causa fornicationis pmisit quidē vxorē dimitti,sed non iussit, & sic dedit Apostolo locū monēdi,vt qui voluerit,non dimittat infidelē quę forsan fiet fidelis, & qui voluerit licite dimittere possit. Quia.n. fidelis infidelē relinquere licite potest,ideo dominus non prohibet.quod.n.dn̄s prohibet,fieri omnino nō licet:hoc autē fieri licet.Nā si fornicatio carnis detestāda est in coniuge,quāto magis fornicatio mētis.i.infidelitas. Sed quia ita licitū est,vt non expediat,ne propter coniugū separationes ipsam doctrinā salutis homines offensi exhorreāt intendit Apostolus & monet non fieri. Si ergo ab infidelib⁹ nec iubentur a dn̄o,nec prohibent̃ fideles recedere.Nam F si dimittere tales iuberentur a domino, nullus esset locus cōsilii admonentis Apostoli, ne hoc fieret. Legit̃ tn̄ quod Esdras ꝓpheta,immo domin⁹ p eū non modo permisit, sed etiā iussit Israelitis vxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad deos alienos, nō illę per maritos adquirebantur deo, Recte itaqꝫ hoc p̄cepit,qa nondū tanta gratia Saluatoris illuxerat. Et p Moysen dominus iusserat,ne qs vxorē alienigenā duceret, Merito ergo quas duxerant domino prohibēte,domino iubente dimiserūt. Nō enim imputandum matrimonium qd extra decretum dei factum est,sed cum cognoscitur emendandū est. Cū vero cœpisset

Aug. de ser. i mō. Idem ad Polē.

Augusti. Idē in eo.

A gentib⁹ euangeliũ prædicari, iam coniunctos Gẽtiles Gẽtilibus comperit coniuges, ex quibus si nõ ambo crederẽt, sed vnus vel vna, & infidelis cum fideli cõsentit habitare, nec prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo nec ꝓhiberi, quia iusticia ꝑmittit a fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde. ideo autẽ nec iuberi, quia nõ contra iussionẽ domini Gẽtiles fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat ꝑ iustitiã, sed licitũ nõ erat faciendum propter liberam beneuolẽtiã, quod dixerat de viro subdit de muliere. Et, Si qua mulier habet virũ infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illam, deinde consilij causam, & finem supponit dicens, Sanctificatus, est.n. vir infidelis ꝑ mulierẽ fidelem, vel, in muliere fideli: & sanctificata B est mulier infidelis per virũ fidelẽ, vel in viro fideli. Credo iam prouenerat, vt nonnullæ fœminę ꝑ viros fideles, & viri per vxores fideles, in fidem venirent, quia sępe hoc contigit quod alter per alterum ad fidem cõuertitur. Vel ita, Sanctificat⁹ est vir infidelis ꝑ mulierẽ fidelẽ. i. mundus est vir infidelis quãtum ad fideẽ mulierẽ, quia nullã ex eius coniunctione immunditiã mulier fidelis patitur: &, Sanctificata est mulier &c. i. munda est mulier infidelis quantum ad virũ fidelẽ, quia vir fidelis ex eius coniunctione nõ contaminatur. Verã.n. fidelis habet pudicitiã etiã cũ infideli coniuge. Alioquin &c. q.d. Dico vt nõ dimittat fidelis infidelẽ, cõsentientẽ habitare. Alioquin. i. si disceditis si dimittitis inuicem volẽtes cohabitare, & aliis vos copu- C latis, & ita non est legale matrimoniũ, adulteri estis, Et filii vestri, q de hoc copula nascunt̃, Immũdi essent. i. spurii sũt. Nũc autẽ, si ꝑmanetis, filii vestri, Sancti sunt. i. mundi, q̃a de licitis coniugiis nati sunt, & suo creatoris veneratione nati sunt ex pare. Vel ita, vt agat de filiis iã natis quę in infidelitate remanẽt si vicissim se dimittunt. q.d. Dico vt fidelis nõ dimittat ĩfidelẽ. Alioqn. i. si vos inuicẽ dimittitis, Filii vestri, q maiorẽ partẽ sequũtur, Immũdi essent. i. in infidelitate remanebũt. maior enim tũc erat numer⁹ infideliũ q̃ fideliũ. Nunc autem, filii vestri, Sancti sunt. i. Christiani, siue vno ex parẽtib⁹ authore siue vtroq; quod nõ fieret si vno credente dissociaretur cõiugium, & nõ tolerer̃ ĩfidelitas cõiugis vsq; ad opportunitatẽ credẽdi

Augusti. de sermo ne 1 mõt.

Ambrosi.

Aimo.

Ambrosi.

Augusti. de serm.

[Q; si ĩfidelis discedit discedat: nõ .n. seruituti subiect⁹ ẽ frater aut soror ĩ eiusmodi. In pace aũt vocauit vos de⁹. Vñ eñ scis mulier, si virũ saluũ facies? aut vnde scis vir, si mulierẽ saluã facies? Nisi vnicuiq; sicut diuisit dominus. Vnũquenq; sicut vocauit deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circuncisus aliquis vocatus est, non adducat pputiũ. In pputio aliquid vocat⁹ ẽ, nõ circũcidat. Circũcisio nichil est, & pputiũ nihil ẽ, sed obseruatio mãdatorũ dei.] Q; si ĩfidelis &c. q. d. Fidelis nõ dimittat ĩfidelẽ cõsẽtiẽtẽ habitare. Q; si ĩfidelis, vir vel mulier, disced it, odio fidei, discedat, nõ p eo fidẽ fidelis deserat. Eo eñ mõ mulier infidelis rectissime dimittit, si viro suo dicat, non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cõgeras, nisi solita lenocinia exerceas, & huiusmodi. Tũc ille cui vxor hæc dicit, si veraciter Christianus est, plus tenebitur amore diuinę gratię, quã carnis vxorię, & mẽbrum quod eum scãdalizat fortiter amputat, Non est eñ. q. d. ideo dico discedat, Non est enim seruituti, subiect⁹ frater fidelis, aut soror in huiusmodi. s. in cohabitatione, & in aliis talibus. i. non cogitur fidelis sequi infidelẽ odio fidei discedẽtẽ. Sed quãdiu in pace simul esse possunt non separantur, si in eo poterant vocari, in eo manẽdũ est. & ideo ait, Nõ est subiect⁹. Quia non debetur reuerentia coniugii ei qui horret coniugii authorem, Non est eñ tãtum matrimoniũ quod sine dei douotione est, & ideo non est peccatũ ei qui dimittitur propter deũ, si alii se copulauerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonii circa eũ qui relinquitur ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem discedens & in eum & in matrimoniũ peccat. Itaq; non est ei fides seruanda coniugii, qui adeo recessit ne audiret nomen Christi. Si vero ambo crediderint per cognitionem dei, confirmatur coniugium. Nota quod Ambrosius sibi cõtradicere videtur. Supra eñ dixit, q; si fidelis dimittẽs infidelẽ alii copulauerit se, adulter est, Hic vero dicit q; ei dimisso nõ est peccatũ si alii se copulauerit, qd a qbusdã sic determinat. Aliud est si dimittat infidelẽ volentẽ cohabitare vel commanere, & aliud si dimittitur ppter deũ ab illo q abhorret nomẽ Christi. Ibi beneuolẽtię lex nõ seruatur, hic veritas custoditur. Ideoque cũ liceat semper dimittere, non tamẽ semper licet se alii copulare, sed tunc tantum cum propter deum dimittitur. Vel vt alii dicunt potest se alii semper co

Au. de fi. Ambrosi. Ambro. Augu.

D E F

A pulare fideli, sed non alii infideli. In pace autem. q. d. Fidelis non est subiectus seruituti in huiusmodi, sed pacem debet seruare. Quia in pace vocauit nos deus, & ideo non debemus esse causa discordię. Et non oportet nos litigare cum discedēte, quia odio fidei discedit. Vnde enim, Supra hortatus est ne fidelis deserat infidelem per ea quę forte euenerunt. i. quia sanctificatus est vir &c. Nunc quia eadē fieri possunt, idē hortatur reddens rationē cur non expediat, vt fidelis dimittat infidelem, quamuis liceat. Hęc autē non iubente lege sed libera charitate fiunt. q. d. Vere manēdum est cum infideli, quia, Vñ scis, tu, Mulier, fidelis Si virum, infidelē, Saluū facies? Hoc ideo dicit quia forsan possunt credere qui non horrent nomē Christi. Deinde dicit viro, idē de muliere. Aut vñ scis vir fidelis. Si mu

Ambro.

Augu. ad Poletum.

Ambrosi.

B lierē, infidelē, Saluam facies: Vñ inquā hoc scis o vir vel mulier, nisi ita habeas te ad tuū cōparē, Sicut deus diuisit vnicuiq;. i. sicut dedit vtriq;. s. viro p̄esse, vxori subesse. Vel quō scis hoc quod p̄dictū est, nisi patienter expectes fieri. Sicut diuisit deus vnicuiq;. Diuisit enim cuiq; qñ saluetur i. scit qñ credet, & sustinet donec credat, sic & tu expecta. Et quomodo scis o vir vel mulier quod p̄dictū est, nisi quisque vestrū, Ambulet. s. pseueranter, & si nō statim proficit ita, Sicut de⁹ vocauit vnūquenq;. i. in eo statu I quo de⁹ quēq; vocauit, non a quo, vt. s. coniunx cum coniuge perseueranter maneat. Ne quis autē forte diceret quod solis Corinthiis, & nō cęteris fidelibus hoc p̄dicaret, ait, & hoc ita p̄dico in vestra ecclesia, Sicut in omnibus ecclesiis, hoc

C est vbiq;. Doceo. tenēdum est ergo vobis quod omnes tenent. Circūcisus. q. d. in eo statu pōt quisq; manere. s. cōiugii, sicut & in cęteris, q̄ saluti impedimētum non afferunt. Vt verbi gratia. Si aliqs circuncisus vocatus est nō adducat. i. non cogatur adducere, pręputium. i. ritus gentilium. Et si in præputio aliquis vocatus est, non circuncidatur id est non cogatur ad iudaicos ritus. Seruat Apostolus vbiq; quod congruere videt, siue ecclesiis gētium siue Iudęorum. Nusquam enim aufert consuetudinē, quæ seruata non impedit salutem, monens ne in talibus spes salutis ponatur, etiam si pro offensione infirmorum fratrum seruentur. Vnde & dicit nil esse, subdens, Circuncisio enim nichil est, & pręputium nichil est. Quia ad salutē nec

Augu.

prodest nec obest, hoc vel illud.i. Iudaicus, vel Gentilis ri D
tus. Sed obseruatio mandatorum dei. [Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non sit tibi curę, sed & si potest fieri liber magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini, similiter qui liber vocatus est, seruꝰ est Christi. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisq; ergo in quo vocatus est frater, in hoc pmaneat apud deum. ❡ De virginibus autē pręceptū domini non habeo, consilium autem do, tanq̄ misericordiā cōsecutus a deo, vt sim fidelis. Existimo eñ hoc bonū esse propter instantem necessitatē, quoniā bonum est homini sic esse. Alligatus es
Augus. vxori, noli quęrere solutionē. Solutus es ab vxore, noli q̄rere vxorem. Si autē acceperis vxorē, non peccasti. & si nu pserit virgo non peccauit. Tribulationem tamen carnis E
habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.] Vnusq̄sque.q.d. Gētilis non adducat circuncisionē, vel Iudęus p̄putiū. Sed vnusq̄sq; permaneat ī ea vocatione.i. in ea cōditione, vocationi non repugnante. In qua non a qua. Vocatus est, Hoc.n.ad eas conditiones vel consuetudines vitę retulit q̄ nihil obsunt fidei bonisq; moribus. Sicut cōiunx, sic & latro ad Christi fidē vocat̄, sed ille in cōiugio nō a cōiugio, iste ꝟo nō ī latrocinio, sed a latrocinio. Nō.n. necesse est vt coniuges desinant esse cōiuges ꝓpter Christi fidē, sicut necesse est vt latrones desinant esse latrones. Seruus &c, Supra posuit vnū exemplū de ritu viuendi, hic aliud de conditionis officio.q.d. Quisq; permaneat ī quo vocatus est, sicut Si seruus vocatꝰ es. non sit tibi curę, qua F
si velis hoc effugere. Sed si potes fieri liber magis vtere, seruitute quia hęc est causa humilitatis quę ad eā quę ī dño est ptinet libertatē, quia quanto quis propter deum despe
Ambrosi. ctior est in hoc seculo, tanto magis, exaltabitur in futuro. Qui.n.in domino vocatus. q.d. ideo nō debet esse curę, sī qs vocatus est seruus, quia æque vt dñs suus seruꝰ est Christi. Quod ita ait, Qui.n.existēs, Seruus, vocatꝰ est in domino.i.in fide dñi. vel in operatione domini, Libertꝰ est domini. Ac si diceret, seruus domini est, sed honestius nomen posuit dicendo libertus quod esse recte dicitur, quia ereptus est a peccatis, quæ seruos faciunt. Similiter qui vocatus, dum, Liber, esset, vel a deo per elationem quod

A crimen est: vel ab homine per conditionem, Seruus est Ambro.
Christi quod profectus est. Ergo nec seruus cōditione de-
spiciatur, nec liber elat⁹, seruo se pponat. Precio, &c. q. d.
vterq; seruus Christi est, quod vtiq; iustum est, quia empti
estis precio. i. sanguine Christi. Et quia empti estis, Nolite
fieri serui hominum, ita. s. vt postponatis seruitiū dei. q. d.
quia empti estis, reddite vicem emptori vt serui sitis Chri
sti, non hominū. Hi sunt serui hominum qui humanis se
subiiciūt superstitionib⁹, quod cōtingit vobis si dicatis ego
sum Pauli, ego Apollo, & huiusmodi, &c. Quod supradi
xerat, hic iterat vt plene cōmēdet dicēs, Vnusquisq; frater
i hoc statu maneat apd deū. i. i obseruatiōe mādatorū dei,
In quo vocatus est, nō a quo vocatus est, quia nullus status
B nocet, in quo aliquis vocatur. ¶ De virginibus autē. Su-
perius vbi ait, Dico aūt nō nuptis, & viduis: nō tantū vir-
ginibus, sed etiā viduis cōtinendi consiliū dedit. Nunc ite-
rū dat de virginib⁹ idē consiliū. q. d. de coniunctis praece-
ptū dñi dedi, vbi vterq; est fidelis: vel meū cōsiliū. vbi alter
est infidelis. De virginibus aūt nō habeo pceptū dñi, ali-
qua lege pręcipientis, vt contineant. vel nubant. Consiliū
aūt, a spū sancto mihi inspiratū, Do, idem quod supra de- August.
di. s. nō nubendi, sed continēdi, nisi tamen aliud licet. Cō-
siliū do, Tanq̄ consecutus a dño misericordiā. i. aposto- Ambro.
latū, ita, vt sim fidelis, in dispensatione mihi credita, ac per
hoc cōstat, quod sum idoneus in dandis cōsiliis secularib⁹
Existimo ergo. q. d. quia apostol⁹ sum & fidelis, ergo hoc
consilium do. s. vt nubendi, quia, Existimo hoc. i. in virgi-
C nitate manere, Bonū esse propter instātē necessitatē, cō-
iugii vitādā. Necessitatē dicit pœnuriā seculi, quā sæpe pa
tiūtur cōiugati. Infirmis infirmā rationē ptēdit. Posset. n.
digniorē reddidisse rationē virginitatis mun⁹ ampli⁹ cō-
mēdādo. Supgredit. n. virginitas conditionē humanę na-
turę, p quā hoīes angelis assimilāt. Maior tñ victoria vir Ambr. de
ginum, quam angelorum. Angeli enim sine carne viuūt, īstitutiōe
virgines vero in carne triumphant. Inde est quod in ta viduarū.
bernaculo domini supremum operimentum erat de pel-
libus iacintinis, per quod intelligitur cęlibum vita. Habet
enim iacintus speciem similem throno, ita qui in carne
virgineam puritatem seruant, supercęlestib⁹ simulantur.
Hi sunt enim qui cum mulieribus non sunt coinquina-

ti,& sequũtur agnum quocũq; ierit. Quoniã.&c.q.d.Ita D
existimo vt dixi,& bene,quoniã vere ita est,Bonũ est homini sic esse.i.in virginitate:& licet sit hoc,Bonum tamẽ si alligatus es vxori, noli q̃rere solutionẽ, & si instat necessitas. Sed si solutus es ab vxore, noli quærere vxorẽ, si
Aimo. potes cõtinere. Hæc cõsilia sunt quę nullo domini cõstrin
Ambro. gentis imperio,in potestate dimissa sunt. In his audiend⁹ est apostolus,in spiritu.s.monẽs & consulens Si aũt.q.d. noli quærere,sed tamen, Si acceperis vxorẽ nõ peccasti, & similiter, Si nupserit virgo non peccabit. Tribulationẽ,&c.q.d.nõ peccant si nubunt vel ducunt, tamen leuius
Aimo. est esse sine cõiugio.quia huiusmodi.s.cõiugati, Habebũt tribulationẽ carnis, pro rebus necessariis prouidẽdis sibi & filiis. Ego aũt.q.d. Cõsulo euitare cõiugiũ, qđ & tñ concedo. Sed in his Ego parco vobis,dũ cõsulo hæc euitare E
q̃ tribulationes carnis,& sollicitudines memoratas habẽt vel dũ cõcedo vobis qđ vultis,Parco vobis,& si graue sit.

[Hoc itaq; dico fratres, Tẽpus breue est:reliquum est, vt & qui habẽt vxores tãq̃ nõ habẽtes sint,& qui flent tãq̃ nõ flentes sint,& qui gaudent,tanq̃ non gaudentes,& qui emunt tanq̃ non possidentes,& qui vtũtur hoc modo tanquam nõ vtatur. Præterit.n.figura huius mũdi. Volo aũt vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est,sollicit⁹ est quæ domini sunt,quõ placeat deo. Qui aũt cũ vxore est, sollicitus est q̃ sunt mũdi,quõ placeat vxori,& diuisus est. & mulier innupta & virgo cogitat q̃ dñi sunt, & sit sancta & corpore & spũ:q̃ aũt nupta est,cogitat q̃ sunt mũdi quõ placeat viro. Porro hoc ad vtilitatẽ vrãm dico,nõ vt la F
queũ vobis iniiciã,sed ad id qđ honestũ est,& qđ facultatẽ pbeat sine impedimẽto dñm obsecrãdi.] Hoc itaq; hic ad temperantiã monet.q.d.quia cõiungemini dũ sine pec
August. cato potest fieri. Itaq; hoc cõsiliũ do vobis, Dico vobis,o fratres,qm̃ tempus, Breue est,quo non generatione carnali propagandus est popul⁹ dei,sed regeneratione spũali colligend⁹. Et quia tempus breue, Reliquũ est.i. hoc solũ restat agendũ, Vt qui habẽt vxores sint tanq̃ nõ habẽtes, studendo dei seruitio nõ operi carnis:quod vtiq; facit qui habet vxorẽ:reddit,nõ exigit debitum:& qui propter infirmitatẽ propriã ducit vxorẽ plangẽs potiusquia sine vxore esse nõ potuit,q̃ gaudens,quia duxit,& maxime qui pa

A ri consensu continentam seruant. Beatiora sane coniugia iudicanda sunt quę siue filiis procreatis, siue in prole contempta cōtinentiā pari cōsensu seruare poterunt. Et qui flent, pro casib⁹ coniugii, vel pro aliqua tristitia seculi, sint Tanq̄ nō flentes, & spe futuri boni nō cedāt, vel frangantur. Et qui gaudēt pro aliqua ꝓsperitate seculi, sint Tāq̄ non gaudentes, vt intus timeāt spūaliter corrumpi. Et qui emunt, vt faciūt cōiugati qui prouidēt filiis, sint Tāq̄ nō possidentes. s. nō apponant cor perituris rebus: sed sic habeant, vt amore illis non hęreant. Et vt vniuersaliter colligam, Qui vtūtur hoc mūdo, sint Tanq̄ nō vtantur. vt. s. ex bonis eius faciant bona nō mali fiant: q̄ bona ne putētur mala, bonis dantur. Itemq; tollentur vt probentur, ne B vero putentur magna, vel summa, dātur & malis. Itemq; eis tolluntur vt crucientur. Pręterit. n. q. d. Ideo hęc mundi alia, quasi non sint, sunt ęstimanda. quia Figura. i. pulchritudo, nō substantia, Hui⁹ mundi præterit. i. quotidie senescit, & tandem in iudicio mundanorū ignium cū flagratione peribit. Nō substantia, sed figura atq; ipsa libera substantia eas qualitates habebit, q̄ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniāt. Et ideo nō dixit mūd⁹ perit, sed, Figura, quia substātia nō perit, sed qualitas Volo aūt. q. d. si nubitis, hoc facere cōsulo. Sed magis volo vos esse sine sollicitudine, rei vxorię: qua diminutiua in dei rebus propēsi⁹ vigilatur. Et recte hoc volo, Qui sine vxore est, sollicit⁹ est vt compleat, Ea quæ dn̄i sunt, & quō placeat interiori pulchritudine, Deo, non quō ei seruiat. C Qui aūt cū vxore est, sollicit⁹ est de his, Quæ sunt mundi. s. de domo regēda, & huiusmodi, Quō & placeat vxori. Magna. n. amaritudo est in domo vxor tristis. Et diuisus est, nō natura, sed actu, quia partim deo, partim seruit mundo. Et similiter, Mulier innupta. i. vidua, Et virgo cogitat quę sunt dn̄i. Iam non cogitat ne damnetur a deo, quod facit timor custos malorū, Hæc aūt de damnatione non timens, & de salute secura, cogitat tantū, Quæ sunt domini. s. Vt sit sancta corpore. i. actionibus quę geruntur ministerio corporis, Et spiritu. id est, voluntate. Hoc etiā & nupta fidelis, & casta facit: quæ non modo spiritu, sed etiam corpore sancta est. non enim potest fieri, vt non sit sanctum corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Sed atta-

Augu. de ser. i mō.

Augu. in epi. ad iustificandū comitem.

Aimo.
August.

Aimo.

August.

Fulgētius
Augu. de sancta viduitate.

plius innupta hoc facit, quæ libera a necessitatibus műdanis, quibus constricta est nupta, intensius vacat cælestib⁹ pręceptis. Quę aūt nupta est, cogitat quę mundi sunt. &, Quomodo viro placeat. Non ideo hoc dicit, vt & ipsa sancta non sit corpore & spiritu, sed minus quá innupta. Hæc itaq; loquēs apostolus de innuptis & nuptis, ampliorē innuptarū & in corpore & in spiritu sanctificationē intelligi voluit, nō corpus nuptarū omni sanctificatione priuauit. Porro hoc. q. d. consulo non nubere, sed. Hoc dico ad vestram vtilitatē, maiorem. s. vt expeditius deo seruiatis. Non vt, si incontinentes estis, Iniiciā vobis laqueū, fornicationis. Non hoc dico vt laqueum vobis iniiciā, sed hoc dico, Ad id tendēs Quod honestum est. s. vt homo sit castus animo & corpore. Non hoc ideo dicit quod turpe sit coniugium, sed hoc honestius est, Et ad id tendo Quod præbeat facultatem, vel facilitatē alicui obseruandi se domino sine impedimento, quod est in coniugio. Cum igitur ait ad id quod honestum est, non matrimonium turpe esse monstrauit, sed quod honesto erat honestius, generalis honesti nomine commendauit: quia honestius quid est, nisi quod magis honestū? Sicut ergo bono melius, & beato beatius est: sicut honesto honestius est, quod honestum voluit appellare. [Si quis autem turpē se videri existimat super virgine sua quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, nō habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit meli⁹ facit. Mulier alligata est legi, quāto tempore vir ei⁹ viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est a lege, cui autem vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quod & ego spiritum dei habeam.]

Si quis autem. Sicut de virginibus determinauit, quid sit melius & honestius: sic & de custodibus virginum determinat, quid illis sit faciendum si virgines continere voluerint, vel noluerint, quasi dicat, hoc est honestius & expeditius, scilicet esse sine coniugio. sed tamen Si quis existimat se videri, quandoq;, Turpē super, id est, de Virgi-

Margin: D; August. E; Augu. de sctā vidu.; F

A ne sua,eo, Quod vel,quæ sit superadulta,scilicet,vltra pubertatem, Et ita oportet fieri,scilicet vt nubat,quia virgo non vult continere. Quod vult.virgo, Faciat,custos:qa, Non peccat,custos, Si nubat virgo. Hoc ideo dicit,ne & si virgo non peccat,custos eius videatur peccare. Ideo dico,si oportet, non peccat. Nam, de isto alio patet,quia, Bene facit,non tantum non peccat ille, scilicet, Qui statuit in corde suo seruare virginem suam, non ingerens ei fomitem nuptiarum. Statuit dico, Firmus in proposito suo,non curans,vel sobolem,vel aliud huiusmodi. Et non habens necessitatem,cum virgo velit cōtinere. sed, Habēs potestatem,secundum alumnæ continentiam. Voluntatis suæ,perficiēdę. ille qui hoc statuit,bene facit, Et ille,vtiq; Ambro. August.

B qui hoc non ex leuitate statuit, Sed in corde iudicauit, id est, ex iudicio mentis bonum esse discernit, & quia oportet fieri vt diximus, Igitur qui matrimonio iungit virginem suam bene facit,quia licet quod facit. Et qui non iūgit,cum habeat potestatē suæ voluntatis,melius facit,quia apud deum meritum illi collocat, & a seculi sollicitudine liberat illā,& ideo recte ait. Melius facit. Meli⁹ est enim quod licet & expedit,q̄ quod licet & nō expedit. Hic enim bene vtit̄ homo malo,ibi vero bene vtitur bono. Duo em̄ hæc.s.bonū & malū,& alia duo.s.vsus bon⁹ & vsus mal⁹ sibimet adiuncta,quatuor differentias faciūt. Bene vtitur aliquis bono continentiā dedicans deo: Male vtitur quis bono continētiam dedicans idolo, Male vtitur quis malo concupiscentiā relaxans adulterio. Bene vtitur malo cōcu Ambro. August. Augu. de baptismo paruulo℞

C piscentiā restringens cōnubio. Sicut ergo melius est bene bono,q̄ bene vti malo,cū vtrūq; sit bonū: ita q dat virginē suā nuptui bene facit: & q nō dat,meli⁹ facit. Bonū est.n. pudicitia cōiugalis,sed meli⁹ continētia virginalis,vel vidualis. Mulier alligata est,&c.q.d. virgo pōt nubere,simlr & vidua pōt nubere,sed beati⁹ est cōtinere. Et hoc est qd ait, Mulier alligata est legi viri quāto tempore vir eius viuit,vt nō liceat alii nubere. Q̄ si dormierit vir ei⁹,liberata est a lege,viri: & permittitur ei,vt cui vult nubat. Ideo dicit cui vult,quia inuitę nuptię solēt puentus malos habere. Cū vero dicit,Nubat,lege loquitur naturali,quanq̄ primæ nuptię tantū a domino sint institutæ,secūdę vero permissę sunt. Denique primę nuptię sub benedictione dei celebrantur sublimiter,secundæ vero etiā in præsenti ca- Augu. de sancta viduitate. August.

sent gloria. Nubat dico, & hoc, Tantũ in domino, faciat, D scilicet, sine turpitudinis suspicione, & viro suæ religionis nubat. Vel ita continua, Mulier, &c. q.d. virgo quocunq; tempore potest nubere, sed coniugata, etiam si causa fornicationis dimissa est, non potest dum viuit vir eius. Quia mulier alligata est legi, viri, Quanto tempore vir eius viuit, quod si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat: tãtum in domino. Beatior autẽ erit, si sic, id est, innupta, permanserit secundum meum consilium. Satis ostendit beatum esse, & post mortem viri iterum in domino nubentem fidelem: sed beatiorem, non nubentem. vnde maxime Cataaphrygarum & Nouatianorum hæreses concidunt, quas buccis sonantibus nõ sapientibus Tertullianus inflauit, dum secundas nuptias tanq̃ illicitas maledico dẽte concidit, quas omnino licitas Apostolus sobria mente E concedit. De tertiis autem & quartis, & de vltra pluribus nuptiis solent homines mouere quæstionem, sed quis audeat definire quod nec Apostolum video definiuisse? Ait enim, Si dormierit vir eius, &c. Non dicit prim⁹, vel secundus, vel terti⁹, vel quotuslibet. Nec nobis definiendum est, quod non definit Apostolus. Vnde vt breuiter respondeam, nec vllas debeo damnare, nec eis verecundiam numerositatis auferre. Ipse etiam Christus apostoli, ac noster magister, & domin⁹, septemuirem mulierem in euãgelio non damnat, nec dicit, in resurrectione non posse esse: sed tantum ait, neq; nubentur. Vnde nec contra humanæ verecundię sensum audeo dicere, vt quoties voluerint, nubant, nec ex meo corde præter scripturæ sanctæ authoritatem quotaslibet nuptias audeo condemnare. Quod F autem dicitur vniuirę viduę, hoc omni dicitur viduæ, scilicet, Beatior erit, si sic permanserit secundum meum cõsilium. Et ne quis hoc consilium tanquam humanum, & non diuinum putaret contemnendum, adiecit, Puto autem quod ego sicut & alii Apostoli, Spiritum dei habeo, quo inspirante, hæc & alia suadeo, quod vos non putatis. Nota quod dicens puto, non dubitat Apostolus, sed contemptores increpat: vt & dominus non dubitat, sed increpat dicens, Si me sciretis, forsitan & patrem meũ sciretis Et alibi, Cum venerit filius hominis, putas inueniat fidem in terra? Verbo dubitationis arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas.

Augu. de sancta viduitate.

Augu. ad Polẽtiũ.

Augu. sup Ioan.

CAPUT VIII.

A [D]E his autem quę idolis immolant, scimus quia omnes scientiā habem⁹. Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis autē se existimat scire aliquid, nondū cognouit quēadmodū oporteat eum scire: si quis aūt diligit deū, hic cognitus est ab eo. De escis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolū in mundo, & quod nullus deus nisi vnus.] De his autē q̃ idolis &c. Supra egit de nuptiis, de quib⁹ ipsi quæsierāt. Hic agit de idolothytis. i. immolatitiis idolorum, in quib⁹ adeo indiscretū vsum quidā habebant, vt ex eo aut scādalizarent, aut saltē cōfunderent infirmi: & ipsi qui licitis inordinate vtebātur, ecclesiasticā in se formā confunderent, & vnitatē scinderent. Scientes em̄ oīa ex creatiōe
B munda, immolata idolis corā infirmis in idolio manducabant, qđ infirmi videntes, putabāt eos edere sub veneratione idoli, & exēplo eorū sub veneratione idoli edebāt. Illos igit increpat ap̄lus hic. q. d. de his prędictis quęsistis & docui, sed de istis aliis non fuit opus quærere, quia de istis scitis vt ego, & hoc est qđ ait, De his autē quæ idolis immolantur, an licet edere vel non? Scimus. q. d. Ego scio, & vos scitis ęque mecū, qđ licet ea cōedere. Vere scimus ego & vos, Quoniā oēs scientiā habemus, de creatore & creaturis. Hoc dicit de his inter eos maiorib⁹, qui habentes scientiā cum offendiculo minorū edebant: quos primū arguit, nec sufficiēter scire dicit, quia offendiculum ꝓximi nō videbāt. Alii autē ignari sub veneratione idoli edebant. Scientia. q. d. habetis scientiā, sed non valet hęc
C scientia, quia facit vos superbire cōtra ignaros. Scientia em̄, si sola est, Inflat. i. in superbiā extollit, Charitas vero, quę non inflat, Aedificat, infirmos: quæ qđ eis obesse potest dimittit. & ideo eam habete, non inflantē scientiā. Addite scientię charitatē, & vtilis erit scientia. Per se em̄ inutilis est scientia, cum charitate vtilis est. Per se inflat in superbiā, vt dęmones qui græco nomine a sciētia sic sunt nominati, in quibus sciētia est sine charitate. Propter hoc autē vitiū. i. elationem scientiæ reprimendā, datus est Paulo stimulus Satanę, a quo tunditur ne irrigatur. Pręponēda est etiam scientia scientię. Melius est em̄ scire infirmitatē nostrā, quā naturā rerum. Laudabilior. n. est anim⁹ cui

[Margin: August. — Augu. de ciui dei. — August.]

nata est infirmitas sua, quã qui ea nõ respecta, syderũ viã D
scrutat, & terrarũ fundamenta, & cælorũ fastigia: sed meliores sunt qui apponũt, nosse seipsos, quia scientiã talem .s. qui apponit: apponit dolorẽ pegrinationis ex desiderio patriæ. & cõditoris. Si quis aũt. q. d. habetis scientiam de idolothytis, sed nec perfecta scientia est illa, quia & Si qs existimat se scire aliquid. i. qd licet eis vti. Nondũ tamẽ, Cognouit queadmodũ oporteat eũ scire. i. nondũ nouit ꝙ
Ambrosi. sic ea sciẽtia debeat vti, ne noceat alii. Ipsos ergo qui de sciẽtia gloriant, ostẽdit nõ ita cognouisse, sicut cognoscendũ est. Dũ em̃ charitatẽ quę oĩm bonorũ mater est, nõ sectant, nõ sciũt sicut oportet. Si quis aũt. q. d. Hic nõ perfecte scit. sed qui diligit fratrẽ: vere scit deo approbãte, & hoc est qd ait, Si quis autẽ diligit deũ, hic cognit⁹ est. i. ap-
Aimo. probat⁹ ab eo. Hic diligit deũ, q charitatis causa scientiã E
mitigat, vt prosit fratri, pro quo Christ⁹ mortuus est, De escis autẽ. Vituperata sciẽtia eorũ, tandẽ aperit quæ est ea. Supra em̃ nõ dixerat quę esset eorũ scientia. sed hic osten-
Aimo. dit. q. d. His ꝓdictis modis nõ valet scientia, sed tñ in hoc vero est, qd de escis, Quę idolis immolant, scim⁹ ego & vos, qd licet cõedi. & qd ab idolo nõ cõtaminatę sunt. Et scimus quia nihil est idolũ in mũdo. i. inter creaturas mũ-
Augu. sup Ioannẽ. di. Materiã em̃ deus formauit, sed stultitia hominũ formã dedit. Habet quidẽ formã quandã humanam, sed ipse hõ per verbũ fact⁹ est. Quæcunq; em̃ facta sunt naturaliter quęcunq; sũt in creaturis, facta sunt per verbũ, sed forma hominis in idolo, nõ est facta per verbũ, sicut pctm̃ non est factũ per verbũ, sed est nihil, & nihil sunt homines dũ peccant. Vel, Idolũ nihil est in mundo. i. illud quod pu- F
Origenes tabãt idolũ esse, nihil est. Existimabãt em̃ idolũ esse personã subsistentẽ, ex simulacro & spũ prędente. Vel, Idolũ nil est in mũdo. i. nulli⁹ rei q̃ sit in mũdo similitudinẽ habens. Idolũ em̃ hic appellat speciẽ quã nõ videt ocul⁹, sed animus sibi fingit. Vt si quis humanis membris caput canis, vel arietis formet, vel in vno habitu hoĩs duas facies. & huiusmodi, qui hoc facit, nõ similitudinẽ, sed idolũ facit. Facit em̃ qd nõ habet aliud simile sui. sed quod mẽs ociosa & curiosa repetit. Ideo distincte dictũ est in lege, Non facies idolum neq; oẽm similitudinẽ rei. Similitudo vero est cũ aliquid ex his quæ sunt, vel in cęlo vł in terra,

A vel in aquis formaẽ. Et ſcim⁹ quia null⁹ de⁹ eſt niſi vn⁹, Hoc dicit ne puteẽ eſſe de⁹ in idolo Vn⁹.n. tm̃ de⁹ eſt pr̃, & fili⁹, & ſpũs ſanctus.i.ipſa trinitas vn⁹ deus eſt, nullaq; ſit partium in deitatis vnitate diuiſio. Non.n.deus pater pars eſt dei. Tres eñ perſonę ſunt, pater, & filius. & ſpũs ſanctus, Et hi tres q̃a vnius ſubſtantie ſunt, vnũ ſunt, & ſũme vnũ ſunt, quia ibi nulla naturarũ, nulla eſt diuerſitas voluntatũ. Si eñ natura vnũ eſſent, & cõſenſione nõ eſſẽt non ſũme vnũ eſſent. Si vero in natura diſpares eſſẽt, vnũ non eſſent. Porro Chriſtus vna pſona eſt geminæ ſubſtãtiæ, quia deus & hõ eſt, nec tamen deus, vel hõ pars hui⁹ perſonæ dici poteſt, Alioquin dei fili⁹ añ quã ſumere formã ſerui non erat totus, & creuit, cũ hõ diuinitati eius acceſſit. Quod ſi in vna perſona pars nõ poteſt eſſe de⁹, quãto magis pars trinitatis eſſe non poteſt, quicunq; vnus in tribus? Huius ergo trinitatis, nec tertia pars eſt vnus nec maius aliquid oẽs, quã ſinguli. Tu nẽpe dixiſti vnũ deum ex partibus non eſſe compoſitũ, & hoc de patre vis intelligi. Ille, inquis, virtus eſt in genita ſimplex. Huius autẽ virtutis quã ſimplicẽ eſſe dixiſti. nunquid partes ſunt bonitas ſapientia, clementia, & potẽtia? Si dixeris partes ſunt, ſimplex ergo virtus ex partibus cõſtat, quæ te diffiniente vn⁹ eſt deus: ergo deũ ex partibus cõpoſitũ eſſe dicis. Nõ dico Inquis, nõ ſunt ergo partes. Si ergo in vna patris perſona, & illa inuenis, & partes nõ inuenis: quanto magis pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, ꝓpter indiuiduã deitatẽ vnus eſt deus, & ꝓpter vniuſcuiuſq; ꝓprietatẽ tres perſonę ſũt, & ꝓpter ſingulorũ perfectionẽ partes nullius dei nõ ſunt

An. cõtra Maximi. hæreticũ.

Auguſt.

Auguſt.

B

C Virt⁹ eſt pater. virtus eſt filius, virtus eſt ſpũs ſanct⁹. Hoc verũ dicis, ſed quod virtutẽ de virtute genitã, & virtutẽ de virtute procedentẽ, nõ vis eãdẽ naturam haberet Hoc falſum dicis, Hoc cõtra fidẽ catholicam dicis. [Nam & ſi ſunt q̃ dicanẽ dii ſiue in cęlo ſiue in terra (ſiquidẽ ſunt dii multi & dñi multi) nobis tñ vn⁹ de⁹ pr̃ ex quo oĩa, & nos in illo, & vn⁹ dñs Ieſ⁹ Chr̃s, p quẽ oĩa, & nos p ipſũ. Sed nõ in oĩb⁹ eſt ſciẽtia. Quidã añt cũ cõſciẽtia vſq; nũc idoli quaſi idolothytũ mãducãt, & cõſciẽtia ipſorũ, cũ ſit iñfirma polluiẽ.] Nam & ſi, q.d. vnus tñ eſt de⁹. & vere, Nã & ſi ſũt qui dicantur dii, participatione deitatis, vt ſancti, Siue in cælo, iam recepit, vt qui de corpore exierunt, Siue in

terra, morantes: vt qui adhuc in mortali corpore peregri- D
nant, & non falso putatos, dico deos sed in veritate dei sūt
Si quidem multi sunt dii, participatione deitatis vt sancti,
Et sunt dñi multi, qui aliis præsunt, apl'i in terra, archāge-
li in cęlo. Et si inquā hoc sit nobis, Tamē est, tm̄, Vnus
deus, pater, qui naturaliter, & substātiue est de⁹ vn⁹ cū filio
& spū sancto. Dicitur em̄ trib⁹ modis deus, substātiue, ad-
optiue, nūcupatiue. Substātiue dicit̄ deus trinitas. Adopti-
ue, sancti qui per adoptionis gratiā dii sunt. Nūcupatiue,
dæmones, & idola, quia nomine tm̄ dii sunt, non natura
vel participatiōe. De diis adoptiuis dictū est, & si sint qui
Augu. in libro. quæstion. dicant̄ dii, Siue in cęlo, siue in terra: siquidē dii sunt mul
ti, & dñi multi. Eos em̄ intelligi voluit qui digne etiā dicū
tur dii: sane vt latria, quæ interpretatur latine seruitus, eis
non debeat̄. Qui prohibiti sunt in lege maledici, vbi legi E
tur. Diis non maledices vel detrahes, Sed nō sunt iussi sa-
crificiis, vel vllis latriæ obsequiis honorari, Vel potest etiā
de nūcupatiuis diis dici illud, Nā & si sunt qui dicunt̄ dii,
Ambrosi. a gentibus, Siue in cęlo, vt sol & luna, Siue in terra, vt
Aimo. Apollo, vel Esculapius, Hercules, & huiusmodi, Ideo dixi
dicant̄, Siquidē dii sunt multi, opinione Paganorū, Et
dñi multi, nobis tamen est tm̄ Vnus deus, pater, cui credi
mus, & nos in se credentes facit deos: scd̄m illud, Dedit
August. eis potestatē filios dei fieri his qui credunt in eum. Nobis
ergo vnus est de⁹, Gētib⁹ vero plures, quos noster terret. i.
dęmones: qui volētes videri dii sibi exigūt illa quę deo ve
ro debentur. s. aras, sacrificia, & alias huiusmodi. Noster
vero de⁹ hoīes deos facit, qui nō est fact⁹, & ideo est ver⁹
Quæstio. deus. Deos aūt homines esse appellatos inuenimus in illo F
psalmo, Deus stetit in synagoga deorum, Et itē, Ego dixi,
dii estis. Sed quæritur, si hoīes dii vocātur, vtrū angeli vo
candi sint dii cū hoībus sanctis quibus maximū præmiū
pmittīt ęqualitas angelorū, Et in scripturis quidē nescio
vtrū vel possit, vel facile possit reperiri aperte angelos di
Augusti. ctos deos. Si ergo nusquā in diuinis eloquiis reperitur ea
mihi causa potissimū occurrit, quare angeli non dicuntur
dii, ne ab hominib⁹ putarent̄ colendi: ne hoīes ad hoc in
clinarentur, vt seruitiū religionis q̄ liturgia vel latria dici
tur, angelis exhiberēt: sed noīe officii multo vtilius vocan
tur angeli, qui latine dicunt̄ nuncii, vt ille colatur, cui⁹ sūt

A nuncii. Quod ergo dr̃ deus deorũ, rex magnus super omnes deos, nõ nisi de sanctis accipitur, quibus est vnus deus pater. Deinde ostẽdit quod recte dicit̃, & deus, & pater. q. d. vere est deus. Quia ipse est ex quo credimus esse oĩa. Et vere pater est, quia credimus, Nos foueri, In illo. i. in illius gratia. Quærit̃ si debeat dici ꝙ Christus sit nobis pater, vel spiritus sanctus. Sane dicimus ꝙ debet, quia gratia qua regeneramur: ita est filii, & spiritus sancti, vt patris: & quicquid est nobis a patre, est nobis a filio & a spiritu sancto: & ideo dicimus quod deus trinitas vnus nobis est pater, vna maiestas, vel vnus magister qui regnat, qui illuminat, sicut vnus creator. Sed itẽ q̃ritur, si deꝰ trinitas vnꝰ nobis est pater, an sit ille pater, qui æternaliter pater est filiũ gignẽdo, an nõ, & si nõ, an sit alius pater. Ad quod di- Quæstio.
B cimus quod nõ simpliciter debeat dici, deus trinitas est pater ne intelligatur persona patris. Sed ẽ nobis pater, nec ille pater, qui est tertia persona, nec alius, sed est deus vnꝰ q est nobis pater ex tempore, & qui est ille pater: sicut filius est vnus deus cum patre, nec tamẽ est deus qui genuit. Et, nobis est, Iesus Christus vnus deus, & dominus, cum patre in substantia, id est nobis vnus deus est, & dominus pater & Christus, Per quem, Christũ, Omnia, creata sunt. Omnia. n. a patre, sed per filiũ creata sunt. Nec alia per filium, alia per patrem, sed eadẽ. Alioquin iã nõ oĩa per patrem, nec omnia per filium. Si autem omnia per patrem, & omnia per filium, ergo eadem per patrem quæ per filium facta sunt. Aequalis ergo est patri filius, & inseparabi- Ambrosi. Aug. i. lib de trini.
C lis operatio vtriusq;. Et nos per ipsum Christum, sumus in deo, quia per ipsum reformati sumus in cognitione dei per quem fueramus creati, Sed &c. quasi dicat nos hoc scimus quod vnus est deus. Sed non in omnibꝰ est. hęc. Scientia, id est non omnes mysterium vnius dei cognoscimꝰ.

Quidẽ aũt, vel, Ẽni. q. d. Vere nõ in oĩbꝰ est hęc sciẽtia, q̃a, Quidã &c. vel nos scimꝰ, q̃a idolũ nihil est. Sed, Quidã mãducãt, de sacrificiis, Cũ cõsciẽtia Idoli, quia putant idolũ aliquid diuinũ eẽ. Et hoc, Vsq; nũc. i. etiã nũc post cõuersionem, sicut ante conuersionem, Mãducãt, dico, cũ conscientia, & Quasi idolothytum. i. cũ reuerentia idoli, quasi aliqua illic esset diuinitas, Et cõsciẽtia ipsorum cum sit infirma, poluitur per illos qui habent scientiam vnius, Ambro.

Cap. 9. cum charitate, per quos in hunc errorem infirmi inducebantur, quorum non cibus polluitur sed conscientia. D
[Esca autem non commendat nos deo. neq; enim si manducauerimus abundabimus, neq; si non manducauerimus deficiemus. Videte autẽ ne forte hęc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolio recunbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma ędificabitur ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua consciẽtia frater, propter quẽ Christus mortuus est? Sic aũt peccãtes in fratres, & percutiẽtes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum nõ mãducabo carnem in ęternum, ne fratrem meũ scandalizẽ.]
Esca autẽ. q. d. illis nocet vestra comestio, nobis autem non
Aimo, prodest, quia esca sumpta, vel non sumpta Non commendat nos deo. sed fides escæ, qua creduntur omnia creata a deo munda. Et vere. Neq; si non manducauerimus deficiemus, id est minus habebimus bonum. Neq; si mãducauerimus abũdabimus, in bono virtutum, vel beatitudinis, sed E
Aimo. ex fide eius tantum. Videte autem. q. d. quantum ad vos nihil est esca ipsa. Sed Videte ne forte hæc licentia vestra fiat offendiculum. infirmis, in fide: qui nesciunt adhuc idolum nihil esse, & potest esse offendiculum. Si quis enim, infirmus, Viderit eum qui habet scientiam recumbentem in idolio, id est, in pręsentia idoli, Nonne conscientia eius cum sit infirma per se ędificabitur ad manducandum idolothyta, id est, ad manducandum carnes sacrificiorum sicut idolothyta. Videns enim quis fratrem peritum in idolio sacrificata edere incipit & ipse edere, non illa conscientia qua ille peritię causa sciens nihil esse idolum, sed esse putat illic vnum cum videt fratrem peritum illic edere, nec horrere, Et ita peribit infirmus frater in tua conscientia. i. quia te sapientem videt comedere, putans sub idoli veneratione, Propter quem, saluandum, Christus mortuus est, & ita grauiter peccas. Sic autem quasi dicat ita in fratres peccatis. Sed Sic peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam in Christo peccatis, cuius membra sunt. Cum enĩ charitatis non ęmuli sunt, qua Christus nos liberauit, peccant in Christo, non in Christum, quia in Christum pec- F

A care, est negare Christum: In Christo autem peccare, est Ambro.
in his quę Christi sũt peccare. Sicut hic qui sub lege est, in lege dicitur peccare, ita hi qui ĩ Christo sunt, in Christo peccare dicuntur. In CHRISTO ergo peccatis, cuius regnum diminuitis, & quia in CHRISTO peccatis. Quapropter, abstinete sicut & ego etiam ab omni carne. quia, Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo, nõ solum immolata, sed etiam omnem Carnem in æternum, id est nec hic nec in futuro. Sicut enim constat quod non post mortem, sic certus sum quod nec in vita manducabo. non quod mala sit esca, sed, Ne scandalizem fratrem meum.

CAPVT IX.

B NON SVM LIBER? Non sum Apostolus? Nõne CHRISTVM IESVM Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in domino? Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum Apostolatus mei vos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri Apo-
C stoli & fratres domini & CEPHAS? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?]

Non sum liber? Incipit se proponere in exemplum, vt sicut ipse se abstinet a licitis pro scandalo fratrum vitando, ita & illi abstineant. Ipse enim apostolica dignitate potestatem habens non operari manibus, sed de euangelio viuere, ne quem tamen accipiendo scandalizaret, abstinuit. qua si dicat abstinete ab hoc licito, quia & ego habeo libertatem accipiendi stipendia, & tamen non accipio. Et vere habeo libertatem. Nunquid enim non sum liber, accipe? Vtiq; liber sum accipe, qa licet mihi qđ & aliis apo

Cap. 9. cum charitate, per quos in hunc errorem infirmi inducebantur, quorum non cibus polluitur sed conscientia. D

[Esca autem non commendat nos deo. neque enim si manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus deficiemus. Videte autē ne forte hęc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolio recunbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma ędificabitur ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua consciētia frater, propter quē Christus mortuus est? Sic aūt peccātes in fratres, & percutiētes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum nō māducabo carnem in ęternum, ne fratrem meū scandalizē.] Esca autē. q. d. illis nocet vestra comestio, nobis autem non

Aimo, prodest, quia esca sumpta, vel non sumpta Non commendat nos deo. sed fides escæ, qua creduntur omnia creata a deo munda. Et vere. Neque si non manducauerimus deficiemus, id est minus habebimus bonum. Neque si māducauerimus abūdabimus, in bono virtutum, vel beatitudinis, sed E

Aimo. ex fide eius tantum. Videte autem. q. d. quantum ad vos nihil est esca ipsa. Sed Videte ne forte hæc licentia vestra fiat offendiculum. infirmis, in fide: qui nesciunt adhuc idolum nihil esse, & potest esse offendiculum. Si quis enim, infirmus, Viderit eum qui habet scientiam recumbentem in idolio, id est, in pręsentia idoli, Nonne conscientia eius cum sit infirma per se ędificabitur ad manducandum idolothyta, id est, ad manducandum carnes sacrificiorum sicut idolothyta. Videns enim quis fratrem peritum in idolio sacrificata edere incipit & ipse edere, non illa conscientia qua ille peritię causa sciens nihil esse idolum, sed esse putat illic vnum cum videt fratrem peritum illic edere, nec horrere, Et ita peribit infirmus frater in tua conscientia. i. quia te sapientem videt comedere, putans sub idoli veneratione, Propter quem, saluandum, Christus mortuus est, & ita grauiter peccas. Sic autem quasi dicat ita in fratres peccatis. Sed Sic peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam in Christo peccatis, cuius membra sunt. Cum enim charitatis non ęmuli sunt, qua Christus nos liberauit, peccant in Christo, non in Christum, quia in Christum pec- F

A care, est negare Christum: In Christo autem peccare, est Ambro.
in his quę Christi sűt peccare. Sicut hic qui sub lege est, in lege dicitur peccare, ita hi qui ĩ Christo sunt, in Christo peccare dicuntur. In CHRISTO ergo peccatis, cuius regnum diminuitis, & quia in CHRISTO peccatis. Quapropter, abstinete sicut & ego etiam ab omni carne. quia, Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo, nõ solum immolata, sed etiam omnem Carnem in æternum, id est nec hic nec in futuro. Sicut enim constat quod non post mortem, sic certus sum quod nec in vita manducabo. non quod mala sit esca, sed, Ne scandalizem fratrem meum.

CAPVT IX.

B NON SVM LIBER? Non sum Apostolus? Nõne CHRISTVM IESVM Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in domino? Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum Apostolatus mei vos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri Apo-
C stoli & fratres domini & CEPHAS? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?]

Non sum liber? Incipit se proponere in exemplum, vt sicut ipse se abstinet a licitis pro scandalo fratrum vitando, ita & illi abstineant. Ipse enim apostolica dignitate potestatem habens non operari manibus, sed de euangelio viuere, ne quem tamen accipiendo scandalizaret, abstinuit. quasi dicat abstinete ab hoc licito, quia & ego habeo libertatem accipiendi stipendia, & tamen non accipio. Et vere habeo libertatem. Nunquid enim non sum liber, accipe? Vtiq; liber sum accipe, q̃a licet mihi q̃d & aliis apo

ſtolis,ſcilicet, de euangelio viuere. Hoc & ſi ſic inductũ D ſit,intẽdit tamen comprobare ſe apoſtolum, quia occaſione pſeudoapoſtolorum minus de eo ſenſerunt Corinthii. Vnde ſubdit, Non ſum Apoſtolus?quaſi dicat,Vere ſum liber, quia ſum Apoſtolus, & vere ſum Apoſtolus, quia Chriſtum vidi:pro quo, id eſt ,ſi non viderem,minus videreт Apoſtolus,& hoc eſt quod dicit, ſub interrogatione

Aimo. loquens vt iratus, Nonne dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum vidi?in via,vel in templo Hieroſolymis,dum orarẽ. Nonne,quaſi dicat,Vere ſum ego apoſtolus,quia vos eſtis opus, apoſtolatus mei. & hoc dicit ſub interrogatione, Nonne opus meum vos eſtis,o,Corinthii?tamen, In domino,id eſt,domino cooperante.Vel, In domino,id eſt, in gloriam domini. Et quia eſtis opus meum,ideo, Et ſi non ſum apoſtolus aliis,id eſt Iudęis,quorum legem eua E cuabat, Sed tamẽ vobis,qui per me conuerſi eſtis, Sum apoſtolus, quia vos eſtis opus meum perfectum. Et vere vobis ſum Apoſtolus. Nam ſignaculum,id eſt,forma, Apoſtolatus mei vos eſtis in domino,id eſt,domino authore,ac ſimili ſigilli,quia in vobis apparet quod ego ſum Apoſtolus,dum eã habetis per me, quæ & alii. Per alios, apoſtolos,& ideo per vos apud alios qui dubitant,apoſtolus defendor. Et hoc eſt quod ait, Mea defenſio,hoc eſt, vos,ſcilicet, Apud alios qui de me interrogãt, vtrum ſim apoſtolus. Et quia ſum apoſtolus, Nunquid, ego & mei, Non habemus poteſtatem manducandi & bibẽdi veſtra? id eſt,viuendi de ſtipendiis veſtris?quaſi dicat,vtiq; habe

Auguſt. mus. Permiſit enim dominus, ſed non iuſſit apoſtolis accipere neceſſaria a ſubditis, vt quiſquis vellet eo vteretur, F quod ſibi liceret ex domini conſtitutione. Si quis vero vti nollet,non contra iuſſum faceret, ſed de ſuo iure cederet. Poteſtas vero eſt,non iuſſio domini accipere ſumptus. Et nunquid non habemus poteſtatẽ cercuncidendi, nobiſcũ, Sororem mulierẽ,vt nobis miniſtret,ſicut & cæteri Apoſtoli, Et,etiã, Fratres domini,qui maiores ſunt ſicut Iacobus, & Iudas,& reliqui, Et Cephas,id eſt, Petrus,qui

Aimo. eſt princeps Apoſtolorum?Non hoc reprehendit,ſed eorum more ſibi probat licere. Mulieres enim deſiderio doctrinę dominicę , & cupide virtutum ſequebantur apoſtolos miniſtrantes,& ſumptus,& ſeruitia,ſicut & ſalua-

V torem secutę sunt ministrantes ei de facultatibus suis. Dominus enim noster cui angeli ministrabant infirmis cōpatiēs loculos habuit, in quibus mitteretur pecunia a fidelibus data victui necessaria, quos commendauit Iudæ, vt etiam fures, si non possemus vitare, disceremus in ecclesia tolerare. Et mulieres ministraturas sequi se voluit ostēdens quid a plebibus deberetur euangelistis. Ideo etiā dñs in comitatu suo mulieres habuit, ne viderentur alienę a salute, quæ & ministrabāt ei sicut & apostolis. Aut ego, quasi dicat, Cæteri apostoli hāc potestatē domino cōstituēte habuerunt. Aut, id est an, Ego solus & barnabas non habemus, secundum vos vtique, Potestatem hoc operandi? quasi dicat. Habemus potestatem hoc operandi, id est accipiēdi. Operandi enim ait pro accipiendi, vt honestius

Augu. de opere monachorū.

August.

B loqueretur. Vel secundum aliam literam, quæ habet, Nō habemus potestatem non operandi? quasi dicat habemus vtique potestatem non operādi manibus nostris, id est cessandi a labore manuum, Et ne quia abstinet coapostolos repræbendisse videretur, addit, Quis militat &c. Probat hic p similitudines humanas id licere sibi & aliis, & supponit authoritatem legis & ipsius domini tādem quasi dicat recte vtique siue nos, siue illi, hanc potestatem habemus. Quis enim militat suis stipendiis vnquam? Et quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Et quis pascit gregem, & de lacte non manducat? Vtique null⁹. Lac gregis dicitur quicquid a plebe pręposìtis datur. His verbis satis apostolus indicat, non sibi aliquid vsurpasse vltra debi

C tum coapostolos suos, sed sicut dominus constituit, ex euāgelio viuentes panem gratuitum manducabant, ab eis sūptum quibus gratuitam gratiam prædicabant. Hæc quidem secundum humanæ consuetudinis licentiam dicta sunt. [Nunquid secundum hominem hæc dico? An & hæc lex non dicit? scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, & q triturat, in spe fructus percipiendi Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metam⁹? Si alii potestatis vestre participes sunt, quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustine-

mus, ne quod offendiculum debemus euangelio Christi. D
Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit iis qui euangelium annũciant, de euangelio viuere. Ego autẽ nullo horũ vsus sum.]
Sed nunquid secundum hominem, tantum, Hęc dico. i. humana similitudine tantum hoc probo? An non & lex dicit hęc. i. nonne lex Moysi idem probat? vtiq; . Scriptũ est enim, in lege Moysi, nõ alligabis os boui triturãti. i. nõ prohibebis prędicatorem viuere de euangelio i. de prædicatione, sed ne hoc videatur ad literam esse dictum subdit, Nunquid de bobus cura est deo? id est vt de eis in lege præcipiat? Non pro bobus, hoc dicit, qa propter nos tãtũ dicit, quod ita ait, An ꝑpter nos, vtiq;, Hoc dicit? q. d. dicit vtiq;. Nã &c. q. d. Vere hoc ꝑpter nos dicit, quia hæc & alia eodẽ E spectãtia, Propter nos scripta sunt, vt hoc ipsum verũ est Quoniam qui arat id est prædicator qui corda aperit ad
Ambrosi. fidem, Debet arare in spe, stipendiorum temporalium, non propter hanc spem, non enim hæc debet esse intentio sua, & finis in ministerio suo, Et qui triturat, id est bonos a malis, quasi grana a paleis discernit, morum qualitate, debet hoc similiter facere. In spe percipiendi fructus, stipendiorum. Si nos vobis. Postquam probauit per similitudines, nunc probat per rationes quod licet eis accipere. quasi dicat, Vere potestatem accipiendi habemus: quia. Si nos seminauimus vobis spiritualia, scilicet ea quæ spiritum vestrum viuificant, vel quæ a spiritu sancto data sunt, scilicet verbum dei, & mysterium regni cælorum, Est magnum si nos metamus, ad sustentationem, Vestra carna- F lia, id est hæc temporalia quę vitę & indigentię carnis in-
August. dulta sunt. Si alii. Item a minori probat sibi licere sumptus ab eis accipere dicens, Si alii, scilicet pseudo, Sunt participes vestrę potestatis. i. tam potẽter vtunt vestris, vos ipsi, Quare non potius nos apostoli qui causa salutis vestrę laboramus. Sed tamen &c. q. d. Ecce manifestum est, quia licet nobis accipere, Sed tamen non sumus vsi hac potestate. & quia forsan eum non egere diceret, contra hoc subdit apostolus. Sed omnia sustinem⁹ nec qđ offendiculũ debemus euãgelio Christi, qa si acciperet Apostolus iã, pseudo libere accipere͠t, & sic i ꝑdicatione durarent,

D & ita impedimentũ fieret euangelio. Vt ergo regulę christianæ ius maneret, licita quasi illicita fecit. Vel ideo hoc dicit, quia forsan & hi auari erãt, & ideo apostolum odirent, si, quicquam ab eis acciperet. Vel hoc ideo dicit, quia si acciperet ab eis, putarent se emisse licentiam peccandi, & ita libertatẽ arguandi apostolus minueret. Nescitis, &c. Redit Rursus ad illud quod inceperat, etiam atq; etiã cõmendans. i. pluribus modis ostendens, quod sibi liceat accipere, &, tamen non faciet. Naturalis ratio etiam hoc habet, vt quis viuat inde vbi laborat. Hic ergo item probat se potestatem habere accipiendi per similitudinem sacerdotum Gentilium vel Iudæorũ, cui rei naturalis ratio cõsentit, vt nec leue faciat, nec ociosum quod tantis testimoniis commendat. q. d. Vere licet mihi accipere, quod per hoc patet, Quoniam qui in sacrario, id est, templo, Operantur, vt artifices, quæ de sacrario sunt edunt, & qui altario deseruiunt, vt sacerdotes, Cum altario participant, quia partem habent de his quæ offeruntur altari. Et nescitis hoc, vel illud: de Gẽtilibus sacerdotibus dicit, scilicet, Qui in sacrario operat̃ & hoc de Iudęis. s. q altario deseruiũt. Per sacrariũ enim intelligit templũ Gentilium. per altare Iudæorum quorum vtrorumq; ministri eorũ quę offeruntur partẽ sumũt. Et sicut hic fit, Ita & dominus Christus ordinauit, id est, rationabiliter disposuit de prædicatoribus. Ordinauit enim his qui annunciant euangeliũ, id est prędicatorib[9] quid disposuit? scilicet, Viuere de euangelio. Hoc rationabiliter fecit, vt expeditiores sint ad prędicandum verbum dei, quam licentiam dominus dedit eis quando misit eos ad predicandum dicẽs, Ecce ego mitto vos, &c. Et post paulo, In eadẽ domo manete edentes, & bibentes quę apud illos sunt. Dignus est. n. operarius mercede sua. Ego autem. q. d. tot modis licere cõstat. Ego aũ nullo horũ. i. authoritate vel exemplo, Vsus sum, in accipiendo. Et ne forte quisq̃ arbitraretur, ideo eorum non accepisse, quia illi non dederant, & de sua potestate hæc toties hac de causa dixisse, vt deinceps darent, subdit. Ambro. Augus.

E

F

¶ Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quã vt gloriam meam quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas. n. mihi incũbit. Væ enĩ mihi est, si nõ euãgeliza-

uero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem D
inuitus dispēsatio mihi credita est.] Non scripsi. q.d. nō
sum vsus, sed nec vti volo, quod ita ait, Non scripsi autem
hæc. s. quod liceat accipere, Vt ita hęc in me fiant. i. vt e-
go accipiam. Bonum est enim. q.d. vere nō ideo scripsi vt
accipiam, quia si sumerē perderē gloriam. Et bonum est
mihi magis mori. i. malo ego mori, Vel volo magis mo-
Augu. de ri. i. affligi, Quā vt qs euacuet gloriam meam: quod esset
ope mo- si acciperē. i. si euangelizarem vt acciperē. Gloriā suam di
nachorū. cit quā habet apud deum infirmis compatiens. Quisquis
enim eo quod sibi debetur vti non vult, amplius impēdit
ecclesiæ. Maximā igitur gloriā habet apostolus apud deū,
nō exigendo stipendii debitum ab infirmis, sed de suis la
borib⁹ transigendo cotidianū victum. Hoc est quod stabu
lario ad quē vulneratus ille qui incidit in latrones perdu- E
ctus est, domin⁹ ait, Siquid amplius erogaueris in redeun
do reddā tibi. Amplius erogabat apostolus qui suis stipen
diis militabat. Vel gloriā suā dicit, quam apud deum ha-
bet, de hoc quod pseudo repellebat a prædicatione non ac
cipiendo, qui non nisi pro tēporalibus prædicabant. Ideo
enim apostolus abstinet a sumptibus, ne sit forma accipiē
di pseudo apostolis rapacib⁹. Nam si Quasi quęreret a-
liquis. An euacuaretur gloria si euanelizares, vt ita hæc
in te fierent? Respondet, vtiq;, quia non ex dilectione pæ
dicarem, & ita non esset gloria. Nā si euangelizauero tā
tum, ita quod nō pro dilectione dei & proximi illud faciā
& ex libera voluntate, non est mihi gloria apud deum. Et
Ambrosi. vere de hoc solo nō est gloria, quia necesse est hoc pro in-
iunctione. quod ita ait, Necessitas. n. pręcepti, Mihi ncū- F
bit: nec audeo omittere, quia vę erit mihi. vnde subdt, Væ
enim mihi est si non euangelizauero, sicut iniunctū est mi
hi. Si autē. q.d. si necessitate facio, Non est mihi gloria,
sed si volēs hoc ago. i. si volūtas adiungatur necessitati, vt
ex dilectione prædicem, Habeo mercedem, ęternam Si
autem inuitus ago, dispensatio, tantum, Mihi credita est.
quia & si mercedem non habeo, aliis tamē dispenso & p-
ficio. Manifestum est enim, quia nemo accipit remunera-
tionem apud deum, eius rei quam inuitus facit. Si autē vo
luntarius facit, dignus est mercede, quia consentit deo, &
quod voluntate fit, melius fit. Qui autem indeuotus aliqd

A facit nõ volũtate, sed necessitate facit, q̃a facit inuit⁹ quod sibi pręceptũ est. Vel ita ab illo loco. Nã si, vbi dicit, gloriam euacuari suam si pro sumptibus quibus substentetur prędicet, quod vtiq; videretur si non abstineret vbi expediret. q. d. vere euacuaretur gloria mea. Nã si euãgelizauero, vt ita hæc fiant in me. i. si ideo euangelizauero vt ad illa perueniam, & finẽ euangelii in cibo & potu, & vestitu collocauero, Non est mihi gloria, apud deum. Quare nõ est gloria si ita euangelizauero? Quia tunc esset pro necessitate. Et hoc est, Quia necessitas sustentandę huius vitę, Mihi incumbit. Et vere. Væ eñ. i. penuria mihi est sicut pseudo. Si nõ euangelizauero. i. malo meo non euangelizabo, quia fame cruciabor, & vnde viuam non habebo. Hæc est ergo necessitas quę mihi incũbit vt euangelizem,

B quia vnde viuẽ non habeo. Vel vt adquiram tẽporalẽ fructum de prędicatione ęternorum. Sic enim necessitas est in euãgelizãdo, nõ voluntas. Si autẽ volẽs. i. sine vlla necessitate hui⁹ vitę, Hoc ago, mercedẽ habeo, sẽpiternã. Si aũt iuit⁹ hoc ago, vt q necessitate hui⁹ vitę cogar, Dispẽsatioẽ mihi credita. i. aliis prouideo, nõ mihi. & est sẽsus. Si coact⁹ iopia earũ rerũ q̃ tẽporali vitę sũt necessaria, p̃dico euãgeliũ, alii p me habebũt mercedẽ, ego autẽ nõ, q a ipsum euangelium non diligo, sed eius precium in illis temporalibus constitutum, quod nefas est fieri, vt non tanquã fili⁹ ministret quisque euangelium, sed tanquã seruus cui dispensatio credita est, vt tanquam alienum erogans, nihil inde ipse capiat pręter cibaria. Alibi tamen & se dispẽsatorem dicit apostolus. Potest enim & seruus in filiorum

C numero adoptatus eandem rem, in qua cohæredi sortem meruit, fideliter dispensare participib⁹ suis. Hic autem dispensator talis intelligitur, vt quasi seruus alienum dispenset, vnde ipse nil capiet pręter cibaria. Alibi vero, vt dictũ est, dispensator dicitur, qui vt filius ministrat euangeliũ cohęredibus suis. Ergo simplici corde debemus operari bonum. Non ergo debemus ideo euangelizare vt manducemus, sed ideo manducare, vt euangelizemus, vt cibus nõ sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adiicitur vt illud impleatur, Quærite primum regnum eius, & hęc omnia adiicientur vobis. Non dixit primum quęrite regnum dei, & deinde quærite ista, quanuis sint necessaria, sed ait, Hęc omnia adiicientur vobis id est hęc consequẽ-

Ambrosi.
Augus. de ser. i mõ.
Augu. de ser. i mõ.
Augusti.

tur, si illa quæratis: ne cum illa quæritis, illinc auertamini. D
Aut ne duos fines cōstituatis, vt & regnū propter se appetatur, & ista necessaria ppter illud. Ergo ppter regnū dei tm̄ debem⁹ opari oīa, nō solā vel cū regno dei mercedē tēporalē meditari. [Quę est ergo merces mea? Vt euangelium prædicans, sine sumptu ponā euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio. Nam cum liber essem. ex omnibus, omniū me seruū feci, vt plures lucrifacerem Et factus sum Iudæis tanq̄ Iudæus, vt Iudæos lucrarer. His qui sunt sub lege, sunt quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erāt lucrifacerem. His qui sine lege erant, tanq̄ sine lege essem (cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerē eos qui sine lege erāt. Factus sum infirmis infirm⁹, vt infirmos lucrifacerē. Omnibus oīa factus sum, vt oēs facerē saluos.] Quæ est ergo. q. d. quia ex volūtate est merces ergo videamus quō. Quod dicit sub interrogatione ita, Quæ est ergo merces mea? i. quid faciēdo, & quomodo, mercedē ęternā habebo? Respōdet, ita. s. habebo mercedē, si tantam regni habeo charitatem Vt prædicans euangelium Christi, etiam sine sumptu, Ponam. i. stabiliā, Illud euangeliū, & nō abutar potestate mea in euangelio, prædicando: quod esset si acciperet, quia tunc non libere argueret, nec infirmis compateretur. Et est sensus, Mercedē habeo si ex dilectione ita facio, vt potius patiar pœnuriā, quam abutar potestate: quod vtique facerem, si sumptuosum credentibus euangelium esse importune exigendo, vel indiscrete accipiendo monstrarem. Vnde forte hoc cō F tingeret, quod putarent ad hoc sibi euangelizari, vt euangelium vēderetur, per quod etiam vigor euangelicę authoritatis, & arguēdi libertas torpesceret. Humanę etiam infirmitati non compateretur, propter quod etiā multa alia feci. Vnde sequitur, Nam cum liber essem, quasi dicat, Hoc vtiq; quod dixi faciam, nam & maius feci, scilicet, Cum liber essem ex omnibus, id est, nullius meritis obnoxius, fecit me seruum omnium, vt commodis omnium deseruirem. Seruum omnino se factum dicit, dum se per humilitatem similem omnium imbecillium exhibuit, vt eos per patientiam firmaret ad salutem futuram confouens animos illorum. Et hoc feci, vt plures lucrifacerē. i. lucrū

Margin notes: August. (beside "dicando: quod esset si acciperet"); Ambro. (beside "tingeret, quod putarent"); E (beside "eos qui sine lege erāt")

A prædicationis meæ facerem. Et etiam me modificaui omnibus. quod ita ait, Factus sum Iudęis tanquam Iudæus, in cibis accipiendis, vel non accipiendis, & in huiusmodi. Et Timotheum etiam circuncidit, quę non quasi simulasse videtur, quod solent adulatores facere. Vir enim diuinus & medicus spiritualis, sciens omnium causas & vulnera, magna industria confouet illos, & compatitur. Factus est ergo Iudęis tanq̃ Iudæ⁹, quia propter scandalum illorum circuncidit Timothęum: & purificatus ascẽdit in templum, ne occasionem per eum acciperent blasphemãdi. Et hoc ideo, Vt lucrifacerem, vel, Lucrarer, Christo. Et, His qui sub lege sunt. s. Samaritanis, qui quinque libros tantum Moysi recipiunt, quibus non couuntur Iudæi, Factus sum quasi essem sub lege, dum non negat le- August.

B gem esse a deo, sed ex ea docet CHRISTVM: sicut mulier Samaritana, per legem docta dixit, quia Messias venit. Cum tamen ego⁹, Ipse non essem sub lege, seruiliter. Et quare eis ita factus sum? vt lucrifaciam eos qui sub lege erant. Qui sub lege erant Samaritani intelliguntur. Sunt autem ex origine Persarum & Assyriorũ, quos rex Assyriorũ sublatis filiis Israel, ad incolẽda loca Samarię posuit. Et fact⁹ sum his qui sine lege erãt. i. Gẽtib⁹, Tanq̃ sine lege essem, dũ eis assentit secũdũ philosophicas rationes mundũ esse factũ a deo, & q̃ in eo facta sunt, & animã esse immortalem, & ab ipso nos originem habere, & huiusmodi. Cũ, tñ, Nõ essem sine lege dei, sed in lege Christi, non in Iudaica. Et ideo ita factus sum, Vt lucrifacerẽ eos qui sine lege erãt. i. Gentiles. Et Aimo.

C fact⁹ sum infirmis, in fide, Infirmus, abstinendo a licitis. Quare? Vt lucrifacerẽ infirmos. Quid per singula? Omnibus oĩa factus sum, quasi oĩm sectarũ essem. Prudẽs. n. & spiritualis apostolus omnibus cessit, ꝓpositũ tñ verę religionis nõ excessit: quia vbi si cessit: ad hoc cessit vt proficeret. Vñ subdit, Vt oẽs facerẽ saluos. Attẽde ꝙ in his verbis, Fa. sum Iu. tãq̃ Iu. &c. dissentire videt̃. Hiero. & Aug. Vult. n. Hiero. ꝙ nõ Iudę⁹ vere fuerit, & legalia non vere seruauerit, sed dispẽsatorie simulauerit. Volebat. n. legalia illa post xp̃z sine p̃ctõ nõ posse seruari. Aug. vero ait ꝙ nullo mõ se Iudæũ, vel illa legalia seruare simulauit: sed ꝟe iudę⁹ fuerit, & ꝟe nõ spẽ ponẽs illa leg. seruauerit q̃ dicebat

Hiero. post Christū sine peccato posse seruari. Inquit enī Hiero. D Factus sum Iu. tanq̄ Iu. Ideo dicit tanq̄, quia non vere Iudęus erat, sicut nec vere Gentilis, quibus in cibis, & in huiusmodi assensit, nec tamē in cultu idolorū, quia in Christo Iesu, nec circūcisio est aliquid, nec p̄putiū: dispensatorie itaq; simulabat se Iudęū. Sed August. dicit hoc fieri cōpassione misericordiæ, nō simulatione. vt qui ministrat ęgroto, fit quasi eger: non cū se febres habere mentitur, sed cum aīo cōdolētis, cogitat quō seruiri sibi velit si ægrotaret. Ait. n. August. ita, Factus sum Iu. tanq̄ Iu. quod nō simulandi versutia dixit, sed. compatiēdi misericordia. i. nō ita hoc dixit, vt se fingeret Iudæū, sicut quidā putāt. Libere. n. illa fecit: sicut ait, Circūcisus quis vocat[9] est, nō adducat præputiū. i. nō sic viuat quasi præputiū adduxerit. Et alibi ait, Circūcisio tua pręputiū facta est. secundū igitur hāc E sententiā suā, fecit illa quæ nō intelligentibus, & parū attēdentib[9] finxisse putatus est. Iudæus. n. erat, & circuncisus vocatus, noluit adducere pręputiū. i. noluit ita viuere, ac si circuncisus nō esset. Hoc. n. iam in potestate habebat, & sub lege quidē seruiliter nō erat. Vere ergo nō ficte vt Iudæus quod erat, vixit, sicut nec fallaciter gētilem se finxit: sed licite omnibus cibis, quos etiā damnāt Iudæi permisit vti, cui oīs creatura dei nō simulate, sed vere bona erat. Sicut ergo hos ritus gentiliū vere, sic & Iudæorū sacramēta nō fallaciter suscepit, vt illis simplex, istis esset duplex. Aliud habēs in corde, aliud in ostēsione. Cū. n. a te quæsissem in epistola, quō ideo putetur factus Iudæus tanq̄ Iudæus, quia fallaciter suscepit sacramēta Iudęorū, cū & Gentib[9] F factus sit tanq̄ Gentilis, nec tamen fallaciter susceperit ritus gentiliū: Tu respondisti, Et eo factū Gentibus tanquā gentilem, quod indifferenter permiserit vesci cibis oībus, etiam quos damnant Iudæi Quæro ergo vtrū & hoc simulat fecerit, quod si absurdissimum atq; falsissimum est, ergo & illa in quibus Iudæorum consuetudini congruebat, libertate prudenti nō necessitate seruili, vel dispensatione fallaci agebat. Cur. n. oleastro inserto veritatē seruauit, & naturalibus ramis nescio quod dispensatoriū simulationis velamen obtendit? Ita etiā cū dicit, Quis infirmatur, & ego nō infirmor? non infirmitatem alterius simulauit sed doluit: ita etiam quod factus est infirmis infirmus,

Angu.

Augu. idē dicit in epist. ad Hiero.

A non erat mendacium, sed vere hoc dixit sicut & cætera superius vbi dixit, & sibi sumptus deberi, & tamen abstinuit ne videretur euangelii venditor, & ne verbi dei cursum apud imperitos in malam suspicionem decidens impediret. Noluit accipere quod ei iure dominico debebatur: nec ideo quia noluit, vtique mentitus est, Nō. n. dixit nō sibi deberi, sed deberi ostēdit: & debito se vsum nō esse, nec omnino vti velle professus est: eo ipso fact⁹ infirmis infirm⁹. Nō est ergo fallax & versipellis simulatio, sed omnib⁹ cōgruit eius misericors compassio, portatque infirmitatē eorū in cōpassionis similitudine, nō fallens mendacii fictione: ita eis. s. Iudæo vel Pagano subueniēdo, sicut ipse sibi si similis esset, subueniri voluisset, quasi infirmitates eorū ipse haberet. Fit. n. quasi ægrotus qui ministrat ægroto, nō cū August.
B febres se habere mētitur, sed cū aīo cōdolētis cogitat, quō sibi vellet seruiri, si ægrotaret. Se ergo Iudęis dixit tanquā Iudæū, & Gentibus tanq̄ Gentilem, non ideo quod misericorditer illa simulauerit, sed quia ea sic non simulauit, quę fecit similia Iudęis, sicut nec ea quę fecit similia Gentibus, & sic omnibus omnia factus est, non mētientis astu, sed cōpatiētis affectu. i. nō omnia mala eorū falaciter agēdo, sed omniū malis tanq̄ sua essent misericorditer medicando, aliis agens quæ sibi fieri vellet, si opus esset. Cogitat eīm vt homo se esse potuisse in eis vitiis in quibus sunt alii. Vnde alibi dicit, Cōsiderās teipsum ne & tu tenteris.

[Omnia aūt facio propter Euangelium, vt particeps ei⁹ efficiar. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, oēs quidē currunt, sed vnus accipit brauiū? Sic currite, vt comprehē-
C datis. Oīs aūt qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronā accipiant, nos aūt incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno nō quasi aerem verberās: sed castigo corp⁹ meū, & in seruitutē redigo, ne forte cū aliis prędicauerim ipse reprobus efficiar.] Omnia. Ecce quare omnib⁹ se contemperat. q. d. omnibus omnia fact⁹ sum, &c. Hęc aūt oīa facio propter euangeliū, vt currat sine impedimento, Et vt efficiar particeps, promissionū, Ei⁹. i. iustitię & beatitudinis ęternę. Nescitis q̄ hi qui in stadio, &c. Agonistarum similitudine ostēdit faciendū quod dixit. i. abstinendum ab his quæ cōtraria sunt. q. d propter euāgelium

oīa prędicta facio, recte vtiq;, quia nisi oīa fecero, & ab oībus quæ cōtra sunt abstinuero, nō habebo p̄miū, sicut per similitudinē apparet. Nescitis eñ quod hi qui in stadio currūt, oēs quidē currūt. In labore quidā pares sunt, Sed vn⁹ accipit brauiū. Brauiū est præmiū cursus. Similiter & vos, Sic currite, per opera charitatis perseuerantes vsq; in finē, Vt cōpręhendatis, brauiū æternæ vocationis. Vel ita, Nescitis &c. Ostendit hoc exēplo quanta est vtilitas legis nostræ, in qua nō vni, sed oībus promissa est palma quod nō in illo stadio, in illo spectaculo. Ibi enim vn⁹ tñ accipit brauiū. cęteri victi discedūt, qui similiter laborauerunt: Hic aūt nō est sic. Quotquot.n. currunt. si perseuerāter currūt, accipiūt: & qui prior venerit, expectat vt coronetur cū posteriori. Agonē q̄ppe istū nō cupiditas, sed charitas facit. Oēs currētes amēt se, & ipse amor curs⁹ ē. q,d. D

Ambro.

Augu. in p̄s. xxviii.

ideo sic oībus insto, quia oēs possunt habere coronā, quod nō in agone mūdiali, Nescitis enim q̄d hi qui in stadio currūt, omnes quidē currūt, sed, tñ, Vnus, hic vero omnis, Accipit brauiū, vos autē oēs. Sic currite, vt cōpræhē. Vel ita, Nescitis. q. d. ideo sic omībus insto, quia & si multi vocati, tamen pauci sunt electi. Ideoq; insto, vt vel sic ex multis pauci saluant̄, sicut apparet ī hoc simili. Nesci. ꝙ hi qui in sta. cur. o. q. cur. sed vnus. q. d. rar⁹ nō omnis, Accip. bra. & quia non oīs currens accipit, ideo, Sic. i. tā pfecte. Curri. vt cō. Et nota quod cōuenit hęc scientia cū prima in parte. Oīs aūt, vel, Eñ. q. d. Vere sic est nitendū quia etiā in minori hoc apparet, vbi vn⁹ accipit, Eñ .i. quia, Oīs qui contēdit &c. Vel ita iunge. Ita facite vt dixi hæc aūt debere fieri, in minori apparet. Quia, Oīs qui contendit in agone, ab oībus se abstinet, q̄ præmiū agonis impediūt: Ita & vos ab offēdiculis debetis abstinere. Attē de ꝙ de reb⁹ nō laudādis trahunt̄ multę similitudines, vt in euāgelio de iniquo iudice, qui viduā nolebat audire: & de illo pigro qui non p̄pter amicitiā, sed tædio victus panes cōmodat petēdi: & in psalmo dat̄ similitudo de Marso, qui incantat vt educat aspidē de tenebrosa cauerna. Et ita hinc nō cōmendat̄ agonistica, & ludicra, & tñ inde similitudo trahit̄. Et illi. q. d. Vere debem⁹ abstinere ab offēdiculis, cum illi abstineāt a cōtrariis, quia res maior est hic, Et, i. quia, Illi quidē, abstinēt, Vt accipiāt corrupti E

Augu. in p̄s. lvii. F

August.

A bilem coronã,nos autẽ,abstinere debemus vt accipiamus coronã, Incorruptã.Nobis eñ nõ terrenis & marcescẽtibus floribus, sed æternis conserta gẽmis in modũ regalis diadematis spũalis corona seruatur, Et quia talis coro seruatur, Igit ego sic.i. tam legitissime operando, Curro nõ quasi in incertũ.i.vt sim incertus de pmio. In incertũ currit,qui talia facit,vt ex quibusdã sperare,ex aliis possit desperare. Hoc autẽ se nõ fecisse dicit apl'us,in quo ponit se aliis in exẽplũ. Sic pugno,cõtra hostes, Nõ quasi aerẽ verberans.i.nõ verbis,sed rebus cõtendo,vel nõ inaniter pugno,vt qui pro hoste ferit aerẽ. Sed castigo corpus meũ.i.reprimo illicitos mot9 corporis, Et in seruitutẽ,rationis, Redigo,illud,cũ alio tẽderet. Seruituti eñ subiicitur dum nõ suã,sed spiritus perficit voluntatẽ. Ideo ita B facio. Ne forte cũ aliis pdicauerim, ipse reprob9 efficiar .i.a deo roprobatus. Suo timore nos terruit apl'us. Quid eñ faciet agn9 vbi tremit aries? Nos ergo terret suo exẽplo,dicens se timere quod cito contingere posset,tũc aliis magis cauendum est ne offendendo sint reprobi.

Ambro.

Ambro.

August.

CAPVT .X.



Olo eñ vos ignorare fratres,qm patres nostri oẽs sub nube fuerunt,& oẽs mare trãsierũt, & oẽs in Moyse baptizati sunt in nube & in mari,& oẽs eandem escã spiritalẽ mãducauerunt & omnes eundem potum spiritalem biberũt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra C autem erat Christus.] Nolo enim &c. In pręcedentibus abstinere a licitis inductione similium , & exemplo sui docuit. Hic exemplo Iudęorum qui negligentia sua offenderunt,nos solicitos facit, ostẽdens antiquos per sacramentorum veterum communicationem,pœnam nõ euasisse quasi dicat volenti comprehendere sic est agendum, vt dixi,Non enim baptismus, & cætera sacramenta sufficiunt,vt quidam putãt, sicut nec Iudæis beneficia dei valuerunt,cũ post peccarent. Nolo enim vos ignorare, o, Fratres,quoniam patres nostri.i.institutores nostrę fidei Omnes.s.tam boni quam mali, Fuerunt sub nube,protegente eos ab ęstu, & contra Aegyptios ne viderẽtur ab eis, Vel, Sub nube fuerunt, quia in figura nostri con-

tingebāt illis oīa. Et omnes transierūt, mersis hostibus, D
Mare, rubrum, Et omnes in Moyse.i.in ducatu Moysi,
Baptizati sunt in nube & in mari.i.purgati per visa signa
Ambro. illa q̄a per ea, & a morte īminēte liberati sunt, & ab igno
rantia dei q̄ premebat tunc omnes gentes mundati, prępa
rati sunt ad accipiendā legē. Et omnes eandem escam spi
ritualem manducauerunt.s.manna. Et eundē potum spi
ritalē biberūt.s.aquam de petra, manna, & aquam quę flu
xit de petra dicit spiritualia, q̄a non natura, nō mundi le-
ge, sed dei virtute parata sunt, sine elementorum commix
tione. Habentia etiā in se figurā futuri mysterii, quod nos
sumimus in memoriā Christi. Ideoq; panis angelorū di-
ctus est, quia virtute qua angeli subsistunt creatus est. Hoc
significans, q̄a de cęlis vēturus erat.q spiritualiter pasce- E
ret. Vn̄ & māna pri⁹ dn̄ico die venit de cęlo ad saturitatē
populi. Ideoq; secūdū hoc recte escam, & potū illorū dicit
spiritualē.i.spirituale aliquid significantē. Bibebant autē
de spirituali petra, quia dei virtute ex ea fluebat aqua. Cō
sequēte eos.i.satisfaciēte voluntati eorum, quia, quoquo
irent aquę inuudantes secutę sunt eos, sic Christus in de-
serto huius mundi suos comitatur. Vel, De petra conse-
quēte.i.secuturam veritatem significante. de qua subdit.
Petra autē erat Christus, in signo. Solet enim res quę si-
gnificat, nomine rei quam significat nominari. Erat ergo
August. Christus petra, nō per substātiam, sed per significationem
Vn̄ & recte petra sequēs, dicta est petra quę ītelligit̄ Chri
stus. Vbi em̄ deficiebat eis humanū suffragiū, aderat Chri
stus. Non em̄ petra aquā dedit illis, sed Christus. Vel. Pa- F
tres nostri, nō illorū, quia eis nos similes sumus, non illi su
perbi. & agit ta r tum de bonis patribus. Omnes sub nu-
be fuerūt, & omnes mare transierunt, Hęc non nō mutan
tur. Et omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari
Baptizati dicuntur in Moyse, in nube & in mari, quia il-
la oīa gerebāt figurā nostri sacramenti.i.baptismi Moyses
Augu.sup n. Christū, nubes spiritū sanctū, mare rubrū baptismū si-
Ioannem gnificat sanguine Christi cōsecratū, popul⁹ trāsiens signi
ficat fideles, mors Egyptiorū significat ablutionē peccato
rū. Illa ergo oīa nostri fuerūt figurę Illa tūc figurate gesta
nūc in n̄ra salute cōplētur, q̄a tūc futura p̄nūciabant̄, nūc
præterita leguntur, & præsentia cognoscuntur. Et est,
Omnes in Moyse.i.illo duce, Baptizati sunt in nube, &

A in mari.i.signum baptismi acceperunt,qđ & credentibus idem valuit. Ecce quid est quod dixerat mare transierunt. Hic exponit cũ ait, Oẽs ba.sunt in Mo.in nu. & in ma. Si ergo figura maris tm̃ valuit,species baptismi quantũ valebit? Si qđ gestũ est in figura traiectũ populũ ad mãna pduxit,qđ exhibebit Christ⁹ in veritate baptismi sui traiecto per eum populo? per baptismũ.n.traiecit,credẽtes occisis oĩbus peccatis tanquã hostibus. Quo traiecit? ad mãna Quid est manna? Panis viuus qui de cælo descendit. Et omnes manducantes escã eandẽ spiritalẽ, quã & nos. Cum dicit spiritualẽ ostẽdit illud spiritualiter intelligi in Christo,& hoc de omĩbus innuit.i.qđ spiritualiter debẽt intelligi,cum vnũ exponit.s.petra erat Christus,quo aperto cũcta fulserũt. Exponendo.n.hoc vnũ,in cætera introduxit intellectũ. Et est sensus. Mãducauerũt escã,vtiq; corporalẽ & spiritualẽ, sed, Spiritualẽ eandẽ, quam & nos Corporalẽ vero alterã.i. manna qđ significat Christum, & idem credentib⁹ effecit. Alii vero.s.qui nõ crediderunt mãducauerũt & mortui sunt æternaliter,qđ non Moyses, & alii boni. Quare? Quia cibũ visibilẽ spiritualiter intellexerunt,spiritualiter esurierũt,spũaliter gustauerũt,vt spiritualiter satiarent, & nos hodie accipimus visibilẽ cibũ sed aliud est sacramentũ,aliud virtus sacramẽti. Sacramẽta illa fuerunt, sacramẽta sunt & nostra,& vtiq; eiusdem rei. Manna.n.Christũ significauit: Hũc panẽ significat altare dei.i.in altari est quod significat. Christus em̃ est panis qui de cęlo descendit. Si quis mãducauerit ex hoc pane,non morietur in ęternũ: sed quod pertinet ad veritatẽ

Aug.sup Ioannẽ.

Au. cõtra Faustum.

B

Augu.sup Ioannẽ.

C sacramenti,nõ ad visibile sacramentũ:qui mãducat intus nõ foris:qui mãducat corde,non qui premit speciẽ.s.dẽte Ideo apostolus vigilanter, nõ simpliciter ait, Manducauerunt eandẽ escam, sed addit spiritalẽ, quia spiritualem eandẽ manducauerũt quã & nos. Nã corporalẽ alteram, quia illi mãna,nos aliud:ita & vigilãter ait. Patres nostri, nõ illorũ,per hoc tm̃ bonos significans, quibus nos similes sumus,non illi fuerũt qui eandẽ spũalem escã mãducauerunt,quã & nos. Et tñ aliud illi,aliud nos,sed specie visibili,aliud tamen qđ idẽ significaret,virtute spũali: Et omnes biberũt potũ,vtiq; corporalẽ & spũalẽ, Sed spũalem eũdẽ,quẽ & nos:corporalẽvero alterã.i.aquã q̃ fuit signũ

sanguinis Christi, & idem credentibus efficit. Spiritualē D
ergo dicit potum, quem biberunt ipsi, & nos bibimus, qa
idem illorum potus & noster significat. Ideoq; idem spiri
tualis potus & cibus noster & illorū, quia idē in mysterio
est cibus & potus illorū qui noster, sed significatione idē,
nō specie, quia idē Christus illis in petra est figuratus no-
bis in carne manifestatus, & in altari sub specie panis si-
gnificat⁹. Insignis vtiq; diuersis eadē est fides, sed illi vētu-
rū, nos venisse credimus. Ideo non ait simpliciter, Eundē
potū biberūt, sed addit, Spiritualē, spiritualē eñi eundē bi
berūt, quē nos, corporalem non eundem. Quid enim bibe
runt? Bibebāt autē de spiritali consequente eos petra, spi-
rituali.s. quę Christum significabat, & fide idē fuit. Mane-
te ergo in fide, videte signa variata. Ibi.n. petra erat Chri
stus nobis quod in altari dei ponitur, est Christus. Si spe- E
ciē visibilē attendas, aliud est, si intelligibilē significationē
eundē potū spiritualē biberūt. Erant.n. in illo populo, etiā
Aug. i. ps. lxxvii. q spiritualiter intelligerēt, habentes fidē q̄ postea reuela-
ta est, nō ad legis literā, sed ad gratiā spiritus pertinentem
& secundū hoc eundē potū biberūt de spirituali petra. De
Augu. sup Ioannem qua? Petra autē erat Christus. In signo autē percussa est
petra de virga bis. Gemina percussio, duo ligna crucis si-
gnificat. De petra educta est aqua accedēte virga, qa ligno
Aug. i li. locutionū accedēte ad petrā Christū, grā spūalis manauit. Multū hæc
locutio notāda est, vbi aliq̄ significātia, eaq; rerū quas signi
ficāt noīe appellāt. [Sed nō in plurib⁹ eorū, beneplacitū
est deo, nā prostrati sunt in deserto, Hæc autē in figura fa-
cta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, si
cut & illi cōcupierūt. Neq; idololatrę efficiamini, sicut qui F
dam ex ipsis: quēadmodū scriptū est, Sedit populus mādu-
care & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur si
cut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die vi
ginti tria millia. Neq; tentemus Christū sicut quidam eo-
rū tentauerūt, & a serpentibus perierūt. Neq; murmuraue
ritis sicut quidā eorū murmurauerunt, & perierunt ab ex-
terminatore. Hæc autem omnia in figura contingebāt il-
lis, scripta sunt autē ad correptionē nostrā, in quos fines se
culorū deuenerūt.] Sed nō. Ostēdit tēporalia beneficia
Iudęis collata, tā bonis quā malis, & tā mali perierunt. q.d
his omnib⁹ bñficiis ad literā vsi sunt Iudęi, Sed nō est be
neplacitū deo in plurib⁹ eorū, Iudęorū.s. in illis q offende

A runt defi. Cũ dicit, Nõ in plurib⁹, oſtẽdit quod aliq̃ erant ibi, in q̃bus bñplacitũ eſt deo. Et cũ eſſent omnib⁹ cõmunia ſacramenta non tñ omnibus cõmunis erat gratia, quæ eſt virt⁹ ſacramentorũ. Ita etiã nũc, baptiſmus cõmunis eſt oĩbus baptizatis, ſed nõ virtus baptiſmi. i. ipſa gratia. Nã &c. q. d. inde apparet quod in q̃buſdã eorũ nõ eſt beneplacitũ deo. Nã. i. quia, Proſtrati ſunt in deſerto. Ne autem putetis homines finxiſſe hæc, ſubdit, Hæc autẽ ſunt, nõ dico dicta vel ſcripta, Sed facta in figura noſtri. Nõ. n. propter ipſos tantũ, hęc facta ſunt, ſed propter nos. i. propter correptionẽ noſtrã. Iſtę. n. pœnę figuræ fuerũt noſtrarum pœnarũ. Quantę ergo pœnę ſunt, quarũ illę figurę fuerũt. Sicut. n. in bonis multo meli⁹ eſt, id quod p̃ figurã ſignatur quam ipſa figura, vt regnũ cęlorum melius eſt, quã in terra Augu. in ps. lxvii.

B ra remiſſiõis, ita in malis longe pei⁹ eſt quod ſignificatur, quã figura ſignificans, vt gehenna peior eſt, quantũlibet atroci pœna tẽporali. Omnes. n. pœnę minores gehẽna, & ideo vigilantia maiore cauendæ, Vt nõ &c. q. d. in figura noſtri facta ſunt. ita vt cõſiderantes illorũ ſupplicia. Nõ ſimus concupiſcentes malorũ, ſicut & illi concupierũt. i. nõ ita peccemus ſicut illi. ne ſimiliter pereamus. Neq; efficiamini idololatrę, per idolothyta, Illos enim tãgit qui in idolio epulabantur putantes ſe immunes a crimine. Nõ efficiamini dico, Sicut quidam ex ipſis fuerunt. quemadmodum ſcriptum eſt, in Exodo de illis, Sedit populus. i. q̃dam de populo totum pro parte ponit. ſedit inquã, Mãducare & bibere, coram vitulo. ita & vos in idolio. Per cõmemorationem illorum notat ea quæ in Corinthiis ſunt. Ambro.

C Oſtendens quam grauiter punita ſint in Iudæis, Et ſurrexerũt ludere. i. ludos facere ĩ veneratione vituli. Vel, Ludere. i. adorare, quod eſt ludo puerorũ ſimile. Facilis vtiq; ad luſum eſt pueritia. Quid autem luſui puerili tam ſimile eſt quam idola adorare? Neq; fornicemur, vt aliq ĩ vobis faciunt, Sicut quidã ex ipſis fornicati ſũt cũ Madianitis mulierib⁹, & ideo ceciderũt vna die vigintitria millia, Neq; tentemus Chriſtum, vt faciunt illi qui deſperant de reſurrectione Sicut quidam eorum tentauerunt, dicentes. Nunquid poterit parare menſam in deſerto? Nota Chriſtum eſſe deum quem tentauerunt Iudęi, Et ideo, A ſerpentibus perierunt, donec ſerpens æneus erectus eſt, Auguſti.

quem qui intuebãtur a morsibus serpentium sanabantur. A Neq; murmurauerītis,cōtra me facitis, vt qui minora dona spirit⁹ habēt cōtra deū, Sicut quidam eorū murmurauerunt,cōtra Moysen, Et,ideo, Perierūt ab exterminatore,angelo qui extra terminos ꝓmissæ terræ eos percussit. Hæc aūt omnia.q.d.ꝓpter sua peccata hæc eis contigerunt,& non mō ꝓpter hoc,sed etiā vt figuraret,quod pro similibus periremus, & hoc est quod ait, Hæc aūt omnia cōtingebant illis in figura,nostri. Scripta sunt autē ad. Per hęc enim exēpla ad correctionē vitā prouocamur vt aut præmiū si obedientes fuerimus,aut propensiorem pœnā obedientes mereamur. Ad hoc eñ relatæ sunt peccantiū pœnę vt corrigamur. aliter erit maior pœna. Ecce hic aperuit,cur illæ literę veteris testamēti accipiunt a nobis,& cur illa rerū signa iam nō sit necesse obseruari a nobis. E Dū eñ dicit, Scripta sunt ad correctionē nostrā,demonstrat quanta nobis cura legēda & intelligenda sint. Cum vero dixit, In figura. Ostēdit iam non esse opus vt figurarū pręnunciantiū celebrationi seruiamus,cū res ipsa manifesta sit. Ad corr.no.dico, In quos.s.nos, Deuenerunt fines seculorū.i.sexta ætas,qui in vltima ætate seculi sumus,& tot exemplis priorū, magis corrigi debemus. Vel,fines seculorū deuenerūt in nos.i. secularitas & carnalitas.s.amor rerū temporaliū in nobis finitur per Christū,& ideo turpi⁹ est si peccam⁹. [Itaq; qui se existimat stare,videat ne cadat. Tentatio vos nō apprehendat, nisi hūana. Fidelis autē deus est,qui nō patietur vos tētari supra id qđ potestis, sed faciet cū tētatione etiā prouentū vt F possitis sustiere. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolarū cultura, vt prudētibus loquor vosipsi iudicate qđ dico.] Itaq; &c.q.d. Et quia illi & si beneficiis vsi perierunt, Itaq;,eorū consideratione,Qui se existimat stare. per bona opera,Videat ne cadat a se. A deo eñ stat q stat a se cadit qui cadit.ideo ait, Videat ne ca. peccando, vel peccare alios faciendo. Vt illi qui præsumētes de scientia, cū scandalo fratrū edebāt idolothyta, & de doctrina pseudo apostolorū gloriātes,iudicabāt Apostolū,cum ipsi essent rei. Superbiam ergo amputat ne per eam tententur sicut Iudęi tentati sunt,& perierūt,quia sicut illi Mosi detrahentes deum tentauerunt:ita hi detrahentes Apostolo

Ambro.

August.

A deum tentant. Dico ne cadat, nõ quod penitus aliquis si-
ne casu sit, sed Tentatio.i. peccati delectatio, Non ap-
prehẽdat vos.i.nõ ducat rationẽ in cõsensum, & oĩno nul
la sit in vobis tentatio, Nisi hũana.i.nisi de his sine qui-
bus ista vita nõ agit. Vel, Non, apprehẽdat vos tẽt.nisi hu Augusti.
mana. Hortatur, vt humana tentatio illos apprehẽdat nõ
alia. Humana eñ tentatio est, vt in necessitate, vel pressu-
ra nõ diffidat hõ de deo, auxiliũ humanũ requirẽdo. Pro-
pter Christũ ergo pati, hũana tentatio est, per quã ꝑficit
apud deum. Vel hũana tẽtatio est aliter sapere quã res se Ambrosi.
habeat cũ bono animo, nimis autẽ amando sententiã suã Augusti.
vel inuidẽdo melioribus vsq; ad precidendę cõmunionis Augu. de
& cõdẽdis schismatis, vel hęresis sacrilegiũ ꝑuenire, dia- sermone
bolica prę sumptio est: in nullo aũt aliter sape q̃ res se ha- in mõte.
B bet, angelica perfectio est. Humana igitur tẽtatio est, cre- Augu. de
do, cũ bono quis animo scd̃m humanã tamẽ fragililatem bapt. par-
in aliquo labit cõsilio, vel cũ irritatur in fratrẽ studio cor uulorum.
rigendi, plꝰ tñ quã Christiana trãquillitas postulat. Et qa
hĩes sumus, sed spe angeli sumꝰ, quibus in resurrectione
æquabimur, si non est in vobis perfectio angeli, nõ sit p̃-
sumptio diaboli ideo ait, Tentatio vestra nõ appre. & si
fiat, quã permittit deus per Satanã fieri ad probandos vel
exercendos bonos, & puniendos malos: non reprehẽdat
dico. Nisi hũana, Fidelis autẽ deus. q.d. Ego vos ad hoc
hortor, sed Deus est fidelis.i.verus in promissionibꝰ, qui
se protectorẽ suorũ electorũ fore ꝓmisit. Qui nõ patiet
vos. ꝑ se tribulatos, Tẽtari supra id qd̃ potestis, ferre, qa
vel cadere nõ sinit, vel a casu erigit. Sed faciet cũ tẽtatio-
C ne etiã ꝓuentũ.i.virtꝰ augmentũ. Qui.n. dat tentanti dia-
bolo licentiã, ipse dat tẽtatis misericordiã. Ita facit ꝓuen-
tũ, Vt possitis, perseueranter, Sustinere, ne deficiatis in
lucta, sed vincatis, quod fit per humilitatẽ. Hũilitas enim
custodit in oĩ tentatiõe, cilli nõ crepent in fornace, q nõ
habent ventum superbię, Propter quod. q.d. Quia sola
sacramẽta nõ saluant & quia qui cadit punitur, & quia au
xiliũ dei nõ deest: propter quod o Charissimi mihi, fugi-
te ab idolorum cultura.i. abstinete ab omni satietate ido-
lolatrię, ne ꝑ hoc nascatur in deum tentatio. Nemo ergo
sit assiduus in idolio, nil speret de eo. De eo eñ sperare est
de deo dubitare, vt Saul relicto deo qui ei fuerat pro deli-

cto iratus, ad idololatriã rediit sperãs aliquid de ea, cui & D
in presenti obfuit, & in futuro gehẽnam vltricẽ genera-
uit. Ideo, Apostol⁹ istos hortatur fugere ab idololatriæ sup
stitione. s. ne comedant sapientes idolothyta cũ offendicu
lo infirmorũ, quibus idololatrię videntur. Vel ne ipsi in-
firmi idololatrię sint, edẽdo sub idoli veneratione, & putã
do idolũ aliqd esse. Et vt fugiatis, Loquor, vobis, Vt pru
dentibus. i. loquor vobis altũ qd, q̃si prudẽtib⁹. Et iõ Vos
ipsi iudicate. i. diligenter diiudicate. Quæ dico. s. hoc.
Calix &c. Vel ita, vt, Prudentibus loquor. q. d. moneo vos
fugere ab idolo latria, & hoc monẽdo loquor infirmis qui
sunt inter vos vt supra locutus sum. Prudentibus, & vos
ipsi iudi. quę dico, an vera & bona sint, quod per similitu-
dinem & exemplum noui sacramenti ostendit, vt facilius
Vugust. suadeat, quia cui verba non satis faciũt solent exempla sua E
dere. Ait itaq;. [Calix benedictionis cui benedicimus nõ
ne communicatio sanguinis est? Et panis quem frangim⁹
nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus
panis & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pa-
ne & de vno calice participamus Videte Israel secundum
carnem. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?

Calix benedictionis &c. q. d. Ideo fugiendum est a cultu
ra idolorũ, quia comedẽs idolothytum, vt idolothytũ, vnũ
est cum dæmone, sicut per corp⁹ Christi digne & spiritua
liter sumptũ, vnũ est cum ipso Christo: quia, Calix. i. potus
sanguinis Christi, Benedictionis, id est per quem benedi
citur participans. Cui & nos benedicim⁹. i. quem nos fi-
deles exaltamus credendo & gratias agendo. Vel, Calix
benedictionis cui benedicimus. i. potus calicis, qui non so- F
lum a Christo in cœna est benedict⁹, sed cui etiam nos sa
cerdotes cotidie benedicimus. Nonne cõmunicatio san
guinis Christi est? i. nonne facit nos habere quandam cõ-
munionem cum vita Christi? q. d. vtiq; facit. Et panisquẽ
Augu. de frangim⁹, in sacramẽto. i. pticipatio fracti panis in altari,
eucharist. Nõne pticipatio corporis dñi est. i. nõne facit nos vnũ es-
se cũ ipso? facit vtiq;. Nã quando Christ⁹ mãducatur, vita
manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suũ?
Et tamen inuitans nos ad manducandum ait; Qui mãdu-
cat me, viuit propter me. Nec occiditur Christ⁹ vt mandu
cetur, sed mortuos viuificat quando manducatur, Reficit,

A non deficit. Et viuit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quādo manducamus, partes de illo facimus, Et quidem in sacramento sic fit. Et norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi. Vnusquisq; accipit partem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes mādacatur in sacramento, & manet integer tot⁹ in cęlo, manet integer tot⁹ in corde tuo. Totus enim erat apud patrem quando venit in virginem: impleuit illam, nec recessit ab illo. Venit in carnem, vt eum hoīes manducarēt, & manebat apud partem integer, vt angelos pasceret. Quoniam vnus panis. Exponit quomodo calix benedictionis & panis fiant accipienti caro & sanguis Christi. q. d. per hoc sumus vnum cum Christo, Quoniā omnes qui participam⁹, spūaliter & digne, De vno pane. s. corpore Christi, &, De vno calice. s. sanguine Christi, licet multi sim⁹, tamen Sumus vnus panis, vnione fidei & spei & charitatis, Et vnum corpus, illius capitis quod est Christus sum⁹ per subministrationem operum charitatis. i. vnum sumus vna ecclesia. i. vniti vinculo fidei, spei, & charitatis, & mutua operum dei exhibitione. Per vnitatem enim panis, & vnitatē corporis, fidem & charitatē oportet intelligi: quæ si desint, iudicium sibi sumit. Et quia vnum sumus, vnum sentire debere dicit, vt fides vna vnum habet sensum & opus. Typice autem vnus panis & vnum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo quod sicut vn⁹ panis ex multis granis & vnum corp⁹ ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis membris componitur, sic ecclesia Chrī ex multis fidelib⁹ charitate copulāte cōnectit. Hoc mysteriū pacis & vnitatis nrę, Chrs in sua mēsa cōsecrauit, qui accipit mysteriū vnitatis & qui nō tenet vinculū pacis, nō mysteriū accipit p se sed cōtra se. Nullisq; ambigendū est tūc quēq; corporis & sanguinis dominici participē fieri, quando membrū corporis Christi efficitur: Nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiam si antequam illum panem edat & calicem bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille hoc quod illud sacramentum significat inuenitur. In illo enim sacramēto corpus & sanguinem suū commendauit nobis, qui etiā fecit nos ipsos. Nā & nos corp⁹ ipsius facti sum⁹, Videte si

Margin: Augusti. | B | Ambrosi. | August. | Aimo. | Augu. de sacramēt. fideliū. | C

rael. Similitudo inducitur hoc ad intellegendum quod su pra dictum est, quasi dicat, Qui de vno pane & calice par ticipant, sunt participes corporis Christi, quod per hāc si militudinē apparet. Videte enim Israel secundū carnē. i. Israel carnalē, & carnalia legis pcepta, seruantē, & in vm bris sacrificiorū seruientem, ideo ait secūdū carnem, quia etiam est Israel secūdū spiritū. Videte, dico, Nōne enim, qui edunt hostias illas legis. s. carnalis Israel, Participes sunt altaris? Sunt vtiq;. Sic qui edunt carnem Christi & sanguinem eius bibunt, participes eius sunt. Vel ita potest legi, vt Israel sit vocatiui casus. q. d. Ita est de nobis sumē tib9 panē & calicē, & o vos qui estis Israel. i. hoīes viden tes deum, Videte. i. discite qualiter se habent ea quæ sunt Secundū carnem. i. carnalia. s. idololatria. Sicut enī nos de vno pane & vno calice percipientes sumus cōformes cor poris Christi, sic Qui edūt hostias, idolis oblatas, Sunt participes altaris erroris. i. dęmonis. & nōne? vtiq; ita est.

V

Aug.

E

[Quid ergo? Dico q; idolis immolatum sit aliquid? aut q; idolum sit aliquid? Sed quę immolant gentes, dęmoniis immolant, & non deo, Nolo aūt vos socios fieri dæmo niorū, quia nō potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum, nō potestis mensæ domini participes esse, & mensę dæmoniorum. An æmulamur dñm? Nunquid fortiores illo sum9 Omnia mihi licet, sed nō oīa expediūt. Oīa mihi licent, sed nō oīa ædificant.] Quid ergo? q. d. Quod dico fugite a cultura idolorū. Quid ergo? Dico. i. dicere videor, Qz idolis immolatū sit aliquid? magnū. nō hoc dico, sed potius dico q; ea, quæ gentes immolant, dæ moniis immolant, nō deo, quia in idolo diabolus colitur, qui est peior idolo. Et quia ab idololatria phibebat, vnde locus iste sumpsit exordiū, ne putarēt ideo nō nocere si de sacrificiis ederent idolorum, quia idolū nihil est, cōfirma uit & idolū nihil esse, & se nō prohibere ista, ideo q; ido lū aliquid sit, sed qa dęmoniis & nō deo immolatur. Non ergo se excusent quia idolis insensatis dediti non sunt, dę moniis magis dediti sunt, quod est periculosius. Nā si tan tum idola colerent, sicut eos nō adiuuarent, ita illis nihil nocerent, quia nec idola, nec eis immolata aliquid sunt. i. nihil per se possunt, siue ad iuuandum, siue ad nocendum sed malis spiritibus est insita, malitia quædam, & maliuo

Aimo.

F

Au. cōtra inimicū legis.

Augu. in ps. 26.

A sentia nocendi nobis. Nolo autem vos, dico quod immolent dęmoniis. Ego autē nolo vos, qui fideles estis, Fieri socios dęmoniorum, quod non est ex natura rei immolatitiæ, sed conscientia idoli, vel conscientia fratris qui percutitur exemplo vestro. Ad hoc genus etiam pertinent consultationes & pacta quædā significationū cum dęmonib⁹ placita atq; fœderata, qualia sunt molimina magicarū artium, aruspicum, & augurū, atq; ligaturæ & remedia quę fiunt in præcantationibus, & quibusdam votis, vel in quibusdam rebus suspendendis, & alligandis, nec illi ab hoc genere perniciose superstitionis segregandi sunt qui genethliaci ob natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo mathematici vocantur, qui conantur actionū euēta prędicere. Ideo nolo, quia non potestis bibere calicem do-

August. Christiana doctrina.

B mini, simul, Et calicem dæmoniorū. i. nō potestis simul vniri deo, & dæmonio. & prorsus, Non potestis esse participes mensæ dei, & mensæ dæmoniorū. i. nō potestis esse vnū cū deo, & cum dæmoniis. Deinde se illis annumerans, ait, An ęmulamur dñm. i. ad irā prouocamus eū vel inuidemus ei, idolothita comedentes? q. d. nō debem⁹ hoc facere. Videntur illi æmulari, & inuidere domino, regnū cuius diminuunt, qui cum scandalo fratrum comedunt idolothita, imitatores diaboli. Zelo. n. inuidię Satanas idololatriam inuenit, vt homines negando deum idolis seruiant, & creator sibi debitum cultum perdat. Sic & isti videntur zelare dominū, vnde male credet eis, cum nō fortiores eo sint. vnde subdit, Nunquid fortiores sumus illo,

Ambrosi. Ambro.

C vt valeamus ei resistere? Nō oīa mihi licent & si illos peccare dicā, qui comedūt idolothyta, nō tamen dico illicitos esse hos cibos, qa oīa mihi licēt. De his dicit quæ ad escā pertinent, sed nō oīa, Expediūt. i. adiuuāt me in cursu, sed magis impediunt. Deinde idē aliter infringit dicēs. Omnia mihi licent. Potestate liberi arbitrii & doctrina legis naturalis. Omnia enim secundum legē naturalem licent, quia omnia munda sunt, de cibis enim & carne idolis immolata hic agitur, ideo recte ait, Licent, id est, præcepto domini nullo prohibentur. Vel, Omnia licent, non quia omnia liceant, etiam illicita. Sed ecce ponamus omnia licere. Sed non omnia ædificant, proximos, vt quis facit dū comedens idolothytū. Et scandalū facit proximo. & ideo,

August.

Ambrosi.

[Nemo quod suum est quærat, sed quod alteri⁹. Omne D quod in macello venit, mãducate, nihil interrogãtes propter conscientiã. Domini est terra, & plenitudo ei⁹. Si qs vocat vos infidelium ad cænã, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate: nihil interrrogãtes propter cõscientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui iudicauit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor quod gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote iudæis & gẽtibus ecclesiæ dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiãt.] Nemo quærat, tantum quod suum est. i. quod sibi tantum aliquo modo vtile E est, sed quod alterius, ideoq; a licitis aliquando temperandum est, vt prosit alii. Et quia omnia licita sunt, & tamen non est vtendum semper eis, determinat quomodo liceat edere vel non edere, dicens, Omne quod in macello venit. i. vel venditur, Manducate si vultis, nihil interrogãtes, scilicet an immolatitium sit vel nõ, vel huiusmodi, & hoc, propter conscientiam astantis infirmi. Dico manducate omnia, quod quidẽ secure potestis facere, quia authoritate teste, domini est terra & plenitudo ei⁹. i. omnia quibus impletur terra, & non potest esse immũdum quod domini est. Item, Si quis autem infidelium vocat vos ad cœnã, & vultis ire, omne quod vobis apponitur mãducate, nihil interrogantes propter conscientiã. Si quis aũt dixerit hoc F immolatum est idolis, nolite mãducare. Quare? Nõ quia immundus sit cibus, sed Propter illũ qui indicauit ne credat te mãducare sub veneratione idoli, & glorietur in superstitione sua, & qui idolis seruit, gloriabitur quasi venereris idola, & cõfirmabit in errore suo, quia videt te libẽter appetere idolothitũ, & fratribus datur malũ exemplũ. Hoc ergo sapiẽtib⁹ loquor, qui contemnentes idolũ qa nihil est, mãducabãt de sacrificio cum scãdalo infirmorum. Dico propter illũ, Et propter cõscientiã aliorũ. s. vt mox determinat dicens, Cõscientiã aũt dico nõ tuã, q̃ firma est Sed alterius, s. infirmi. Vt quid. n. &c. q. d. pro alio dimit-

Ambrosi.

A tēdū est, quia si aliter facerem, de licito dānationis essem, de actione gratiarū, vituperer ab imperitis qui putarēt me sentire idolū aliquid magnū esse: quod ne contingat magnopere cauendū est. Vt quid. n. libertas mea iudicatur ab aliena conscientia. i. cur ita ago vt de eo quod libere licet damner propter aliū, qui inde aliquod suspicatur improprium? q. d. Cū ab idoli deuotione cōscientia mea sit libera, quid op⁹ est vt puter causa veneratiōis idoli edere? Iudicor enim nō distare ab idololatria. Si ergo ego cū gratia, id est, agēdo gratias deo, Participo. i. edo Qui blasphemor, id est, cur cado in blasphemiā imperitorū, Pro eo ꝙ gratias ago, & quia hæc mala contingunt inde, Siue ergo manducatis siue bibitis, vel aliud quodcunq; facitis, oia facite in gloriā dei. i. in laudē dei. s. cum inuocatione creatoris, vt in actibus conuersatione vestra laudetur deus. Si enim hæc recte fiunt, laudes dei sunt. Nō solū igitur vox tua sonet laudes dei, sed etiam opera tuā concordent cum voce tua. Cū. n. voce cantaueris, silebit aliquando viua sed sic cantas vt nunq̃ sileas. Si enim ore clamas, & fraudem cogitas, siluisti a laude dei, & quod grauius est in blasphemiā perrexisti, Cū eñ laudatꝰ deus de bono opere tuo laudas deū, & cū blasphematꝰ de⁹ de malo opere tuo, blasphemas deū. Si ergo qđ manducas & bibis ad refectionē corporis sumis, & reparationē membrorū gratias agēs ei qui tibi præbuit mortali & fragili ista supplementorū solatia, cibus tuus, & potus laudat deū. Si vero modū naturę debitū īmoderatione voracitatis excedas, & vinolētia te ingurgites, quātaslibet laudes dei sonet lingua tua, vita blasphemat. Et sine offensione estote Iudæis, q abhorrēt idola: Et gentibus, q̃ sic nō arguūtꝰ, sed in suo errore firmātꝰ. Et ecclesiæ dei, quātū ad infirmos qui sunt in ecclesia, quibus fiūt offendicula, dū eorū exēplo adhęrēt his q̃ inimica sūt deo. Estote dico vt placeatis oīb⁹, Sicut & ego, q p oia oīb⁹ placeo, sine scādalo cuiusq̃ agēs. hoc est. n. p oia oībus placere, sine scādalo cuiusq̃ agere ad profectū aliorū, vt & illis & huic sit vtile. Attēde ꝙ hic ait, Oīb⁹ placeo: Alibi vero ait, Si hoīb⁹ placerē, Chrī seru⁹ nō essem. Placerē autē dixit, quātū in seipso est. i. quātū ad ei⁹ volūtatē ptinet. Ac si diceret, Si placere vellē, si placere q̃rerē, seru⁹ dei nō essem. Qui autem hominibus placet propter veritatē, iā nō

Ambros.

Augu. in Psal. 106

Almo.

Augu. de cor. & gr.

ipse illis, sed ipsa veritas placet. Si autē homo propter seipsum placet. i. propter priuatam & propriam gloriam placere quęrit, superbia est, & ideo nō placeat. Cum autē propter veritatem hominibus placet, iam non homo sed deus placet. Vtrunq; ergo recte dici potest, & ego placeo, & ego non placeo. Si enim adsit bonus intellector piusq; pulsator, patebit vtrūq;, & nulla inter se repugnātia repellet intrātē. Illud etiā nō moueat quod dico, Placeo omnib⁹. Nū qd placebat psecutorib⁹ suis? Sed placebat oī generi hoīm qđ Christi congregabat ecclesiā siue iā int⁹ positis, siue introducēdis in eā, Et vt ostēdat quod propter veritatē placebat, addit, Nō quęrēs quod mihi tantū, Vtile est, sed quod multis, & non aliquid terrenū vtile q̄ro, Sed vt salui fiāt. D

CAPVT XI.



Mitatores mei estote sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, q̧ per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. Volo autem vos scire, q̧ omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris, vir, caput vero Christi, deus.] Imitatores mei. q. d. Dico vt sitis sine offensione. In hoc, vt nullum offendatis, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, & ita per me eritis imitatores Christi, qui nullum offendit, sed omnes saluare venit. In ecclesia nāq; gradus sunt ordinati maiorū & minorum, vt illi exēplo p̄cedant, hi vero imitatione sequantur. Sed & illi qui exemplo præcedunt, nunquid neminem sequuntur? Si neminē sequuntur, errabūt. Sequuntur ergo & illi aliquē i. Christum. Laudo autem. Hic agere incipit de velationibus in quibus arguit illos suas traditiones non seruantes, quia illorū aliqui viri velato capite, & aliquę mulieres nō velato orabāt aut prophetabāt. Vnde succenset eis Apostolus, quia cum esset eis Apostolus, immemores erant traditionum eius. q. d. de aliis culpo vos, sed de hoc, Laudo vos ó fratres, & si de aliis culpo, tū de hoc laudo quod Per omnia estis memores mei. i. meę authoritatis. Et mea pręcepta tenetis, tā perfecte Sicut tradidi vobis, ironia est quod sic loquitur eis Apostolus, quia non eius traditionem seruabant, nec eius authoritatem sequebātur. Ac per hoc, quasi nouiter tradidit illis dicens, Volo autem. q. d. Non tenetis pręcepta mea. Volo autē vos scire, o, fratres quidā vtile E

Augus. in ps. xxxiii.

Ambros. F

A ad sequentia, quod vos non attenditis scilicet Quod Christus est caput omnis viri. i. dominus, quia cum non esset, p eum creatus est, Caput autem mulieris est vir, qa ex ei⁹ costa, sed dei virtute formata est: & ideo debet subiici viro, de quo per Christũ facta est. Caput vero Christi est deus pater, qa ab ipso genitus est. Dignũ ergo est vt filii caput pater dicatur quasi genitor ei⁹. Vna ergo dictio diuersam habet intelligentiam. Aliter enim dicitur Christus caput viri, aliter vir caput mulieris, aliter deus caput Christi. Vel nomine viri intelligitur hic spiritus non ille spiritus sanct⁹ qui cũ patre & filio incommutabilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur, sed spiritus hominis, qui quasi animæ maritus animalẽ affectionẽ tanq̃ coniugẽ regit: de quo dicit Apostolus, Nemo scit quę sunt hominis, nisi B spiritus hominis. De quo etiam dominus ait mulieri Samaritanę, Vade voca virum tuum. Hic ergo spiritus cum p̄sens est. i. intẽtus est, & se pietate subiicit deo ĩtelligit spiritualiter quę dicuntur luce sapientię illustratus. Huius viri Christus caput est, qa spũs hominis regitur a sapiẽtia dei q̃ Christ⁹ est. Et sicut in capite sunt omnes sensus corporales, ita & in Christo sũt omnes spirituales. i. plenitudo gratiarum, de qua accipit vir iste, Per hoc autem est, Vir caput mulieris. i. rector animalitatis quę regitur a spiritu tanquam mulier a viro. Caput vero Christi est deus, pater, qa filius a patre est, & de patre, nõ pater a filio vel de filio. Ille huius principium, vnde & caput eius dicitur, & Christus principiũ, sed non patris. Hic vero illius imago nulla ex p te dissimilis, & omnino ęqualis filius patri debet quod est C etiam hoc quod patri ęqualis est & quod prĩcipium est. Pater vero nulli debet quicquid est. Vel dei nomine hic intelligitur trinitatis. Sed si deus omnia simul tria hic intelligitur, quomodo caput Christi est deus. i. caput Christi est trinitas, cum in trinitate sit Christus, vt sit trinitas? An quod pater est cũ filio & spiritu sancto, caput est ei, quod solus filius? Cũ filio enim & spiritu sancto, pater deus est, fili⁹ autẽ solus homo factus est, secundum quam humilitatẽ eius etiam eo maior est pater, & secũdum hoc vere dicitur, quia quod illi cum patre & spiritu sancto vnum est, caput sit hominis mediatoris quod ipse solus est. Si enim mentem recte dicimus principale hominis, id est quasi caput huma-

Ambrosi.

Ambrosi.

Augusti. in lib. q̃st. lxxxiii.

Augu. cõtra Manichęos,

Idẽ in eo.

Augu. in symbolo.

Au. de. tri

næ substantiæ, cum ipse homo cum mente sit homo, cur D
non multo congruenti⁹ verbum cum patre simul de⁹: de⁹
dicitur esse caput Christi, quanuis Christus homo, nisi cũ
verbo quod caro factũ est intelligi nõ possit. Est ergo de⁹
Augu. de trinitate. .i. diuina essentia vel trinitas. Caput Christi sc̃dm quod
hõ, quia diuinitas vtpote creatrix caput est creaturę assum
ptæ. Hac interpretatiõe nõ potestas filii minuit, sed mĩa
prædicatur. [Omnis vir orans aut ꝓphetans velato ca-
pite, deturpat caput suum. Oĩs autẽ mulier orans aut pro-
phetans nõ velato capite, deturpat caput suũ. Vnũ enĩ est,
ac si decaluetur. Nã si nõ velatur mulier, tõdeatur. Si ve-
ro turpe est mulieri tõderi aut decaluari, velet caput suũ.
Vir quidẽ nõ debet velare caput suũ, qm̃ imago & gloria
dei est: mulier aũt gloria viri est.] Omnis vir. q. d. Et qa
viri caput Christus est, siue alio mediante & per Christũ E
deus, ideo in signum libertatis, vir non debet habere velũ
quod est subiectionis signum, quia Vir omnis, etiam po-
tens vel sapiens, Orans, aliquid a deo, Aut prophetans,
id est scripituras referans, Velato capite, quasi non sit li-
berę mentis, Deturpat caput suum, id est turpe est ei illud
agere velato capite. In aliis enim vbi opus est potest vela-
re, sed nondum suo iudici se offert, & colloquitur, vbi cõ
ditionem suam necesse est ꝯfiteri, Omnis autem mulier
orãs, quæ inferior est, & subiecta viro, quia vir caput est
mulieris, Orans aut ꝓphetãs nõ velato capite. s. sine si-
gno subiectiõis quam debet viro, quasi nihil sit mediũ ad
deum, Deturpat caput suũ. Et vere. Vnum est enim. i.
tantũdem est ad turpitudinẽ, Ac si decaluetur. Nã si non
velatur. q. d. nõ velata idẽ, ac si decaluetur, qd̃ & fiet vtiq; F
quia aut decaluabitur, aut tõdebitur, qd̃ cõstat eam nolle.
Et hoc ita ait, Nam si non velatur mulier, tondeatur, Si
vero. q. d. mulier nõ velata decaluetur, vel etiam tõdeatur
sed Si turpe est mulieri tonderi aut decaluari velet caput
suum. Vir quidem, qui maior est, Non debet velare ca
put suum. i. subiectionis habere signũ, quasi nõ si libet ad
deum. Velamen hic intelligendũ est non oẽ sed quoddã,
quo vtebãtur antiqui & adhuc etiam vtuntur pleriq; ali-
Ambro. cubi, quo totũ caput obuoluebat, & est pene simile velami
ni mulierum. Quoniã &c. q. d. Vir non debet velare, &
honor obstat ne velet. Quoniã vir est imago & gloria

A dei:quæ non debet abſcondi. Incongruũ eſt eñ vt imago & gloria dei celetur quæ videtur in viro. Vir eñ ad imaginẽ dei factus eſt nõ mulier. Sed quæ eſt imago dei in viro? hæc.ſ. quod vnꝰ deus, vnũ fecit hominẽ: vt ſicut ex eo omnia ſunt, ſic ex iſto omnes homines eſſent, vt vniꝰ dei inuiſibilis vnus hõ viſibilis imaginẽ gerat in terris, vt vnꝰ deus in vno hoĩe authoritatẽ vnius principii videretur cõſeruare ad confuſionem diaboli. qui neglecto vno deo ſibi dominiũ vſurpare voluit. Inde igit̃ vir eſt imago dei. quia ſicut ex deo ſunt omnia, ſic ex Adã oẽs homines: & ſic conſeruat authoritatẽ principii, quod ab vno deo ſunt omnia, contra illum qui deus eſſe voluit, Vel in hoc habet ſimilitudinẽ dei, quia ſicut de latere Chriſti in morte dormientis origo eccleſiæ fluxit.ſ. ſanguis & aqua quibus ſignificantur ſacramenta per quæ ſaluatur eccleſia ſic de latere. Adæ nata eſt ſibi ſponſa, quia inde ſumpta coſta de qua formata eſt Eua. Et ſicut Chriſtꝰ præeſt, & regit eccleſiã, & ecleſia ſubſeruit ei: ita vir præeſt & regit mulierẽ & ideo nõ habeat vir ſignum ſubiectionis ſed libertatis & ꝓlationis. Et gloria dei eſt vir, quia ex eo eſt, & quia deum principaliter glorificat. Mulier aũt gloria eſt viri. Ex quo ipſa eſt, & cui ſubſeruit. Vel vir dicitur eſſe imago dei, q̃a principaliter creatus eſt ad imaginẽ dei, in quo naturaliter amplius q̃ in muliere viget rõ. quaſi ipſe ſit ratio, Et attẽde diligenter qđ hic dicitur hõ imago dei, & in Geneſi legitur, Factus ad imaginẽ dei: vbi dicit̃. Faciamꝰ hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã. Et nota etiã quod pluraliter dictum eſt, Faciamus & noſtrã. quod niſi ex relatiuis accipi nõ oportet: Non. eñ intelligendum eſt, vt facerẽt dii, vel vt ad imaginem deorũ ſit factus, ſed vt, facerent pater & filius & ſpiritus ſanctus. Ad imaginẽ ergo patris & filii & ſpiritꝰ ſãcti, vt ſubſiſteret hõ imago dei factus eſt, & quia nõ omnino æqualis fiebat illa imago dei, tanquam non ab illo nata, ſed ab illo creata, huius rei ſignificandę cauſa ita eſſe imago dei dicitur, vt ad imaginem factus eſſe non ſileat̃, quia non eſt ei æqualis, ſed quadã ſimilitudine accedit. Non eñ locorũ interuallo, ſed ſimilitudine accedit̃ ad deũ, & diſſimilitudine receditur ab eo: Homo ergo cum ſit imago, ꝑpter imparem ſimilitudinem dictꝰ eſt etiã ad imaginẽ dei factꝰ. Filiꝰ au

Aimo. (margin, beside "ſimilitudinẽ dei ... dormientis"; marginal letter B beside "mientis origo")

Augu. de trinitate. (margin, beside "tio, Et attẽde"; marginal letter C beside "quod pluraliter")

tem imago patris,& nō ad imaginem inq̄tum deus est,q̄a D
ęqualis est patri,cuius solius imago est. Hō aūt imago tri-
Augu.de nitatis est,& ad imaginē. Vnde,Fecit deus hoīem ad ima
catechizā ginē suā,vt sicut deus pręest oīb⁹ creaturis p oīpotentiā: sic
dis rudib. hō vniuersis aīalibus terrenis p intelligētiā pęsset. Et ipse
est gloria dei,cū dei sapientiā sequitur. Mulier aūt gloria
viri est,quia facta est in adiutoriū viri non ad carnalē con
cupiscentiā,quia nec corruptibilia corpora tunc habebant,
anteq̄ eos mortalitas inuaderet,sed vt haberet vir gloriam
de ea,cum eam pręiret ad deum,& se ei daret imitandum
sanctitate,sicut ipse gloria dei esset,cum eius sapientiam se
queretur. Vnde subdit. [Non eñ vir ex muliere est, sed
mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulie-
rem,sed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamē
habere supra caput suum, & propter angelos.] Non.n. E
&c.q.d. Mulier est gloria viri,non vir,eius:quod ostendit
ordo creationis. Quia non est vir,scilicet Adam, Ex mu-
liere,scilicet Eua: Sed mulier,scilicet Eua,est, Ex viro,
scilicet Adam. Et alia ratio est cur mulier est gloria viri.
Etenim.i.quia, Non est creatus vir, scilicet Adam, Pro-
pter mulierem.i.in auxiliū Euæ: Sed mulier.i. Eua, Pro
pter virum.i.in auxilium viri,& ideo.s.vt ostendatur mu-
Ambro. lier subiecta viro. Et,quia per eā præuaricatio cœpit, De
bet mulier habere velamen super caput,vt non habeat ca-
put liberum in ecclesia, sine velamine. Et hoc propter an
gelos.i.propter reuerentiam sacerdotum, quia nuncii dei
sunt,vt sicut ante iudicē dñi, ita ante vicarium eius sacer-
dotē sit subiecta viro. Vel, Propter angelos.s. sacerdotes
in eius faciem inspicientes irritentur ad libidinem. Aliter F
ab illo loco. Quoniā imago &c. Apostolus dicit q̄ vir est
Aug.i.lib imago dei,& ideo velamen capitis ei demit,quod mulieri
de trini. adhibendū monet,quia ipsa nō est imago dei. Sed quid di
cemus ad hæc?cur & mulier nō est imago dei?videtur vti
q̄ hoc cōtrariū esse illi,quod in Genesi dicitur, Fecit deus
hominem ad imaginem dei, masculum & fœminam fe-
cit eos. Quō ergo vir est imago dei, vt non velet caput,&
Augusti. nō mulier vt velet? Sed credo hoc esse in naturā humanæ
mentis,quod dicit apostolus . Et mystice loquitur de vela-
tione:aliter enim nisi aliquod secretum referatur, inane ē
quod dicitur. Sicut enim non solum veracissima ratio,sed

A etiã ipſius Apoſtoli declarat authoritas, hõ factus eſt ad imaginẽ dei,non ſecundũ formã corporis, ſed ſecundũ rationalem mentem in qua dicit̃ renouari in agnitione dei ab eodem Apoſtolo, Renouamini ſpiritu mentis veſtrę,& induite n.h.qui ſ.d.c.eſt. Et alibi, Induite nouum hominẽ qui renouatur in agnitione dei,ſecundum imaginem eius qui creauit eum. Si ergo ſpiritu mentis noſtrę renouamur & ipſe eſt nouus homo q renouatur in agnitione dei ſecũdum imaginẽ eius qui creauit eũ, nulli dubium eſt hominẽ eſſe factũ ad imaginẽ dei, non ſecundum corpus neq; ſecundũ quãlibet animi partẽ,ſed ſecundũ rationalẽ mentẽ,vbi poteſt eſſe cognitio dei, vbi & nullus ſexus eſt.ſ. in ſpiritu mẽtis,ſed idẽ eſt ibi fœmina cum viro,& mulier cũ viro.i.tota illla ſubſtãtia vna eſt imago dei,quia natura ipſa humana & ad imaginẽ dei facta eſt & imago dei, & ipſa tota eſt imago dei, quia in vtroq; ſexu imago dei completur, a qua imagine fœmina non ſeparatur, ſicut nec a gratia renouationis & reformatione imaginis dei excluditur. Habet vtiq; mulier mẽtem ſuam rationalẽ ſecũdũ quã & ipſa facta eſt ad imaginẽ dei. Nihil ergo fœminã alienat a conſortio imaginis, quę & in ipſa prima cõditione hominis habebat mentem rationalem ſecundum quã ipſa etiã facta eſt ad imaginẽ dei. Fecit ergo deus hominẽ totũ ad imaginem ſuam, hoc vtiq; ſecundum ſpiritum: ſed propter vnitatem cõiunctionis inquit, Fecit deus hominẽ ad imaginẽ dei. Et ne quiſquam putaret ſolum ſpiritũ hominis factum in quo imago dei eſt, ſubiunxit, Maſculũ & fœminam fecit eos, hoc ſecundum corpus, vbi duo eſſe diſcernuntur ſecundũ ſexũ, cum prius ſingularem numerum poſuerit, propter coniunctionis vnitatem. Eſt ergo in mẽtibus eorũ communis natura, ſed in ſexu corporis ſignificat̃ diſtributio mentis. Eſt enim pars animę vel mentis eminens, q̃ ſe extendit in id quod æternum eſt contẽplãdo veritatẽ, & hęc eſt imago dei quæ æternis rationibus cõſpiciendis vel conſulendis adhęret, & ideo nõ eſt cohibenda velo vt ſe inde contineat, & ideo vir non debet velare caput. Eſt & altera pars animę inferior q̃ deriuatur ad actiõnẽ tẽporaliũ quadã intẽtione, & ſic ipſa anima ex qua parte conſulit veritatem & conſpicit, imago dei eſt. Ex qua vero intendit ad agenda iſta ĩferiora, non eſt imago dei: qa

Au.de.tri

B

Aug.ſup Geñ.

Augu. de trinitate.

C

vero in his rebus corporalibus temporalibusq; periculosa D
est nimis in inferiora progressio, ideo habet potestatē sup
Augu. sup Gen. caput qua cohibeatur, quod īdicat velamē capitis mulieris
Quod ergo ad totū virū pertinet. imago dei ē: Quod vero
ad eam solam pertinet quæ ei in adiutoriū tribuitur, non
est imago dei, quia non est imago dei, nisi quod īhæret in
Au. cōtra Mani. commutabili veritati. In cuius rei figura Apostolus dicit vi
rum tātum esse imaginē & gloriam dei, mulierem autem
gloriam viri. Hoc igitur & si in duobus hominibus diuer
si exterius sexus figuratum sit, tñ in eodem vno īteriori ho
mine intelligitur, cuius superior vis. i. ratio vir dicitur, vel
principale mentis quia debet regere inferius sensualitatē
& iste vir est Imago dei, quia inhęret contemplandæ in-
commutabili veritati. Et gloria dei, dum ratio subiugat si
bi sensualitatē, quod tunc ordinatissime fit. cum caput viri E
Christus est. Mulier autē gloria est viri. Mulier est ipsa
sensualitas, quę bene significatur per mulierē, quia In fœ-
mina naturaliter ꝑualet, quę subseruiēdo gloria est ratio-
nis: Ideoq; dicitur. Non est bonum solum esse hominem.
Ad hoc enim bonum erat vt fieret vt non solum anima do
minaretur corpori quod seruilē locum obtinet, sed etiā vi-
rilis ratio subiugaret sibi animalē partē, vt appetitū anima
lē per quē voluptates corporis operamur, habeat mēs inte
rior tanq̄ virilis ratio subiugatum, sic debet vir fœminam
regere, nec eam permittere dominari in virum. Quod si
animalis pars immoderato progressu nimis in exteriora
Augu. de trinitate. prolabiť consentiente capite suo. s. ratione. i. non eam co-
hibēte atq; refrenante, illa q̄ in speculo consilii ꝑsidet viri
li portione, puersa est, & misera domus vbi mulier domi F
natur in virum. Inueteraturque interior homo inter ini-
micos suos inuidos virtutis. s. dęmones, ęternorumq; visio
ab ipso etiā viro cum coniuge ad instar primorū parentū
vetitū manducāte subtrahitur, vt lumē oculorum eius non
sit cū illo, & sic ab illa illustratione veritatis mox ambo nu
dati apertis oculis cōscientiæ ad videndū quā indecori, &
inhonesti sunt. tanq̄ folia dulcium fructuū sine ipsis fructi
bus. i. sine bonis operibus bona verba contexunt, vt male
viuentes bene loquendo turpitudinē suam contegant. Da
memoriæ quia secūdum quosdam sensualis motus animæ
est pro serpente, inferior portio rationis pro muliere, su-

A perior portio rationis est pro viro. Illecebrę consentire est cibũ vetitũ edere. Si sola cogitationis delectatio est, fœmina sola comedit, si vero mala cogitatio in actum mittitur, vel voluntas pficiendi assit, tũc etiã vir cũ fœmina cibum vetitum gustat. Alii vero non improbabiliter ponunt sensum corporis pro serpente, sensualitatem, pro fœmina: rationem, pro viro. Hæc autem disputatio qua in mẽte vniuscuiusq; hominis quęsiuimus quoddam rationale coniugiũ contẽplationis, & actionis officiis per quædam singula distributis, tñ in vtroq; mentis vnitate seruata ad hoc tantũmodo audienda est vt intelligatur Apostolus imaginẽ dei tantũ viro tribuendo non etiam fœminæ, quanuis in diuerso sexu duorũ hominũ aliquid tñ significare voluisse quod in vno homine quęreretur. Non.n.q.d. mulier. i. sensualitas est, Gloria viri. i. rationis de qua non est vir. Non est enim vir. i. ratio. Ex muliere. i. sensualitate, vt a sensuali portione regatur rationalis. Sed mulier. i. sensualitas est ex viro. s. vt ab eo regatur. Ac si diceret, distributio vtriusq; indicat, vt qđ spũale est regat illud quod animale est & nõ e diuerso. Et sic decet, Etenim. i. quia, Non est creat⁹ vir. i. rationalis, Propter mulierẽ. s. vt seruiat sensualitati, sed econtrario, Mulier propter virũ. i. sensualitas vt subseruiat rationi, & ideo mulier debet habere velamen sup caput. s. ad significandum quod sensualitas debet subiici rationi, Propter angelos. Grata est enim sanctis angelis & sacrata & pia significatio. Nam deus non ad tempus videt nec aliquid noui est in eius visione & scientia, cum aliqđ tẽporaliter & transitorie geritur, sicut inde afficiuntur sensus vel carnales hominũ, vel etiã cęlestes angelorum. Angelici enim spiritus nobis adesse credendi sunt, maxime cũ diuinis mancipamur obsequiis. i. cum ecclesiã ingressi vel lectionibus sacris autẽ accommodamus, vel psalmodię operam damus, vel orationi incumbimus vel missarum solennia celebramus. Ideo Apostol⁹ monet mulieres habere velamẽ ꝑpter angelos. Nec dubitari licet vbi corporis dominici, & sãguinis mysteria gerunt̃ supernorũ ciuiũ adesse cõuẽtus q monumentũ quo venerabile corp⁹ fuerat positũ, & vñ resurgẽdo abscesserat tã sedulis excubiis seruauerũt. [Verũtamen neq; vir sine muliere, neq; mulier sine viro, in domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per

(margin, B) (margin, C)

Augu. de triuitate

Beda ĩ ho melia quadã dicenda pascha.

mulierem. Omnia autem ex deo. Vosipsi iudicate. Decet D
mulierem non velatam orare deum? Nec ipsa natura do-
cet vos, quod vir quidem si comam nutriat ignominia est illi,
mulier vero si comam nutriat gloria est illi? quoniam ca
pilli pro velamine ei dati sunt. Si quis aût videtur cõtentio
sus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ec-
clesia dei. Hoc autem pręcipio, non laudans quod non in me
lius, sed in deterius conuenitis.] Verũtñ Quãuis in pri
mis, id est in prima conditione non sit vir de fœmina, sed
e diuerso. Verũtamẽ, in subsequenti generatione non est
hoc, quia neque vir sine muliere est, Neque mulier sine viro
Ambrosi. in domino. s. secundũ dominũ. i. secundũ operationẽ domi
ni, in quo alter sine altero nõ creatur qui etiã primit⁹ crea
uit ex vno ambos. i. ex vna materia, qa mulierẽ de viro for
mauit, & ãbos in natura fecit vnũ. & qd vnũ in natura sint E
cõfirmat Apostolus. Nã sicut mulier, prius, de viro facta
est, ita & vir postea nascitur p mulierẽ. Omnia aũt, postq̃
gradatim singula dixit vt omnia deo vni principio subii-
ceret, addit, Omnia autẽ. s. & corpus & aĩa vtriusque, Ex
deo, auctore, Sunt, hoc ideo dicit vt neque mulier de subie-
ctione doleat, nec vir de exaltatiõe superbiat. Vel ita, Ve-
rũtamẽ. q. d. licet per mulierẽ præuaricatio cœperit, & vi-
ro subiecta sit, Verũtamen nec vir sine muliere, nec mu-
lier sine viro est in domino. id est fide Christi, quia nõ ita
se habet vter. i. alter eorum ĩ Christo domino. vt admisso
viro mulier excludatur a salute, neque admissa muliere vir
excludatur. Reddit autem causam quod altero admisso, al
ter non sit excludendus, subdens, Nã sicut mulier de viro F
ita vir per mulierem, hoc non mutatur. Vos autem, Quia
Corinthii eius traditionẽ nõ seruauerant, propter quod su
perius eis succenset, vbi dicit, Laudo vos &c. Ideo non ex
authoritate traditionis quã neglexerant suadet veritatem,
sed ex natura quę docet vt velatæ sint mulieres in ecclesia,
vbi eas reuelatas esse illi patiebantur agentes contra sacra
mẽtum velationis & ordinem creationis. q. d & cum hęc
prædicta ita sint, vos. Ipsi iudicate, istud, An decet mulie
Augusti. de opere mona. rem non velatam, orare deum? nec ipsa natura docet vos,
Natura nos docet, Quod. i. qa, Vir qdẽ si comã nutriat,
ignominia est illi. hic secũdũ legẽ locut⁹ ẽ, q̃ phibet virũ eẽ
comatũ. Quod si qs opponat de Samuele, & pphetis vete

A ris testamẽti qui capita sua nõ tõdebãt, cogitet quid intersit inter illud velamẽtũ mysticũ & hãc tonsurã. De Nazareis aliud est, qbus specialiter præceptũ est in Deuterono. vt comã nutriãt. Illud.n. velamẽtũ.i. coma sanctorum idẽ significabat quod velamẽ positum super faciem Mosi.i. velamen lectionis veteris testamenti. hæc autem tonsura reuelationẽ euangelicę gratię significat. Coma ergo Samuelis & prophetarum pro velamine veteris testamenti olim habita, nunc in reuelatione euãgelii deponitur. De qua dicit Apostolus, Cum transieris ad Christũ auferetur velamen. Mulier, si comam nutriat gloria est illi. Ideo gloria est mulieri, quia naturaliter hoc habet p velamine. vñ subdit, Quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Coma eñi indiciũ velaminis est, iõ. naturaliter hoc honestum est Augusti.
B vt velata sit mulier, & obediat, vt naturæ voluntas addatur. q̃ ad hoc habet velamen vt ream se cognoscat, & subditam & ideo gloria est illi, si comam habet, quia naturaliter habet. Ad hoc enim naturalis ratio consentit, & ideo vir nõ naturaliter comatus est, quia non est reuelandus, & lex etiam prohibet virum esse comatũ. Si quis autem. Post rationem redditam: vt vincat contentiosos ponit authoritatẽ quia dissertione non vult vti, sed authoritate. q.d. natura etiam docet quod trado. Si quis autem videtur contentiosus esse.s.q non vult adquiescere nobis: dicimus quod Nos Iudæi.i. nos Apostoli qui de Iudeis sumus, Non habem⁹ talem consuetudinem, neq; ecclesia dei, de aliis gẽtibus ad fidẽ Christi vocata.i. nec Moses nec Christus sic docuit.s. vt vir velet caput & nõ mulier. Hoc aũt, qd̃ dictũ est de velãdis capitib⁹, Ego pcipio obseruari. Authoritate pcepti vtit Ambo.
Ambrosi. Augusti. Hierony. Ambrosi.
C Apostol⁹, vt obtẽperẽt. Valde.n. iniquũ est velle sibi obtẽperari a minorib⁹, & nole obtemperare maioribus. Et hic ostendit quædam esse de quibus non est disputandum, sed authori præcipienti adquiescendum. Vnde ait, Hoc autẽ præcipio.s. vt nõ differentis solertia requiratur, sed præcipientis authoritas attendatur. Non laudans quod non in meli⁹, &c. Postquam egit de velamine capitis vbi plurimũ a veritate deuiabant, incipit de dominica cœna agere, in qua ipsi iidem multum peccabant. q.d. Quod dictũ est de velando vel nõ velãdo capite, pcipio vtiq;, Nõ laudãs, sed improbans, q Conuenitis ad dominicam cœnam, Nõ Augu. de ope monachorũ.

in melius.s.vt diceret, Sed in deterius.i.non ad vsum profectionis, sed ad detrimẽtũ dãnationis, quod ex pluribꝰ potest ostendi. [Primũ quidẽ conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnã manducare.] Primum quidem, ex hoc, quod vobis cõuenientibus in ecclesiam dei, quod exigit vnitatẽ charitatis, vt sicut ibi corporaliter conueniunt homines, ita & spiritualiter.s.affectu charitatis vniantur, audio Scissuras.i. discordias esse, Inter vos. Nota quod dicendo, Primum ostendit quod primum malum dissensio est, vnde cætera oriuntur. Vbi em̃ dissensio est, nihil rectum est, audio scissuras esse inter vos. Et.i.etiam, Credo, esse, ex parte.i.in quibusdam vestrum, quod non est inutile bonis. Nam oportet.i.vtile est etiam Hæreses esse, sicut erant in his qui dubitabant de resurrectione. scissuræ autem erant pro donis spiritualibus. Videns enim diabolus tẽpla dæmonum deseri, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanũ, mouit hæreticos qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent christianæ. Qui em̃ in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumq; sapiunt, si correcti vt sanum rectumq; sapiant resistunt contumaciter, suaq; pestifera dogmata emendare nolunt sed defensare persistunt, hæretici fiunt, & habẽtur in exercitibus inimicis. Et hi etiã sic malo suo prosunt veris catholicis, dum deus vtitur etiã malis bene, & diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Omnes enim inimici ecclesiæ vel errore cęcati, vel malitia deprauati prosũt, quia si accipiũt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiã si vero male sentiendo aduersantur, exercent eius sapiẽtiã. Ab aduersario.n.mota q̃stio discẽdi existit occasio. Multa q̃dem ad fidẽ catholicã pertinẽtia dum hęreticorũ callida inquietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & p̃dicantur instantius. Extiterunt pluresqui cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu non veritatis ipsius absolutione susciperent, aliter interpretantes quam dictorum virtus postulet. De intelligentia enim hæresis nõ de scriptura est, & sensus non sermo crimen est. Hęretico

Margin notes: Ambro. — Augu. de ciui.dei. — Augusti. — Idẽ in eo.

Margin letters: D, E, F

A rum enim callidũ nõ spiritu sapientiæ sed impatientię,dũ pacem catholicã perturbãt,in vsum cedit proficientiũ:secundũ illud,filius eruditꝰ sapiens erit, imprudẽte aũt ministro vtetur. Vtamur ergo etiã hęreticis nõ vt eorum approbemꝰ errores,sed vt catholicã doctrinã aduersus eorũ insidias asserẽtes,vigilãtiores & cautiores simus. Prosunt ergo nobis hęretici nõ verũ docendo quod nesciunt,sed ad verũ quęrẽdũ & aperiẽdũ catholicos excitãdo. Ideoq; diuina prouidẽtia hęreticos esse multos permittit, vt cum insultãt nobis & interrogãt nos q̃ nescimus,& sic excutiamus pigritiã,& diuinas scripturas nosse cupiamꝰ. Vnde ait,Oportet hęreses esse. Nõ vult Apostolus nec optat vt sed quia sic futurũ est,dicit,Et quia hoc vtile est. Ad quid B aũt est vtile,subdit,vt non tantum reprobi,qui dicunt ego sum Pauli,sed etiã Qui probati sunt in vobis.i. inter vos Sicut illi qui dicunt ego sum Christi, manifesti fiant hominibus. Hi enim deo probati sunt qui bene possunt docere,sed manifeste hominibus esse non possunt,nisi cum docent. Docere aũt nolũt,nisi eos qui doceri quærunt,sed multi ad quęrendum pigri sunt, nisi per molestias & insultationes hęreticorũ quasi de somno excitentur. Hęreticus vero est qui alicuiꝰ tẽporalis cõmodi,& maxime glorię principatusq; sui gratia falsas & nouas opiniones vel gignit vel sequitur,qui aũt huiusmodi credit imaginatiões veritatis ac pietatis illusus est. Cõueniẽtibꝰ,&c. Hic redarguit eos qui de hoc q̃d corpus dominicũ nõ eo ordine sumebãt quo sumi oportebat. Inter prãdia.n.vel post pran C dia eucharistiã sumebãt quod ieiuni potiꝰ facere deberẽt. Huiꝰ aũt rei faciẽdę occasionẽ sumpserũt ex eo quod dñs manducantibus discipulis accepit panẽ, & benedixit, & eis tradidit iam celebrato veteri pasca.q.d. Et quia in vobis scissurę sunt,ergo conuenientibus vobis in vnũ, quod fieri quidem debet non tam corporũ consortio,quam cordium conglutino. Iam, id est, ex hoc solo quod scissuræ sunt in vobis, Non est.i.non licet, Manducare dominicam cœnam. Vel, Iam,id est,in præsenti hoc damnũ habetis,scilicet quod Non est,id est,nõ licet vobis, Manducare dominicam cœnã in futuro peius erit vobis. Dominicã cœnã dicit acceptionẽ eucharistiæ quã nõ debent pransi sumere,vel mẽsis suis miscere, vt faciebãt illi quos

Idẽ i eod.

Augu. de vera religione.

Augu. cõtra Manichęos.

Idẽ i eod

Quid sit hæreticus Augu. in de vtilitate credẽdi

Augu. ad Ianuari.

arguit Apostolus, sed ieiuni, in honorem tanti sacramẽti. D licet enim Christus post cœnã dederit discipulis suis corpus & sanguinem suum, non ideo tamen calumniandum est vniuersæ ecclesię, quod a ieiunis semper sumitur, Nam saluator quo vehementius commẽdaret mysterii illius altitudinẽ, vltimũ hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, a quib' ad passionem digressur' erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apostolis per quos ecclesias dispositurus erat, seruauit docẽdũ. [Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, ali' autẽ ebrius est. Nunquid domos nõ habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo.] Vnusquisq; enim. q.d. Ideo non licet vobis mãducare, quia Vnusquisq; E vestrum, contendentium ante dominicam cœnam, Præsumit, non ad erogandum pauperibus, sed ad manducandũ cœnam suam. Et ali' quidem esurit, cui nihil datis Ali' autẽ ebrius est, cum sobrii esse deberetis. Multipliciter tangit eos, qui autem pransi sumebant corpus domini, & de prandio suo luxurioso nihil tribuebant esurientibus, & hoc faciebant in ecclesia. Nunquid nõ. q.d. Cœnã vestrã manducatis ante dominicã, nec pauperibus tribuitis, sed, nunquid habetis domos ad mãducandũ & bibendũ? q.d. in domibus potius hoc esset faciẽdũ Aut ecclesiã dei. i. domum orationis, Contẽnitis? Q.d. Quod vere facitis, & si nõ putatis. Et cõfunditis. i. erubescere facitis, Eos qui nõ habẽt, vtiq; facitis. Nota q; in ecclesiã hoĩes sunt de quib' dicitur, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã, hoc tamẽ nomine vocari, ipsam domum orationis, Apostolus testatur, dicens, An ecclesiam dei contemnitis, & hoc cotidianus vsus loquendi obtinuit, vt in ecclesiã prodire vel cõfugere nõ dicatur, nisi qui ad locũ ipsum parietesq; prodierit, vel confugerit, quib' ecclesię cõgregatio cõtinetur. Vel aliter F potest legi. Vnusquisq;. n. &c. Notat illos qui munera quę offerebant altaribus sibi resumebant, nec aliis non habentibus communicari sinebant. Offerebant enim diuites panẽ & vinũ abundanter, vt benedictione & cõsecratione sacerdotali consecraretur, & dominici corporis & sanguinis sacramentũ cõficeretur. Post celebrationem vero sacri

Augu. ad Iulianũ.

Augu. in libro q̃st. Leuitici.

A mysterii & cõsecrationẽ panis & vini suas oblationes ven
dicabãt, & aliis nõ cõmunicãtes soli sumebãt, vt inde etiã
inebriarent aliis esurientib⁹. q.d. ideo nõ licet nobis man
ducare dominicã cœnam, quia, Vnusquisq;. n. ad mandu
candũ suã cœnã, resumens totũ quod obtulit. Et alius qui-
Ambro. do.Quia ſicut æramentū & cymbalū impulſu aliquo nō p
ſe reſonant,ſic loquens linguis, non per ſe qui neſcit quid
loquatur ſed virtute ſpūs profert ea quibus audientes mul
Augu.in ps.ciii. ceat.Reſpice ad munera eccleſiæ, vniuerſis excellēti⁹ cha
ritatis munus cognoſces.Charitas enim fons eſt propri⁹
& ſingularis bonorū cui alien⁹ non cōmunicat,quæ cha-
ritas,vt oleum nō poteſt premi in imo,ſed ſuperexecellit.
Aug. ſup Ioannem Attende quanta eſt charitas quæ ſi deſit fruſtra habentur F
cætera,ſi autē aſſit alicui habētur oīa,vel in ſe,vel in aliis
quā cū habere cœperit,ſpiritū ſanctū habebit:quam ſi nō
habuerit,ſine ſpiritu ſancto erit.Et ſicut corpus ſine ani-
ma mortuum eſt, ſic anima ſine charitate mortua depu-
tabitur.Hęc eſt enim veſtis nuptialis qua induti conuiuæ,
ſecuri diſcumbunt.Hac veſte pellitur frigus, quo frigebat
Augu. de miraculis v.panum. Petrus calefaciens ſe ad prunas Caiphę,Hæc ſola eſt quę
diuidit inter filios regni & filios perditionis.Dantur qui-
dem & alia per ſpiritum munera,ſed ſine charitate nihil
Augu.de trinitate. proſunt, Niſi ergo tantū impertiatur cuiq; ſpiritus ſanct⁹
vt eum dei & proximi faciat amatorē,a ſiniſtra non trāſ

A fertur ad dexteram, nec spiritus sanctus proprie dicit donum nisi per dilectionē qua cætera tenentur. Vnde dominus ait, Qui habet dabit ei, & qui non habet etiā id quod habet auferet ab eo: quia qui charitatē, addetur ei: qui vero nō habet, & si ad tēpus habet, hęc dona auferētur. Habet qd gratiā possidendi nomē Christianū, sed nō habet charitatē vtēdi re nominis: & ideo quod habet auferetur. Augusti.
Et si habuero prophetiā futurorū, quā & mali habuerūt, Ambrosi.
vt Balaam & Saul, & Caiphas. Et si nouerim mysteria omnia.i.occulta noui & veteris testamenti, quæ etiā mali noscunt, vt Iudas cū apostolis, & diabol⁹ qui vt Iezechiel dicit mysteria diuina nouit, cum in paradiso dei illū fuisse, & preciosos lapides habuisse testatur, sed nihil illi profuit quia sine charitate in superbiam prosiluit. Et si no-
B uerim omnē scientiā, diuinā & humanā, vt scribæ & pharisæi: vnde dominus ait, Vos habetis clauem scientiæ, sed nec intratis, nec alios intrare sinitis. Et si habuero oēm fidem, de omni re vnde & habenda. Fidem, dico ita perfectam. Vt mōtes transferam, ad literam, vel dæmones a patientibus, Charitatem autē non habuero, nihil sum .i. nihil mihi prodest ad vitam. Et si illa magna sint habent illa vtiq; etiam mali, quę & confitebuntur in iudicio vbi non audebunt etiam mentiri: quibus non dicetur, non habuistis, sed non noui vos, quia sine charitate habuerūt. Augusti.
[Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates Ambrosi.
meas, & si tradidero corpus meū ita vt ardeam, charitatē autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiēs
C est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa non quærit quæ sua sūt, nō irritatur, nō cogitat malū, non gaudet sup iniqtate congaudet autē veritati. Oīa suffert, oīa credit, oīa sperat, oīa sustinet. Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte em̄ cognoscim⁹, & ex parte prophetam⁹.]

Et si distribuero oēs facultates meas.i.quicquid mihi licet habere, In cibos.i.in necessaria, Pauperum, non diuitum qui reddunt, Et nota quod ait distribuero. Per hoc em̄ cautela eleemosynę docetur, vt nō vni sed multis det vt pluribus prosit. Et si tradidero corpus meum, vt Laurentius fecit, Ita vt ardeā, Vel, Ad qd & iactāter sit ali-

Augu. de quando. Charitatem autẽ non habuero, nihil mihi pro- D
trinitate. dest, Sine charitate quippe hoc potest esse, sed non prodes
Augu. in se: sicut & opera bona, nõ ex quantitate sui sed ex charita
ps. cxx. te pl⁹ vel minus prosunt. Impar quidẽ facultas est multũ
vel parum dãti, sed nõ impar charitas, & ideo tantum est
Augusti. dare calicẽ aquę, quantũ fuit Zachęo dare dimidiũ patri-
Attende. monii. In charitate dinoscunt discipuli Christi, non in p
phetia, fide, & aliis. Dilectio eñ quæ est ex deo, & de⁹ est
proprie spirit⁹ sanct⁹ est, per quẽ in nobis diffunditur de⁹
charitas, per quem nos tota inhabitat trinitas, quo circa,
rectissime spiritus sanctus cũ sit deus, vocatur etiã donum
dei. Charitas patiẽs est &c.q.d. Itẽ charitas ideo dignior
est, quia hęc bona affert. Charitas eñ patiens est, habitu
patientię in aĩa, Benigna est, larga egenis. Charitas nõ
Augusti. æmulatur. i. nõ inuidet, Quia non eã aliena contristat feli E
citas sed alterius bonũ diligit vt suum, Nõ agit perperã,
id est peruerse, Non inflatur, si prospere cedit, Non est
ambitiosa. i. non vult aliis præponi, Non quærit quæ sua
sunt tantũ, sed quæ aliorũ. Vel, Non quærit quæ sua sunt
.i. ablata sibi non repetit, quia non est amatrix pecunię.
Non irrigatur. i. non prouocatur ad iram, & nõ solũmõ
non nocet alicui, sed non cogitat malũ. Non gaudet super
iniquitate, sed dolet vidẽs aliquẽ ruere in iniquitatẽ. Cõ-
gaudet autẽ veritati. i. operibus iustitię, vel verbis verita-
Augu. de tis. Omnia suffert, in actu pro veritate, sicut in Noe ap-
quatuor paret, qui multa sustinuit. Omnia credit, quę veritatis sua
virtutib⁹ det, sicut in Abrahã apparuit, qui credidit deo vocanti &
Idem. promittenti. Et nota quod ait, Omnia credit, non dicit F
omnibus, quia non omnibus, sed deo tñ credit. Omnia
sperat, quę veritas promittit, vt apparet in antiquis patri-
bus. i. in populo Israel, qui sperauerunt habere quod pro
mittebat deus. Omnia sustinet. i. promissa oĩa patienter
expectat, sicut apparet in ipso capite. i. in Christo, qui pa
tienter expectauit gloriã resurrectionis & ascensiõis. Hęc
sunt arma quibus miles Christi armatur, cuius armaturę
Aug. sup quasi pręcipua arma p̃misit patiã & benignitatẽ, Qua-
Eze. rum altera illata a p̃ximis mala æquanimiter portat, alte
Gregori⁹ ra sua bona proximis desiderabiliter impendit. Mẽs quip
s motali- pe sanctorũ in hoc tentationis prelio. & munita patiẽtiæ
bus. clypeo & gladio amoris accincta ad mala ferẽda sumit

A fortitudinē,& ad rependenda bona erigit vnitatem, qua tinus & odiorum tela potenter excipiat, & amoris iacula valenter reddat. Non enim ad bella armatus pergit, q aut clypeū sumens gladiis non vtitur, aut vtens gladiis clypeo non communitur. Vnde & miles dei aduersitatis bello deprehensus, & scutum patientię debet anteferre, & ad prędicandū promptus amoris iacula inferre vt vincat. Charitas &c. q. d. per hoc charitas ē dignior. Quia charitas nunq̃ excidit. i. nec in hoc seculo, nec in futuro finiet. & si opera eius cessent. Si enim credendo & sperando diligimus quod nondum videtur, quanto magis cum videbit. Nō excidet dico, Siue pphetię, futurorū, Cessabūt, vł euacuabunt, in futuro, q̄si oīa p̄sētia erūt. Siue lingue cessabūt i futuro. Quid em̄ alicui diceretur, vbi omnes eadē
B intelligent, Siue scientia, q̄ modo per speculū est, destruetur, cum per ipsam rē erit. Ex parte. n. q. d. ideo prophetia & scientia destruētur, quia ex parte sunt. Ex parte em̄ id est imperfecte deum, Cognoscimus, & ex parte. i. imperfecte prophetamus. [Cum autem venerit quod pfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabā vt paruulus. Quando autē factus sum vir, euacuaui q̄ erāt paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sū. Nunc autē manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.] Cum autem. q. d. scientia est ex parte & prophetia. Sed omne quod ex parte est, euacuabitur. i. destruetur, cū Ambrosi. oppositio
C venerit, Quod perfectū est. i. destruet iperfectio nostra non id quod verū est euacuabitur, Destructio imperfectionis est, quando id quod imperfectum est, implebitur in verum. Hic apponitur a quibusdā, quod eadem ratione charitas debeat dici euacuari, quia modo ex parte est. i. imperfecta comparatione futuri status. Ad quod quidam dicūt non ipsam scientiam. i. ipsum donū scientiæ euacuari, sed modum, quia nunc cognoscimus ęnigmaticę, & per speculum. i. vmbratiliter & obscure, tunc autem per speciem. i. clarissime, Sed ad hoc inquiunt illi, sic & modo imperfecte diligimus, tunc autem perfectissime, Ergo modus diligendi euacuabitur. Sic ergo charitas poteſt dici euacuenda vt

ſcientia, Ad quod illi. Verum quidē eſt quod de charitate D
ſicut de ſcientia omnis imperfectio tolletur. Sed ſicut duo ſunt diligenda. i. deus & proximus, ita & duo ſunt principales modi diligendi. ſ. vt deus propter ſe, & proximus ꝑpter deum diligatur. Hiq; modi in futuro non euacuabuntur, ſed modus imperfectionis tolletur. Sciendi autem modus ęnigmaticus, & ſpecularis penitus tolletur. Alii dicunt non ſolum modum ſciētię, ſed etiam actū, ſiue ipſam ſciētiam q̄ nunc eſt, in futuro euacuari. De actu quidem & vſu ipſius ſcientię, probabile eſt quod euacuetnr. De ipſa vero ſcientia non adeo, ſcientia. n. eſt ipſa mentis qualitas, cui⁹ actus eſt viſio ipſa, qua videmus nunc, a qua ad aliam ꝑducemus. Vnde Auguſtinus, Scimus quia cum apparuerit

Aug. ī ſer. quodam. ſicut ait Ioannes, ſimiles ei erimus, q̄a videbimus eū ſicut eſt. Hęc viſio nobis promittitur, ad hanc viſionem erudimur. Ad hanc cor mundamus. Vel ex parte eſſe dicit̃ cui E aliud ſuccedit. At vt ait Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana fidei ſuccedit ſpecies quā videbim⁹, & ſpei ſuccedit beatitudo ipſa ad quā ꝑuenturi ſumus. Charitas vero

Aug. ī ꝑs. cxlviii. augebit̃ potius, nec ei aliq̄d ſuccedet. Deſtruet̃ tñ inquantū ex ꝑte eſt, quia deſinet eſſe ex parte. ſed nec ipſa, nec ei⁹ actus deſtruetur. Omne ergo quod ex parte eſt, deſtruet̃, vł ex toto, vt fides & ſpes, vel ex parte, vt ſcientia, cuius act⁹ & modus deſtruetur. Et charitas, cuius quidam mod⁹ tollet̃, ſed non ipſa, nec eius actus, nec quidā modus. Hoc autē quod dixit ꝑ ſimilitudinē oſtendit, ſubdens, Cū eſſem paruulus, loquebar vt paruulus. i. more paruuli. Sapiebā, humanas res. Vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus ſum vir. i. perfectæ ætatis, Euacuaui. i. F poſtpoſui omnia, Quę erant paruuli. Similiter & nos.


Augu. de trinitate. Videmus nunc, de deo. Per ſpeculum. i. per imaginem obſcuram. Videmus enim aliquas creaturas, in quibus aliqua ſimilitudo dei relucet, & hoc ſatis obſcure. Et, In ęnigmate. i. per obſcuram allegoriam. Attēde quod addidit in

Ibidem. ęnigmate, quod vtiq; multis incognitum eſt, quia eas literas neſciunt, in quibus eſt doctrina de locutionum modis, quos gręci tropos vocant, quo vocabulo etiam nos vtimur pro latino. Vt enim ſchemata vſitatius dicim⁹ quam figuras, ita viſitatius tropos quā modos. Eſt autem allegoria, tropus quidā huius tropi. i. allegoriæ ſunt plures ſpecies,

A quarũ vna eſt q̃ dicit ænigma. Aenigma vero eſt vt breuiter explicẽ, nõ omnis, ſed obſcura allegoria. Proinde quãtum mihi videt ſicut nomine ſpeciali imaginẽ ſignificauit ita nomine ænigmatis ſimilitudinẽ quãuis obſcurã, & ad perſpiciendum difficilem. Vtroq; igitur nomine ſimilitudines ſignificatę ſunt, q̃ valent ad intelligendũ deum. Licet obſcure. Nunc em̃ imagines veritatis per fidem videntur, tunc res ipſæ. Vel ſpeculum eſt anima, in cuius aliquo modo deum cognoſcimus. Sed in ęnigmate. i. obſcure. Tunc autem videbimus, Facie ad faciem. i. manifeſte a ſimili recto vultu ſe intuentiũ. Eſt em̃ quædam viſio huius temporis, erit altera viſio futuri, Iſta eſt per fidem, illa erit p ſpeciem. Et, Nunc non ſolũ alii, ſed etiam ego ipſe, Cognoſco ex parte. i. obſcure, imperfecte. Tunc autem cognoſcã Ambroſi.
B ſicut & cognitus ſum. i. videbo promiſſa ſicut videor a promittente, id eſt cognoſcam deum, ſicut & ipſe me cognouit. ſcilicet ſicut ipſe eſt. Hoc eſt pręſentem eſſe ad deum, vbi Chriſtus eſt. Vel, Cognoſcam ſicut & cognitus ſum. i. ſicut pręſcit⁹ ſum cognoſcere, quod mõ eſt ſecretum. Nũc aũt. q. d. Tunc cognoſcã, ſed n ſic vt ad id perueniã, Manẽt hæc tria. q. d. q̃ pauca ſunt, ſed multũ vtilia. ſ. Fides, ſpes, charitas, qb⁹ ſciẽtia & pphetia militãt, ſine qb⁹ nulli⁹ iuſti eſt vita pfecta, q̃ tñ in his, etiã cõparatione futuri imperfecta eſt, Maior autẽ his. Vel, Horũ eſt charitas, quæ his diſcedẽtib⁹ pmanebit aucta, cui fides & ſpes hic nõ poſſũt deeſſe, ſed fides & ſpes ſine charitate poſſũt eẽ, quãuis non ſit pia fides, vel ſpes ſine charitate. Et qa maior aliis ẽ charitas. Ergo. Au. de doctri. xpia.

C

CAPVT XIIII



Ectamini charitatẽ, æmulamini ſpũalia, magis aũt vt prophetis. Qui. n. loquitur lingua, nõ hominibus loquitur, ſed deo. Nemo enim audit. Spiritus aũt loquitur myſteria. Nã qui prophetat, hominib⁹ loqtur ad edificationẽ & exhortationẽ, & cõſolationẽ. Qui loquitur lingua, ſemetipſum ędificat, qui aũt prophetat, eccleſiã dei ędificat. Volo autẽ omnes vos loqui linguis. magis autem pphetare. Nã maior eſt qui prophetat quam qui loquitur linguis, niſi forte interpretetur, vt ecctia ędificationem accipiat.

Sectamini toto,desiderio, Charitatem, quæ est dulce & D salubre vinculum mentiũ,sine qua diues pauper est, & in qua pauper diues. Et, Aemulamini etiam,id est desidera
Ambrosi. te alia, Spũalia.i.alia dona spũs sancti.Sed post charitatẽ magis autem desiderate, Vt pphetis,quã loquamini linguis.i. magis prophetias quam linguas. Et ita vere faciendum est. Qui enim loquitur lingua,incognita & peregrina, Non hominibus loquitur.i. intelligentiæ hominum. Et ita ex hac re nullus est eis profectus, sed deo cuius laudes dicit,qui & intelligit,ideo non hominibus loquitur. Enim,id est quia. Nemo,qui sit, Homo,id est carnalis. Audit.i.intelligit quę dicit, Spiritus autẽ.q.d. Et quia nemo intelligit,certũ est quod non ipse homo, Sed spiritus sanctus loquitur,per eũ, Mysteria.s. de deo secreta. Vel
Augu.sup Genesim. ita, Qui eñ,vt aliter accipiatur lingua, & fiat distinctio E inter spiritũ & mẽtẽ,quia.n. in lingua.i. in membro illo corporis quod mouemus,in ore cum loquimur,signa rerũ dantur,non res ipsæ proferũtur. Ideo translato verbo linguam hic dicit prolationem, vbi sunt significationes velut imagines rerum,quæ vt intelligantur indigent mente. i. intellectu mentis: Dũ vero intelliguntur,dicuntur in spiritu,non in mente. Mens autem hic accipitur superior vis animæ,spiritus vis eiusdẽ,animę inferior mente, cui rerũ imagines imprimuntur. Lingua ergo est quælibet signorũ prolatio,quo cum intellectus accedit,quæ est mentis,vel reuelatio fit,vel agnitio,vel prophetia,vel doctrina: de quib9 subsequenter aget. Et sciendum quia loquens lingua, quando non intelligebat, aliquando intelligebat,sed aliis exponere non valebat,sed aliquis forte interpretabatur aliquãdo,& videbat,& intelligebat, & interpretabatur. Vt verbi F gratia, Pharao in spiritu vidit septem spicas, & septem boues,illorumq; prolatio,quasi lingua fuit,sed non intellexit
Augu.sup Genesim. quid significarent. Ideoq; propheta non erat. Proinde cui signa p aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu,si non intelligerentur,nondũ erat ppheta. Magisq; propheta dicẽdus est,q interpretatur quod alius videt,quã is qui videt Ioseph magis quam Pharao. Pharao vidit spiritu,Ioseph mente,illius spiritus informatus est vt videret imagines: huius mens illuminata, vt intelligeret veritatẽ,Et ideo in illo erat lingua, in isto pro-

A phetia, q̃a in illo rerũ imaginatio, in isto imaginationis in terpretatio. Minus est ergo propheta q̃ rerũ significatarũ solo spiritu prȩuidet imagines. & magis est propheta, q̃ solo earũ intellectu prȩditus est. Sed maxime propheta, q̃ vtroq; p̃cellit, vt qui videt in spiritu significationes, & eas mente intelligat, vt Daniel, qui & somnum regis quod viderat dixit, & quid significaret aperuit. Nam & ipsȩ etiã imagines in spiritu eius expressȩ sunt, & earum intellectus reuelatus in mente est. Secũdum hoc prosequere literam. q.d. Ideo magis desideranda est prophetia quam lingua, Quia, Qui loquitur lingua. i. q̃ profert aliqua signa sine intellectu, Non hominibus loquitur, sed deo. Hoc non mutatur. Et vere non hominibus. Nemo. n. audit. nec hoc mutatur. Spiritus autem, hominis non mens, Auguſt.

B Loquitur mysteria. Vel, Spiritu, alia litera, non mente, Loquitur, ille, Mysteria. Spiritus hic potest intelligi animȩ vis inferior, cui imagines rerũ & verborum insigniũtur. Nam &c. q.d. bene de isto dico quod nõ loquitur hominibus. Nam qui prophetat, mente intelligendo, & interpretationes aperiendo. i. qui exponit scripturas quȩ multis occultȩ sunt. Hominibus loquitur. i. intelligentiȩ hominũ. quod valet Ad ȩdificationem, insipientiũ, Et exhortationẽ. prouectorũ, Et cõsolationẽ, desolatorũ, Ideo item melius est prophetare quã loqui linguis. Quia Qui loquitur lingua, quod est loqui spiritu, Semetip̃m ædificat, si tñ intelligit. Qui aũt p̃phetat, q̃d est loq̃ mẽte, Ecclesiã ȩdificat, quãtũ ad se. Quãuis aũt sic p̃phetiã linguȩ prȩponã Ambroſ.

C tñ Volo vos oẽs loqui linguis, quod est donũ dei. Et ideo magis volo, nõ p̃hibeo, Magis, aũt volo vos, Prophetare, quã linguis loq̃, q̃a plus p̃dest. Quare magis volo hoc? Nã. i. q̃a, Maior est. i. dignior q̃ p̃phetat, Quã qui loquitur linguis. nisi forte interp̃tetur. i. exponere valeat, quod dicit, q̃d raro est. Interp̃tetur dico, Vt ecclesia accipiat ȩdificationẽ. [Nunc aũt fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita &

vos per linguam nisi manifestum sermonē dederitis, quo- D
modo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquen-
tes. Tam multa vt puta genera linguarum sūt in hoc mū-
do, & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis,
ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus
Sic & vos quoniā ęmulatores estis spirituum ad ędificatio
nem ecclesiæ, quęrite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lin
gua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spirit⁹ me⁹
orat, mens autem mea sine fructu est.] Nūc autem, dixi
quod maior est qui prophetat quam qui loquitur lingua.
Hoc autē in meipso autē videre potestis, quod lingua nō
prodest vbi prophetia prodest, Quia, o, Fratres si venero
nunc, quando fideles estis ad vos, Linguis loquens, qd vo
bis prodero? nihil. Quid ergo tunc lingua proderat, qn̄ in
fideles eratis? Quid inquam prodest, Vbi loquar vobis E
aut in reuelatiōe. s. vt exponam vobis reuelationē. Reuela-
tio est vbi p figuras ostenduntur quędā mysteria, vt in Apo
calypsi. Quid ergo pdest nisi signis. i. linguę accesserit in
tellectus, vt non spiritu tantū, sed & mente agatur? Nihil
Aut in scientia. s. vt exponam ea q̄ ad sciendū pertinēt, ea
sunt q̄ fidē illuminant, vt de natura deitatis, Aut in pphe
Ambros. tia. s. vt exponā scripturā q̄ de futuris agit. Aut in doctri-
na. s. vt exponam scripturas quę mores informant. Vel re
uelatio est, subita aliquarum rerum ostensio per spiritum
facta: vnde post ait, Si cui sedenti reuelatum fuerit &c. Pro
phetia est vt Esaię vel cęterorū, quā, sine humana īdustria
spiritus sanctus reuelat. Scientia est eorum quę proprio stu
dio didicit, doctrina eorum quę alio docente assecutus est.
Tamen &c. Per similitudinem quorundam inanimatorū F
ostendit linguas siue prophetias inutiles esse. q. d. Per me
ostendi linguam non valere sine interprete. Per me dico q
sum rationalis, tamen per inanimata idem possum osten-
dere. Quia quæ sine anima &c. Vel ita continua. q. d. Quā
uis linguas appetatis, tamen illa, Quę sine anima sunt vo-
cem dāti, scilicet, Siue tibia, siue cithara, nisi dederint di
stinctiones sonituū, distinctos & intelligibiles sonos. Quo
modo scietur quod canitur, tibia, Aut quod citharizatur
id est quis indicare poterit modos, vel consonantias can-
tilenę. Etenim, Item per aliam similitudinem idem ostē

A dit.q.d.vere de istis nescitur,quia nec de tuba. Etenim si tuba det incertam vocem. Iudęis erat vsus tubę in festis & bellis diuersis sonis. Si ergo det incertam vocem,scilicet quæ bellum nō significet, Quis parabit se ad bellū !q.d. Vox illa nescitur.i.non intelligitur, quod effect⁹ indicat, quia nemo se parat ad bellū. Ita & vos loquentes, Per linguā,quorūlibet signorū, vel incognitam, Nisi sermonem manifestū per interpretationē, Dederitis,qui debetis ad bellū cōtra dæmones homines hortari,Quomodo scient.i.intelligent, Id quod dicitur a vobis,nullo modo. Et vere nescietur, Eritis enim loquentes in aera.i.ad aures hominū inanis aeris ictu,nō ad corda hominum intellectu. Ideo eritis loquentes in aera,quia tam multa eritis loquentes, Vtputa,multa,sunt Genera linguarum,
B in hoc mūdo. Multę quidem sunt linguę in mundo, sed habent proprias significationes vocum vt intelligantur. vnde subdit, Et nihil est sine voce. Quod totum est dicere,tantum valet hęc locutio,ac si omnibus linguis loqueremini,quas nullus vnquam intelligeret, & de omnibus rebus in vnaquaque lingua, quia nulla res est sine sua voce, in vnaquaq; lingua. Vel ita distingue literā. Ideo nescit. Quia, eritis in aera loquētes.Nam multa vtputa, multa sunt,Genera linguarum,in hoc mundo. Et in singulis linguis nihil est sine voce,id est quia loquimini omnibus linguis,& de omnibus rebus. Si ergo,quasi dicat, quia alii sine interprete nō intelligerent.Ergo si, Nesciero virtutem vocis.id est,interpretationem significationis vocis quam profero, Ero barbarus,id est,non intellect⁹ Ambrosi.
C ei, Cui loquar,id est quē instruere debeo. Et ille qui loquitur,id est qui instruit,mihi est barbarus,id est non intellectus. Vel, Qui audit, Alia litera, cui sensui potest aptari etiam illud, Qui loquitur,vt passiue accipiatur: vt sit sensus, Qui loqt.i.qui instruit.Vel q audit,qd est idē, erit mihi barbar⁹.i.nec ipse me,nec ego ipsū ītelligo.Sic & vos,&c.q.d.Sicut dico de me qd ero barbar⁹ sine īterptatiōe,Sic & vos eritis sine interptatiōe,& io qrite, Vt abundetis,donis,ad ędificationē ecclię,qd est p interptationē.Hoc ideo dico. Quoniā estis ęmulatores spirituū, id est desideratis dona sancti spiritus. Vel sub vna distinctionę pōt legi,hoc modo. Sic,i. ppter hoc ne sitis bar

bari. Et vos.vt ego,quærite. Vt abūdetis ad ædifica D
tionē ecclesiæ,qm̄ æmulatores estis spirituū. Et ideo.q.d.
& quia ædificare debetis, Ideo & qui loquitur ling.oret
deū, Vt interpretetur.i.īterpretādi gratia sibi detur. Vel
Sic oret.i.sic loquatur, vt etiā, Interpretetur.i.expo-
nat. Na si aliter fecerit,nō valet,& hoc est quod subdit,
Nā si orem.i.loquar, Lingua,sine interp̄tatione, Spūs
meus.s.spūs sanctus a deo mihi datus, Orat.i. facit me
loqui.Vel, Spūs.i.ratio, Orat.i.facit me loqui,id quod
Ambrosi bonū esse putat. Vel spūs hic vocatur, vis animę inferior
Aug.sup mēte,vbi corporaliū rerū similitudines imprimuntur, vt
Genesim. verbi gratia, Spūs Pharaonis īformatꝰest vt videret ima
Ambrosi. gines. Mēs vero Ioseph illuminata est vt ītelligeret. Et est,
Spūs meꝰorat.i.vis illa animę inferior cui īpressę sunt
imagines rerū, Facit me loqui,mens autē mea.i. altera E
superior vis animæ. Est sine fructu.i.sine intelligētia ea-
rū rerū quæ dico,& ideo inde nō instruitur. Ita em̄ fit,si
lingua incognita quis loquatur:vel signa aliquarū rerū si-
ne intellectu proferat,sicut solēt Latini hoīes gręce cātा-
re,oblectari sono verborū, nesciētes tamen quid dicant.
[Quid ergo est? Orabo spū,orabo & mēte. Psallā spū,
psallā in mēte. Cęterū si benedixeris spū, quis supplet lo-
cū idiotę? Quō dicet amen super tuā benedictionē? Quo
niā q d dicas nescit. Nā tu quidē bene gratias agis,sed al-
ter nō ædificatur. Gratias ago deo meo quod omniū ve-
strū lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinq; verba sen-
su meo loqui,vt & alios instruā, quā decē millia verborū
in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia
paruuli estote, sensibꝰ autē perfecti estote. In lege em̄ scri F
ptū est. Quoniā in aliis linguis & in labiis aliis loquar po
pulo huic, & nec sic exaudient me, dicit dn̄s, Itaq; linguę
in signū sunt nō fidelibus,sed infidelibus, prophetiæ aūt
nō infidelibus,sed fidelibꝰ.] Quid ergo est? vtile. Quid
ergo est faciendū? Ecce, Orabo.i.loquar, Spū.i. volun
tate. Vel, Lingua,a spiritu sancto data, Orabo & men
Augu.sup te,id est intelligentia mentis. Vel, Orabo spiritu,orabo
Genesim. & mente,id est ita loqui approbabo vt & signa rerum for
mentur in spiritu,& eorum intellectus refulgeat in men-
te.sicut, Psallam spiritu,id est melodia cantus quod mi
nus est, Et, Psallam mente,id spiritali intelligentia,men

A tis, quod plus est, id est, sic psallam vt consonantiam vocis intelligam, & similiter concordiã in membris ecceſię esse debere. Cæterum. q. d. ita est orandum vel psallendũ vt dixi. Sed si aliter feceris, scilicet, Si benedixeris, id est, aliqua bona dixeris, spiritu, id est, lingua per spiritum data, Quis supplet locũ idiotæ, id est, illiterati & rudis. q. d. nullus. Nec etiam sapiens, quia non intelligit. Deinde aperiens, quis sit locus idiotæ, subdit, Quomodo dicet, aliquis, Amen. Hic est locus idiotæ etiam multum intẽtus, Super tuam benedictionem, vt intelligat eam, nullo modo. Quoniam quid dicas nescit. Nota quod hoc verbum amen, nec græcum est, nec latinum, sed hebręum, & interpretatur verum: cumq; posset dici, verũ, vbi dicitur amen, nec græcus tamen nec latinus interpres ausus est, Aug. sup Ioannem
B vel transferre ne vilesceret nudatum, sed honorem haberet velamẽto secreti. Nam & tu. q. d. Ideo dico super tuã benedictionem. Nam tu, &c. Vel ita continua. q. d. Hoc noto quod idiota habet locum. Nam hoc nõ noto, vel arguo, quod agis. Quia, Tu quidem bene gratias agis, in lingua. Hoc dicit ne donum spiritus videatur reprehendere. Agis gratias dico, Sed alter non ædificatur. Et ne forte quasi æmulus videretur dicere per inuidiam deprimẽs in aliis quod in se non haberet, ostẽdit omnium horum se loqui linguis, subdens, Gratias ago. Hic proponit se exemplum quod non deberent loqui linguis, nisi ad ædificationem, sicut ipse facit, qui omnes linguas nouit. q. d. nõ in vobis vitupero quod ipse nõ habeo Quod, id est quia, Ego loquor linguas omnium vestrũ, id est, qua loquitur Ambros.
C aliquis vestrum. Et inde. Gratias ago deo meo. Dico qđ omnium linguis loquor, Sed in ecclesia, cui esse debeo vtilis, Volo magis loqui quinq;, id est, pauca, Verba meo sensu, scilicet vt intelligam, Vt alios de fide & moribus, Instruam, quam decem milia verborũ, id est, infinita verba, In lingua, sic & vos, o, Fratres in ecclesia, agite, scilicet, Nolite effici, per imperitiam, Pueri sensibus, qui verba exprimunt quæ non intelligunt. Nolite ergo esse, Pueri sensib9, vt nõ intelligatis quæ dicitis sicut pueri, sed iuxta exemplum quod proponit dominus dicens, Efficiamini sicut paruuli. Estote paruuli malitia. Vt, scilicet, per innocentiam sitis remoti a malitia, vt sunt paruuli,

Sensibus autem perfecti estote, vt intelligatis plene quod D
dicitis, Et studeatis his quę prosunt fratrib⁹, quod est per-
Ambro. fectio sensus dicente Salomone. Scire legem sensus est o-
ptimus. In lege enim. Vel, Quidem. Ratio his ostendi-
tur quare non deberent quærere linguas, quia linguæ insi
gnum sunt infidelibus quod ipsi iam nõ sunt. Et nõ sunt
ad ędificationem quæ in ecclesia est necessaria iam fide-
libus. q. d. ideo ne quęratis linguas. Quia, Est in lege. i. in
prophetia Esaiæ, quæ hic dicitur lex. Scriptũ est hoc. Q̃m
&c. Vel, In lege. s. in Esaia, Quidem scriptũ est. Hoc. s.
Quoniam in aliis linguis, & in aliis labiis, id est diuersis
generibus linguarũ, Loquar, per apostolos, Populo huic,
scilicet Iudaico, & hoc faciam, vt vel sic exaudiant me,
Et nec sic, id est signo miraculi, exaudiant me dicit domi-
nus, in quo notat linguas esse datas in signum infidelib⁹. E
vnde subdit, itaq;, &c. q. d. quia linguis locutus est, vt hoc
signo crederent. Itaq; linguæ sunt in signum, non infide-
libus, qui crederent omnia posse deum, Sed infidelibus,
ad fidẽ nouitate miraculis mouendis. Vel, ita in lege, &c.
Dicit linguas quibus velatur veritas nõ esse appetendas,
quia etiã omnia velamina legis veteris dominus per pro-
phetã esse mutãda dixit, vt fidelibus pspicua fieret veritas
in nouo testamento, remoto legalium figurarum velami-
ne. Et hac similitudine ostendit linguas, quibus obtegitur
veritas, non esse appetendas: nec dari propter fideles, sed
infideles: sicut in veteri lege velamen erat, vt indignis &
infidelib⁹ velaretur veritas. q. d. Ideo ne quęratis linguas,
quia, Scriptum est, in lege, hoc, Quonia loquar po. huic, F
in aliis linguis. s. non de sabbato, & neomeniis, & circun-
cisione, & huiusmodi, sed nouũ test. Et aliis labiis. i. aliis
verbis. s. de spiritualibus, non de terrenis. Et nec sic ex-
au. me, di. dominus. Hoc de his dixit, quos pręsciuit non
credituros, quibus propter peccata non patet, vel non pla-
cet veritas. Ex hoc. Itaq;, patet, quod linguæ, aliquando,
Infi. sunt non fi. sed infi. quia dũ dat de⁹ loqui linguis sine
interpretatione significatur propter infideles hoc fieri, ne
eis reueletur veritas. Vel ita, Aliis linguis loqui, & aliis la
biis dicit parabolice & obscure loqui, qualiter incredulis
loquit̃ dñs: fidelib⁹ aũt in reuelatione veritatis. vnde dñs
apl̃is ait, Vobis datũ est nosse mysteriũ re. d. c. a. in para.

A Et velamine incognitę linguę obſcurantur ſermones dei, ne videantur a perfidis, & ideo lin gua nō eſt appetēda. & cōuenit id parte cū p̄cedēte lectione, vtraq; enim eſt Ambroſii. q. d. ideo ne q̄ratis linguas, quia, Scri. eſt in le. hoc, Q. m. l. po. huic maliuolo, In aliis lin. & aliis labiis q̄ fidelib⁹ & beniuolis, qui aūt in reuelatione qua indigni ſunt, ſed in parabolis dicit̄ eis euangeliū. Et ſic nō exau. me, di. dn̄s, ſicut nec digni ſunt. Itaq; a ſimili infert. q. d. quia parabolice & obſcure loquitur deus perfidis & maliuolis propter ipſorum malitiā. Itaq;, per hoc patet, Q, ling. in ſig. ſunt, nō fi. ſed infide. i. ſermones dei incognita lingua obſcuri ſunt, ne videantur a perfidis, vt cum audiuntur ſignū ſit, quia propter perfidiā factū eſt, vt audiētes nō intelligāt. Hoc vtiq; fit infidelibus, quib⁹ tegūtur ſenſus. Auguſt.

B Fidelibus vero conuenit prophetia, nō lingua incognita. Vnde ſubdit, Prophetię aūt, vt ſenſib⁹ perfecti ſint fideles, datę ſunt, Non infidelibus, ne ſanctum detur canib⁹: ſed fidelibus, vt ædificētur. [Si ergo conueniat vniuerſa eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantnr, intrent autem idiotę aut infideles, nonne dicent quid inſanitis? Si aūt oēs prophetēt, intret aūt quis infidelis vel idiota, cōuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta. n. cordis eius manifeſta fiunt, & ita cadēs in faciem adorabit deū, pronuncians quod vere de⁹ in vobis ſit. Quid ergo eſt fratres? Cum conuenitis, vnuſquiſq; veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, linguā habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiāt.

C Siue lingua quis loquitur ſecundū duos, aut vt multū tres & per partes, & vnus interpretetur. Si autē non fuerit interpres, taceat in eccleſia, ſibi autem loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cęteri diiudicent. Quod ſi alii reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant, & omnes exhortentur. Et ſpiritus prophetarū prophetis ſubiectus eſt. Nō. n. diſſentionis eſt deus, ſed pacis, ſicut & in oīb⁹ eccleſiis ſanctorū doceo.] Si ergo, Alia rō hic oſtēdit̄, cur nō deberēt loqui linguis tātū. q. d. quia linguę ſunt in ſignū, & non ſunt ad ædificationē, Ergo ſi vniuerſa eccleſia cōueniat in vnū, & oēs loquātur linguis, ſine interprete, Intret aūt quis idiota vel infidelis, nonne

dicet quid insanitatis(q.d.areptitii nanq; videbuntur cum D
alter alterũ nõ intelligat. Fit.n.tumultus quidã inconditus
multitudinis,quasi phrenesim patientis. Aut forte quandã
seductionem qui audiunt putabunt esse & vanitatẽ,q̃ ideo
Ambro. linguis canatur,quia pudoris sit si reueletur. Sicut fit apud
Paganos,quibus aliquo modo illa'quę ab eis vocantur,sa-
cra velãtur,ne se vanitatibus cernãt illudi. Oĩs.n.impostu
ra tenebras q̃rit, & falsa pro veris ostẽdit, sicut pagani te-
ctis vanitatibus illudũtur. Apud vos aũt nihli astute fucatũ
est,sed simpliciter & aperte vnº laudatur deº,quia si nul-
lº intelligeret,posset videri seductio, q̃ linguis caneret cũ
pudor esset reuelari. Si aũt.q.d. Si oẽs loquãtur linguis,il-
lud indõueniẽs sequit. Si aũt oẽs,viritim, prophetent.i.
exponãt. Intret autem quis infidelis aut idiota,ipse, Cõ-
uincitur suo errore, ab omnibº diiudicatur.i.damnabilis E
ostenditur ab omnibus. Et hoc ideo Enim.i.quia, Occul-
ta cordis eius,id est,peccata sua quæ nesciebant esse pecca
ta, Manifesta sibi fiunt,expositionibus illorum. Et ita ca
dens in faciem,id est,humiliãs se, Adorabit deum,qui se
sibi per vos notificauit, Pronuncians,ore,quod habet in
corde.s. Quod deus vere sit in vobis. Quid ergo. Iam
incipit determinare quomodo sit linguis vtendum. q.d.
Quãdoquidẽ hęc eueniunt de locutione linguarũ, Ergo
quid de eis,o fratres,agendũ est(s.hoc. Cũ conuenitis in
vnũ,vtimini linguis ad ędificationẽ, sicut cętera facienda
sunt, Nam vnusquisq; vestrũ habet aliquod donum,quo
potest vti ad ędificationem,ideo nullus se excuset. Verbi
gratia, Alius habet psalmum.i.laudem dei per canticum.
Ambrosi. Vel, Habet psalmum,id est,gratia dei psalmos intelligit. F
Alius habet linguã,alius doctrinã,de moribus. Vel, Do-
ctrinam,id est,spiritualem sensum per prudentiam. Alius
habet apocalypsim,id est reuelationem. Aliùs habet in-
terpretationẽ linguarũ vel scripturarum , Omnia autẽ,
hęc & alia,ad ædificationem fiant,id est,fieri debent. Si-
ue,&c.q.d. Cętera suis modis ad ędificationẽ agenda sũt,
lingua vero sic est vtẽdum. Siue quis.i.si aliquis, Lingua
loquitur secundum duos,fiat locutio, Aut secundnm tres,
vt multum sit,id est,duo vel tres loquantur, & non plures
quam tres,vt occupent diem loquentes linguis, & non sit
locus prophetis scripturas differentibus, qui totiº ecclesię

A sũt illuminatores. Dico vt locutio linguę fiat secundũ duos aut tres, & hoc idem fiat Per partes ecclesię. Vel vt vnus post alterũ loquatur, vel intercise, & vbicunq; vel quando cunq; quis loquatur, Vnus qui interpretetur. i. aliquis sit qui expõat populo. Si autem non fuerit interpres, taceat linguis, loquens. In ecclesia, vbi nihil debet esse, vbi ædificatio. Sibi aũt loquatur, linguis. i. tacite oret deũ. Sibi loquiť, qui cõpungitur ex his quę dicit. Et hic deo loquatur. i. ad honorẽ dei quem laudat vel honorat. Prophetę etiã duo, tantũ, Aut tres, dicant sigillatim, nõ plures, ergo debent esse qui linguis loquntur. Ideo dicit duo vel tres, quia sufficit sermo tot hominũ. Et in ore duorũ vel trium stat omne verbũ. Cęteri aũt, tacite, Diiudicent, quid dicant, an accipiendũ sit an nõ. Quod si aliquid, melius, Ambrosi.
B Reuelatũ fuerit. per spiritũ sanctũ, Sedẽti. i. illi qui audiebat, Prior, prophetãs, Taceat, & det illi locũ vt dicat. Quia datur aliquãdo inferiori. quod non superiori. Ideo dico vt det locũ. Potestis eñ omnes, etiã sedens, accepta prophetandi gratia, Prophetare, non tñ simul ne perturbatio fiat. Sed, Per singulos, vt ita ordinato vsu prophetiæ, Omnes, etiã maiores, Discant, & omnes, etiã minores, Exhortentur, alios, Et spiritus. q. d. loquens debet cedere sedenti, Et. i. quia, Spiritus prophetarũ subiecti sunt prophetis. i. spiritus sanctus, qui vnus est: sed pluraliter dicit, ꝓpter multos ꝓphetas quos replet, vel ꝓpter plura dona ei⁹: subiectus est prophetis vt quando volunt tacere, & quando volunt loqui possint, & nõ cogit eos, vt
C Phitonicus clamare aliqua vel subticere. Vnde si prior nõ cedit, videtur non esse spiritus dei. Subiectus etiã dicitur spiritus dũ suggerit. & iuuat bonos conatus. Non. n. q. d. Vere subiectus est. Quia. Non est dissensionis deus. i. discordię author. Sed pacis, & ideo alter cedat alteri. Dissẽsionis autẽ deus esset, si quos replet simul loqui cõpelleret quod non facit: potius facit, vt alter alteri cedat: aliter dissensionis esset, & non pacis, Hęc autem de ordinabili vsu linguarum & prophetię. sicut in nostra ecclesia doceo. Et ita vobis dico, Sicut in omnibus ecclesiis, etiam sanctorum doceo. q. d. non est nouum, vel singulare quod vobis dico. Ideo firmiter tenete. [Mulieres in ecclesiis taceãt, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & Ambro.

lex dicit. Si quid autem volunt dicere, domi viros suos in D
terrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An a
vobis verbũ dei processit aut in vos solos peruenit? Si quis
videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scri-
bo vobis, quia domini sunt mandata. Si quis autẽ ignorat
ignorabitur. Itaq; fratres æmulamini prophetare, & lo-
qui linguis nolite prohibere, Omnia autẽ honeste & secũ
August. dum ordinẽ fiãt in vobis.] Mulieres. Q.d. & si dixi qđ
potestis omnes prophetare, tamen Mulieres taceant in
ecclesiis, vt nec loquantur linguis nec prophetent. Non. n.
permittitur eis, ab aliqua authoritate, Loqui, in ecclesia,
Sed, poti⁹ pręcipit. Esse subditas viris, quod velũ innuit
Sicut & lex dicit, in Genesi, sub viri potestate eris, & ipse
dominabitur tui. Si quid autẽ volunt discere, interogent
viros suos, & hoc domi, tantũ. Turpe est enim mulieri B
loqui in ecclesia quia contra discplinã ecclesiasticã est. Et
quia pro peccato quod induxit mulier, semper debet vere
cundari. An a vobis. Quia forte de linguis & prophetia
quibusdã apostolus nõ recte locut⁹ fuisse videretur, ne ali-
ter ordinare presumerẽt, quia & in aliis suas institutiões
mutauerãt, subditur increpatio qua arguit eos. Quasi suis
institutionib⁹ dimissis aliquas nouas vellent inducere qđ
non possent. Quia ab eis non processit verbũ dei nec soli
acceperunt. quod ait sub interrogatione, ita, An a vobis?
Ambrosi. Quasi dicat non debetis mutare quod tradidi. Quia, An
processit verbum dei a vobis, ad nos, imo a nobis ad vos.
Ideo ita argui t eos, q a sic se iactabãt Corinthii, quasi bñ
ficiũ darent accedẽtes ad fidẽ, nõ acciperẽt, & exẽplo eo- F
rum cęterę gẽtes vocarent ad fidẽ. Ideo illos iterũ arguit
subdens, Aut in vos solos peruenit verbũ dei. Quasi di-
cat, nõ, imo in alios plures, Et ideo quod alii tenẽt, tenete.
Ideo sic arguit eos, quia tales se præbebant elatione vani-
tatis. Quasi si ipsi nõ obedirent verbis fidei, nemo crede-
ret. Si quis videt propheta esse, aut spiritualis &c. Quasi
dicat, Itẽ ideo mea præcepta tenere debetis, quia quæ scri
bo vobis, Mandata, domini sunt, & oportet vt ita. Co-
gnoscat ea esse si quis vere est propheta, aut spiritualis vt
videtur esse. Alioquin si cõtra vadit, nec propheta est nec
Ambrosi. spiritualis. Hæc dicens tangit pseudo apostolos, qui pro
desideriis hominum non diuina, sed terrena docebant.

A Ideo dicit propheta vel ſpiritualis,quia ſunt ſpirituales q non ſunt prophetę.qui non habent notitiā de futuris. Si quis autem.q.d.mandata ſunt dei quę ſcribo. Sed ſi quis ignorat,hæc eſſe mandata dei,& nō vult credere eſſe mā data dei, Ignorabitur,a deo in futuro.i.reprobabitur,& nō cognoſcet eſſe inter ṗdeſtinatos , vt in euagelio legit, dominus dicturus malis, neſcio vos.i. non noui vos eſſe meos vel inter prędeſtinatos. Et recte qui neſcit domini eſſe qui dicit apoſtolus,& ipſe a domino ignorabit in die iudicii. Vel ita, Si quis &c. ſolidā vult eſſe apoſtolꝰ ſciē tiam ſpiritualiū quę docet,& ſpiritualiter debere intelligi ſcines,ait, Si quis.q.d. Tenete quod dixi, & ſpiritualiter & vere hęc intelligite. Et hoc eſt quod ait, Si quis vide tur propheta eſſe aut ſpiritualis.i.ſi quis eſt quod videtur, Aimo. August Aug.ſup Ioannem

B cognoſcat,id eſt vere & ſpiritualiter intelligat, Quę ſcri bo vobis,quia vere ſpiritualia ſunt. Per hoc innuit diffici lia eſſe verba epiſtolarū,cū a propheta vel ſpirituali iubet cognoſci. Et nota quod ait, Si quis videtur propheta aut ſpiritualis,quod vtiq; nō eſt ſi non ita eſſe cognoſcit, Qui ēm vere eſt,ita eſſe cognoſcit.& ideo cognoſcat, Quia do mini ſunt mādata. Si quis autem,hęc, Ignorat, ignorabi tur,nō de omnibus quæ ſcripſit.dicit hęc apoſtolꝰ,tanquā iſta poena ſint illi plectēdi,qui non valent diſcernere ineffabilē trinitatis vnitatem. Puſilli ēm in Chriſti cruce glo riantes,& ſi ignorant,quę ſubtiliſſime diſſerunt,tamē ad gloriā perueniunt,quia nō perit vnus de puſillis,pro qui bus mortuus eſt Chriſtꝰ. Non igitur hoc dicit de his quæ vix ad paucorū intelligentiam,eamq; exiguā quantulacū Augu.ad Encodiū

C que in hac vita de re tanta eſſe poteſt,perueniūt,ſed de ṗ dictis quę fidem & mores ędificant.ſ. vt linguis prophetia pręponatur,vt illa non perturbate agantur, Quaſi ṗphe tię ſpiritus etiā inuitos loqui cogeret, vt mulieres taceant in eccleſia, vt omnia honeſte & ſecundum ordinem fiāt. Coercet ergo & ad pacificū ordinem reuocat inquietos, tanto ad ſeditionē faciliores, quāto ſibi videbātur ſpiritu excellentię,cum ſuperbiēdo cuncta turparent. Et eſt. Si quis ignorat,hęc ṗdicta,ſiue magnꝰ,ſiue paruꝰ ſit. Igno rabit.i.improbabit. Non ēm ſi ad ſcientiā referas ignorat deus aliquos,vel aliqua, qui tamen in iudicio dicet. Non noui vos:ſed eorum improbatio hoc verbo inſinuata eſt. Auguſt.

Ambrosi. Itaq;.q.d.quia interpretatio ędificat. Itaq;,o,fratres æmu D
lamini.i.desiderate, Prophetare,& tamen loqui linguis Nolite prohibere,ne fiat dissensio. Omnia autem .q.d. Dico nolite prohibere, Sed omnia tam hęc quã alia facite in vobis,non pueriliter sed honeste.s.cum pace. Et secũdum ordinem prędictũ,vt vtilius minus vtili pręponatur.

CAPVT XV.



Otum autem vobis facio fratres euangelium, quod ꝓdicaui vobis,quod & accepistis, in quo & statis,per qđ & saluamini,qua ratione prędicauerim vobis si tenetis,nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod est accepi,quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas,& quia sepultus est,& quia resurrexit tertia die secundũ scripturas, & quia visus est Cephæ, & E post hoc vndecim. Deinde visus est plusquã quingẽtis fratribus simul,ex quib⁹ multi manẽt vsq; adhuc,quidã autẽ dormierunt. Deinde visus est Iacobo,deinde apostolis oĩbus. Nouisse autẽ omniũ tanquã abortiuo visus est & mihi. Ego eñ sum minim⁹ apostolorũ,qui non sum dignus vocari apostolus,quoniam persecut⁹ sum ecclesiam dei.

Ambrosi. Notum autem. Finito tractatu de donis spiritus sancti agit de resurrectione mortuorũ. Hac vtiq; causa, quia cũ ipso docente recte credidissent de ea postea tamẽ quorũdã prauiloquiis corrupti ab hac fide recesserant. Ipsã ergo futurã ꝓbat primo per resurrectionẽ Christi, deinde per alia multa.q.d.de spiritualib⁹ hucusq; docui. Sed modo o fratres facio vobis notũ euangeliũ, de resurrectione F mortuorum,quod iam Prædicaui vobis.q.d.non est nouum. Quod & accipistis.i. dignum acceptione iudicastis In quo & statis, id est stare dat vobis qui sine eo caditis. Per quod & saluamini,iã exercitudine spei, & saluabimini in futuro in veritate rei & speciei. Si tñ retinetis qua ratione ꝓdicauerim vobis.i.si tenetis illud euãgeliũ de resurrectiõe mortuorũ ea ratione qua confirmaui vobis.i. per resurrectionẽ Christi tenetis dico nisi frustra credidistis,id est aut tenetis resurrectionẽ mortuorum, aut in cassum est fides,quæ non accipitur nisi spe resurrectionis Vel ita, Nisi.q.d.saluabimini dico, Nisi frustra credidistis, Illud idem quod prędicaui vobis ad confirmationem

A resurrectionis mortuorũ. Tradidi.n. istud, vobis in primis.i.inter maxima,& adhuc trado,quod & accepi a spiritu sancto non finxi.s. Quoniam Christus mortuus est,nõ pro sua necessitate,sed Pro peccatis nostris. Et hoc dico, Secundum scripturas veteris test. quæ mortem Christi futuram cecinerunt. Vnde Esaias,Vt ouis ad occisionem ductus est,Et item,Tolletur a terra vita eius ab iniquitatibus populi mei. Ductus est ad mortem, Et, etiam,tradidi qa sepult⁹ est,& hoc similieer secundum scripturas. Ait enim Esaias, Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua, Et item, Erit(inquit)sepulcrum eius gloriosum, Et etiam tradidi quia resurrexit, probata vera morte, & hoc tam cito.s. Tertia die,vt ea potestate credatur nos posse suscitare. Et hoc dixi, Secundum scripturas. Inquit.n.Osee, B Post biduum viuificabit nos, & in die tertio resurgemus, & viuemus in conspectu eius. Si autem mortuus & sepult⁹ resurrexit,ne dubitetis mortuos & sepultos resurgere. Et, etiam tradidi,Quia visus ẽ,post resurrectionẽ, Cephæ.i. Petro priusq̃ alıis viris, quibus apparuisse legitur in euangelio. Aliter contrarium esset quod primo mulierib⁹ apparuisse legitur. Et post hæc, visus est, Vndecim,Apostolis in conclaui. Alia litera,habet Duodecim,quod per synecdochen accipitur. Vbi enim pars maior est aut potior,solet eius nomine etiam illud comprehẽdere quod ad ipsum nomen non pertinet:qualiter illud dictũ est,Nonne ego vos duodecim elegi,cum tamen Iudas de electis non esset:ita & hic dicitur. Hunc enim numerum verum cum articulo Græci codices habẽt,vt non quicunq;.xii.sed illi in eo nu- C mero intelligantur:sed vndecim nonnulli codices habent, quod credo perturbatos homines emẽdasse,neutrum tamẽ veritati repugnat. Deinde visus est plusq̃ quingentis fratribus,simul,hoc nõ in euãgelio legit, Ex q̃bus multi manẽt vsq; adhuc.q testes sunt si queritis ab eis. Quidã autẽ illor ũ,dormierũt.i. mortui sunt,in hoc testimonio pmanẽtes, Deiñ visus ẽ Iacobo,singulariter, nec hoc in euãgelio est. Deĩde apłis oĩbus,apparuit in ascẽsione. Nouissime aũt oĩm.s.post ascẽsionẽ, Visus est & mihi,primũ de cęlo post orãti in tẽplo. Mihi dico, Tãq̃ abortiuo.i.simili abortiuo,quia coactus est ad deum conuerti, vt abortiuus cogitur nasci. Vel abortiuus dicitur,quia extra tempus natus,in

Ambrosi.

Aimo.

Ambrosi.

Augu. de consensu euãgelist.

Augus. in li.q̃st. sup Geñ.

Augus. de cõsensu euãgelist.

Ambro.

Christo apostolatum accepit iam Christo in cęlum assum D pto. Abortiu⁹ enim dicitur qui extra tempus legitimum & congruũ nascitur, id est, anteq̃ debeat, vel post. Sic & Paul⁹ hic dictus est abortiuus, quia tardius natus est in Christo q̃ debuisset. Vel similis abortiuo dicitur, quia mĩor aliis apostolis erat consideratione pręteriti status, vel tempore. Vnde subdit, Ego enim &c. q. d. recte post omnes apparuit mihi, quia Ego sum minimus apostolorum, consideratione pręteritorum. & dicit hoc causa humilitatis. Vel minor erat aliis tempore vocatione, quia vltimus vocatus est, non dignitate, labore, pręedicatione. Qui etiã non sum dignus vocari Apostolus, si mea praecedentia attendantur merita. Vnde subdit, Quoniam persecutus sum ecclesiam dei, fit mius testimonium est ab inimico, quod ante fuerat Aplus. B [Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia dei mecum. Siue enim ego siue illi, sic praedicauimus, & sic credidistis. Si autem Christus prędicatur ꝙ surrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum nõ est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit, Si aũt xp̃s nõ resurrexit, ianis est ꝑdicatio nostra inanis est & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes dei, quoniam testimoniũ diximus aduersus deum ꝙ suscitauerit Christum quẽ non suscitauit: si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt. neq; Christus resurrexit. Q; si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Adhuc eñi estis in peccatis vestris. Ergo & q dormie- E runt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantũ in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.] Et quasi qs q̃reret, Si nõ est dignus vocari Apostolus, cur ergo Apostolus? Respondet. Gratia dei sum id quod sũ. i. Apostolus. Deo dat gloriã q eũ elegit, nõ sibi. & recte gratiã nominat. Primũ. n. sola gratia dat deus, cum non ꝑcedãt nisi mala merita, sed post, per gratiã incipiunt bona merita. Meritũ. n. fuit in Paulo cũ ꝑsequebatur ecclesiã dei, sed malũ. Cũ ergo haberet hoc meritũ malum redditũ est ei bonũ pro malo, quod ostẽdit cũ ait, Gratia dei sum id quod sum. Et vt ostederet etiam liberum arbitriũ, addit, Et gratia eius. i. apostolatus, In me non fuit va-

Ambrosi. Aimo. Aimo. Ambrosi. Au. de grã & libe. ar.

A cua.i.est ociosa,qa propter hoc quod persecutor fuit non minor gratia fuit ei in Apostolatu. Nō fuit vacua dico, Sed abundantius omnibus illis, sigillatim laboraui, quia in tot populis in quot illi non laborauerūt, hoc tamen magis impletum est, quia & de opere manuum vixit, nec euangelio minus fecit. Et ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur aliquid posse, subdit. Nō ego autē, solus sine gratia operor, Sed gratia dei mecum.i.cum libero arbitrio. Plane cū data fuerit gratia incipiunt esse merita nostra bona. Per illā tamen, quia si illa se subtraxerit, cadit homo, Siue enim. q.d. mortuuus surrexit, & vere, quia Sic p̄dicam⁹.s. Christum surrexisse, Siue ego siue illi, alii apostoli. Vel ita cōtinet. q.d. laborauimus ego & alii apostoli, & vere, quia in hac p̄dicatione. quod ita ait, Siue.n. ego siue illi si c p̄dicauimus, vbique.s. Christum surrexisse, & vos sic credidistis arguit eos, quia cum hæc fides manifesta sit apud omnes ecclesias, illi inde desciuerāt. Vel ita cōtinet. q.d. Vere per gratiam hoc habeo, quia Siue ego siue illi.i. ego & illi. Sic.i. p gratiā, Prędicauimus. Et, vos, Sic.i. per gratiā Credidistis. Si aūt. Hucusq; ostēdit Christū resurrexisse, nūc p resurrectionem ei⁹ probat resurrectionē mortuorū. q.d. Ita cōstat Christum resurrexisse a morte. Si autem. hoc est.s. si Christus Resurrexit a mortuis, qui est efficiēs causa resurrectionis mortuorū, Quod predicatur, ab omnibus veris apostolis, Quomodo dicūt quidā, in vobis, Quoniā resurrectio mortuorū non est futura. Si autē. q.d. Dicunt quidā non esse futurā, sed si hoc est.i. Si resurrectio mortuorum non est futura, dicēdum est quod Neq; Christus resurrexit, q totū p̄pter suos fecit, hæc pseudo apostoli tradiderant, qui negabant veritatē dicentes Christū nec venisse in carnem, nec passum, nec resurrexisse. Si autem Nequis neget resurrectionem Christi, subdit inconueniētia dicēs, Si autē Christus nō surrexit, prædicatio nostra est inanis.i. inutilis. Et fides vestra, similiter est Inanis.i. inutilis, cum nulla remuneratio sit futura, quod vos non vultis, Inuenimur autem. & non solum hoc inconueniens sequit̃, sed etiā hoc aliud, quia nos apostoli qb⁹ omnes credunt, Inuenimur falsi testes dei, qui de falsa laude sua irascitur. Quoniam diximus testimoniū aduersus deum.s. q & suscitauit Iesum Christū, quem non suscitauit, si mortui

Augustl. Ambros. Augu. sup Joannem Augustl.

B

C Ambros.

non resurgunt, Perhorrendum est aliquid falsi de deo di- D
cere, & si ad laudē ei videatur ptinere, quia nō minori sed
Augu. ad maiori fortassis scelere in deo laudatur falsitas, q̄ vituperat
Hieronī, veritas. Nā si. q. d. Deus non suscitauit Iesum si mortui nō
resurgunt. nam non resurrexit si illud est. quod ita dicit,
Nam si mortui non resurgūt, neq; christus resurrexit. Q;
id est sed Si Christus non resurrexit, tūc, fides vestra va-
na est. i. falsa, non tantū inutilis. Adhuc em̄. q. d, Vere fal-
sa est fides, si Christus non resurrexit. Quia adhuc. s. post
baptismum estis, In peccatis vestris, quę remissa fore cre-
debatis. Sunt hæ verę connexiones ratiocinationis, falsas
Au. de do tsi habentes sententias. Hæc autem & alia ideo inserūtur,
ctri. xp̄ia. vt hic erubescat, cuius errorē hæc sequuntur, quę etiā ipse
dānat. Ne ergo in hoc errore remaneant. Ergo. Adhuc
subdit aliud incōueniēs. q. d. & quia vos estis in peccatis, E
Ergo & q dormierūt in Christo. i. q mortui sunt in fide
Christi, fuerunt in peccatis. Et ideo perierunt, per hoc,
verecundiā illis incutit & terrorem. Si i hac &c. Aliud in
conueniens hic ostendit. q. d. & si Christus non resurrexit
Nos sumus sperantes in Christo. i. in fide Christi. Tan-
tum in hac vita, vt resurrectionem futuram non speram⁹
& si hoc est, Tunc miserabiliores sumus omnibus homi
nibus, qui vel hoc seculo fruuntur. [Nunc autem Chri-
stus resurrexit a mortuis primitię dormientium, quoniam
quidem per hominē mors, & per hominē resurrectio mor
tuorum. Et sicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Chri
sto omnes viuificabunt. Vnusquisque autem in suo ordine
primitię Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduē-
tum eius crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum F
deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & po
testatem & virtutem.] Nunc autem. q. d. si Christus nō
resurrexit, hęc inconuenientia sequuntur, sed pro his incō
uenientibus vitandis, nunc apparet, Quod Christus re-
surrexit a mortuis, qui est primitię dormientium. i. ideo di
cuntur dormientes, quia facile & integri de morte tanquā
de somni dormitione resurgēt, quorū primitiæ dicit Chri
stus, qa prius aliis tēpore & dignitate surrexit. Quoniā
quidē. q. d. per Christum hominem poterunt resurgere,
Quoniā per hominē quidē multo, minorē venit mors, &
si hoc est ergo, Et per hominem, potest fieri, resurrectio

A mortuorum, Ecce primitię, homo, & homo: homo ad vitam, homo ad mortem: & ille non nisi homo, iste deus & homo. Quis autem ille quis iste, supponit. Et sicut.q.d.p quē venit mors, p quē resurrectio? Ecce. Et sicut omnes moriūtur, corporali morte. In Adā, quia eius filii sunt a a quo mortē & mortis meritū traxerunt: Ita & omnes viuificabuntur in Christo, quia eius filii sunt spirituali regeneratione. Attende quomodo ait omnes mori in Adam & omnes viuificari in Christo, quia nemo ad mortem nascitur nisi per illum. nemo ad vitam nisi per istum. Quia sicut per Adam omnes mortales i pœna facti sūt filii seculi, ita & p xp̄m omnes immortales in gratia fiunt filii dei. Nemo quippe ambigit hoc de morte corporis dictū, quoniam de resurrectione corporis agebatur. Vnusquisq; au

Augusti. sup Ioan.

Augus. ad dardanū.

Augus. ad Optatum

B tem.q.d. hoc omnes cōmuniter habebunt. s. ꝙ resurgent sed tñ different. Quia vnusquisq; resurget in suo ordine? id est in sua dignitate, martyr vt martyr, Apostolus vt Apostolus, sic & cęteri. Primitię &c. Ordines hic exponit, vt de re certa, & tēpora qñ factū sit, & quando futurum sit vt resurgant mortui. Primitię. i. primus tēpore, & maxim⁹ dignitate Christus est, qui prior resurrexit vt fidem faceret & formam daret credentibus. Deinde omnes. Hi q sunt Christi. s. qui in Christum credunt, q minus eo digni sunt resurgent posteriores tempore, & dignitate minores, & q sunt Christi exponit dicens, Qui crediderunt in aduentum eius. i. ipsum ad remunerandos bonos venturum. Vel in libro talis litera habetur. Deinde, Qui sunt Christi in

Ambrosi.

C aduentu eius. s. resurgent. i. cum venerit ad iudicium. Deinde erit, finis. i. consummatio, hoc ponit ad commendationem resurrectionis, qua impleta & finis erit mundi, & cōsummatio omnium. & hoc erit, Cum Christus tradiderit. i. repręsentauerit, Regnum. i. illos quos in bonis operibus rexit, Deo creatori suo inquantum est homo, & patri suo, inquantum est deus. Ideo autem dicitur tradere patri vt ostendatur, quia alia persona est filius q̄ pater. Non ergo sic arbitremur Christū traditurū regnū deo & patri, vt adimat sibi, quod quidam vaniloqui crediderunt. Cum.n. dicitur tradiderit regnum deo, non separatur ipse vel spiritus sanctus, quia simul cū patre vnus est deus filius & spiritus sanct⁹. Quid ergo est, Cū tradiderit regnū deo & pa

Augusti. de trinit.

tri, quasi modo nõ habeat regnũ deus pater? Sed hoc ita di D
ctũ est, Cum tradiderit regnũ deo & patri. i. cum perduxe
rit credentes ad contẽplationẽ dei patris, vbi est finis om-
Augu. sup nium, & requies sempiterna, & gaudium, ergo tunc erit fi-
Ioannem nis, cum regnum. i. quos redemit sanguine filii tradiderit
contẽplando deo & patri, non quod ipse adimat sibi, qa
vnus deus est cum patre. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in
Augu. de regno patris eius. Regnũ fulgebit in regno, cũ regno vene
trinitate. rit regnũ, quod nũc, oramus, cũ dicimus, Adueniat regnũ
tuũ. Tradet ergo regnum patri, qñ regnũ quod seminauit
Aug. i ps. cũ venit minor patre, pducet ad speciẽ in qua ęqualis nõ re
xxi. cessit a patre. Fideles qppe ei⁹ quos redemit sanguine suo
dicti sunt hic regnũ eius, cui⁹ regnũ etiã est omnis creatu
ra. Sed aliter dicitur regnũ Christi omnis creatura, aliter
ecclesia, Regnũ Christi dicit̃ oĩs creatura secũdũ potestatẽ E
deitatis, ecclesia vero secundũ proprietatẽ fidei, quę de illo
est. Et est sensus, Cum tradiderit regnum deo patri. i. cum
perduxerit illos ad conspectum deitatis in quib⁹ nunc re-
gnat deus per fidẽ quia tunc reuelabitur a filio pater. Vñ.
Aug. i lib. Nemo nouit patrẽ, nisi filius, & cui fi. vo. re. vbi & essentia
qõ. lxxxiii filii cum patre, & spiritu sancto videbitur, quod solis mun-
dis cordibus dabit̃. quę est summa beatitudo. Vel ita, Cũ
tradiderit regnum deo patri. i. cum patrem regnare mon-
strauerit quod modo creditur. Tunc vero per speciẽ ma-
nifestationemq; clarescet, & tunc erit finis, Cum euacua
uerit omnẽ principatum & potestatẽ & virtutẽ. Dum du-
rat mundus, angeli angelis pręsunt, dæmones dæmonib⁹,
homines hominibus, ad vtilitatẽ viuentium vel deceptio-
nem, sed omnibus collectis, iam omnis prælatio cessabit F
quia necessaria non erit. Hanc autem prælationem dicitur
Christ⁹ euacuare, quia suos omnes in regno exaltabit, qui
hic humiles fuerunt, sicut ipse ex humilitate regnat, quam
habuit. Distingue. Principatum, dicit maiores. Et pote-
Aimo. statem, dicit minores, Virtutem illos qui miracula faciũt,
vel fortes homines. Sed tunc cessabit omnis creaturæ præ-
latio in angelis & hominib⁹, cessabit timor, regnabit cha-
ritas, nõ erit inter psidentes & subditos vlla dissensio. Vel
ita, Cũ euacuauerit omnẽ principatũ & potestatẽ & vir
tutem, quia tunc notum erit omnibus, nihil horũ aliquos
terrenos vł cælestes habuisse ex se, sed ab illo ex quo sũt oĩa

A [Oportet aũt illum regnare, donec ponat oẽs inimicos sub pedib⁹ ei⁹. Nouissime aũt inimica destruet mors. Oĩa eñ subiecit sub pedib⁹ ei⁹. Cũ aũt, dicat, oĩa subiecta sunt ei, sine dubio pręter eum qui subiecit ei omnia. Cum autẽ subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiect⁹ erit illi qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnib⁹.]

Oportet aũt illũ. q. d. Tũc aperte regnabit, sed interim, Oportet illũ regnare occulte, quia aliter scripturę falsę essent: & qui modo regnat poterit suos suscitare. Oportet regnare dico, Donec ponat, in futuro. Oẽs inimicos sub pedibus. Vel ita. q. d. tradet regnũ, euacuabit potestatem: sed Oportet illũ regnare. i. regnũ ei⁹ interim manifestari, Donec ponat oẽs inimicos, volũtarios vel coactos, Sub pedib⁹. i. sub plena subiectioue, vel Sub humanitate sua, vt ipsam reuereantur & honorent, & Christũ hominem deũ & regẽ oĩm agnoscant. Et est sensus. Interim oportet regnũ ei⁹ manifestari, donec eũ regnare fateantur oẽs inimici ei⁹. s. & illi qui ex iniustis iustificãtur, & ei fide subdũtur, & illi qui ad iustorũ beatitudinẽ nõ pertinent, quia & ipsi eum regnare ipsa regni eius manifestatione cõfusi fatebuntur. Attẽde quod ait, Donec ponat, &c. Nõ enim ita dictum est, quasi cũ posuerit inimicos sub pedibus nõ sit postea regnaturus, sed ad tantã euidẽtiã regnũ perducet, vt inimici nõ audeãt negare quod regnet, quo ampli⁹ nõ erit manifestius, & si amplius duret. Aliud est nõ ampli⁹ manifestari, aliud non amplius permanere, Non ampli⁹ manifestari est, non fieri manifestius: nõ amplius permanere, non esse perseuerantius. Quãdo aũt manifesti⁹ erit regnũ Christi, q̃ cũ omnibus claruerit inimicis? Dicendo ergo, Donec, maiorẽ excludit manifestationẽ regni non ampliorẽ pmanẽtiã, ita etiã dictũ est, Oculi nostri ad deũ, donec misereatur nostri. Nõ vt tũc auertãtur cũ misertus fuerit, sed vt nihil amplius inquirant. Inter alia vero cõstat q̄ & potestatẽ suscitandi habet, vnde subdit, Nouissima aũt. Iterũ aũt cõmendatio resurrectionis est hic. q. d. Modo regnat Chbist⁹, & tũc regnabit. Tũc aperte regnabit, sed interim oportet eũ regnare. Sed mors inimica, cui inimicamur, vel ipsa nobis. Destruet nouissima, qa nõ erit qd destruat, postq̃ mortale hoc ĩduerit immortalitatẽ, quia amplius nõ dissoluẽtur hoĩes sicut hęretici arbitrãt.

Augu. in lib. q̃st. 83
Aimo.
Augu. in lib. q̃st.

B
C

Omnia enim.q.d.omnia ponet sub pedib⁹, quod vtiq; po D
terit,quia scriptura dicit,ꝙ de⁹ pater, Subiecit oĩa sub pe-
Augu.in dibus eius.i.Christi,vt etiam mortẽ destruat. Cum vero
lib.q̃st.83 q subiecit oĩa,sine dubio patrẽ vult intelligi, sicut in euan
gelio multis locis Christus ad patrẽ refert q̃ habet,nõ so-
lũ propter formã serui, sed etiã propter principiũ de quo
est,& de quo ęqualis est ei,de quo est. Hęc autẽ scriptura
quõ ĩtelligi debeat ostẽdit subdẽs,Cũ aũt scriptura dicat,
illud cõstat ex ei⁹ authoritate qđ oĩa sine dubio, Subiecta
sunt ei.s.Chr̃o, Pręter eũ.i.deitatẽ ei⁹ qui subiecit ei oĩa.
Qui sicut ex nullo est:ita nulla ratione põt alicui⁹esse sub-
iect⁹. Ipse.n.principiũ est oĩm. Cũ aũt.q.d.de⁹ nõ est ei
subiect⁹, sed poti⁹ ipse deo secũdũ quod est homo, quod
Augusti. ita ait, Cũ autẽ subiecta fuerint illi.i.filio. Oĩa,tunc etiã
in ipsa ꝑlatione, Ipse fili⁹,secundũ quod homo,subiect⁹ E
Augu.in erit cũ corpore suo quod est ecclesia, Illi qui subiecit,sibi
lib.q̃st.83 oĩa. Intẽde qđ ait cũ fuerit subiecta, nõ ideo dicit hoc q̃n
& mõ subiecta sint. Et quod ait,& ipse subiect⁹ erit,non
hoc ita dicit,quin & mõ subiect⁹ sit,sed quodã genere lo-
cutionis vtit̃,qđ plerũq; loquit̃ scriptura,vt qđ semper est
tũc in aliquo fieri dicatur,cũ cognosci incipit ab eo, vt cũ
nomẽ dei semper semen sit,dicitur tamen in oratione do
minica, Sanctificetur nomen tuũ.i. sanctũ esse innotescat
Ita etiã supradictũ est cũ tradiderit.s.deo & patri.i.cũ pa
trem regnare mõstrauerit.simpliciter & illud, Euacuabit
omnẽ potestatẽ,&c.quia tũc oĩb⁹ erit notũ nihil per se ha
buisse potestatis terrenos vel cælestes nisi a deo, ex quo
sũt oĩa. Tũc.n.nulli spes aliqua remanebit in aliquo prin F
cipe nisi in deo. Et est sensus, Cũ oĩa subiecta illi fuerint,
id est subintellecta esse innotuerit. Tũc & ipse subiectus
erit illi, qui sibi subiecit.i.innotescet illi subiectus esse se-
cundũ formã serui,cui est æqualis secundũ formã dei. Vt
sit.q.d.tunc erit subiectus. ita tamen, vt secundũ alterã na
turã s.diuinã,Sit deus,vn⁹ cũ patre, & spũ sancto ens oĩa
Augu.de q̃ desiderari possunt. In omnibus,mẽbris suis. Quia præ-
ciui dei. mium virtutis erit ipse qui dedit virtutẽ,quia deus erit vn
de satientur. Omnia ergo erit,q̃ honeste desiderãtur,qa
deus erit vita,& salus,& virtus,& copia,& gloria,& ho-
nor,& pax,& finis desideriorũ,& oĩa bona. Et hęc erit ĩ
oĩbus. In quibusdã ęternis potest aliqua esse distãtia, ipsa

A aũt æternitas absq; diuersitate mensuræ est. Et multæ mãsiones in vna vita erunt. s. variæ meritorum dignitates, sed vbi de⁹ erit oĩa in oĩbus, erit etiam indispari claritate per gaudiũ, vt quod habebũt singuli, cõmune sit oĩb⁹, quia etiã gloria capitis, oĩm erit per vinculũ charitatis, Vel ita vt agat de Christo secundũ diuinitatẽ, Cũ subiecta fuerint illi oĩa. i. cũ oẽs adorauerint Christũ vt deũ, Tunc & ipse subiectus fili⁹ erit illi qui subiecit sibi oĩa. i. tũc Christ⁹ se deũ oñdet, sed de deo, vt vni⁹ pncipii sũma & ineffabilis authoritas maneat. Ita oñdat se deum de deo, vt tñ sit vn⁹ de⁹ ĩ oĩb⁹. i. in cõfessiõe oĩm ex quo oĩa sunt. Cũ. n. discet oĩs creatura Xpm esse suũ caput, Chrĩ aũt caput esse deũ, nõ tantũ erit vnus deus, In omnibus. i. in cõfessione omnium, sed etiã omnis creatura fatebitur ipsum esse ex quo B sunt omnia, quia omnia ex ipso sunt. Si vero dixisset vt sit deus in omnibus, intelligeretur in omnibus quidem esse vel per affectũ vel per cõmunẽ sensum: nõ tamẽ oĩa ex ipso esse. sed cũ dixit, Oĩa in omnibus. significauit quia ex ipso sunt omnia, & in omnibus ex ipso, quia ab ipso creata sunt. In ipsis aũt qui in omniũ cõfessione vnus erit de⁹. Vel ita, vt sit. q. d. filio erũt subiecta oĩa, ita, vt ipse filius sit deus oĩa in oĩbus. i. vt nemo eorũ qui ei cohærent amet aduersus eũ suã propriã volũtatẽ. Ipse est finis quẽ supra cõmemorauit totum breuiter concludens. i. per Christum est consummatio, quam cõsummationẽ breuiter vocauit ibi. Deinde finis, post membratim explicãs quomodo sit consummatio cũ ait, Cũ tradiderit regnum & euacuauit omnem principatum &c. & est vt sit deus omnia in om- C nibus, id est vt nemo cohærentium ei, amet aduersus eum aliquid, & tunc manifestum sit quod dicitur. Quid habes quod non accepisti? Tunc enim manifestum erit nihil boni aliquem habere vel habuisse nisi a Christo. Illud etiã nemo æstimet quod pater sic subiecerit omnia filio, vt ipsum filium sibi omnia subiecisse non putet. Inseparabilis enim est operatio patris & filii,

Ambrosi. Ambrosi. Aug. ĩ lib. q̃stio. 83. Augus. de trinitate

[Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Si secundum homi

nem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mor D
tui non resurgunt? Manducemus & bibamus, cras enim
moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos col-
loquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiã
enim dei quidam habent. Ad reuerentiã vobis loquor.]

Alioquin, &c. Adhuc aliud inconueniens ostendit, si re
surrectio mortuorũ nõ est futura, quia si mortui nõ resur-
gent, tunc nec Christus resurrexit: & si ipse non resurre-
xit, tunc in baptismo nõ fit remissio peccatorũ, q.d. resur-
gẽt mortui. Alioquin. s. si nõ est resurrectio mortuorum
futura, Illi qui baptizãtur pro mortuis. i. pro peccatis de-
lendis. vel, Pro se mortuis, faciendis, ad similitudinẽ mor
tis Christi, Quid faciẽt cũ nõ sint vitã habituri? Iterat
idẽ aliis verbis dicens, Si mortui omnino non resurgũt,
Aimo. vt nec etiã Christus resurrexerit, vt quid etiã Baptizãtur E
pro illis. i. pro peccatis cũ ipsa nõ dimittãt si Christ⁹ nõ
resurrexit? Vel ita, Alioquin. Fuerũt quidã imperiti qui
baptizabãtur, pro his qui de hac vita sine baptismo discesserãt,
putãtes illis prodesse. Timebãt. n. ne aut illi non re-
Ambros. surgerẽt, aut male resurgerẽt. Ideo siquis istorum propin
Aimo. quus sine baptismo migrasset de mundo, viuus aliquis in
Ambros. noĩe illius baptizabatur, putans mortuo prodesse. Quod
Aimo. nõ sine causa cõmemorat Apostol⁹: nõ. n. factũ illorũ p-
bat, sed fixã fidẽ in resurrectione ostẽdit. Et est sensus, A-
lioquin. s. si resurrectio mortuorũ nõ est futura, Illi Qui
baptizãtur pro mortuis. i. vice eorũ q mortui sunt, Quid
faciet. i. quid proderũt ipsis mortuis. i. quid proderit illis
qui resurrecturi nõ sunt, quod viui baptizãtur pro eis? ni-
hil vtiq. & Si omnino mortui nõ resurgũt, vt quid & ba- F
ptizãtur pro illis? q.d. illi. i. mortui, cũ peccata nõ remittã-
tur nisi cã futuræ resurrectionis? q.d. Si stulti adeo certi
sunt de futura resurrectione, vos nõ debetis dubitare. Vt
quid. q.d. si mortui nõ resurgũt, Vt quid & nos, qui non
stulti sicut pdicti sed sapiẽtes videmur? Hos. n. discernit a
pdictis dũ ait, & nos vt quid inquã & nos. Periclitamur. i.
pericula patimur, Omni hora? & nõ solũ picula patior,
sed etiã Morior quotidie. i. pericula mortis subeo, o Fra
Augu. in tres propter gloriã vestrã. s. vt vos æternã gloriã cõsequa-
serm. de mini. vel, per gloriã vestrã, iuro. Ecce Apostolus iurauit,
epla Iac. vt sciamus quia verũ iurare, nõ est peccatum. Sed nõ ideo

A in dubiis iurãdũ eſt. & tuti⁹ eſt nõ iurare, q̃ cõſuetudine iu rãdi peierare. Falſum vere iurare grauiſſimũ eſt peccatum. Nõ eſt cõtra p̃ceptũ iuratio, q̃ nõ eſt a malo iurantis, ſed increduli vel infirmi, qui nõ aliter credit. Quã, &c. q. d. per gloriã vel propter gloriã dico, nõ quidẽ humanã, ſed ęternã. Quã, iam, Habeo, ſpe. In Christo Ieſu dño noſtro. i. dũ cõſidero ꝙ ipſe per paſſionẽ eſt glorificat⁹. Iterum, Si mortui nõ reſurgunt, quid mihi prodeſt ſi ego pugnaui. . diſputaui, Ad beſtias epheſi. i, cõtra beſtialiter viuentes in Epheſo, Pugnaui dico agẽs, Secundũ hominẽ. i. rationabiliter, quia hominis eſt credere, nõ mori hominem vt beſtiã. Iterũ, ſi mortui nõ reſurgũt, hoc ſolũ reſtat, Manducem⁹ & bibam⁹, cras em̃. i. in proximo, Moriemur. hoc de Eſaia ſumit Apoſtol⁹, & eſt ibi vox Iudęorũ deſperan- Aimo. Ambroſi.

B tium in captiuitate, quod Apoſtolus refert ad illos, qui de reſurrectione dubitabant. hoc enim dicit propter eos qui quaſi nihil futurũ ſit poſt mortẽ, vẽtri tm̃ ſtudẽt vt pecora, q fidẽ aſſerẽtiũ reſurrectionẽ irridẽt dicẽtes, Quis inde venit? nõ audiui vocẽ cuiuſq̃ inde venientis ex quo poſit⁹ eſt ibi au⁹ me⁹, ex quo atauus me⁹, ex quo pater me⁹, nulli⁹ vocẽ audiui: qb⁹ reſpõdet, ſtulte ſi pater tu⁹ reſurgeret crederes? de⁹ oĩm ſurrexit & nõ credis, q voluit mori & ſurgere, vt oẽs vni crederemus, ne a multis decipemur: crederes p̃ri iterũ morituro, & nõ credis iam immortali? Qui etiã ſe cõtrectãdũ diſcipulis p̃buit. qb⁹ vidẽtib⁹ in cælũ aſcẽdit, cuius fidẽ de cęlo miſſo ſpũ orbis recepit, qui deniq; teſtimoniũ habet in cęlo, teſtimoniũ in terra, teſtimoniũ ab angelis, teſtimoniũ ab inferis. Quid ergo remãſit qđ nõ cla- Aimo. Ambro. Au., de ſermo. I mõ. Auguſt.

C met? deſinãt ergo murmura male lo q̃ntiũ, & corrũpẽtiũ bonos mores colloq̃is malis. Nolite. q. d. pp hęc oĩa, Nolite ſeduci p pſeudo q de medicina q̃rũt vuln⁹, & de ſcripturis conãt torq̃re vinculũ, vñ laq̃ũ mortis iiiciãt. Corrũpũt. n. q. d nõ ſeducamĩ, nec ẽt placeat vobis colloq̃ illis, q̃a, Colloq̃a eorũ, Mala corrũpũt bonos mores. i. v̾tutes etiã necãt, dũ faciũt nõ ſperari reſurrectionẽ. Aſſiduitas. n. prauiloq̃i vitiat mẽtẽ, & ideo ab his cauẽdũ eſt. Euigilate. q. d. hoc nolite, ſed potius contra illos, Euigilate a torpore, & ſic eritis, Iuſti, & poſt, nolite peccare, qđ exigit iuſtitia dei. ſ. ne peccetis illis conſentiendo qui ignorant deum. Vnde ſubdit, Ignorantiã enim dei quidã habent, illi, ſ. q mortuos Ambroſi.

resurrecturos stultū esse dicebāt credere. & hoc, Loquor D
Ambro. vobis ad verecundiam, vel reuerentiā.i. vt eis adquiescere vereamini, vel verecūdemini.i. vt pudeat vos credere ignaris. Vel, Ad verecūdiā vobis loquor.i. ad vtilitatē vestram.

[Sed dicit aliquis, quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens tu, quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corp⁹ quod futurū est seminas, sed nondum granum. vtputa tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuiq; seminum proprium corpus. Nō omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria Sed alia quidem cęlestiū gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunę, alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate, sic & resurre- E
ctio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Si est corpus animale, est & corpus spirituale, sicut scriptum est, Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adā in spiritum viuificantem. Sed non prius quod spiritale est sed quod animale, deinde quod spiritale.] Sed dicit. Hactenus per rationes probauit mortuorum resurrectionem futuram, modo per ipsam rerum naturam idem posse fieri ostendit, & illorum damnatæ sententiæ, quos ignorantiam dei habere dixit, verba profert. q. d. per hæc prędicta F
probatur resurrectio mortuorum. Sed, tamen, dicit aliquis, ignorantiam deum, Quomodo resurgent mortui.i. quomodo potest esse vt mortui qui iam cinis sunt resurgāt? Ita hoc dicit, quasi per naturā hoc fieri nō possit. Si autē resurgent, quali corpore venient. q. d. non poterit aliud esse quam modo, id est, passibile & mortale. Et quia in naturalium cognitione per quam nostram de resurrectione improbat fidem, sibi sapiens iste videtur cum non sit, congrue respondet ei Apostolus subdēs, Insipiens tu, qui nō attendis quod cotidie vides, granum Quod seminas non viuificat, id est, vegetatur, Non prius moriatur, id est putrefiat, cum animali homine non legis authoritate agit, sed & etiam documenta adhibet, quibus mortuorum in me-

D lius reformatio futura credatur, manente naturę genere. Et corpus quod ſeminas, nō ſeminas tale, qd.i.quale futurū eſt. Non hoc ideo dicit quin triticū ex tritico futurū ſit, ſed quia nemo ſeminat herbā vel ſtipulā, vel quę in palea muluplicia ſunt tegumenta granorū, cum quibus tñ ſemina exurgunt: ideo addit. Sed nudū granū vt puta granum tritici aut alicuius cęterorū, ſeminū. Deus autē dat illi, grano, corp⁹, cum palea & ariſta, Sicut vult. Sicut ergo nudū granū ſeminatur, & dei nutu quodā modo veſtitum ſurgit, multa ſecū habens integumenta, ita mortuus dei virtute poterit viuere & meliori corpore ſurgere. Et vnicuiq; ſeminū, dat, proprium corpus, quod naturaliter debet habere, non oībus granis idē corpus dat, ſed cuiq; propriū ſecundū genus ſuum, vt tritico tritici. Vel, Vnicuiq; ſeminum propriū corpus dat, quia non de alio pullulat granū quod de terra oritur, niſi de eo quod ſeminatū eſt: ita nobis reformabunt in futuro noſtra antiqua corpora, ſicut Iob ait, Quem viſurus ſum ego, & non alius. Non oīs. hoc pertinet ad differentiā reſurgentiū, ꝓpter diuerſas glorias fideliū. q.d. Eadē corpora reſurgent, ſed erit differentia in gloria & dignitate, ꝗuis de eadē materia ſint, ſicut, Non oīs caro eſt eadē caro.i.eiuſdē dignitatis, licet ſit de eiſdē elementis. Et hoc eſt quod ait. Non omnis caro eſt eadē caro.i.eiuſdē dignitatis, Sed alia hominū eſt, alia pecorū, alia volucrū. alia autē piſciū. In his iſte ſenſus eſt, Si genera carnis cum ſint cuncta mortalia differunt tamen inter ſe, pro diuerſitate animantiū, non mirum eſt ſi in reſurrectiōe mortuorum, gloria diſtabat. Et ſunt corpora cæleſtia, vt volatiliū, velut ſol, & luna, & ſtellæ. Et corpora terreſtria, vtpote arborū & aliorū quæ terra gignit. ideo cum dixiſſet de carne, ſubdit de corporibus, quia omnis quidē caro eſt corpus, ſed nō e diuerſo vt lignū. Vel, Cęleſtia corpora ſunt, reſurgētia. Terreſtria vero, anteꝗ moriātur: vt quia Chriſtus cæleſtis eſt, ex eo corpora celeſtia dicant, & nō iā caro dicant. Ex Adā vero qa terreſtris eſt, terreſtria corpora. Sed alia. q.d. non ſolū terreſtria differūt inter ſe, ſed & a cęleſtib⁹. qđ ita dicit, Sed alia quidē cæleſtiū gloria eſt, alia autē terreſtriū & etiā ipſa cæleſtia inter ſe differunt. Quia alia eſt claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum Et ſicut

Auguſti. Auguſti. Augu. ad Cōſētinū

E

F

Ambrosi. ista & si vnius naturę sint sunt tamē diuersæ claritatis, sic D
& homines cum sint eiusdē generis dissimilis tñ glorię erunt in resurrectione, vt claritati solis illorū dignitas exęquetur, qui centesimū numerū habent. Lunari vero claritati cōparetur illorū dignitas, qui sexagesimū numerum habēt. stellis vero qui tricesimū numerū quæsierūt. Tetris autem stellis & omniū nouissimis, perfidorū resurrectio similis. Infidelitas em̄ non potest clarā resurrectionē habere, quia sicut carbo cinere suo coopertus obcęcat, ita & hi perfidia & erroris tenebris circūdati luce carebūt. Stella em̄ .q.d. ab illis.s.a sole & luna differūt stellę, quia etiā inter se differūt. Stella.n. differt a stella in claritate, sic & dif
Ioā. Dam ferēs erit, Resurrectio mortuorū.i. ita differēti corpe resurgent mortui. Nō solū em̄ in gehēna suppliciorū, sed &
in regno cælesti pręmiorū multæ differentiæ sunt. Vnde E
dominus ait, In domo patris mei multę mansiones sunt. Hæ sunt diuersę meritorū in vna vita dignitates, & si idē denarius.i. vita æterna sit omnibus. Eundē em̄ denariū pa
Augu. de virginitate. terfamilias dedit omnibus qui operati sūt in vinea, quo denario vtiq; aliquid significatur qd omnes cōmuniter habebunt, sicuti est ipsa vita æterna, ipsum regnū cęlorū, ip
August. sa claritas resurrectiōis, & tamen alius alio magis, alius a
Fulgētius lio minus fulgebit. Ergo & multę erunt mensiones & vnus denarius, quia & vna est beatitudo, quā illi percipiūt, & dispar retributionis qualitas, & cū sint imparis claritatis, tamen deus est omnia in omnibus. Et quia deus charitas est per charitatē fiet, vt quod habēt singuli cōmune sit oībus Seminatur.q.d. in differēti gloria resurgent, sed hoc omnes cōmuniter habebūt, quod incorrupti erunt. & hoc est F
Ambrosi. qd ait, Corpus seminatur.i. sepelitur, vel mortificatur. In corruptione.i. vt corrūpatur. Vel, Seminatur in corruptione.i. concipitur corruptibile. Et resurget in incorruptioe.i. immortale & passibile.i. quanuis homo ex quo concipitur vsq; ad dissolutionem sit in corruptione, & post vermibus scateat, tñ resurget in incorruptiōe. Itē, Seminatur.i. moritur, & sepellitur corpus. In ignobilitate.i. sine omni honore. Et surget in gloria.i. gloriosum. Item. Seminatur, .i. concipitur, In infirmitate.i. tale cui quælibet noceant. Surget in virtute.i. in potentia cui nihil noceat, Vel, Seminatur.i. sepelitur, In infirmitate, quia immobile est &

A inregibile, quia non valet se mouere vel regere. Surget in virtute.i.vere viuum & vegetatum. Quid per singula? Seminat corp⁹ animale.i. tale quod cibis sustẽtetur vt viuat & ꝙ nihil habet ab anima, nisi quod sẽsificatur per eam sicut animalia. Surget corpus spirituale.i. tale qđ iam cibis non egeat, transiens in naturam spiritus.i.habẽs quędam spiritualia, & spiritui naturalia, quia agile erit, leue cibis non egẽs. Et nota quod ait, Surget corpus spiritale non dicit spiritus quasi corpus in spiritũ vertatur, vt quidã putant. Sicut enim animale corpus nõ est anima sed corpus ita spirituale corpus non spm̃ debem⁹ putare sed corpus. Vnde & dominus, Talem opinionẽ discipulorũ de suo corpore refellens dixit, Palpate & videte, quoniã spiritus carnẽ & os. non habet, sicut me. vi.h. Iam igitur spirituale erat corpus Christi, nec tamẽ spiritus erat. vnde & B hic non dicit spiritus, sed spirituale, q a tũc spiritui plene subdet corpus, non iam repugnabit. Et quia spititui simile erit, quia nec aliquã corruptionem patietur, nec alimẽtis egebit, vt homo ante peccatum non eguit. Nota quod cum dicit corpus transiturum ad incorruptionem, corruptionis facit mentionem, vt ostendatur maior dignitas resurrectionis. Si est corpus, quasi dicat Vere surge corpus spirituale, quia si modo. Corpus est, animale est id constat quandoque esse, Et spirituale, sicut enim animales sumus quia pater noster Adam factus est carnalis in animam viuentem, sic erimus in resurrectione spirituales, qa pater noster.s. Christ⁹ fact⁹ est spũalis in sua resurrectione in spiritũ viuificantẽ. qđ sic exponit. Sicut, vel, C sic enim scriptũ est, in Genesi. s. nos esse animales ab aĩali patre procreatos. scriptũ est ibi, ꝙ Primus hõ Adã factus est in animam viuentẽ. Hic exponit quid sit aĩale corpus cum ait, Factus est in animam viuentẽ, potentem viuere .i. vitẽ dari corpori, tamen per sustentamenta ciborum viuificantem, sed Nouissimus Adam.i. Christ⁹, hoc non de Genesi sumitur, sed addit Apostolus, Factus est in spiritum viuificantẽ.i. qui ita corpus viuificaret, vt vltra non egeret aliqua sustentatione, nec esset solubile, Hic exponit quid sit spirituale. Hoc enim inter animam viuentem & spiritum viuificantem interesse voluit, vt illic sit corpus animale, hic spirituale. Anima enĩ in corpore animali viuit quidẽ, sed non viuificat vsque auferendam corruptio

Ambro. Aimo. Ambros. Augu. ad Cõsensũ August. Augu. ad Cõsensũ

nem. In corpore vero ſpirituali, quia perfecte adheret do- A
mino, ſic viuificat, vt ſpũale corpus efficiat. Attende etiã
quare Chriſtus dicitur Adã, & nouiſſimus. Adam dicitur
quia de eadẽ materia eſt: Nouiſſimus, quia poſt eum non
ſuccedit alius, qui ſit caput vel author humani generis, ſi
Auguſt. cut illi duo fuerunt. Totũ enim humanũ genus quodãmõ
ſunt illi duo homines. ſ. primus Adã & ſecundus: quia ex
illo ſũt nati, ex hoc renati, & ideo vterq; dicitur pater hu-
mani generis. Vel, aliis non mutatis, ita poteſt legi iſtud,
Si eſt corpus, vt probet quaſi a relatiuis, corpus eſſe ſpũa-
le. Et dixi bene ſpirituale, q̃a Si eſt corp⁹ animi, ergo eſt
Et ſpirituale. Cum enim dicit̃ corpus, fruſtra addit̃ aĩale
niſi ſit aliud ſpirituale, ad cuius diſcrepantiã dicatur ani-
male Qꝫ aũt aĩale probat per authoritatẽ Geneſis, Quia
factus eſt &c. quę nõ mutãtur. Vel ita, Si eſt corpus. q. d. B
bene dixi corpus animale & corpus ſpirituale. Siquidem
eſt corpus aĩale: & eſt corpus Spirituale. & quod anima-
le ſit, probat per Geneſim, ibi, Factus eſt primus hõ &c.
& quod ſit ſpirituale, oſtendit, ibi, Quia nouiſſ. Adã. Ho-
rum verborũ ſenſ⁹ nõ mutatur, Sed nõ. Dixit corpora no
ſtra futura ſpiritualia: ſed nequis dubitet an animale poſ-
ſit fieri ſpirituale, probat per ſimilitudinem Chriſti. q. d.
Chriſt⁹ fact⁹ eſt in ſpũ viuificantẽ. Sed nõ pri⁹ fuit, in eo,
Auguſti. Quod ſpirituale eſt, ſed quod aĩale prius fuit in Chriſto.
[Deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra, terre
nus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus: ta-
les & terreni. & qualis cæleſtis tales & cæleſtis. Igitur ſi-
cut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cæ C
leſtis. Hoc autẽ dico fratres, quia caro & ſanguis regnum
dei poſſidere nõ poſſunt: neq; corruptio, incorruptelã poſ-
ſidebit. Ecce myſteriũ vobis dico. Omnes quidẽ reſurge-
mus. ſed non oẽs immutabimur. In momento, in ictu o-
culi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) & mortui reſur
gent incorrupti, & nos immutabimur.] Deinde quod
ſpirituale eſt, ſic & de nobis fieri poterit. In Chriſto ergo
hoc expertus vnuſquiſq;, hoc ſibi expectat. ſ. vt de anima-
li fiat ſpiritualis. Deinde vnde ſimus animales & vnde fu
turi ſimus ſpirituales, oſtẽdit ſubdens, Primus hõ. q. d.
Vere primus homo fact⁹ eſt in aĩam viuentẽ, Quia pri-
m⁹ homo eſt de terra, qui de puluere terræ format⁹ eſt, &

A ideo Etiã terren⁹.i.animalis & passibilis ex natura. Secũ dus est hõ factus in spm̃ viuificãtẽ.qa, Scd̃s hõ est de cęlo, qa natura diuina fuit humanęvnita, & ideo cęlestis.i.spũa lis in resurrectione. Vel cęlestis dicit̃, q nõ humano ritu sed diuino nutu cõcept⁹ est & natus. Qualis aũt terrenus, pater fuit.i.aĩalis & mortalis, Tales & terreni.s.aĩales ex aĩali, mortales ex mortali. Et qualis est cęlestis pr̃.i. spũa lis & ĩmortalis, Tales.i.spũales & immortales erũt. Et cęlestes, qa tales erunt cęlestes. Igit̃ vt possim⁹ eẽ cęlestes, Sicut portauim⁹ imaginẽ terreni.i.sicut exẽplo Adę terre na diliximus: ita & post baptismũ, Portem⁹ imaginẽ cæ lestis, sectãdo iustitiã & veritatẽ, & obediẽtiã. Hoc aũt di co!&c.q.d.dico vt portem⁹ imaginẽ cęlestis: sed si nõ por tauerim⁹, nõ erim⁹ cęlestes, & hoc ẽ qd̃ dicit. Hoc aũt di Ambrosi.

B co vobis, o, fratres qm̃ caro & san.i.hoĩes dediti vitiis quę de carne & san. oriunt̃, Nõ possidebũt regnũ dei. & vere, qa Corruptio, pc̃ti q̃ est effectus carnis & sanguinis.i.ali quis seruiẽs corruptiõi pc̃ti, Neq; possidebit ĩcorruptelã.i. se ĩmortalẽ. Vel noĩe carnis & sang. hic accipit opa carnis. Per carnẽ.n.& sãg. vẽtrẽ & libidinẽ.i. opa carnis q̃ ibi nõ erũt, significat, nolẽs eos arbitrari se talia facturos in re gno cælorũ, qualia fiũt in hac vita, sicut Iudęi putabãt. Iu dęi.n.credebãt futurã resurrectionẽ, sed more hui⁹ vitę vt ibi nuberẽt & generarẽt. Vñ Saduceis rñdere nõ poterãt quęstionẽ pponẽtib⁹ de septẽuira muliere, quia carnaliter de resurrectione cogitabãt: quod Apl̃us remouet dicens, Hoc aũt, quasi dicat ex prædictis constat quod resurgem⁹. Aug. 1 ser mo. de re qe mortis

C Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis.i.opera car nis & sang. Non possi.reg.d.i.non erunt in regno dei. Et vere non, quia Corruptio, carnis cuius opa sunt illa, Nõ possidebit incorr.i.nõ erit in regno ĩcorruptibili. Vel car nis & sang. noĩe, ipsa corruptio carnis & sang. intelligit̃: q̃ vtiq; in regno illo nõ erit, vbi caro incorruptibilis erit. Nõ ergo sic accipiẽdũ est qd̃ ait Apl̃s, quasi carnis substãtia in regno dei non sit futura. & hoc est, Hoc aũt.q.d.cõstat q̃ resurgemus. Hoc aũt dico fratres.q.c.& san. i. corruptio carnis & sang. Nõ pos.r.d. Et ne putares scd̃m substãtiã hoc dici, apit subdẽs, Neq; cor.q. d. ideo dixi qd̃ caro & sãguis nõ possidebit regnũ dei, quia corruptio mortalitatis quæ noĩe carnis hic oñdit̃, Nõ possidebũt incorruptelã.i. Augus. in li.1 retract.

incorruptibile regnum. Et qa dixit electos resurrecturos D in gloria, & post dixit carnē & sanguinē non possidere regnum dei, quomō hoc distinguendū sit; aperit. & quasi qs dicat, quō caro erit, & caro nō erit, exponit dicēs, Ecce dico. i. aperio Vobis mysteriū. i. qddā quod vobis est occul-

Ambrosi. tū. Nominādo. n. mysteriū obscuritatē significat. Nā mysteriū græcū est, quod latine dicit secretū, vel occultū: quod est illud, hoc. s. quod oēs homines tā boni q̄ mali Resurge

Aimo. mus. Hoc generaliter intelligit, si diximus, qa etiā sancti viui reperti Christo veniente morientur. sic em̄ resurgere

Augusti. de ci. dei. poterūt. Non enim resurrectio fieri poterit, nisi mors præcesserit. Si ergo sanctos qui reperientur Christo veniēte viuentes eiq; obuiam rapientur crediderimus in eodē raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadē mox imortalia redituros, generaliter dictum esse hoc accipere possu E mus. s. Omnes res. sed nō omnes immutabimur, in gloriā

Ambrosi. immortalitatis. Vel ita, Omnes res. omnes. s. qui in aduentu Christi mortui inueniemur. Sed non oēs, viui reperti Immutabimur, in gloriā, sed soli sancti dei. Resurgemus di

Aimo. co, & hoc, In momento. i. in breuissimo & minimo & angustissimo tēporis spatio. Et quia in momento est mora licet breuis, addit. In ictu oculi. i. q̄ cito oculus icit. i. pcutit

Ambrosi. visa, vel icitur a palpebra. i. in summa celeritate. Per ictum em̄ oculi nimiam breuitatē significat, vt p hoc mirabilior ostendatur esse resurrectio, & dei potentia ex eius celeritate cōmendetur. Fiet ergo resurrectio. In ictu oculi. i. q̄ cito oculi radius trāsit ad remota, & transuolat media, & si sit ibi prius & post, tamen quasi simul totum sit, sicq; & resurrectio mortuorum fiet. & hoc fiet, In tuba nouissima. i. per F tubā & per vocē magnam, vel manifestū, postq̄ non erit alia. Et est sensus, Resurrectio fiet i tuba. i. nouissimo signo

Au. de grā n. t. qd̄ dabit, vt ista compleantur. Hæc tuba est clamor de quo dicitur in euangelio, Media nocte clamor factus est, ecce sp. v. e. obuiam ei. Nō. n. tunc veniet cū speratur, sed media nocte. i. cū valde obscurū erit. i. occultū veniet. Et quasi quis quæreret, An erit sonus? Respon. vtiq;. Canet. n. tuba. Tubæ nomine aliqd euidens & præclarum significare intelligitur, quod vox archangeli, & tuba dei alibi dicitur, & vox Christi in euangelio dicitur. Quā audient mortui, qui in monumētis sunt, & procedēt. Vnde etiā hic subdit

A Et mortui.i.peccatores,vel generaliter omnes mortui.Re surgent,incorruptti.i.sine diminutione membrorũ,& nos boni tantummodo immutabimur,in gloria immortalitatis & impassibilitatis. Quomodo autem hoc fiat,vel qualis sit immutatio ista,exponit subdens. [Oportet.n.corruptibile hoc,induere incorruptionẽ,& mortale hoc,inducere immortalitatẽ.Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem:tunc fiet sermo qui scriptus est,Absorpta est mors in victoria.Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autẽ mortis,peccatum est,virtusvero peccati,lex. Deo autem gratias qui dedit nobisvictoriã per dominum nostrum Iesum Christũ. Itaq; fratres mei dilecti,stabiles estote & immobiles,abundantes in opere domini semper,sciẽtes q̄ labor vester non est ianis in domino.] Oportet enim.Vere immutabimur,quia oportet pro eo quod bene seruiuimus,vel qa nobis promissum est Hoc corruptibile corpus induere,vt ornamentum, Incorruptionẽ,vt vltra non esuriat,vel aliquatenus lędatur. Et oportet mortale hoc.i.corpus hoc mortale quod ostendit, inducere immortalitatem vt vltra non dissoluantur. Hæc ergo visibilis caro sine dubitatione resurgere credẽdũ est. Videtur enim Apostolus eam tanq̄ digito ostendere cũ dicit, Oportet corruptibile hoc.dicendo hoc, in eam quasi digitũ intẽdit,vt eadẽ caro quæ videtur resurrectura mõstretur,sed non talis.Secũdum hoc dicitur supra, Caro nõ possidebit,&'est,quia non erit ibi corruptio & mortalitas i.nõ secundum has qualitates erit ibi caro,sed eadem carnis substantia erit. Cum autem, vel,enim quasi dicat, Ambrosi. Augusti. Ambrosi. Augus. de symbolo.

B (margin letter beside "mino.]")

C Vere induet immortalitatem,quia tũc Fiet id est implebitur , Sermo , & nunquam aliter impleretur. Vel ita continet.Induet immor. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet.i.implebitur Sermo,& nũq̄ aliter impleret,Qui script⁹ est,ĩ Esaia vel in osee vbi ita legitur Ero morstua o mors.Sed iuxta.LXX.sic,Absorpta ẽ.i. destructa mors corporis Invictoria Christi.i.ĩ resurrectiõe Christi.Quod aũt de morte corporishoc accipiẽdũ sit,nõ de morte aię,ex eo ostẽdit quod dixit, tũc fiet,significans esse futurũ,nõ ait,factus est,tanq̄ de p̄terito,ne quis putaret esse dictũ de morte interiori , quod iam factum est. Vbi est,hęc sũt verba p̄phetę vel apostoli lętãtis & morti Aimo

insultãtis in psona resurgentium, vt certior sit resurrectio. D
Ambro. Ait ergo ex psona resurgentium. Vbi est, o mors, corporis. s. Victoria tua. i. potẽtia, qua oẽs dissoluebas, qua omnes sic viceras, vt etiã dei fili⁹ tecũ cõfligeret, teq; nõ vitando sed suscipiẽdo superaret: vicisti in moriẽtibus, victa es in resurgẽtib⁹, victoria tua qua absorbueras corpora morientiũ, tẽporalis fuit, victoria qua in corporib⁹ absorpta es resurgẽtiũ, ęterna cõstabit. Vbi est mors. s. dissolutio. Stimul⁹ tu⁹. Stimulus mortis intelligitur peccatũ originale, quo in vno peccauim⁹ oẽs, vt moreremur in vno oẽs, quo puncti & venenati sumus, de quo mors exiit, vt ipse exponit subdens. Stimulus aũt mor. pec. est. Sicut. n. peccatum stimulus mortis dicit, quo. s. mors facta est, non quẽ mors fecit, peccato. n. morimur, nõ morte peccamus: sic dictũ est lignũ vitę, non qđ hominis vita faceret, sed quo vita hominis fieret: sic & lignũ sciẽtię boni & mali, per quod sciẽtia fieret hominis, nõ qđ p suam scientiam homo fecerit. E

Augus. ad Marcellũ

Vel nomine mortis significatus est diabolus. & est. Absor. est m. in vi. i. diabolus iam ex pte absorptus, in futuro penitus absorbebit, propter hoc quod modũ vincendi excessit Christum inuadẽdo, in quo nihil habebat. Deinde ex psona iustorũ q nũc sunt, & in resurrectione erũt, insultat eis dicens, Vbi est o mors. s diabolo Victoria tua, qua gen⁹ humanũ velut gregẽ post te trahebas, Vbi est mors. s. diabole Stimulus tuus? Stimulus autẽ mortis pecatũ est. Peccatũ vero dicit stimulus diaboli, quẽ. s. mors. i. diabolus fecit, nõ a quo factus est. Vel ita, per mortẽ arbitror hic significari delectationem peccandi, & carnalem consuetudinẽ q̃ animã mortificat, q̃ ex actu peccati fit, quo i Adã peccauimus. hanc. n. mortẽ peccato meruissemus. quod peccatũ omnino erat in libero arbitrio, cũ in paradiso null⁹ dolor denegatę delectationis voluntati bonæ hominis resistebat. vt verbi gratia, Si quis existat quẽ nunq̃ venatio delectauit, omnino liber est vtrũ venari velit vel nolit, nec eũ cruciat q hoc phibet. Atsi i ista libertate male vsus, venat⁹ fuerit contra prohibentis imperium, paulatim subrepẽs delectatio mortificat animã, vt si se abstinere velit, sine molestia & agone non possit. Caro. n. cõcupiscit aduersus spiritũ, & spirit⁹ aduersus carnẽ. Nec cessabit cõtentio donec psecta sanctitas totũ hominẽ reparauerit, tũc ergo Fiet ser F

Ibidem.

Aug. i li. q̃sti. 84.

A mo q̃ scriptus est. Non mõ fit, sed tunc fiet. Quid tũc fiet? Absorpta est mors.i.delectatio peccandi In victoria. i.in hoc quod serui dei vincent concupiscentiam carnis, tũc vincet pax & finietur bellum, nulla erit a morte contentio vt modo est. Primo cõcupiscentia carnis sequentes duxit nos postea retinẽtes extraxit nos: Deinde accepta gratia cœpit nos nec ducere, nec trahere, sed contendere adhuc nobiscũ Post contentionẽ erit victoria, quando oppugnare cessabit. Ideo ex persona victorũ subdit, Vbi est mors victoria, tua, vel contentio tua? Vbi est mors stimulus vel aculeus tuus? Stimulus autem mors peccatum est, quia peccato facta est delectatio. Peccatum enim quasi scorpius est, cuius punctione facta est mors: sed absorbebitur in futuro, cum dabitur sanctis vt peccare non velint, nec possint.

B Virtus vero.i. augmentum Peccati est lex, Hoc ideo addidit, ne quis dicat queq̃ a lege iuuari, sed a deo tantũ. Data.n.lege & carnalis concupiscentia inualuit, & preuaricatio accessit. Lex.n. prohibendo auget peccati cupiditatẽ, nisi deffundat spiritus charitatẽ. Pro his autem omnibus Apostolus agit gratias deo dicens, Deo autem gratias, ago, qui dedit nobis victoriam, peccati & mortis, Per dominum nostrum Iesum Christum, non per legem. Christus eñ ait, Confidite, ego vici mundum. Et q̃a per Christum vicimus, Itaq; fratres mei dilectissimi stabiles estote, in fide resurrectionis Et immobiles, vt a pseudo moueri non possitis. Semper in opere domini abundãtes spe resurrectionis. Scientes.i.spem habentes, Quod labor vester, quem habetis, In domino.i.in seruitio domi

Augu. de pfectione iustitie.

Augusti. sup Ioan.

C ni. Non est inanis.i.sine remuneratione. De collectis aũt, post alia, de collectis faciendis in sanctos qui erant Hierosolymis breuiter monet. quod non est contra illud, Nolite cogitare de christiano. Non est.n.cogitare de christiano, si quis humano more ista procuret, sed si quis propter ista deo militat, vt in operibus suis non regnum dei, sed istorum acquisitionem intueatur.

CAPVT. XVI.



E collectis aũt q̃ fiunt in sanctos: sicut ordinaui in ecclesiis Galatię, ita & vos facite p vnã sabbati, Vnusquisq; vestrũ apud se reponat recon-

dens qđ ei bñ placuerit,vt nõ cũ venero tũc collectæ fiát. D
Cũ aũt ṗſens fuero,quos probaueritis p epiſtolas hos mit
tã pferre gratiã veſtrã in Hieruſalẽ. Quod ſi dignũ fuerit
vt ego eã,mecũ ibunt. Veniã aũt ad vos, cũ Macedoniã p-
tranſiero. Nã macedoniã pertrãſibo. Apud vos autẽ forſi-
tan manebo,vel etiã hyemabo, vt vos me deducatis quo-
cũq; iero. Nolo.n.vos modo ĩ trãſitu videre. Spero.n. me
aliquantulũ tẽporis manere apud vos:ſi do minus pmiſe-
rit. Permanebo autẽ Epheſi vſq; ad Pẽthecoſten. Oſtium
n.mihi apertũ eſt magnum & euidẽs, & aduerſarii multi.
Si autem venerit Timothæus,videte vt ſine timore ſit apud
vos. Opus.n.dñi operať ſicut & ego. Ne quis ergo illum
ſpernat. Deducit autẽ illũ in pace,vt veniat ad me. Expecto
n.illũ cũ fratribus. De Apollo autẽ fratre vobis notũ facio
quoniã multũ rogaui eũ vt veniret ad vos cũ fratribus, & E
vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc veniret. Veniet autem
cum ei vacuũ fuerit, Vigilate,ſtate in fide viriliter agite &
confortamini,omnia enim veſtra in charitate fiant.] De
collectis autẽ q̃ fiunt,non in quolibet, Sed in ſanctos.i.ad
vſus ſanctorũ, & ideo tenendum eſt, Sicut ordinaui in ec
cleſiis Galatię,ita & vos facite.i.colligite Per vnam ſab
Aimo. bati.i.ſeptimanę, Vel, Per vnam ſabbati.i. dominica die
Ambroſi. Quia vna ſabbati vel vna ſabbatorum, vel prima ſabbati
vocabatur apud Iudęos dies quem dominicum appellam⁹
Colligite dico, Vnuſquiſq; autem veſtrum reponat apud
ſe,ne dicatis non eſſe fidelẽ miniſtrũ cui credatis, reponat
dico, Quod ei beneplacuerit,non qđ grauet eũ retendẽs
illud in vſum ſanctorum, & cauens ne iterum illud ſumat F
Hic eſt ſenſus horum verborum. Pręcipit apoſtolus om-
nem plebem dominico die conuenire ad eccleſiam, & il-
luc deferre quod volebat vnuſquiſq; dare ad opus ſancto-
rum, & ne a malis miniſtris deperiret ſi apud eccleſiam di
Aimo. mitterent, ṗcepit vt ſecum referrent, & tuto loco repone-
rẽt,quoadusq; ipſe veniret, & p ſingulos dies dominicos
faciebãt,qa quod paulatim colligiť,nec graue eſt, & inue
nitur multũ. Ideo autẽ hoc ṗparate, Vt nõ cũ venero,tũc
collectæ fiant,qa grauaret eos ſi ſubito totũ ſimul darent
Cũ autẽ ṗſens fuero,tunc, Mittã,illos,vel hos Quos pro-
baueritis.i.idoneos iudicaueritis p epiſtolas.i. cum epiſto-
lis meis & veſtris laudatoriis & cõmẽdatoriis deferẽtium

A & mittentiũ. Per ferre gratiã veſtrã.i.donũ, In Hieru- Aimo.
ſalẽ,quod ſi dignũ fuerit vt ego eã.ſ. ſi magnę.res fuerint,
mecũ ibunt. Veniã aũt ad vos cũ pertranſiero Macedo-
niã.i.per oĩa loca tranſiero vſq; macedoniã. Nã Mace-
doniã pertrãſibo,vbi nõ eſt opus morari. Apud vos autẽ
forſitan manebo,vel etiã Hiemabo,quia multa corrigen- Ambroſ.
da ſunt ibi: ſicut medicus ibi morã habet,vbi plures ęgro-
tant. Veniã ad vos dico, Vt & vos me deducatis quocũq;
iero. Dico manebo apud vos. Nolo.n.vos in tranſitu vi-
dere. Spero.n.aliquãtulũ tẽporis manere apud vos ſi dñs
permiſerit. Permanebo aũt epheſi,inde miſit epiſtolam
Vſq; ad Pentecoſten,ideo permanebo ibi, Enim.i.quia,
Oſtiũ magnũ apertũ eſt mihi, id eſt, multa corda homi-
nũ ad audiendũ parata ſunt. Et euidẽs,quia nõ cõtradi-
B cũt pdicationi. Et quaſi quis diceret, Quid ergo opus eſt
ibi morari? Reſpon. Et.i.quia, Aduerſarii multi ſunt, ibi,
qui conãtur impedire. Si aũt venerit Timotheus,ad vos,
Videte vt ſine timore ſit apud vos,forſitan iã ibi timuerat
propter cõmotionẽ pſeudoapoſtolorũ. Op9.n.dñi operatᷣ
ſicut ego,ne q̃s ergo illũ ſpernat. Deducite aũt illũ in pa-
ce,vt veniat ad me. Expecto.n.illũ cũ fratrib9, qui ſecum
ſunt. De Apollo aũt fratre notũ vobis facio,q̃m multum
rogaui eũ vt veniret ad vos cũ fratribus. Hoc ideo dicit,
quia Corinthii hũc requiſierãt quia ab Apoſtolo ordina-
tus fuerat epiſcopus illorũ, qui cũ non poſſet eos ſedare,
venerat ad Apoſtolũ Epheſum: quib9 reſpõdet hic Apo-
ſtolus dicẽs, Rogaui, &c. Et vtiq; nõ fuit volũtas ei9, vt
nũc veniret ad vos,quia timet incorrectos. Veniet aũt cũ
C ei vacuũ fuerit.i.oportunũ.ſ.cũ vos correcti fueritis. Vos
aũt vigilate mẽtis oculis cõtra aſtutias diaboli. Et ſtate in
fide,quia ſtanti nõ obrepit ſomnus. Viriliter agite. Mulie-
rum.n.eſt incõſtãtia, Et cõfortamini in dño,vt in veſtra
virtute ſit profectus Et oĩa veſtra .i. correctio Fiant in
charitate,nõ cauſa inanis glorię. Obſecro aũt. Ordo li-
terę huius reſpicit, & pẽdet vſq; illuc, Vt & vos ſubditi ſi-
tis.q.d.pdicta facite vt dixi.hos aũt imitamini. & hoc eſt.

[Obſecro autem vos fratres , noſtis domũ Stephanæ
& Fortunati & Achaici q̃m ſunt primitiæ Achaiæ, & in
miniſteriũ ſanctorum ordinauerũt ſeipſos,vt & vos ſub-
diti ſitis eiuſmodi & oĩ cooperãti & laborãti. Gaudeo au


non habent spiritum, nõ possunt libere intelligere vt nos
Vel ita, Ideo cõuerso ad dominũ auferetur velamen, quia
Dñs, s, Christus ad quem cõuertentur, Est spiritus, i, spiri-
talis essentia. Et ideo dat legẽ spiritus per fidem in men-
Ambrosi. te, & ita facit spiritaliter intelligere. Vñ subdit, Vbi autẽ
spiritus dñi, i, lex spiritus quã dñs dat. non literis scriptã,
sed per fidem animis intimatam, Ibi est libertas, Nos ve-

A ro,&c.q,d,illi habent velamen super cor,Nos vero,credentes, Omnes,etiam minores. Reuelata facie,i,expedita ratione,in qua iudæis est velamē,sumus Speculātes ,i,per speculū rationis videntes Gloriā domini,i,gloriosum dnm. Si quęritur qualis est hęc speculatio,& vnde dicat,illud occurrit q in speculo nō nisi imago cernit. Vbi qppe speculū est,apparēt imagines rerū, Specula vero est, de cuius altitudine longi⁹ aliquid intuemur, Speculantes ergo dicit a speculo,non a specula,qd in Gręco nō est ambiguū.vn̄ in Latinū hęc scriptura translata est Satisq; apparet dixisse, Speculantes,i,per speculū rationis quæ est imago Dei vidētes,non de specula ꝓspicientes.Hoc ergo conamur,vt per hanc imaginē,i, rationē quę nos sum⁹,i, in qua creati sumus,videamus vtcunq; illū a quo facti su-
B mus tanquā per speculū. Quod vero subdit, In eandē imaginē transformamur,vtiq; imaginē Dei vult intelligi.Eādē vero dicens,illā ipsā vult intelligi quā speculamur,qa eandē est imago Dei & gloria Dei,i,imaginē & gloriam Dei idē accipit,i, Deū gloriosum: sicut supra de imagine creata loquēs,pro eodē accepit imaginē & gloriā, dicēs, Vir quidē imago Dei & gloria est. Trāsformamur aūt dixit,i,de forma in formā mutamur,& transimus de obscura forma in lucidā formā,quia & ipsa obscura imago Dei est.Hæc est imago in qua hoīes creati sūt, qua cæteris aīalib⁹ pręsunt quæ creatura in rebus creatis excellentissima cū a suo creatore ab impietate iustificat a deformi forma in formosā mutatur formā.Erat em̄ etiā inter vitia natura bona. Et ob hoc addit, De gloria in gloriam,s,de
C gloria creationis in gloriā iustificationis. Vel de gloria fidei,vbi filii Dei sumus:in gloriā speciei,vbi ei similes erimus,cū videbimvs eū secuti est. Et addit, Tanquā a dn̄i spiritu,per hoc ostendēs a gratia Dei nobis cōferri, tam optabilis transformationis bonum. Verum huius imaginis quandoque futura est perfectio, ad quā consequendā nos erudit magister bonus,dicēs,Nos omnes reuelata facie speculantes,id est per speculum rationis intuētes,Gloriam domini,id est gloriosum dominum. Transformamur,id est de forma in formam transim⁹, scilicet de obscura in lucidam tendentes In imaginem eandem, quæ est gloria quam speculamur,etiam quam speram⁹: vt dei

Ambrosi.
Augu.de tri.i li.15.
August.
Augu.in eodem.
August.

Ambroſi. imago,id eſt dii ſumus,id eſt vt ſimiles gloriæ Chriſti ſi- D
mus in ęternũ:ſicut Ioannes ait,Scimus quia cũ apparue
rit,ſimiles ei erimus.Nos dico eũtes, De gloria.Vel Cla
ritate creationis, In gloriã.vel, Claritatẽ,iuſtificationis.
Auguſt' Vel De gloria fidei,in gloriã ſpeciei. Trãſformamur di
de trini. co,tanquã A ſpiritu dñi,ducti,quia hoc beneficiũ habe-
Ambro. mus a gratia Dei. Cum autẽ hac transformatione ad per
fectũ fuerit hęc imago renouata,ſimiles deo erimus, Vel
ita,Transformamur dico trãſlati A gloria,Vel a clari-
tate,Moiſi, In claritatẽ.Vel, Gloria Chriſti,tãquã a ſpi
ritu dñi,quaſi quæ gloria eſt talis qualẽ decet dare ſpiritũ
dei.Tantũ eñ dabitur gloriæ,quantũ dignũ eſt dari p ſpi
ritum ſanctum.Ideo eñ dixit, Tanq̃ a domini ſpiritu,vt
oſtenderet eandẽ gloriã dari quę ſublimitati congruat dã
tis,Vel ita, vt per dominũ accipiaẽ pater,& per inmagi- E
nem intelligaẽ filius. Nos ſpeculãtes gloriã Dei.i. filiũ q
eſt gloria patris. Trãſformamur,hoc nõ mutaẽ:tenden-
tes In imaginẽ eius.ſ.patris. Eandẽ cũ ipſo.i.in Chriſtũ
qui diciẽ imago patris:eadẽ eſt cum illo in quẽ tẽdimꝰ .ſ.
vt eũ in eſſentia videamꝰ.Nos dico,euntes A claritate in
claritatem.i.ab vna clara cognitiõe in aliã claram cogni
tionẽ. Tanquã a ſpiritu dñi.i.vt illi quos ſpũs Dei dicit.

CAPVT. IIII.



[I]Deo habentes hanc miniſtrationẽ iuxta quod
miſericordiã cõſecuti ſumus nõ deficimus:ſed
abdicamus occulta dedecoris, nõ ambulantes
in aſtutia,neq; adulterantes verbũ Dei, ſed in
manifeſtatione veritatis: cõmandãtes noſmet F
ipſos ad oẽm cõſcientiã hominũ coram Deo. Quod ſi e-
tiam opertũ eſt euãgeliũ noſtrũ, in his qui pereunt eſt o-
pertum,in quibus deus huius ſeculi excęcauit mentes infi
deliũ,vt nõ fulgeat illuminatio euangelii gloriæ Chriſti,
qui eſt imago Dei.] Ideo,&c.q.d.& quia tantã clarita-
tem habemus a ſpiritu. Ideo,nos Habẽtes, hanc admi-
niſtrationẽ.i.hanc dignitatẽ vt ſpiritũ aliis miniſtremus.
Habẽtes dico,nõ meritis, ſed Iuxta quod miſericordiam
conſecuti ſumus.i.per miſericordiam Dei, Nõ deficimꝰ
pro aliquibus aduerſis, Sed abdicamꝰ.nõ ſolũ aperta ma
la,ſed Occulta dedecoris.i. immũdas cogitationes.i. oĩa
turpia & polluta, quæ fieri & cogitari poſſunt amouemꝰ

A Nos dico Nō ambulātes in astutia,i,in hypocrisi,vt pseu do faciūt,qui vidētur humiles. Neq; adulterātes verbum dei,per ammixtionē falsitatis: vel pro quęstu p̄dicātes, sed ambulamus In manifestatiōe veritatis,quia manifeste in nobis videt̄ veritas. Nos dico, Cōmēdātes,i,cōmēdabiles facientes. Nosmetipsos,sine cōparatione aduersariorum adeo nos cōmēdabiles facimus, vt veritatis nr̄æ laus trāseat,nō solū vsq; ad oculū,sed etiā vsq; ad Oēm cōscientiā hoīm,intentione mea manēte Coram Deo,id est in bene placito dei. Vel hoc dico, coram deo id est teste Deo,cui nihil occultū est. Testimoniū dei implorat,vt vel ipsi credatur,quo auctore p̄dicat. Attende ap̄l'm implere quod do minus ait,Sic luceat lux vestra corā hominibus,&c. Et itē Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hominibus,vt vi- Ambrosi. Augu. de verbis euā gel.

B deamini ab eis. Voluit itaq; nos bona facere in conspectu hominum,sed ad laudem dei tantum,non nostram. Audi apostolum vtrūq; facientē & docentē. Ait enim, Cōmen dantes nosmetipsos,vt ostendat se implere etiam illud,Lu ceat lux vestra coram hominibus. Et addit, Corā deo,vt ostēdat se īplere etiā illud,nōvt videamini ab hoīb⁹. Nō.n. hæc facit vt videatur ab hoībus. Q̄z si.quasi dicat dixi nos prædicare in manifestatiōe veritatis. Quod.i.sed, Si etiā opertū est euāgeliū nostrū,i,quod a nobis p̄dicatur. Opertum est etiam in his qui pereūt,i,culpa eorū est qui perire meruerūt. Verum est enim quia increduli nō vident splen dorē veritatis,merito pfidię obcęcati. In his qui pereūt di co, In quibus, pereūtibus vel verbis euāgelii, De⁹ huius seculi,i,deus qui nō solū bonos regit,sed etiā malos p̄ me- Ambrosi.

C rito p̄cipitat. Excęcauit,a naturali ratione. Mētes infide liū,i,qui Christo nō credūt,quos excæcauit dās eis q̄d volunt,i,sinens eos facere quod volūt,i,vt nō credāt,quod nō facit malitia,sed iustitia, Vel talis pōt eē ordo verborū,In quibus pereūtibus deus verus &,iustus Excæcauit mentes infideliū huius seculi. Vel ita. In quibus deus hui⁹ seculi,i, diabolus qui est princeps mūdi qui secularibus principat̄. Vel, Deus seculi,i,supbia,vel īgluuies vētris, Excæcauit, mētes infideliū,i,causa est quare excęcent̄,Adeo excęcauit vt Illuminatio euāgelii,i, doctrīa euāgelii illuminās Nō fulgeat,i,nō appareat eis. quæ tamē lux est euangelii,di co,Gloriæ Christi,i,in quo p̄dicatur gloria deitatis Chri- Augus.ad Faustum. Aug. contra inimicū legis.

A dominum. Nos autē, dominis esse, Seruos. i. ministrosve stros. & hoc, Per Iesum, qui nobis hoc iniunxit. hoc autē facimus, Quoniam deus ipse illuxit in cordibus nostris. i. se qui est lumen, nobis infundit. Qui dixit. i. pcepto solo fecit. Lucē splēdescere de tenebris, qđ, fuit i separatione elemētorum. Cœperunt enim ex quo confusa moles cæli & terrę cœpit esse, antequā lux facta vsset qua illuminaretur, qđ sine luce fuerat tenebrosum, postea vero accedente luce, qđ factū est, melius redditur, in quo proficientis hominis affectio significatur. Vnde Apostolus loquēs ad fideles ait, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino. Ille hoc fecit, qui cū tenebrę essent super abyssum, dixit, Fiat lux. Et facta est lux. Hæc lux significat lucem, quæ modo nobis & per nos aliis dat, Ex quo nō pōt intelligi B ꝙ tenebrę sempiternæ fuerint, sicut quidā legis calūniatores imponūt eiusdē legis scriptori sensisse: q potius ostēdit eā cœpisse, cū dixit, In principio fecit Deus cælū, &c. Terra autē inuisibilis erat & incōposita, & tenebrę erant sup faciē abyssi. Illuxit dico, Ad illuminationē sciētię & claritatis. Vel, Glorię Dei. i. vt illuminaret nos sciētia, qua sciremus deum esse lumē, quo tenebrę nostrę illuminant. Vel ita, Ad illuminationem scientiæ claritatis Dei. i. vt illuminemus alios per scientiam de claritate. i. de essentia Dei Et hoc dedit nobis In faciem Iesu Christi. i. per Iesum Christum, qui est facies patris, sine quo nō cognoscitur. Habemus autem, Hactenus egit de altitudine scientię suę hic agit de fragilitate carnis quā refert ad gloriam suam, et si contra videatur, q. d. deus illuxit nobis ad illuminatio C nem scientię: sed istud thesaurum. i. scientiam istā qua alios ditemus, Habemus in vasis fictilibus, i. in corporibus fragilibus. Thesaurū dicit sacramentum Dei, quod fidelibus erogatur, perfidis absconditur. Et hoc ita, Vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex vobis. i. vt tota altitudo Dei esse videatur, & non nostra. In omnibus, &c. quasi dicat, vasa sunt fictilia. Et vere, Quia patimur tribulationē, in omnibus, quia nullus modus tribulandi abest: sed de thesauro bene conscii non angustiamur in animo. Deinde aperte quasdam tribulationes enumerat, dicens, Aporiamur, id est pauperes sumus a deo vt necessaria desint. Aporos enim Græce, Latine vero pauper dicitur, Sed

Augu. cōtra inimicos legis & prophetarum.

Augusti.

bap. par. Ambrosi.

Ambrosi.

nō destituimur,a thesauro nostro. Vel nō destituimur om D
nino a Deo,quia Deꝰ pascit nos. Et Patimur psecutionē,
de loco ad locū. Sed nō derelīquimur,a deo,quin thesaurū
custodiat. Humiliamur.i.affligimur. Sed nō cōfūdimur.i.
nō erubescimꝰ. Deiicimur ī mortis piculū. Sed nō perimꝰ.
i.a bono nō cessamus. Qui p singula Sēper sumus circūfe
rētes.i.aliis ppinātes,& ostēdētes In corpore nostro, nō
solū in aīo Mortificationē Iesu.i.quā sustinemus p Iesu
vel quā priꝰ Iesus sustinuit. Et hoc iō facimꝰ, vt sicut mors
Christi ī nobis apparet, Et vita Iesu.i.gloria,Manifestet
etiā inimicis: nō tātū ī aīabus,sed etiā in corporibꝰ nr̄is.
Sēper.n.q.d.mortificationē Iesu circūferimꝰ. Et vere,qa
nos Qui viuimꝰ,virtutibꝰ,vel quibꝰ licet viuere naturali
vita. Sēper tradimur ī mortē.i.ī pericula mortis. & hoc su
stinemꝰ Propter Iesū.i. p amore Iesu,vt Et vita Iesu, im E
mortalis & impassibilis Manifestet ī carne nr̄a. licet nūc
Mortali,& ideo videt īpossibile qd speramꝰ. Et est sensus
Nō timemꝰ mori p Christo pter promissā resurrectio-
Ambro. nē. Ergo mors.q.d. Et qa hęc patimur,Ergo mors operat
in nobis,vita autē in vobis.i. mors dominiū exercet in no-
bis,sed vos ad voluptates vitæ tenditis. Vel ita,qa p mortē
Iesu vitā consequemur, Ergo mors,nō est inutilis. Sed
Operat,magnū qd In nobis.sed Vita,qua delectamini ī
terrenis,Opat īvobis,mortē ęternā, Vel ita,vt legatur passi
ue. Operatur ergo.i. pter spem vitę Iesu,mors Opera
tur.i.a pdictis passionibꝰ efficitur, In nobis.i. pmittimus
effici in nobis.sed p hoc Vita, efficit In vobis.i.fides plā
tat in vobis,per quā viuitis. [Habētes autē eundē spiritū
fidei: sicut scriptū est, Credidi propter quod locutus sum, & F
nos credimꝰ propter quod & loquimur, scientes quoniā
q suscitauit Iesum, & nos cū Iesu suscitabit, & constituet
vobiscū. Omnia.n.propter vos,vt gratia abundans p mul
tos in gratiarū actione abūdet ī gloriā Dei. Propter quod
non deficimus,sed licet is qui foris est noster homo corrū
patur,tn̄ is qui intus est renouatur de die in diē. Id enim
quod in præsenti est momētaneū,& leue tribulationis no
strę,supra modū in sublimitate ęternū glorię pondus ope
ratur in nobis,nō cōtēplātibus nobis q̄ vidētur,sed q̄ non
vident. Quę.n.videntur tēporalia sunt,quæ autē non vi-
dentur æterna sunt.] Habētes autē,q.d.semp mors opa

 Au.de gra & li.arbi.

A tur in nobis, & p hoc patet ꝙ nos Habemus eundẽ spiritum sanctũ quẽ ꝓphetę habuerũt. qui spiritus est causa Fidei, quia spũs gratię facit vt habeamus fidẽ, vt per fidẽ impetram⁹ orando, vt possimus facere q̃ iubemur, Cũ autem dicit, Eundẽ spiritũ fidei, ostẽdit ꝙ in iustis diuersorũ tẽporũ, eadẽ est fides. Ea. n. fides iustos saluauit antiquos: q̃ saluat & nos. i. mediatoris Dei & hoĩm. Tẽpora ergo variata sunt, sed nõ fides: qa illi vẽturũ Christũ, passurũ, resurrecturũ, & ascensurũ crediderũt: nos autẽ credimus Christũ venisse, passum esse resurrexisse, in cælũ ascendisse. Et ꝙ antiquos iustos fides saluauerit, ostendit, dicens, Sicut scriptũ est. q. d. habemus eundẽ spiritũ quẽ illi. Habentes autẽ eũdẽ spirtiũ fidei, quẽ illi habuerũt. Bene dico ꝙ habuerunt, Sicut scriptũ est, de illis patribus, in quorũ persona dicit Dauid. Credidi, perfecte, Propter quod locutus sum, aliter non perfecte crederet. Non. n. pfecte credũt qui quod credunt, loqui nolunt. Ideo ait, Credidi propter qđ locutus sum, sed propter hoc dicit se locutũ esse, qa credidit, & ita duo fecit, quorũ alterum alterius causa extitit, Credidit. s. & locutus est, ne fides sine cõfessione esset inutilis. Habentes inquã Et nos, vt illi credimus futurã vitam Propter qđ loquimur. i. cõfitemur nõ timẽtes mala: qa sumus Scientes quoniam q suscitauit dominũ Iesum, a morte, Et non suscitabit, vt scimus in eadem gloria, Cũ Iesu hoc dicit propter quosdam q negabant resurrectionem, quos & in prima epistola arguit. Et in eadem gloria Constituet nos. i. cõfirmabit. vt vltra. s. nõ moriamur, nec mors nobis dominetur. Constituet dico, Vobiscum quia omnes vnius fidei ꝑticipes in vna domo pacis erunt. In qua

Auguſ. de na. & grã

Augu. sup Ioannem

B

Augus.

Ambro.

C

Constituet, non dico nos nobiscum, sed Nos vobiscũ, vt non inferiores, sed pares nobis sitis si volueritis. Et bene de vobis hoc assero, Enim. i. quia. Omnia, ista facimus Propter vos, instituendos nostro exemplo, ita omnia ad vos spectant, vt Gratia Dei abundans, in nobis, abũdet & per vos in aliis, & per vos multos abũdet In actione gratiarum, vt. s. vos & alii gratias Deo agatis. Et hoc In gloria Dei. i. ad ostendẽdũ Deũ gloriosum, qui a munere suo nullũ vult esse alienũ. Ideo Apostol⁹ oĩa sustinet, & omnibus fideliter prædicat, vt non paucos ad cœnam perducat Dei: cui⁹ cõtumelia est: si veniant pauci. Magna. n. con-

tumelia eius est qui cœnam fecit opulentam, ac multos in D uitauit, si paucos habet. Propter qđ.q.d. omnia facimus ad instructionē vestrā. Propter qđ.s.vt nos imitemini: nō dico pro vita Iesu tantū nō deficimus in tribulationibus. Sed licet homo noster.i.caro, Is qui foris est.s.expositus malis corrūpatur, tñ is q intus est.i.anima munita spe futuri, cui nō accedit human⁹ furor.i. imago Dei, Renouat,

Ambrosi. in agnitione Dei. De die in diē.i.assidue. Vel Renouatur de die in diē.i.assidue purior a vitiis, efficit p ignē tribulationis. Nota q̄ licet dicat is q foris est, & is q intus, nō tñ

Augusti. cōtra Faustum. duo sūt homines, sed vnus quē totū Deus facit.i.& id quod interius est, & id quod exterius est, Interiorem porro hominē pro spiritu mentis: exteriorem vero in corpore, atq; ista mortali vita vult intelligi: sed ad imaginē suā nō fecit nisi id quod vlteri⁹ est. Nō ergo fecit hominē ad imaginē E suam secundum hoc quod habet corpus, corporalemque vitam, sed secundū hoc quod habet rationalē mentem, qua cognoscat Deū, & oīb⁹ rationalib⁹ p̄ponat. nō ergo corpus tantū, sed qcqd etiā est cōmune pecori, exterior hō est Totusq; ille hō.s.secūdū iteriorē & exteriorē, sui ptē, iueterauit pctm̄ & pœnę addit⁹ ē. Renouat aūt secūdū iteriorē hominē, in resurrectione vero etiā exterior pcipiet cælestis

Au.de tri. habitudinis dignitatē, vt totū qđ factū ē recreet, & qđ factū ē reficiat. Nā licet & hō exterior.s.corp⁹, quāto ē hęc vita diuturnior magis magisq; corrūpit, vel ętate, vel morbo, vel aliis modis. Id em̄.q.d.merito nō deficimus, quia Id tribulationis nostrę.i.minimū, Quod in pręsenti est, vbi nō est nisi desolatio, Et momētaneū.i. parū durans, Et leue, ad ferendū, Operat in nobis pondus gloriæ.i.im- F mēsam gloriā. Nota q̄ singula singulis opponit. Ponit em̄ pondus cōtra leue, & glorię contra tribulationis. Pondus dico, AEternū, cōtra hoc qđ dixit momētaneū. Et supra modū tribulationū, cōtra hoc qđ dixit, Id t. Et In sublimitate.i.in cęlo, cōtra hoc qđ dixit, in p̄senti. Paruis em̄ laboribus magna reddet merces, & pro leui tribulatione supra modū sublimitas glorię. pensabit ppetuę. In nobis dico, Non contēplantibus.i.nō apparētibus ea Quæ videntur, ac si diceret, Ideo operatur in nobis pondus glorię, qa nō appetimus terrena, sed cęlestia. Ideo q̄ non videntur appetimus, Enim.i,quia, Quæ videntur, temporalia sunt.i. transitoria, Quę autem non videntur, æterna sunt.

A CAPVT V.

SCim⁹ enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ꝙ ædificationem ex deo habeam⁹, domum non manu factam, æternam in cęlis. Nam & hoc ingemiscimus, habitationem nostram quę de cęlo est superindui cupiẽtes: si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari: sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est a vita.] Scimus enim, quasi dicat, vere operatur pondus glorię, quia etiam in corporibus non tantum in animab⁹. & hoc est qd ait, Et est talis ordo literæ. Scim⁹. n. ꝙ habem⁹, ne dicã habem⁹: adeo certi sum⁹, qa iam habemus spe, quod habituri sumus re. AEdificatio-

B nem, id est, corpus immortale, firmatum plene. Ex deo, tantum, quia non ministerio hominum fiet. Habebimus dico, Si domus nostra. i. mortalis caro in qua habitat anima, Huius habitationis, vbi semper inquietatur anima. Domus dico Terrestris. i. de terra, & procliuis ad terrena. Dissoluatur, id est, destruatur pro Christo. Et est sensus, Scimus quod habebimus corpus immortale, & si hoc corp⁹ mortale per tribulationes dissoluatur. Et ideo, Q̃m̃ sic dissoluitur, vt conditio, & causa sit pręmissa. Deinde quid dixerit ad ædificationẽ, exponit dicens, scilicet, Domum animæ, id est, corpus immortale in quo resurgẽtes semper erimus. Domum dico, Non manufactam. i. non complexione hominũ factam, s. nõ humanæ generatio- Ambros.

C nis opere productam, nec humanis fomẽtis auctam, sed adeo ineffabiliter compactam. Et æternam, quia ab ęterno factam in dei dispositione. i. ab ęterno nobis pręparatam. Et illam habebimus In cęlis, id est inter cælestes, scilicet inter angelos. Vel poti⁹ dicitur ęterna, quia in ea sine fine manebitur. Per hoc dat fiduciã, vt non timeamus dissolui de corpore violentia infidelium, quia ꝑparata est habitatio in cęlis æterna, vt de temporali & terrena expulsi in ꝑpetua domo recipiamur. Nã & in hoc. q. d dico ꝙ habebimus domũ nõ manufactã, & inde potest videri, qd habebimus. Nam nõ solum pro pręsenti habitatione, sed etiam in hoc, i, in consideratione huius tantę glorię, Ingemiscimus, ex dilatione desiderii, quod non faceremus

nisi certi. In cui⁹ rei figura, Axa filia Caleph petiit a pa- D
tre irriguum superius, & irriguum inferius vt nos lachri
mas effundamus, non solũ pro præsentis incolatus mise-
ria, sed etiam pro dilatione supernę glorię. Vnde hic ait,
Et in hoc ingemiscimus: in quo, s. in hoc, s. Cupientes, su
per virtutes animę, Indui habitationẽ nostram. i. ædifi-
cationem nostrã, quæ de cælo est. i. immortalis & impassi
bilis. Et est sensus, Ideo ingemiscimus, quia cupim⁹ super
innouationem animę, quã iã accepimus, indui nos, Ha-
bitationem nostrã. i. dari animę vestimentũ, non de terra
corruptibile: sed de cęlo. i. immortale & impassibile, ad
similitudinẽ cælestiũ. Si tamen. q. d. cupim⁹ indui. quod
vtiq; fiet, tamen hac cõditione. Dico si nos Inueniamur
Ambrosi. vestiti, s. virtutibus, fide, & cęteris. Posito. i. deposito cor-
pore. Et non inueniamur Nudi, virtutibus, i, si Christũ E
vestiti fuerimus corpore deposito, & non nudi eo. Hoc di
co, ne idẽ de nudis putaretur. Vel ita, Cupimus indui cor-
pore in resurrectionẽ, ita Tamen si inueniamur vestiti,
gloria promissa: Nõ nudi, Hoc enim desiderant sancti
ne resurgentes recepto corpore nudi. i. alieni a promissa
gloria inueniantur. hoc enim opus est, vt induti corpore
superinduantur gloria, quæ immutatio in claritatẽ erit. s.
Nã & qui. q. d. Nos perfectiores pro dilatione gemimus,
quia etiã min⁹ perfecti qui carnẽ fouent, inter quos apo-
st o⁹se cõnumerat, ne illi min⁹ de se sentiãt. Et hoc est qđ
ait. Nã &. i. etiã nos minores q̃ sum⁹ In tabernaculo isto
id est qui habitationẽ hui⁹ corporis diligimus, de quo nõ
Augu. de ciui. dei. esset curandũ cum non sit nisi tabernaculum ad tempus,
Ingemiscimus, desiderio cælestis. & nos dico, Grauati, i. F
depressi, Eo. s. corruptibili corpore, quia aggrauat nunc
animam corpus corruptibile, & deprimit terrena inhabi-
tatio sensum multa cogitantem. Et quia grauationis causa
est non natura & substantia corporis, sed eius corruptio,
nolumus corpore expoliari si fieri potest, sed etiã immor
talitate vestiri. Et hoc est quod ait, Quod nolumus. q. d.
grauamur sarcina corporis, quod corpus tamen Nolum⁹
Remigi⁹. expoliari. i. nollemus nobis per mortem tolli, si fieri pos-
set. Sed super. i. ideo, Vestiri stola, immortalitatis, Ita
Augu. in ps. 88. vt quod mortale est absorbeatur vita. i. vt vita immortali-
tatis destruat mortalitatem, non vt super eam veniat, &c.

A Sensus est, Si vellem⁹ fieri immortales si fieri posset, vt iā veniret ipsa immortalitas, & modo sicut sumus mutaret nos: quia & si a malis ad bona trāseamus, tamē ipse trāsitus amarus, & habet fel & acetū. i. acre quid tolerandum. & si corpus grauat animā, & habet incitamenta vitiorū, & desideria vitiosa: non tamen oīa mala sunt ex eo, nec omnia vitę iniquæ vitia tribuenda sunt carni, nec ab his omnibus purgem⁹ diabolū: qui nō habet carnē, nec fuit corruptio corporis, qua aggrauat animā peccati primi cā, sed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricē fecit, sed peccatrix anima carnem corruptibilē fecit. Qui ergo oīa mala aīę ex corpore putāt accidisse, ī errore sunt. Attēde ꝙ ingemiscere se dicit: & grauari sub sarcina corruptibilis carnis: & tamen ait, Nolum⁹ expoliari. Ecce vox,

B nec cōfessio pœnæ. graue est corp⁹ & onerosum atq; corruptibile, gemitur sub illo, & tamen nō libenter deseritur, Prī⁹. n. mētis ratione cupit dissolui, & esse cū Christo: sensu aūt carnis refugit & recusat. hoc habet humanus affectus, hoc ipsa aīa nescio quō habet in voluntate, qm̄ diligendo vitam, odit mortē: qm̄ carnē suam nō odit, nec ipsā vult accidere quod odor: & si fieri possit nō vult expoliari, sed superuestiri. sicut ait Apostolus, Nolumus expoliari, sed supuestiri. q. d. sub terrena tunica gemo, ad cęlestem festino: illā volo accipere, istā volo ponere. Quid Apostole dicis? fiet iniuria tāto illi cęlesti vestimento, vt veniat tibi immortalitas super hos pannos mortalitatis & corruptionis, vt hoc sit inferius illud superi⁹, hoc interi⁹, illud exteri⁹? Nō sic, inquit, dico, nō sic. Nolo itaq; expo-

C liari, sed superuestiri. nō tn̄ ita, vt sub īcorruptiōe maneat corruptio, sed Vt absorbeat̄ qđ mortale est a vita in nobis. vt nusq̄ sit mortalitas, nō infra, nō supra: nō intra, nō extra. Absorpta est. n. mors in victoria. Vel ita, Nā & qui. q. d. de illo gemim⁹. s. qa a beatitudine remoti sumus. & nō mirū si de eo gemim⁹: Nā de hoc etiā gemimus quod minus est. s. quod hoc corpore exuimur. & hoc est qđ ait, Nā q sum⁹ in tabernaculo isto. i. in hac habitatione, q̄uis grauati simus. eo. i. sarcinā carnis, eū Ingemiscim⁹ eo. i. ideo, Quod nolumus expoliari, corpore, Sed superuestiri immortalitate, si hoc posset fieri, ita Vt quod mortale est absorbeatur a vita, nec vltra possit mori.

Augu. de ciui. dei.

Augu. in ser. de na. apost.

Idē ī eod

Augu. de grā n. t.

A regrinamur a domino? Sine dubio vbiq; est, & in eo sunt omnia, & tamen dicimur hic peregrinari ab eo: quia & si vbiq; deus est, non tamen hic videtur sicut in cælis. Peregrinamur ergo non in fide, sed specie. Vnde subdit, Per fidem enim, inuisibilium, Ambulamus. i. ad deum tendimus. Et Non per speciem. i. non per præsentiam eorum. Qui peregrinamur & per fidē ambulat, nō est in patria, sed iam est in via: Qui autem nō credit, nec in patria est, nec in via. Sic ergo ambulemus tanquam in via sim⁹, q̃a ipse rex patriæ factus est via. Rex patriæ Christus est, & ibi veritas. Hic autē via est. Quo im⁹? Ad Christū. Qua imus? per Christū. Ipse. n. ait, Ego sum via, & veritas, & vita, Est illuminatio per fidē, est & illuminatio per speciē. modo per fidem tantum illuminamur, non per speciem. Augu. in p̄s. 164. Augu. de consensu euāgelist.

B Homini enim vita per mortalem adhuc agenti nō potest contingere, vt dimoto atq; discusso omni nubilo fantasiarum corporalium, serenissima incōmutabilis veritatis luce potiatur, & mente penitus a consuetudine vitę huius alienata, constanter & indeclinabiliter illi hæreat. Audimus autem. q. d. sum⁹ audēes & scientes hoc, audētes autem mēte. Audem⁹, opere. i. ab actu nō q̃escim⁹, & si durū sit. Et bonā volūtatē habem⁹, q̃a nō tristamur, nō murmuramus in aduersis. Nos dico cupientes magis Peregrinari. i. remoueri A corpore, & Præsentes ad dominū, quā hic morari. Et q̃a volum⁹ hic hęrere, Ideo, oīb⁹ modis Cōtendimus placere illi, siue absentes, vt nunc est, Siue pręsentes, vt q̄n astabimus ei. i. elaboramus vt hic, & illic placeam⁹ illi. Oēs. n. q. d. cōtendim⁹ placere, & sic expedit.

C Oēs, n, &c. Vel ita cōtinet, p̄sentes illi erim⁹. Et vere, quia Oportet nos oēs, bonos & malos, manifestari ante tribunal Christi. i. an̄ iudicē Christū, Ad qd? Vt vnusquisq;. s. bon⁹ & mal⁹, Referat, a simili messorum, Propria corporis, prout gessit. s. plus vel minus, siue bonū siue malū. i. referat ea q̄ gessit p corp⁹. i. p tēpus corporis: quia null⁹ meret̄, nisi dū in corpore est, Quē sensum cōfirmat alia translatio q̄ ita habet, Vt referat vnusquisq; secundū ea quę per corpus gessit. Per corpus quippe dixit, non q̄d oīa gerāt̄ motu corporis, sed q corp⁹. i. per tempus quo q̄s vixit in corpore. Hic. n. oē meritū cōparat̄ quo possit post hāc vitā quispiā reuelari vel grauari, Nam etiam ista quę pro defunctis cōmendandis frequētat ecclesia nō omni- Augu. de ciui dei. Augu. in enchirid.

bus prosunt. & quare? Nonne pro differentia vitæ quam D
quisq; gessit in corpore, quia etiã hoc meritum sibi quisq;
dũ in corpore viueret cõparauit, vt ei possint ista prodesse
Cum ergo sacrificia, vel altaris, vel quarumcunq; eleemo-
synarum pro baptizatis defunctis omnib⁹ offerũtur, pro
valde bonis gratiarũ actiones, pro non valde malis pro-
pitiationes sunt, pro valde malis etiam si nullla sunt adiu
menta mortuorum qualescunq; viuorum consolationes
sunt. Quibus autem prosunt, vel ad hoc prosunt, vt sit ple
na remissio, vel certe vt tolerabilior fiat ipsa dãnatio. Oẽs
ergo adstabimus ante tribunal Christi, vt referat. A simi-
li messorum ea quę gessit per corpus Vnusquisq;, etiam
pueri, qui si nõ per se; tamen per alios gesserunt, dum per
eos vel crediderunt vel non crediderunt, quando baptiza
ti vel nõ baptizati sunt: secundũ quod iudicantur, non se- E
cundũ quod gesturi erant, si diu viuerent. Dicit eñ prout
gesserit in corpore, non vt gestur⁹ erat si diu viueret. Fru
Augu.in stra ergo sibi homo post hoc corp⁹ promittit, quod in hoc
sen.pspe. corpore cõparare neglexit. Et qa ante tribunal stabim⁹,
[Scientes ergo timorem domini hominibus suadem⁹.
deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscien-
tiis vestris manifestos nos esse. Non iterum commenda-
mus nos vobis: sed occasionem damus vobis gloriãdi pro
nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur & nõ in
corde. Siue enim mente excedimus, deò, siue sobrii sum⁹
vobis. Charitas enim Christi vrget nos, æstimantes hoc,
quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes
mortui sunt, & pro oĩb⁹ mortu⁹ est Christ⁹: vt & q viuũt
iã nõ sibi viuãt, sed & q̃ p ipsis mortu⁹ est & resurrexit.] F
Scientes ergo timorem domini, id est quã caste timen-
dus est deus, Hominibus suademus, vt timeant, & vt cre
Ambrosi. dant & prouideant sibi: quia quorundã prauiloquio, dies
domini in dubium venit. In hoc autem sumus deo ma
nifesti, id est approbati, quod non sunt pseudo. hoc enim
prędicabat apostol⁹ quod deus iusserat, Spero autẽ. q. d.
Deo sumus approbati. spero autem quãtum in me est, in
quo non remanet Nos esse manifestos, id est approba-
tos, Etiam in conscientiis vestris, & si non ore confitea
mini. In his autem, Non iterum commendamus nos vo
bis, id est non arroganter, hoc dicimus: sicut nec prius cũ

A diceremus, Non sumus sicut plurimi. &c. Sed talia dicẽdo, Damus vobis occasionem, i, materiã gloriãdi contra pseudo, q per elationẽ gloriant̃ in se, dicẽtes se ab illis doctos q cũ dño fuerunt. Gloriãdi dico ꝑ nobis, qa ego Paulꝰ Apl̃s sum, sicut ii a qbus se didicisse iactãt, qđ vobis necesse est ad hoc, i, vt Habeatis, quid possitis dicere, Ad eos reprimendos q gloriant̃, In facie, i, in exterioribus, vt in circuncisione & aliis legalibus: nõ In corde, i, spiritualibus. Vel, Gloriant̃ in facie, i, in cõspectu hominũ, vt hypocrite faciũt: nõ in cordibꝰ suis, vt superbiã reprimãt per cordis humilitatẽ. Siue em̃, q, d, de nobis vtiq; potestis gloriari, qa qcqd agimus vel honor est Dei vel vtilitatis ꝓximi. & hoc est ꝙ dicit, Siue em̃ mẽte excedimus, i, si nos cõmẽdamus, in quo putamur insentati, Deo est, i, ad Ambros.

B honorẽ Dei est, q nos sic exaltauit. Vel, Deo est, dimittendũ, nõ ab hoïe iudicandũ. Si em̃ superbe putat̃ locutus qđ est quasi insania dũ se laudat verũ dicens, dimittendũ est Deo Oïs em̃ superbia velut insania habet̃. Siue sobrii sumus, vt non alta dicamus de nobis, Vobis est, i, ad vtilitatẽ vestrã: quia si non iactanćter, sed ad gloriã audientiũ intelligit̃ locutus, Corinthiis ꝑficit. Vel ita, Siue em̃ Excessum mentis dicit ꝙ mente leuatur ad intelligẽda cęlestia. Extasis verbũ est Gręcũ. Latine autẽ vno verbo exponi potest. si dicatur excessus. In excessu vero mẽtis duo intelligunt̃, vel pauor, vel intentio ad superna, ita vt quodammõ a memoria labant̃ inferiora. In hoc mentis excessu fuerunt omnes sancti, quibus arcana Dei mundum Au. i psalmo. xxx

C istum excedẽtia reuelata sunt. De hoc mentis excessu loqtur hic Paulus, seipsũ insinuãs, q, d, potestis de nobis gloriari. Siue em̃, i, contemplatione rationis, Excedi, omnia temporalia, Deo est qui solus cognoscit excessum nostrũ. Ille em̃ videt qđ videmus in excessu mentis: non vobis est qui non potestis capere. ideo soli Deo se dicit excessisse. Excerẽs em̃ mente Apl̃us omnẽ humanã fragilitatẽ, oẽm seculi tẽporalitatẽ, oïa quęcunq; nascẽdo & occidendo vanescunt transeuntia, habitauit corde in quadã ineffabili, contẽplatione. vbi audiuit inffabilia verba, quę nõ licet hoï loqui: vbi si semp permanere vellet, te nõ leuaret qui sublimia videre non potes. Quid autẽ fecit? Descendit, & non ingratus ei a quo accepit altiora, propter infir Augusti. Au. in ps. cxviii.

mos non contempsit inferiora, sed eis se contemperauit. D
August. vnde subdit, Siue sobrii sumus, cõdescendendo, Vobis est, quia sic loquimur vt capere possitis, Isti sunt angeli de quibus dñs ait in euangelio, Videbitis cælũ apertũ, & angelos ascendẽtes & descendẽtes super filiũ hominis. Hos eosdem angelos vidit Iacob in scalis ascendẽtes & descẽdentes. Charitas enĩ, q, d, ꝑ vobis est totũ, Charitas, n, Christi, i, amor quẽ erga nos Christ⁹ exhibuit condescẽdentes nobis, Vrget nos, vt omnia ꝑ vobis faciam⁹. Nos dico, Existimãtes hoc, qm̃ si vnus tantum intus sine peccato, i, Christus mortuus est pro oĩbus: ergo oẽs alii sunt
Ambro. in peccato. Ergo omnes mortui sunt. Et est sensus, Hoc certissime ęstimamus, quia si Christus charitate pro omnibus mortuus est, tunc constat omnes mortuos fuisse in Adam pro quibus est Christus, vt eos a morte liberaret, E quę gratia ne inutilis sit hominib⁹, vt apostoli eos alliciãt necessario se laudant. Per gratiã enim & meritũ apostolorum agnoscitur gratia & beneficiũ Christi, Vel ita, Si vnus, s, si solus sufficiẽs sine omnib⁹ legalibus Mortu⁹ ꝑ omnibus est: ergo omnes mortui sunt vetustati per eum, nec alio egent, Cesset ergo lex, Vel ita, Si vn⁹ pro omnibus, i, si Christus quantũ ad se Pro omnibus mortuus est & si nõ omnib⁹ ꝓfuit, ergo, Et oẽs homines mortui sũt
August. .i. mori debent pro honore illius. Et etiã pro oĩbus, mortuus est Christus, Vt & illi viuunt, virtutib⁹ per remissionem peccatorũ, Iam nõ viuãt sibi, i, non sibi vitã virtutũ attribuant: sed Ei qui pro ipsis mortuus est, vt morerẽtur peccato. Et resurrexit, vt in nouitate vitę ambulem⁹. Vel F ita, vt de vita corporis agat, q, d, ideo mortu⁹ est, vt & Qui viuunt, in corpore iã, Non viuant sibi, i, non suę priuatę volũtati. Sed Ei, i, voluntati eius, s, Christi. Qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, i, nõ in spe terrenorũ, sed in spe resurrexionis viuãt. [Itaqꝫ nos ex hoc neminẽ nouimus secundũ carnẽ, Et si cognouim⁹ scd̃m carnẽ Christũ sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt.] Itaqꝫ &c. q, d, Et quia hoc, id est amodo a deo certi sum⁹ de gloria ęterna, Quod neminem nouimus, id est laudamus viuentem Secundũ carnem, id est sua quærentem, nõ quę Christi sunt: temporalia, non æterna, nec hoc debet facere aliquis, quia, Et si

A cognouimus Christum esse secũdum carnem, id est mortalem, per quod putauimus eum tãtum esse hominẽ, Sed nunc non nouimus, eum mortalẽ, id est & si Christus fuit mortalis, per quod ego eum putaui esse tãtum hominem dum eram infidelis, tamen iam est immortalis, & ita securi sumus de pręmio. Et est sensꝰ, Ideo debẽt viuere Christo non sibi, secundum carnem, quia & si Christus vsque ad crucem fuit infirmus, id est iniuriatus, qui pro nobis non dedignatus est homo passibilis fieri & mori, tamen post resurrexionem iam nõ est infirmus & mortalis, sed apparet quod non esse putabatur. Vnde ipse ait, Cum exaltaueritis filium hominis, tũc cognoscetis quia ego sum. hoc memorat ideo, vt ostendat qua deuotione obsequendum est Christo: vt intelligentes quantum pro nobis fe- Ambrosi.

B cerit propẽsius illi seruiant, Vicẽ ergo illi reddant, quasi deo non homini solum pro eis passo, & quia Christus iã non est secundum carnẽ, Ergo si qua creatura in Christo est noua. i. si quis in Christo renatꝰ, est nobis, Vetera transierunt ei, & ecce facta sunt ei omnia noua, i, illi iã spe transit mortalitas, & transibit resur. & dabitur noua immortalitas. Itaq̨, q, d, qa Christꝰ resurrexit, Itaq̨ nos ex hoc, i, amodo, adeo certi sumus de eadẽ resurrexiõe, ꝙ Neminẽ, fidelium nouimꝰ esse viuentem, non dico in re, sed in spe, Secundũ carnẽ, i, secundũ carnis corruptionẽ. Carnem quippe hoc loco non ipsam corporis substantiã quã & Christus post resurrexionem habuit, & nos post resurrexionem nostram habituri sumus, sed corruptionẽ mortalitatemq̨ carnis vult intelligi. Suo quippe more vi-

C tam nostrã futurã ita certa spe meditaẗ, tanq̃ iã adsit, pręsensq̨ teneatur, q̃ in Christo resurgente iam impleta est quæ vtiq̨ vita non erit secundũ carnẽ, non quin in eadem carnis substantia resurgamꝰ, sed nõ in eadẽ qualitate corruptionis, quę hic nomine carnis signatur. Quia ergo vitam resurgẽtiũ quasi præsentem meditatur, amodo inqt, Neminẽ nouimus secundũ carnẽ, i, tam certam spem tenemus futurę nostrę incorruptionis & immortalitatis, vt iam in ipsa notitia gaudeamus spe, quasi in re haberemꝰ vitam, quę erit sine corruptione, sicut & Christi vita iam non est secundũ carnem. Vnde subdit, Et si cognouimus Christũ secũdũ carnẽ, i, scdm carnis mortalitatẽ ante re- Au. cõtra. Faustum.

surrectionem: Sed,tñ,nũc iam,s, postq̃ resurrexit, Nõ D noui ipsum scd̃m carnẽ,i,scd̃m carnalẽ corruptiõis qualitatẽ. Quia Christ⁹ resurgẽs a mortuis,iã nõ morit̃ &c. Ideoq́ in euãgelio ipse ait,Ad patrẽ vado,& iã nõ videbitis me,i,nunq̃ vlteri⁹ videbitis scd̃m quod mõ sum: non videbitis me humilẽ,sed excelsum:nõ mortalẽ,sed sempiternũ:nõ iudicãdũ,sed iudicaturũ. Et idẽ ait,Nisi ego abiero paracletus non veniet a.v. id est nõ potestis capere spiritum sanctũ,s,quãdiu scd̃m carnẽ me nosse persistitis. Et q̃ sumus in Christo spe,& si nõ,re Si qua ergo in Christo, noua creatura est,sicut vere est,i,si quis populus innouat⁹ est per fidẽ Christi, Vetera trãs.ei, & ecce facta sũt omnia noua: quia innouatis fide trãsit mortalitas spe, & adest nouitas resurrectionis Vel ita, Itaq́,q,d,quia sol⁹ Christus sufficit ad iustitiam & vitam sine oĩbus legalib⁹ E Itaq́ nos ex hoc,tempore gratię, Neminẽ nouim⁹, i,adprobamus viuentẽ Scd̃m carnẽ,i, qui secundum carnales obseruantias viuat. Quia & si cog. Christũ secundũ car. ,i,q̃uis dũ infidelis eram intellexerim Christum in lege p̃missum esse scd̃m carnẽ,s,vt legalia obseruaret. & seruari pręciperet, Sed tñ nũc iam,s,post conuersationẽ postq̃ veritas venit, Non,ita esse Nouim⁹,sed vt vmbra cesset, & veritas manifestet̃. Et quia vmbra cessare debet, Si qua ergo creatura in Christo no.s.est.ve.trã.ei.scilicet carnales obseruantiæ, & voluptas carnis,i, vetus test. & oĩa ad veterem hominẽ pertinentia, in gentibus idololatria, in Iudęis seruit⁹ legis. [Et ecce facta sũt oĩa noua. Oĩa aũt ex deo qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit F nobis ministeriũ reconciliationis. Quoniam quidẽ deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi,non reputãs illis delicta ipsorum,& posuit in nobis verbum recõciliatiõis Pro Christo ergo legatione fungimur tanq̃ deo exhortante per nos. Obsecram⁹ pro Christo recõciliamini deo Eum q̃ non nouerat peccatũ pro nobis pc̃tm̃ fecit,vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.] Et ecce facta sunt omnia noua,i, noua venerũt,s,nouũ test. & omnia noui hominis, & veritas vni⁹ dei successit. Oĩa autẽ,q,d,dixi in Christo,i,per Christũ nouã creaturã fieri,& vetera transire: sed tamen omnia sunt ex deo patre,qui pater Reconciliauit nos sibi per Christũ,i,per incarnatum verbum:

Aug. sup Ioannem

Au. cõtra Faustuũ.

August.

Ambrosi.

Augusti.

A Et dedit ministeriũ reconci.no. apostolis vicariis Christi, quod nō pseudo. Deus per Christũ recōciliauit, quod vtiq; Ambro. p Christũ fieri potuit. Quoniã quidē deus, pater qui nihil nō pōt, Erat in Christo, ergo potuit Christ⁹ reconciliare, qa pater erat in eo. Sicut ipse ait, Pater in me est, & ego in patre. Per hoc autem intelligitur pater esse in filio, & filius in patre, qa vna est eorũ substãtia. Ibi est.n. vnitas, vbi nulla diuersitas est, & ideo alter in altero est, qa & imago & similitudo eorũ vna est, Erat in Christo dico, mundum, i. electos de mundo sibi recōcilians. Qualiter? hoc mō recōcilians, Non reputans illis. i. non puniens æternaliter in illis Delicta ipsorũ, tam originalia q̃ actualia. Et posuit q.d. hoc mō dedit nobis ministeriũ reconciliationis, Quia August. posuit in nobis verbum recon. i. prędicationē fidei, p quã

B reconciliãtur homines deo. Et quia posuit in nobis verbũ ergo fungimur legatione dei, pro Christo. i. vice Christi q Augusti. fuit legatus dei. Vel. Pro Christo. i. p honore Christi. Et Ambrost. ideo obsecramus vos, tanq̃ deo vere exhortãte vos p nos, Au. cōtra quia vere in nobis loquitur. Quid obsecramus? Ecce recō Max. ciliamini deo, & hoc pro Christo. i. pro amore Christi. Vel, Ego obsecro vos pro Christo. i. vice Christi, & debetis vel potestis hoc facere, quia Deus pater fecit pro nobis eũ, qui nō nouerat peccatũ p experiētiã, & si p sciētiã, eũ inquã. i. Christũ, Fecit peccatũ, i. eũ q non peccauerat Fecit peccatũ. i. hostiã pro peccato. & trahit̃ hęc locutio a veteri lege. Vsus est. n. veteris test. peccata dici sacrificia p peccatis. Vl̃ peccatũ dicit̃ similitudo carnis peccati. Vñ dcit̃ alibi De peccato dãnauit peccatũ. i. de similitudine carnis pec-

C cati. qa misit de⁹ filiũ suũ i simili. car. pec, Et iterũ dr̃ Mortu⁹ ē pc̃tō. i. similitudini car. pec. qa moriēdo carnis mortalitate exut⁹ est. Et est sensus, Fecit eũ pec. i. mortalē. ita etiã meledictũ accipit̃ p morte q̃ de maledicto venit: vt vere dictũ in lege intelligat̃, Maledict⁹ oīs q pēdet in ligno Quid est maledict⁹ es? i. terra es & i terrã ibis. qd est qd dicit oīs? qa etiã ip̃e Christ⁹ q cũ esset vita, mortu⁹ ē vera morte, nō ficta. Vel, Fecit eũ peccatũ. i. peccatorē putari i poena. & hoc vtiq; fecit, vt nos efficeremur non mō iusti, sed Etiam iustitia, per quos alii essent iusti. Iustitia dico Dei, nō nostra. & hoc in ipso scilicet deo Christo, non p aliud. Vel, Efficeremur iustitia, dei. i. iustificaremur a deo, qa ex

Cap. 6. Deo tantum est omnis consummatio. Et hoc, In ipso.i. D
per ipsum Christum. Attende, quia sicut cum legitur, Domini est salus, non ea intelligitur qua dominus saluus est sed qua salui sunt. quos ipse saluat, sic cum dicitur dei iustitia, nõ est illa intelligenda qua deus iustitia est, qua iusti sunt hoĩes, quos gratia sua iustificat. CAPVT VI.



Adiuuantes autẽ exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tẽpore accepto exaudiui te, &. in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dãtes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in augustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus. ĩ vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iustitię. a dextris & a sinistris.] Ad E
iuuantes autem. q.d. Christus redemit vos, & reconciliauit. Nos autem. s. missi ad eo, Adiuuantes vos, vel Christũ Exhortamur, vos, Ne invacuũ gratiã dei recipiatis. i. ne in vacuum cedat vobis gratia quam iam suscepistis. Gratia dei est remissio peccatorum, quã in vacuũ recipit ille, qui nõ post exercet se in bonis, vel q in legalib⁹ cõfidit. Et qua si quis quæreret, Est ne gratia? Respon. Est vtiq;, Ait enim dominus ĩ Esaia, O homo, Exaudiui te, orantem pro peccatis, Tempore, gratię, Accepto, mihi vel hominibus, Et in die salutis. s. qñ lux nata est mũdo. s. Christus, auxiliatus sum tui vel adiuui te de assecutione virtutum, & pseuerãtia bonorum operum. Deinde exponit prophetiam dicens, Ecce. q.d. Ita dixit dominus in prophetia de tẽpore gratię, Et ecce nũc est tẽpus accept. quo morbis mortalibus salubris medicina infunditur, Et aliis verbis idẽ dicit, Ecce nunc dies salutis, qui nõ in lege veteri fuit. Vel ideo dicit, Nunc quia statim in obitu fidelis, sal⁹ datur nõ cras, non post annum differtur. Exhortamur vos, vos dico Ne- F
mini dantes. Adeo solliciti sumus circa salutem egrorum Vllam offensionem, verbo vel exemplo. & hoc facimus Vt non vituperetur ministerium nostrũ. s. ministerium apostolatus, quod vtiq; vituperaret, si nos hoc facerem⁹. i. si quod verbo docemus operis exemplo non exhiberem⁹

Ambrosi.

A Vel ita, Nemini.q.d.dico vt caueatis, ne in vacuũ recipiatis gratiam, vos dico Nemini dantes vllam offensionem. verbo vel exemplo, Vt non vituperetur, per vos Ministerium nostrũ, Sed in omnibus.q.d.neminem offendamus, sed potiꝰ vos vt ego, Exhibeamus.i.offeramus deo, Nosmetipsos, in omnibus, Sicut dei ministros, & si non oẽs simus ministri. Ideo dicit, Sicut dei ministros, quia dei ministri non adulantur hominibꝰ, vt placeant deo, sicut pseudo faciunt studentes lucro. In multa.q.d. Exhibeamus, nos ministros in oĩbus.s. In multa patientia, vt nec parũ moueamur. Patientia dico habita In tribulationibus.i.afflictionibus. Deinde tribulationes per partes exequitur.s. In necessitatibus, victus vel vestitus. In angustiis.i.s. animi cura & timore, In plagis.i.in verberibꝰ, In carceribus in B seditionibꝰ.i.cõmotionibꝰ populi cõtra se, In laboribus, operum, quia manibus suis operaẽ, ne cui grauis esset: In vigiliis.s.nocte laborando etiam officio sibi delegato. In Ieiuniis, coactis vel spontaneis. Sed cum his omnibus difficultatibus agitentur sancti, mirum videtur qbusdã quod dominus ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meũ, & inuenietis requiẽ. Iugum eñ meũ suaue est. Considerant eñ eos q iugum ipsum intrepida ceruice subierunt, & qui sarcinã illam mansuetis humeris acceperũt, tam difficilia pericula pati, vt non a laboribus ad quietẽ, sed a quiete ad laborem vocari videantur. Ait ergo aliquis, Quomodo iugum suaue est, & sarcina leuis? Et quomodo dicitur, venite ad me qui laboratis, & ego reficiã vos: & non potius, Venite C qui vacatis vt laboretis? Sed sciendũ quod cũ grauia & aspera sustineãt sancti, adest profecto spũs sanctus, q in exterioris hominis corruptionẽ, interiorẽ renouat de die, in diẽ, & gustata requie spirituali, spe futurę beatitudinis oĩa aspera releuat, & si etiã in tot duris leue est etiã onꝰ Christi, & reqes est intus spiritu sancto viuificante, & spe futuri oĩa mitigãte. Oĩa eñ sęua & imania facilia & ppe nulla facit amor. Itẽ, Exhibeamꝰ nos vt dei ministros In castitate, mẽtis & corporis. In scientia scripturarũ. Vel, vt sciamꝰ Quõ inter iniquos conseruandũ sit, Vel ita, In castitate, habita In sciẽtia, vt.s, caste sciant, nihilq́ adulterinæ opinionis admisceant, In longanimitate.s. expectationis, In

Ambros.

August.

Augusti.
Ambro.

A nec mala doleam⁹. Item, Nos sumushabiti, Sicut q̃ igno ti sunt deo. i. a deo rebati sunt. Et vere sumus Cogniti. i. a deo probati. Itē, habiti sumus alios. Quasi morientes. i. de vitio in vitium ruentes. Et ecce viuimus, bonis operibus apud opinionē aliorū, & in rei veritate, Vel de vita & morte corporali loquitur, habiti sumus a quibusdam, Quasi morientes & ecce viuimus. Inimici enim cotidie putabāt eos non euadere minas iniquorū. Ipsi autem ope dei tuti sunt a morte præsēti & futura. Item, Apud alios habiti sumus vt Castigati, i. per verba a p̄dicatione coerciti. ita vt. s. putaremur cedere, apud alios non castigati habiti sum⁹, quod esset mortificatos esse. Ideoq; & pro eo ponit. Et nō, sumus, Mortificati, quia non vincebantur, nec cedebant. Mortificatur enim q i fideli cōfessione nō permanet. Vel Ambrosi
B de morte corporali pōt intelligi, facti sum⁹ vt castigati p̄sfuris, qa nō pmittebat de⁹ corporaliter occidi. Et si enim multi martyres occiduntur, non tñ morit̃ ecclesia, sed aduersis emendat̃. Item, Habiti sumus apud quosdā Quasi tristes, de tribulatione. ideo addit quasi, quia non vere tristes. Semper autem, vere, gaudēteseramus, quia hęc tristia gaudiū operat̃. Et tales habiti sumus apud alios. Itē, Habiti sicut Egētes, veris bonis, & spiritualibus: vel eramus egestatē patiēets iterrenis. Eram⁹ autē Locupletētes multos spiritualibus diuitiis, & ita sum⁹ habiti apud alios. Itē, Habiti sumus nō solū Egentes, sed etiam Tanq̃ nihil, penitus boni spiritualis vel terreni Habentes, quia sibi insufficientes putabantur. & sumus Possidentes omnia scilicet non solum spiritualia, sed etiā tēporalia, quia timentibus August.
C deum nihil deest, Hęc fuit gloria apostolorum, nihil oīno possidere, sine solicitudine esse, & non tam res q̃ dominos earum possidere, quia omnia ad pedes apostolorum mittebantur, sicut in Actibus apostolorum legitur, Nota quibusdam addi, vel vt: vel quasi, vel sicut, vel tāquam, qa hęc sicut in somniis transeunt, sed contraria ponunt̃ sine quasi, quia certa sunt. Tristitia vestra habet quasi, gaudium non habet quasi. Quare hęc? Quia gaudium certa res est: Tristitia vero sicut in somniis transit, Si quis enim somnum idicat, addit quasi, dicēs, quasi sedebam, quasi loquebar, quasi equitabam, & huiusmodi, Vbiq; dicit quasi, quia quod videbam dormiens, cum reuigilauit non in Au. i psal. xxxviii.

A estis lux per scientiam, & illi sunt tenebrę per ignorãtiã. Et Quę societas est luci ad tenebras? nulla. Quę autẽ, quasi dicat, Ideo item nolite, quia vos estis membra Christi, illi membra diaboli. & Christus & diabolus non conueniunt. quod ita dicit. Quę autem est conuentio Christi ad belial? id est, ad diabolum, qui se deum esse mentitur. Belial interpretatur apostata, cum quo Christus non conuenit, quia ille omnia male, Christus oĩa bene agit. Aut quę. q. d, & ideo nolite, quia vos estis fideles, illi quasi infideles. Et Quę pars est fideli cũ infideli? nulla. Vt enim Christus & Belial non conueniunt: sic fidelis & quilibet infidelis. Qui autem. Item, Ideo nolite, quia vos templũ dei, in quo est spiritus sanctus, & ipsi sunt in quibus habitat: & nil habet templum dei cum idolis. quod ita dicit,
B Quis autem consensus est templo dei cum idolis? nullus, Et, Vos estis templum dei, & ideo non debetis communicare his qui templum sunt diaboli. In his verbis idola prohibet coli, quę templo dei sunt inimica, quia ab vno deo separant. His omnibus modis ostendit communitatem pseudo esse vitandam. Vos enim, quasi dicat, Ideo non debetis consentire, quia Vos estis templum dei viui, qui vos viuere faciet. Sicut dominus dicit, in Ezechiele, Quoniam, ego qui vbiq; sum per substantiam, inhabitabo per gratiam In illis, id est excolam eos & puros facit. Et inter eos inambulabo, id est, in corde eorũ deambulabo, quasi in lato per charitatem. Deambulat enim in nobis præsentia diuinæ maiestatis, si latitudinem inuenerit charitatis, quam tamen in nobis non nisi de⁹ facit. Et
C est sensus, Inter eos inambulabo. i. promouebo eos, & pseuerãter proficere faciã. Et ero deus illorũ. i. ita benefaciam illis vt videar deus. Et ipsi erunt mihi popul⁹. i. ita obedient mihi, vt videantur mei & nõ mundi. Vel de corporali cõuersatiõe Christi inter hoĩes agit: & dicit Christus. Inhabitabo in illis, & inter eos inambulabo. i. corporaliter inter eos cõuersabor dicit Christ⁹. Vnde Hieremias ait, In terris visus est, & cũ hominib⁹ cõuersatus est. Et Ioannes ait, Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Et hic Christ⁹ dñs nr̃ est, & ecclesia est populus eius. Vnde subdit, Et ero illorum dñs, & ipsi erũt mihi populus. & ideo vult eos separari ab omni contaminatione, vt

Ambros.

suscipiat eos ĩ filios. Vnde subdit, Propter quod, &c. Vtit D
hic verbis Esaię, quasi suis: hoc ad literam dictum est Iudæis habitantibus in Babylone, ne commmunicarẽt Babyloniis inter quos habitabant, quod apostolus spiritualiter ad nos refert, q, d, propter quod, quia templũ dei estis:
A accipere, non diu prædicarent. Vnde subdit, Vt in quo, quasi dicat ideo non accepi vt amputem occasionem, vt tales inueniantur sicut & nos, id est similes nobis. In quo. i. in esse similes nobis, Gloriantur, erunt ne sicut & nos? vtiq;. Nam eiusmodi, &c. Vel ita, Vt in quo gloriantur. i. in accipiendo, inueniantur sicut & nos. i. similes nobis. Gloria enim eorum est in extorquenda pecunia, sed me non accipiente non accipient. Et vere non. Nam huiusmodi, &c, Vel ita. Ideo non accipio Vt in quo gloria, i, nō accipiendo, Inueniantur sicut & nos. i. non meliores nobis, & cur non accipiunt? vt videantur boni. Nam eiusmodi pseudoapostoli sūt operarii subdoli, i, callide sub specie religionis decipiētes, Trāsfigurātes se in apostolos Christi, i. exterius ostendentes se esse apostolos Christi. Et nō Ambrosi.
B est hec, Mirū, Ipse enī Satanas, qui est caput eorū, Trāsfigurat se in angelū lucis. i. ostēdit se quasi angelum Dei, s, Christum, vel aliquem cælestem angelum, vt decipiat, qd & ad erumnas huius vitæ pertinet. Transfigurat enim se ad tentandum eos quos ita erudiri opus est, vel ad decipiēdum aliquos prout iustum est. Ad quod magna dei misericordia necessaria est: ne, quisquam cum bonos āgelos amicos habere se putat, habeat malos dæmones fictos amicos eosq; tāto nocētiores, q̄to astutiores ac fallaciores patit̄ inimicos, neq; sancti & fideles vni⁹ veri dei cultores ab eorū fallaciis & multiformi tētatiōe securi sūt, in his dieb⁹ malignis, vbi ista solicitudo nō inutilis, ne cū Satanas se trāsfigurat, fallēdo ad aliqua pniciosa seducat. Nā qn̄ sens⁹ cor Aug. i enchirid.
C poris fallit, mentē vero nō mouet a vera rectaq; fide, qua quisq; vitā fidelē gerit, nullū est in religione periculū. Vel cū se bonū fingēs ea vel facit, vel dicit quæ bonis angelis cōgruūt, etiā si credat, bonus nō est error, periculosus aut morbidus. Cū vero per hæc aliena ad sua incipit ducere, ne quis post eum eat, opus est magna vigilantia: quod nemo sine deo potest. & ipsa hui⁹ difficultas ad hoc vtilis ē, ne sit, spes sibi quisq;, aut hō alter alteri, sed deus tm̄, quod nobis expedire prorsus piorum ambigit nemo. Et quia Satanas transfigurat se in angelum, Nō est ergo magnum si ministri eius transfigurent̄ velut sint ministri iustitiæ. finis quorum. i. ministrorum Christi & Satanæ, Erit secūdum opera ipsorum. Iterū dico, q, d, Dixi supportate me

in fipiētem !, Nunc iterum dico aperte, ne quis putet me D
insipiētē, in gloria spiritualium, quia pro bono facio. Alio
quin, s. si in gloria illa spiritualiū insipiēs sū, tūc magis Ac-
cipite, i. accipietis, Me insipiētē, in gloria carnis. Nec sim
pliciter dicit insipientē, sed ait velut insipiētē, qa nec in hoc
vere insipiens est, quia pro bono facit, nec ipse habet ī glo-
ria. Accipite me, dico, quasi insipientē in hoc Vt ego glo-
rier modicū quid, i. secundum carnem, quę gloriatio mo-
dica est. Quod loquor. q. d. Ideo velut insipiens sum, qa
quod loquor In hac substantia gloriæ, i, in carnis, quā qui
dā putant substantiam. i. ita amant, ac si per ea credant se
subsistere, Non loquor quantum ad verborum speciē secū
dū Deum, apud quem non surgit de carne gloria, qa apud
Deum humilitas gloriosa, hæc autem ad carnis tumorē p-
tinere videntur, vbi insipientia vnde addit, Sed quasi ī īsi- E
pientia, Insipientia est aliquem laudare se, sed quia hoc
apostolus non propter se facit, sed propter Deum, ideo
Ambros. ait, quasi insipientia. Quoniam multi &c. quasi quis quæ
reret, Cur ergo facis? Respon. Quia multi gloriantur, &
quia suffertis eos, quod ita ait, Quoniam multi gloriant
secundum carnem. i. secundum illa quæ pertinent ad car-
nem, vt est nobilitas & huiusmodi. Ideo, & ego gloriabor
etiam secundum carnem. Et non mirum si illi gloriātur,
[Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapien
tes, Sustinetis enim, si quis in faciem vos in seruitutem re-
digit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si qs
in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi
nos infirmi fuerimus in hac pte, In quo quis audet, in insi
pientia dico, audeo & ego. Hebręi sunt, & ego, Israelitę sūt F
& ego. Semen Abrahę sunt, & ego. Ministri Christi sunt,
& ego, Vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plu
rimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum,
in mortibus frequenter. A Iudęis quinquies quadragenas
vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus
sum, ter naufragium feci. Nocte & die in profundum ma
ris fui. In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis la
tronum periculis ex genere, periculis ex gentibus, perico
lis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, pe
riculis in falsis frib⁹, in labore & ęrumna, in vigiliis mul
tis, in fame & siti, ieiuniis multis, in frigore & nuditate.]
Libenter enim. i. voluntarie, Suffertis insipientes, in hac

A gloria quod debetis. Cum ipsi sitis.i. esse debeatis, Sapiẽtes, sed non estis: quod inde hic probatur, quod tales suffertis. Sustinetis enim, hanc iniuriam. Si quis redigit vos ex libertate Christi quę est in charitate In seruitutem, legis, quę ex timore seruire facit. Et si quis, de potestate prę sumens, Deuorat, i, cõsumit vestra. Et si quis accipit, i, decipit laude vt deuoret, Et si quis extollitur, i. de nobilitate se iactat, Et si quis vos cædit, i, despicit improperãdo vobis genus. Et hoc In faciẽ, i, in ꝑsentia. In faciẽ, n, cæditur, in cuius os iiuria irrogat̃, hoc aũt dico Secũdũ ignobilitatẽ, quã nobis obiiciũt. Hoc faciebãt quidã Iudæi, qui eo quod essent de genere Abrahæ detrahebãt illis eo quod essent incircuncisi, & se præferebant nobilitatem carnis sibi vendicantes, quos Corinthii tolerabant, & apostolo ꝑ- Ambro. August.

B ferebant. Quasi nos. q. d. Ita vos hos sustinetis, & nobis ꝑfertis, Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. gloriæ. In hac vtiq; non sumus infirmi, Quia in quo quis, illorum gloriari Audet. i. temere se iactare, quia temeritas est quod faciunt: Et ego audeo. i, audere possum, sine temeritate gloriari. In quo audet, dixi. In insipientia autem dico illos audere, quia insipiẽtia in quo gloriantur, quia vt magni videantur de carne se iactant, Apostolus autem si quid de se dicit, non pro sua iactantia facit, sed vt eos humiliet, Hebręi &c. Dico quod in quo quis audet & ego, ita vt in his apparet. Hebręi sunt, lingua & natione, Et ego, Israelitę sunt. secundũ ritus, & ego. Semẽ Abrahę sũt quia non est de proselitis, sed de genere Abrahę, Et ego Ministri Christi sunt, p hoc decipiebant, Et ego, minister Ambrosi.

C Christi sum. Et plus, ego minister Christi. Hoc autẽ vt minus sapiens, q̃ deberẽ, quia non est hominis se laudare Per hoc ostendit se coactum in laudem suam prorupisse. Nam qui sponte ea refert quæ ad laudem eius proficiant, imprudentẽ se non dicit. Deinde ostẽdit quomodo sit minister Christi plusq̃ illi, subdens. In laboribus. q. d. Ego dico ostensus minister Christi In laboribus plurimis, quibus plusq̃ illi, immo & plusq̃ veri apostoli laboraui. Hoc ideo dicit, quia & illi pseudo aliquos habuerũt labores, vt viderentur apostoli, sed iste magis laborauit. Occasione autẽ inuẽta etiã veros apostolos tãgit: qbus plus laborauit, ne in se videat̃ minor gratia. Deinde labores p ptes osten

dit, subdẽs, In carceribus, ostensus sum minister Christi D
abundantius q̃ illi, Et in plagis. i. in verberibus, q̃ fuerũt
supra modũ, hũanę virtutis vł aliorũ, In mortib⁹. i. ĩ peri
culis mortis. Frequẽter, fui, frequẽtius enim pericula susti
nuit quã cęteri. Deinde exponit plagas, subdẽs, A Iudæis
quinquies. i. quinq; vicibus Accepi quadragenas, percussio
nes, Vnã minus, ne immisericordes viderẽtur. Quinqes
enim flagelatus a Iudęis secundũ legẽ Moysi, accipiens
plagas. xxxix. sicut scriptũ est in Deuteronomio. Quod er
go p quinq; vices factum est, hic summatim refert. Ter
virgis cæsus sum, hæc a gentibus passus est, Itẽ Semel la
pidatus sum, in ciuitate Lycaonia. Ter naufragium feci.
i. ptuli. Nocte & die fui In profundo maris. i. in alto
mari fui detẽtus tẽpestate. Vel ad literam. In itineribus
Ambrosi. sępe, ostensus minister Christi In periculis fluminum, in E
periculis latronum quos diabolus cum in ciuitate eum
occidere non posset, ei excitabat in via cum tamen nihil
ferret quod latrones cuperent. In periculis ex genere
meo. i, a Iudæis procuratis: ideo quia lege eorum deser
ta ad euangeliũ me conuerti. In periculis ex gẽtibus, pro
pter vnius Dei p̃dicationẽ. Itẽ ꝓbatus sum minister Chri
sti In periculis in ciuitate. i. in cõmotionibus ciuiũ con
tra me, Itẽ In periculis in solitudine, q̃ erãt vel a serpenti
bus vel a penuria ciborũ. Itẽ In periculis ĩ mari, q̃ non
erãt ex mari, sed in mari, vt hoc diuersum sit a superiori.
Superius. n. vocauit pericula q̃ ex mari fuerunt. Itẽ pro
batus sũ minister Periculis in falsis fratribus. i. q̃ ab hęre
ticis sunt, q sunt falsi fratres: vt illi q̃ dicunt Paulum lega
lia tenere, sed non facile aliis aperire, Vnde alibi aposto F
lus ait. Ego adhuc si circuncisionẽ p̃dico &c. Itẽ probat⁹
Ambrosi. sum minister Christi In labore, manuũ: & Erumna mor
Augus. de borum & huiusmodi, In vigiliis, quę sunt pro opere vel
ser. in mõ p aliis. Itẽ probatus sum minister Christi, In fame & si
Au. ĩ eodẽ ti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Cum aposto
lus se cõmemorat laborasse ĩ fame & siti, vbi ergo est pro
missio Dei dicẽtis, Primũ quęrite regnũ Dei, & hęc om
nia adiiciętur vobis. Videtur. n. promissio domini titu
basse, cũ apostolus dicat se laborasse in fame & siti, in fri
gore & nuditate, Sed nouit ille medicus cui semel nos to
tos cõmisim⁹, & q̃ pmissionẽ vitę p̃sẽtis & futurę habem⁹
hęc adiutoria qñ apponat & qñ detrahat, sicut nobis expe

D dire iudicat ad nos consolandos & exercēdos in hac vita [Pręter illa quę extrinsecus sunt, instātia mea quotidiana sollicitudo omniū ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quę infirmitatis meę sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit qui est benedictus in secula, quod non mētior. Damasci prępositus gentis Aretę regis custodiebat ciuitatem Damascenorum vt me cōprehenderet, & per fenestram in sporta demissus sum per murū, & sic effugi manus eius] Pręter illa, Quę extrinsecus. i. in corpore, q̄ a persecutorib⁹ patior & aliis modis angit me in animo, Instātia mea quotidiana, q̄ nec vna hora remittit. Quę est illa? s. Sollicitudo oīm ecclesiarū, q̄ ex charitate puenit. Quāto ergo maior charitas est, tāto Augu. in ps. 28.

E sunt maiores plagæ de pctīs alienis. Vñ q apponit sciētiā, apponit dolorē, Si ergo abundat vitæ charitas, magis dolebis peccātē. Et vide q̄lis est sollicitudo apłi, q̄ paterna q̄ materna, q̄ tanta est vt dicat, Quis, de oībus fidelibus Infirmatur, vel in fide, vel in aliqua virtute: Et ego non infirmor? quia ita de illo sicut de me doleo, Et, Quis scādalizatur, aliqua molestia tribulationū, Et ego non vror? igne charitatis qua ei compatior. Oēs enim qui scandalū patiuntur, frixorium sunt habētium charitatē. i. ossium q̄ ferūt carnes. i. pfectorū q̄ portāt & regūt carnales. Vnde Et ossa mea sicut i frixorio cōfrixa sunt. Et nota quod ait Augu. in ps. 100. Augu. in lib. cōtra

F vror. Vrunt quidem hoīes tribulationes sed bonos, nō ad cōsumptionē immo ad purgationē. Tribulatio enim tāq̄ emplastrū mordax vrit te, sed sanat te: maxime autē iste affectus qui hoc verbo vror exprimitur purgat; quia de charitate venit. Et cū hęc sint, Si oportet gloriari, sicut vtiq oportet pro vobis, ego gloriabor, nō de potētia vel genere, vt pseudo faciunt: sed de his Quę sunt infirmitatis meæ, & si in his videatur esse abiectio. & vt vera esse ostēdat q̄ dixit vel dictur⁹ est, iuramēto cōfirmat subdens, De⁹, q̄ nouit oīa, Et pr̄ Iesu Chr̄i dñi nr̄i, cui⁹. s. seru⁹ sū. & vos eidē seruire debetis Qui est benedictus. i. laudatus per nos fideles In secula, scit q non mentior, in supradictis, vel in hoc quod dicturus sum. s. quod mihi contigit. Damasci. Quid est illud? Ecce, Præpositus, &c. Ecce iterum infirmitas commemoratur. quasi dicat, hoc accidit mihi Damasci. s. Præposit⁹ gētis Aretę regis, q sub Areta rege

illi genti præerat, Custodiebat ammonitione Iudæorũ, D
Ciuitatẽ Damascenorũ vt me cõprehenderet, ne amplius
ꝑdicarẽ. Et per fenestrã in sporta demissus sum, a fratri-
b⁹, Per murũ. Hoc quidã indigne factũ esse dicũt, quia nõ
dei auxilio liberatus est. Sed ante nõ est necessariũ suffra
giũ dei, q̃ deficit humanũ: nec debet aliquis expectare di-
uinũ auxiliũ, dum habet quid faciat, ne videat̃ tẽtare deũ.
Ideo & Apostol⁹ a discipulis per fenestrã in sporta demis
sus est vnde effugeret. Vnde subdit, & Sic effugi manus
Ambros. eius, ꝑpositi. Videt̃ nõ fecisse sicut bon⁹ pastor, sed vt mer
cenari⁹ cui nõ est cura de ouib⁹, quas lupo veniẽte deserit
Augu. sup Sed nũquid nõ fuit ei cura de ouib⁹, qa fugit? Fuit plane.
Ioan. Eas.n. pastori in cælo sedẽti oratiõib⁹ cõmẽdabat, & vtili
tati earũ se fugiendo seruabat. qd ab ipso summo pastore
dictũ audierat, Si vos ꝑsecuti fuerĩt in vna ciuitate, fugite E
Augu. ad in aliã. qs aũt credat hoc dñm ita fieri voluisse, vt necessa-
ordinat. rio ministro sine quo viuere nequeũt desererẽtur greges
episcopũ. quos suo sanguine comparauit, nec ipse Christus hoc fe-
cit, quãdo portãtibus parẽtibus in ægyptũ paruulus fugit,
quia necdum ecclesias cõgregauerat, quas ab eo desertas
fuisse dicamus. Faciant ergo serui Christi ministri verbi
quod præcepit vel permisit, sicut ipse Christ⁹ in Aegyptũ
fugit. Fugiãt omnino de ciuitate in ciuitatẽ, quãdo eorũ
quisq̃ specialiter a persecutorib⁹ quæritur, vt ab aliis qui
nõ ita requirũtur nõ deseratur ecclesia, sed prębeant ciba
ria cõseruis, quos aliter viuere nõ posse nouerũt. Cũ autẽ
omniũ. i. episcoporũ & clericorũ & laicorũ est commu-
ne periculũ, hi qui aliis indigẽt nõ deserãtur ab his quib⁹ F
indigẽt. Aut igitur ad loca munita oẽs transeant, aut qui
habet necessitatẽ remanẽdi, nõ relinquet̃ ab eis, per quos
illorũ est ecclesiastica supplenda necessitas: vt vel pariter
viuãt, vel pariter sufferãt, qd eos paterfamilias volet pati.

CAPVT XII.

SI gl'iari oportet, non expedit quidẽ. Veniã aũt ad
visiones & reuelatiões dñi. Scio hoiem in Chro
ante annos quatuordecim siue i corpore siue ex-
tra corpus nescio, de⁹ scit, raptũ huiusmodi vsq;
ad tertiũ cælũ. Et scio huiusmodi hoiem siue in corpore,
siue extra corpus nescio, Deus scit: quoniam raptus est in
paradisum, & audiuit arcana verba quę nõ licet hoĩ loq.]

A Item si præter prædicta gloriari oportet, propter pseudo veniam narrando, non de ea quę infirmitatis sunt, sed ad visiones, dico, Si oportet gloriari, quod Quidem nō expedit, respectu illius gloriationis, sed propter vestrā vtilitatem & pseudo depressionem: & ideo cum multa dixerim de laboribus & infirmitatibus meis, nunc Veniam, narrādo Ad visiones & reuelationes .i. secreta quę vidi & plene intellexi: non vt Pharao qui vidit & non intellexit. Quæ visiones, sunt domini .i. de domino, vel quas dominus aperuit. & quę sint illę visiones aperit de se, quasi de alio loquens. Scio hominē. Consuetudo erat illorum qui sacras literas nobis ministrarunt, vt quādo ab aliquo eorū narrabatur historia, cū ad seipsum veniret tanq̄ de illo loqueretur. Hoc enim Matthęus fecit, & Ioannes, & Moyses: ita enim de seipsis locuti sunt tanq̄ de aliis. Inusitatius autē hoc fecit Apostolus, non in historia vbi rerum gestarum suscipitur explicāda narratio: sed in epistola sic inserens se ordini narrationis suæ tanq̄ rerum gestarum scriptor, non tanq̄ suipsius prædicator. Nihil enim deperit veritati quando & res ipsa dicitur, & dicendi iactantia quodammodo vitatur. hoc quippe narrabat quod ad laudē dei pertinebat. De se ergo quasi de alio ait, Scio hominem, manentē In Christo .i. cōformē Christo, quia aliter non videret Raptū huiusmodi vsq; ad tertiū cęlum. Hoc autē accidit illi homini, ante annos quatuordecim. Quatuordecim enim anni iam erant transacti a tempore quo vidit visionem magnam vsque ad illud quo narrauit. Modo ergo pro meritis maior erat, & ex eo quod tandiu tacuit, cōstat nō supbe, sed ex necessitate dici. Scio inquam huiusmodi hominem raptū, sed nescio qualiter sit raptus .s. siue anima remanente In corpore, siue extra corpus, eadem assumpta: sed Deus scit, qui hoc facere potuit. Hoc ignorauit apostolꝰ, vtrū quādo raptꝰ est in corpore fuerit anima, an omnino de corpore exierit vt corpus mortuum iaceret, donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur, & mortuus omnino reuiuisceret. Et qa ipsa a corpore alienatio, vtrū omnino mortuum corpus reliquerit, an secundum modū quondā viuētis corporis vbi anima fuerit, sed mēs eius ad vidēda vel audienda ineffabilia illius visionis arrepta sit, hoc in-

Au. super Ioannē.

B

C

certum erat. Et ideo forsitan dixit, Siue in corpore siue D
extra nescio, deus scit: hoc nescio, sed certissime scio. Hu-
Ambros. iusmodi hominẽ raptũ .i. contra naturã eleuatũ Vsq; ad
tertiũ cælum .s. empireũ, quod statim factũ angelis sanctis
fuit repletũ. & dicitur Empireum .i. igneum a splendore,
non a calore. Intelligit vero vltra omnia sydera mundi
fuisse raptus, & ideo magnificũ, & mirabile est qđ narrat
Primum cælũ aereũ est, vnde dicuntur aues cęli. Secundũ
firmamentũ: vnde in Genesi, Fiat firmamentũ, & vocauit
firmamentũ cęlum. Tertium cęlũ spirituale, vbi angeli &
sanctę animę fruunt Dei cõtemplatione, Ad quod cũ di-
cit se raptũ, significat ꝙ deus ostendit ei vitam in qua vi-
Augusti. dendus est in ęternum. Vel tres cæli intelliguntur tria ge-
nera visionũ. Et est sensus, Scio hominẽ huiusmodi raptũ
.i. cõtra naturã eleuatũ, Vsq; ad tertiũ cælũ .i. ad cognitio- E
nẽ deitatis. Nã primũ cęlũ est corporalis visio, cũ quædã
corporaliter vidẽtur dei munere q̃ alii videre nequeunt,
vt Heliseus vidit ignotos choros quãdo rapt⁹ est Helias.
Et Baltasar vidit manum scribẽtẽ in pariete Rechel Pha-
res. Secũdũ cęlũ est imaginaria vel spũalis visio, qñ aliqs
in extasi vel in somno videt, nõ corpora sed imagines re-
rũ dei reuelatione, vt Petr⁹ vidit discũ. Tertiũ cęlũ est itel-
lectualis visio, qñ nec corpora nec imagines eorũ vident,
sed incorporeis substantiis intuit⁹ mẽtis mira dei potẽtia
figit. Ad hanc rapt⁹ est apls vt ipsum deũ i se nõ in aliqua
figura videret. Et hęc visio duab⁹ aliis multo excellentior
Augu. in est. Quod ergo nõ per corp⁹ videt nec imaginabiliter, sed
sup Gen. proprie, hoc ea visiõe videt q̃ oẽs alias superat. Occurrũt
enim tria genera visionũ. vnũ per oculos quib⁹ ipsę literæ F
vident. Alterũ per spiritũ hoĩs, quo proxima & absentia
cogitãtur. Tertiũ per cõtuitũ mẽtis, quo ipsa dilectio intel
lecta cõspicit. In his tribus generib⁹ illud primũ manife-
stũ est oĩb⁹ quo videt cęlũ & terra, & oĩa oculis cõspicua.
Nec illud alterũ, quo absentia corporalia cogitãt insinua-
re difficile. Cælũ .n. & terrã & q̃ in eis videre possumus,
etiã in eis cõstituti cogitam⁹. & aliqñ nihil vidẽtes oculis
corporis, aĩo tñ corporales imagines intuemur: vel veras
sicut ipsa corpora vidim⁹ & memoria retinem⁹, vel fictas
sicut cogitatio formare potuerit. Aliter .n. cogitam⁹ quod
nouim⁹, aliter quod nõ nouim⁹. Tertiũ vero illud quo d

A lectio itellecta cõspicit, eas res cõtinet, q̃ nõ habẽt imagines sui similes, q̃ nõ sint qđ ipsæ. Dilectio.n.videt̃ p̃sens in specie qua est. & aliter absens in aliqua imagine sui similí, sed quãvũ mẽte cerni põt: ab alio magis, ab alio min⁹ ipsa cernitur. Homo vero vel arbor & alia corporalia & p̃sentia videntur in suis formis, & absentia cogitantur imaginib⁹ aío impressis. Hęc sunt tria genera visionũ, Primũ appellat̃ corporale, q̃a corporeis sensib⁹ exhibetur. Secũdũ spũale, quia quicq̃d corpus nõ est, & tamẽ substãtia est, iã recte spũs dicitur. Tertiũ vero, intellectuale ab intellectu.. Tria igit̃ ista genera visionũ.s.corporale, spũale, intellectuale, singillatim cõsiderata sunt. Secundũ primã visionẽ vidit Baltasar manũ, cõtinuoq; per corporis sensum imago rei corporaliter factæ spiritui ei⁹ impressa est: atq;
B in ipso viso facto & p̃terito illa in cogitatione p̃mansit. videbatur illud in spũ & nõ intelligebatur, nec tũc intellectũ erat cũ corporaliter fieret & appareret: iam tñ signũ esse intelligebat̃, & id ex mẽtis officio erat: sicut & ipsam inq̃sitionẽ qua requirebat̃ q̃d illud significaret, vtiq; mẽs agebat: quo nõ cõperto Daniel accessit: & spũ prophetico mẽte illustrata q̃d illo signo portẽderet̃ apuit. Me li⁹ dicẽdus propheta p hoc gen⁹ visionũ, qđ mẽtis est propriũ, q̃ ille qui & signũ factũ corporaliter viderat, & trãsacti ei⁹ imaginẽ in spũ cogitãdo cernebat. Secundũ visionẽ secũdam vidit Petrus in extasi, discũ plenũ variis animalib⁹, & audiuit vocẽ, Macta & manduca. Redditus aũt corporeis sensibus, idipsum quod visum in spiritu memoria tenuerat, in eodẽ spũ cogitãdo cernebat, q̃ oĩa nõ corpora-
C lia, sed corporaliũ imagines erant, siue cũ primũ in extasi visæ sunt, siue cũ postea cogitatæ. Cũ vero disceptabatur & requirebatur quid illa significarẽt, mẽtis erat actio conantis, sed deerat effectus donec mens diuinit⁹ adiuta intellexit, quid illud significaret hac visiõe. Quæ dicitur intellectualis ea cernũt̃, q̃ nec cernũt̃ corporea, nec vllas gerũt formas similes corporũ, velut ipsa mens, & oĩs aĩæ affectio bona. Quo eñ alio modo ipse intellectus nisi intelligẽdo cõspicitur? nullo. Ita & charitas, gaudiũ, pax, fides, & huiusmodi, quibus propinquatur deo, & ipse deus, ex quo oĩa, per quẽ oĩa, in quo oĩa. Et habent hæ tres visiones ordinẽ suũ, Pręstantior eñ est visio secũda q̃ prima,

Au. super Genesim,

& tertia q̃ secunda. Hac enim mens subuecta rapit̃ in illã quasi regionẽ intelligibiliũ, vbi sine omni imagine corporis videt, perspicuam veritatem, nullis opinionũ falsorum nebulis fucatã. Ibi virtutes aię nõ sunt opoſę ac laborioſę Nõ, n. opere tẽperãtię libido frenatur, nec opere fortitudinis aduersa tolerãtur, nec opere iustitiæ iniqua punijtur, nec opere prudẽtię mala vitãtur. Vna ibi & tota virtus est amare q̃d videas, & summa fœlicitas hẽre q̃d amas. Ibi beata vita in fonte suo bibit̃, inde aliquid aspergit̃ humanę vitæ, vt in tentationibus huius seculi, temperãter, fortiter, iuste, prudenterq; viuatur. Propter illã veritatis visionẽ vt in Syna, vel per spũalem vt vidit Esaias & Ioãnes in Apocalypsi, sed per speciem nõ in enigmate ois labor suscipit̃. Hoc modo visionis petiuit Moyses videre deũ. i. in substantia qua deus est, quẽ multis figuris viderat, & facie ad faciẽ ei locutus erat: quia ibi. i. in illa specie qua de⁹ est, longe ineffabilius & p̃sentius. i. securius videt̃, & arcana dicit. i. reuelat: vbi. i. in qua claritate speciei nemo viuens in istis sensibus deũ videt. Hoc est tertiũ cælũ. s. visio qua deus videtur facie ad faciẽ: & iste est paradisus. si dici potest paradisorũ. Nam & pręsens ecclesia paradisus dicit̃, & paradisus dictus est ille in quo Adam corporaliter vixit. Ad illud tertiũ cælũ raptũ se dicit Paul⁹, sed an in corpore an in anima separata, se nescire dicit. q. d. Nõ humano sensu vidi, vt & si in corpore anima existente viderit, non sit contra illud q̃d dñs dicit Moysi, nõ videbit me homo & viuet. Tunc enim Apostolus non vixit homo. i. secundum vsum sensuum corporis, sed ablatus est ei omnis sensus hominis. Quia necesse est abstrahi ab hac vita mẽtem ipsam, quando in illius ineffabilem visionis lucem assumitur, & non sit incredibile quibusdam sanctis nondũ ita defunctis, vt sepelienda corpora remanerẽt etiã istam excellentiam reuelationis fuisse concessam. Cur ergo nõ credamus quod tanto Apostolo doctori gentiũ rapto vsq; ad istam excellentissimam visionem, voluit deus demonstrare vitam, in qua post hanc videndus est in ęternum? Et cur non dicatur iste paradisus qu si regio vbi animæ bene est, nisi scilicet ipsam dei substantiam, verbumq; dei ac spiritum sanctum ineffabiliter videt? Vnde subdit, Et scio, &c. Vel ita, vt per tres cęlos intelligãtur tres ordines

Augu. in eodem.

Augus. ad Paulinã de vidẽdo deo.

Augu. sup Genesim.

D E F

A angelorum secundũ Dionisyum, qui tres ordines angelorum cõstituit, ternos in singulis ordinibus ponens. In primo ponit angelos, archangelos, virtutes. In secundũ, principatus: potestates, dominationes. In tertio, thronos, cherubin, & seraphin. Quorũ tertius ordo vicinius deũ contẽplatur. Ab quorũ similitudinẽ deũ vidisse dicitur Apostolus. Et hoc est tertiũ cęlum, ad quod raptũ se dicit Apostolus vt. s. sicut illi deum videret. Vel primũ cælum est cognitio cęlestium corporũ: Secundũ, cognitio cęlestiũ spirituũ: Tertium. cognitio deitatis, ad quã raptus est apostolus. Et nota quod similiter tertiũ cælũ exposuimus in secunda sentẽtia: sed primũ & secundũ aliter q̃ hic & ideo distinguitur hæc sententia ab illa. Deinde quasi aperiens quid tertiũ cęlũ dixerit: subdit, Et scio huiusmodi homi-

B nem raptũ. Nota quod se bis raptũ dicit. Siue in corpore, siue extra corpus, ita. s. ꝙ de corpore exierit aĩa, Nescio deus scit, sed hoc scio Quoniã raptus est in paradisum. i. in eam tranquilitatẽ qua fruuntur illi qui sunt in cœlesti Hierusalẽ: & sic potuit videre qđ nunquã corporeis sensibus impeditus videre posset. Tunc enim facta est ab huius vitæ sensibus quædam vehementissima intensionis auersio. Et tunc audiuit arcana verba. i. præcepit intimationem de secreta dei essentia, quasi per verba, Quæ nõ licet homini loqui. i. verbis explicare, Dixit equidẽ posset hominibus dici, & tenuit apud se quod nõ posse dici ergo & audiatur ad quod possumus attingere, & credatur ad quod non possumus. Si diceremus illi, rogamus te explica magnitudinẽ ipsius: nonne forte hoc respõderet no

Augustĩ.

Au. in p̃s. cxxxiii.

C bis, Non est valde magnus quẽ video si a me potest explicari. Deinde ne de se gloriose effari videretur, nõ fui. Sed rei magnitudinẽ in se commendans ait. [Pro huiusmodi gloriabor: pro me autẽ nihil nisi in infirmitatibꝰ meis Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me: an audit aliquid ex me, Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę angelus Satanæ, vt me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui vt discederet a me: & dixi mihi, Sufficit tibi gratia mea.] Pro huiusmodi visione vel homine, Gloriabor. i. commendabo me. Pro me autem

Amprosĩ.

filii Abrahę, & huiusmodi, Nihil gl'iabor, nisi forte, In D
infirmitatibus meis. i. de tribulationib⁹ quas patior. Ná
q.d. dico gloriabor, & recte, Nā etsi voluero, de reuela-
tione vel infirmitate: non ero Insipiēs, & si videat. Et ve
re non. Veritatē enim dicā, pro vestra vtilitate: quod in
sequenti ostendit, vbi ait. Omnia autē propter vestrā edifi-
cationē, Parco autē. q.d. possem & de pluribus aliis glo
riari, Sed parco. i. parce refero vix pauca, dicens, Ne
quis, infirm⁹ Existimet me, esse Supra id quod videt me
esse. Aut audit, ab aliis. Ex me. i. de me, cum non nisi
infirmitas videatur in me: vel ab aliis qui vident, audiat
Si ante magna referrem & plura, putarent forte infirmi
me non esse infirmū, sed hominē immortalē vel angelū,
& huiusmodi. Ideo ergo parce de se loquitur, ne quis exi-
stimet eum esse supra id qđ videt vel audit, vt. s. p magnis E
illis nō esse homo mortalis & fragilis videatur. Vel pro
obtrectatorib⁹ hoc dicit pro quibus nō magnifice gloriat
ne dicant eum ex elatione nō ex veritate id facere. Et est,
Ambrosi. Parco autē. i. parce glorior, ne quis detractor Existimet
me tendere elationis tumore, Supra id, aliquid Quod vi
det in me, aut audit ex me. i. vltra id quod limes merito-
rū meorū tendit, vel admittit. Et ne, &c. q.d. parco multū
gloriari, Ne autē aliter puter Etiā stimulus carnis. i. sti-
mulus pungens carnē, a deo Dat⁹ est mihi. i. ad meam
Augu. de nat. & gra vtilitatē. s. ne magnitudo reuelationum extollat me in su
perbiam. Cætera eñi vitia tantū in malefacto valent: sup-
Au. in ps. viii. bia vero sola in recte factis cauenda est, Cū eñi quisq; be
ne profecerit, superbia tentatur vt perdat totū profectum F
Non itaq; mirū, si contra capitale vitiū, appositū sibi apo
stol⁹ dicit mordax epithima quo tumor curaret, Quis er
go de se securus est. Quō secur⁹ agnus egredier, vbi aries
Augu. de ver. apo, sic periclitari metuit? Ecquis est ille stimulus qui datus est
Angel⁹ Satanæ. i, angelus malignus missus a deo: & pro-
pter aliud, a Satana missus venit. Dominus eñi ad conser
uationē hūilitatis immisit Diabolus aūt venit ad vt effe-
ctum traheret, Deus autem ad hoc iuste non parcebat, vt
Augusti. eius virtutem in infirmitate perficeret, dans colaphizātē
Au. cōtra. Faustū. angelum. Diabolus enim non hoc agebat, ne magnitudi-
ne reuelationū Paulus extoleretur, & vt virt⁹ ei⁹ perficere
tur. Sed a deo traditur erat iustus colaphizandus an gelo

A Satanę, qui per eũ tràdebat iniuſtos ipſi Satanæ. Hoc ergo remedium datũ eſt apoſtolo a deo, vt tentatiõibus preſſ⁹ non extollatur. Vnde ſubdit. Vt me colaphizet. q.d. dat⁹ eſt mihi angel⁹ Satanę, vt, vel Qui me colaphizet, vt reprimat omnẽ motũ ſuperbiæ incutiendo tribulationes & dolores. Nã & dolore quodã corporis trahitur vehementer agitat⁹. dolores autẽ corporũ plerumq; immittunt ab angelis Satanæ, ſed hoc nõ poſſũt niſi permiſſi. Sic & Iob probatus eſt pmiſſ⁹ eſt ad eũ probandũ Satanas, & percuſſit eũ vunere. Immundus enim permittebat, ſed ſanctus probabat, Sic ergo angel⁹ ille Satanę pmiſſus eſt, & quaſi libẽter venit colaphizare apoſtolum, ſed apoſtolus curabatur. Vel ita, Datus eſt angelus Satanę qui me colaphizet, tẽtando per libidinẽ vt quidam aiunt. Tentatio autẽ C cui nõ conſentitur, non eſt peccatũ, ſed materia exercendæ virtutis. Hoc intellige dictũ de tẽtatione quæ fit ab hoſte, nõ a carne: quę peccatum eſt veniale, ſi ei non conſentiatur. Propter quod, ſcilicet quia grauiter colaphizabar, ego humane timens, Ter. q.d. multotiens rogaui dominum, qui ſolus poteſt facere, vt ſtimul⁹ Diſcederet a me. Quia grauis erat medicina ĩfirmo. & ideo rogauit medicũ, vt auferret quod appoſuerat, quia moleſtũ erat: vt cum medicus apponit vulneribus aliquot forte epithima moleſtũ & ardens quo curandus eſt ille cuius viſcera tumebant: rogat ille medicum, cum illo medicamẽto cruciari ceperit, vt auferat: medicus autẽ conſolatur, & monet patientiam, quia nouit eſſe vtile quod appoſuit. Sic & C Apoſtolus ait, Rogaui dominum vt diſcederet ſtimul⁹ id eſt rogaui medicum vt auferret moleſtum epithima quod mihi appoſuerat, ſed audiui vocẽ medici. Et dominus melius mihi prouidens, Dixit mihi, per inſpirationem vel per angelum, O Paule Sufficit tibi gratia mea .ſ. quod dedi tibi in omnibus. ſ. qđ feci te de infideli fidelẽ de perſecutore apoſtolum, & plus omnibus laborantem & arcana videntem: vires quoque ſtimulos tolerandi tibi addidi. Et noli hoc orare vt diſcendat ſtimulus.

Ambroſi.

Au. in ps. cxxx.

[Nam virtus in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Propter qđ placeo mihi in infirmitatibus meis in cõtumeliis, in neceſſitatib⁹, in pſecutiõib⁹, in anguſtiis

pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum Fact⁹ D
sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui
cõmendari. Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra
modũ apostoli. Tametsi nihil sum, signa tamẽ apostolat⁹
mei facta sunt super vos in omni patiẽtia, signis, & prodi
giis, & virtutibus. Quid est em̃ quod minus habuistis prę
cæteris ecclesiis nisi ꝙ ego ipse non grauaui vos? Donate
mihi hanc iniuriã.] Nam. i. quia, Virtus perficit̃ in in-
firmitate. i, perfectio virtutũ est quę habet infirmitatẽ con
trariam, cum qua legitime certet, quia certãdo acquiritur
Augusti. victoria, & sic fit virtutis consumatio. Nota quod exaudit̃
diabolus petens Iob tentandũ, & non exauditur Apostol⁹
petens stimulũ remouendũ. Exaudiuit eum quẽ disposue
rat damnare, & non audiuit eum quẽ volebat sanare. Nã
& æger petit multa a medico quę medicus non dat: non E
exaudi ad voluntatem, vt exaudiat ad sanitatẽ. Ita & dñs
non exaudiuit Paulum ad voluntatem. Nõ est magnum
a deo exaudiri ad volũtatem, sed ad vtilitatẽ. Aliquando
Deus irat⁹ dat quod petitis. Cũ vero eo quæ Deus laudat
& promittit ab illo petitis, securi petite. Illa enim propitio
Deo conceduntur, Quando autẽ petitis temporalia, cum
mõ petite, & cum timore illi cõmittite: vt si prosint det, si
scit obesse non det. Quid em̃ obsit vel prosit medicus no-
uit non ęgrotus. Libenter igitur. q. d. Et quia virtus in in-
firmitate perficitur, igitur non inuitus, Sed libenter glo
riabor in infirmitatib⁹ meis, ad hoc datis, vt Virt⁹ Chri
sti inhabitet in me. i. vt gratia Christi cõfirmetur in me,
Propter quod. s. quia ad hoc datæ sunt infirmitates, non
solum in his gloriabor ad alios, sed etiam Placeo mihi. F
id est multum delector. Infirmitatibus. & in quibus dele-
ctetur exponit. In contumeliis, verborũ. In necessitati
bus. i. in penuriis necessariorũ. In persecutionibus, q̃ fiũt
de loco ad locum. In angustiis. i. in anxietatibus animi il-
latis, Pro Christo. Et recte in his placeo. Cum enim in
Ambrosi. firmor, exterius, Tunc sum potens. i. victor efficior. Ve
rum est em̃, quia tunc vincit Christianus cum perdere pu
tatur: & tunc perdit perfidia, cũ se vicisse gratulatur. Plau
dit ergo Christian⁹ cum illi insultatur, & surgit cum præ-
mitur. In his autẽ omnibus commẽdationibus Factus sũ
insipiens, i, videor factus insipiens sed vestra culpa, Quia

A vos me coegistis, q debuistis cõtra pseudo cõmẽdare me. Vnde subdit, Ego enim debui a vobis cõmẽdari, qd vos non fecistis, & ideo coactus in laudẽ meã prorupi. Et vere debui. Nihil enim minus feci, vobis, Ab his, s, Petro & Iacobo, & aliis, i, ad cõparationem horum, vel ab his tũc remotus Qui sunt apostoli supra modum, meum, id est dignìores quam ego, sicut quibusdam videtur: sed non est minor illis, nec in prædicatione, nec in signis faciendis: nõ dignitate minor est, sed tempore. Si autem de tempore ei perscribendum putatur, ergo & Christo, quia ante cœpit Ioãnes prędicare quam Christus: & non Christus Ioannem, sed Ioannes Christũ baptizauit. Non ergo sic iudicat Deus. Tametsi, quasi dicat, Vere nihil min⁹ nobis, quia Tametsi nihil sum, id est nihil esse videor quibusdam, Tamẽ

B signa apostoli, Vel, Apostolatus mei facta sunt in vobis, i, a deo qui est sup vos. Vel, Facta sunt supvos. i. plusq̃ digni sitis, ac si diceret, Licet quibusdã nihil videar, tñ ea feci auctore deo, quæ me apostolũ designant. Hæc aũt sunt signa apostolatus mei, s, quod ego fui in omni Patientia, aduersorum. Patientiã primã memorat quæ ad minores pertinet, quia diu illos portauit, quasi impatiẽtes ęgros, vt habita potestate signorũ quasi medicina curaret vulnera erroris eorum. Vnde subdit, Et signis. q, d. & ostendi signa apostoli. In signis & prodigiis, i. in minoribus & maioribus miraculis & virtutib⁹ mẽtis. s. in castitate, & aliis. Vel hęc tria ita distingue, vt intelligas ꝙ virtus est genus signorum & prodigiorũ. i. nomine virtutis omne miraculum ac

Ambrosi.

C cipias. Signũ vero quod in quocũq; tempore aliquid significat, & est prodigii genus, ꝓdigiũ est quod in futuro significat. Vel signum & prodigiũ sunt in his quæ contra naturam fiunt, Virtus vero in his quæ nõ cõtra naturã fiunt, vt per impositionem manus & orões a morbo hoíes liberare. Quid enim. q. d. Vere nõ minus feci vobis, quia vos nõ habetis minus per me q̃ alię ecclesiæ per illos: sed amplius quia gratis prędicaui vobis. quod ita dicit, Quid enim est quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis. i. quid minus habuistis per me, q̃ cæterę ecclesię per illos, Nisi ꝙ ego ipse non grauaui vos, accipiendo vestra. Qz si putatis iniuriam vt imperiti, Donate mihi hanc iniuriam, q, d, non est hæc iniuria, sed bonum opus. Vnde laude dignus sum. Si

Ambrosi.

Cap.13 ergo pro bono opere vos offendi, ignoscite mihi, Et quia D stultus boni accusator est, vt illos imperitos ostēderet, veniam ab eis postulat eius facti, de quo laude dignus est.

[Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis. Nō enim quæro quę vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego vos non grauaui, sed cum essem astutus dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos circūueni vos? Rogaui Titum, Et misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circunuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem vestigiis? Olim putatis quod excusemus nos apud vos. Coram deo in Christo loquimur.] Ecce, q.d, Non grauaui vos, neq; grauabo, Nā E qui primo veni & secundo, me venire promisi & paraui. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos. Non tertio venit, sed tertio venire paratus fuit. Paratus sum dico, & veniam quidem, Et tunc non ero grauis, accipiendo vestra. Hoc dicit, ne videatur callide tunc nō accepisse, vt nūc abū

Ambrosi. dantius acciperet, Ideo contra obtrectatores ostendit se in ea voluntate manere, Non enim. q.d, Vere non ero grauis, Non enim quæro quæ vestra sunt, s, diuitias in auro & argēto, &c. Sed quæro saluare Vos, quod aliter nō fieret nisi a sumptibus abstinerem. Ostēdit ideo accipere nolle ab eis vt eos lucraretur: vt intelligentes, quia pecunię pręponit eos, tandem cognoscerent affectum illius erga eos. Non quærebat apostolus datum, sed fructum, ne quasi vē F

Aug. I ser. de mulie re forti. ditor euangelii putaretur: est tamen vere mercator domini sui, nam prorsus vendit. Dat enim spiritualia, & quærit non quidem carnalia, sed maius precium, id est ipsos homines. Sicut Ioseph frumenta vendens in Aegypto, non argentum quærebat, sed ipsos ementes seruos regios faciebat, & sic frumenta quæ non vendidit, vendidit. Venditionem ergo istam intelligite gratuitam, & aliquis emit gratis. Vnde dictum est, Sitientes venite ad aquam, & emite vobis sine argento. Quando emis, non argentum das, teipsum das, & ita emis, Nec enim, quasi dicat ideo nō quæro vestra, quia sicut carnales filii non thesaurizant parentibus carnalibus, ita Nec debent filii, spirituales Thesau-

A rizare.i.diuitias cōgregare,& si necessaria prębere,Parē tibus,spiritualib⁹. Vos autē thesaurizatis pseudo aposto- lis. Sed,potius Parentes,spirituales, debent Filiis spiri tualib⁹ thesaurizare diuitias vitæ ęternę, & etiam tēpora lia īpēdere,sicut carnales patres carnalibus filiis faciunt, Carnales vtique patres filiis congregant.nam & spiritua- les dignū est vt a filiis sumptus accipiant ad sustentādam vitam.Hic autē probat se nolle accipere,vt transferat cau sam carnalis patris ad spiritualem,& dicit. non solum se pro salute eorum velle impendere sua,sed etiā mori para tum.Vnde subdit, Ego autem,vel enim,Libētissime,nō inuitus Impendam,vobis spiritualia, & etiam tēporalia ad vsus vestros impēdam,sicut supradixit. Alias ecclesias expoliaui accipiens ad ministerium vestrum,& post om- Ambros. Augu.sup epistolā.

B nia metpsum impēdam,si opus est.Vñ subdit,Et ego ipse superimpendar pro animabus vestris. Perfecta charitas hæc est,vt qs parat⁹ sit p fratrib⁹ mori. Sed nunqd mox vt nascit iā prorsus pfecta est,imo vt pficiat nascit cū fue rit nata nutrit,cū fuerit nutrita roborat, cū fuerit robo- rata pficit,cū ad pfectionē venerit,dicit, Cupio dissolui, &c. Licet.q.d.dico ꝙ libēter supimpēdar. Licet plus di ligā vos,diligēs minus diligar,a vobis q̄ pseudo,Sed esto q.d.forte cōceditis quod ego grauaui, vos per meipsum dixi nō grauaui,sed obiicitis quod Cū essē astitus dolo cœ pi vos.i.decepi.i.per alios extraxi multa, qm̄ p me nil vel parum emungere poteram, Sed nunquid per aliquē eo- rum quos misi ad vos decepi? Vel, Circūueni vos? hoc dicit,quia forte suspicarentur ideo eum contempsisse,qa

C parua offerabantur vt maiora cōsequeretur, & ideo illos misisse vt intimarent eis maiora dare, sed nunquid p ali- quem illorum circunuenit illos,vt factū esset si dicerent, si vultis paratū habere Apostolū,q pua respuit,digna da- te,quod cōpositū Apostoli astutia intelligerēt, Ideo Apo- lus nō tacēs quæ ex aduerso proponi possūt,se per omnia purgat,quia nihil per circunuētionē egit apud eos, sed in simplicitate. Rogaui Titum.q.d.nō feci hoc dolose, sed simpliciter.Rogaui Titum venire ad vos, Et misi cum il lo fratrem Barnabam vel Lucam, Et nunquid, Titus Circūuenit vos? nōne Eodem spiritu,vel eadem volūta te,Ego & ipse Tit⁹ Ambulauim⁹? Nōne eisdē vestigiis.i.

eiſdem operationibus quę dicuntur veſtigia,quia per eas D
apparet voluntas,an bona ſit,an mala. Vnde.A fructibus
eorũ cognoſcetis eos. Olim.q.d. iamdudum forſan Pu
tatis quod excuſamus nos apud vos.i.quod cauſa excuſa-
tionis quaſi reus dicam,quod non grauaui vos. Sed Loq
mur hoc coram Deo,i,teſte deo.hoc dico, q ſcit quod nõ
circunueni vos; & nõ ſuperbe hoc dico,ſed in Chriſto am
plificando in vobis. [Omnia enim chariſſimi ꝓpter æ-
dificationem veſtram. Timeo enim ne forte cum venero
non quales volo inueniam vos, & ego inueniar a vobis
qualem non vultis,ne forte contentiones,æmulationes,a-
nimoſitates,diſſenſiones,detractiones,ſuſurrationes,iſla
tiones,ſeditiones ſint iter vos.Ne iterum cum venero hu
miliet me deus apud vos, & lugeam multos ex his q an
te peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper im- E
mnnditia & fornicatione,& impudicitia quã geſſerunt.]
Omnia autem.q.d.vera ſunt q̃ dico, Omnia autem,quę
dixi, & de reuelatione, & de tribulatione, Propter ve-
ſtram ædificationem,dixi:vt pſeudo repellatis,omnia pro
pter vos feci. Timeo enim ne forte cum venero ad vos,
Inueniam vos,tales Quales non volo, i, incorrectos.
Ideo pręparate vos vt tales inueniamini quales volo. Et
timeo ne Ego inueniar,a vobis Qualem me non vultis
i.cõtriſtans & puniens,ſed timeo Ne forte ſint inter vos
contentiones ,de meritis pręlatorum,vt de baptiſtis, Ae
mulationes.i . inuidiæ,in his q minus habent. Animo-
ſitates, in repetitione rerum & vltione. Diſſenſiones.i.
odia inde orta, Suſurrones,cũ latenter ſeminant diſcor-
dias. Detractiones, detrahit qs ei quem odit, Inflatio- F
nes.vt inflabantur illi qui maiora dona habebant, Sedi
tiones,tumultus ad pugnam. Ne iterum.q.d.ideo timeo
ne tales vos inueniam. Ne iterum humiliet me Deus.i.
affligat me,Apud vos,cum venero ad vos:ita quod Et lu
geam multos ex his,qui poſt baptiſmum Ante,epiſtolam
primam Peccauerunt,& non egerunt pœnitẽtiã, nõ ſo-
lum de ꝑdictis,ſed etiã Super immunditia.ſ.luxuria con-
tra naturã. Et fornicatione,quæ fit cũ meretricibus vel
Au.de tri. coniugatis, Et impudicitia,quę fit cũ liberis a viro Quã
geſſerunt.q,d.aſſidue fecerunt.Nota q͛d ait, Non egerũt
pœnitẽtiã.Ad pœnitẽtiã agẽdã nõ ſufficit mores in me

A lius cõmutare, & a factis malis recedere, nisi etiã de his q̃ facta sunt satis faciat domino per pœnitentię dolorẽ, per humilitatis gemitũ, per contriti cordis sacrificiũ, cooperantibus eleemosynis. Intuere etiam quod agũt homines pœnitentiam ante baptismum de peccatis suis prioribus, ita tamen vt etiam baptizarentur: sicut Petrus ait in Actib⁹ Apostolorum, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini &c, Agunt etiã homines pœnitentiam si post baptismũ ita peccauerint, vt excommunicari, & post reconciliari mereantur, sicut agũt in oĩbus ecclesiis illi qui proprie pœnitẽtes appellantur. Est etiã pœnitentia bonorũ & humilium fidelium pœne quotidiana, in qua pectora tundunt, dicentes, Dimitte nobis debita &c. Non enim nobis ea dimitti petimus, quæ di-
B missa non dubitamus in baptismo, sed illa quæ humanæ fragilitati quãuis parua tamen crebra subrepunt, q̃ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimen, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam impleat nauẽ atq; submergat? Ideo ieiunia, & eleemosinæ, & orationes inuigilant, & quotidianam agere pœnitentiam nõ cessam⁹, humiliam⁹ animas nostras dicẽtes, Dimittere &c

Augu∫t.

CAPVT XIII.

Ecce tertio hoc venio ad vos, & in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi ergo & prędico vt præsens vobis & nũc absens his qui ante peccauerunt & cæteris omni-
C bus, quoniam si venero iterum non parcam. An experimentum quęritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis, Nam et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, Nã & nos infirmi sumus in illo, sed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. Vosmetipsos tẽtate, si estis in fide, ipsi vos probate, An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus ĩ vobis est? Nisi forte reprobi estis, Spero autem q̃ cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus sed vt vos quod bonum est faciatis. Nos autem vt reprobi sumus.] Ecce tertio &c. q. d. Timeo ne tales vos

Inueniam. Et cauete, quia Ecce, certum vobis quod hoc D
Tertio, apparatu Venio ad vos, Non ideo dicit tertio, ꝙ iam bis venisset, sed quia bis paratus fuerat. Veniam dico & tūc In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum, accusatorum. i. duobus vel tribus testibus approbatis. Si quid quæretur ad iudicandum aliquem, & si assertione testiū culpam inuenero. non parcā sicut prædixi bis, cū pręsens fui, & modo prædico vt tunc bis prædixi. Et hoc est qđ subdit, Pręd ixi enim & prædico, quoniā si iterum inuenero, non parcam his qui ante epistolam Peccauerunt, & cæteris omnibus qui prius peccauerunt. Quidam codices non habent qui, sed subintelligitur. Ideo dicit se non parcere, qa post correctiones si nō se emendāt.

An. ī psal mo. iiii.

non debet parci eis, Hoc autē, Vt p̄sens, bis p̄dixi. ita. Et nūc etiā absens, p̄dico. Et quasi qs Ireret, poterismet Sub E dit, An quęritis experimentū eius Christi qui Christus loquitur In me, & minas & oīa. i. vultis experiri sicut Christus potest, vt non dicam ego possum, sed Christ⁹ in me

Ambrosi.

qui in me loquitur, Moris est diuinę scripturę p̄sonę dei tribuere qđ in nobis facit: sicut apostolus ipsam locutionē

Augus. de trini.

illi tribuit, cuius munere loquebatur in Christo, de quo subdit, Qui in vobis. i. inter vos, Nō infirmatur sed potēs est in vobis, i. non infirmus, sed potēs apparuit ex his quę inter eos fecit, cū dona dedit, qđ experti nō dubitent se ab eo posse puniri. Quia viderunt in nomine eius mortuos suscitatos, dęmones fugatos, surdis auditum, mutis affatum, claudis gressum, cæcis visum esse redditum. Et vere potēs est. Nā & si crucifix⁹ est ex īfirmitate nr̄a. i. hūanę naturę, Sed. i. tñ Viuit, ex virtute dei. i. ex ea ꝟtute qua de⁹ F est. Illa est virtus diuinitatis Talis em̄ erat illa susceptio q̄ deum hominē faceret. & hominē deum. Nā & nos. q. d. Bene dico ꝙ viuit, & prius infirmus fuerit. Nam & nos, multo minores illo Infirmi sumus in illo. i. ad imitationē eius multa patimur. Sed tñ licet infirmi sumus, Viuemus in illo: vel, Cum illo ex virtute dei. i. per eum habebimus potestatem a Deo In vobis iudicandis. & hic & in futuro. Vel ita, Infirmi sumus in illo, hoc non mutatur, Sed viuit cum eo. i. in simili beatitudine cum eo. Et hoc Ex virture dei, qđ tale est In vobis. i. in cōsciētiis vestris. Huic sensui cōcordat alia litera quę est Ergo vos, vbi habetur In vobis. q. d. infirmi sum⁹ in illo. i. multa patiemur

A pro illo, vel ad imitationem eius a perfidis, sed phoc Viuemus cũ ipso ex virtute dei, & ita infirmitas Erga vos, credētes. i. penes vos. Quia si a perfidis infirmabāt apud credētes, nō erat hæc infirmitas, sed profectus, quia hinc potētiores fiũt fideles. Mors ergo illata a perfidis, vita est erga credētes: quia virtute dei resurgēt, vt viuāt cũ Christo. Vosmetipsos. q. d. & qa ego nō parcā, & puniēdi potestatē habeo Ideo Tētate. i. considerate per actus. Vosmetipsos, vt quisq; seipsum cōsideret. cōsiderate, inquam, Si estis ī fide: & si estis in fide, ipsi pbate vos an sitis in operib⁹ bonis in quib⁹ esse debēt fideles. Deinde q si se cōsiderantib⁹ ait. An nō, &c. q. d. Ideo probate dico, qa An nō cognoscetis vosmetipsos. s. quia Christ⁹ Iesus, ex priori institutiōe est In vobis, per fidē, & bona opa. Est vtiq;
B Nisi forte reprobi estis, ab eo quod pri⁹ habuistis. Spero autē, q. d. Cognoscetis Christũ esse in vobis, nisi reprobi estis: sed quicquid de vobis sit, spero, quia ex vita quā inter vos egi, Cognoscetis quia nos nō sumus reprobi, nec a fide nec a potestate: sed tamē Oramus Deum, sine quo nihil boni habetur Vt nihil mali faciatis, ecōtrario pseudo volũt & orāt de vobis, & non oramus, vt nos paream⁹ pbati. i. potētes ī vobis exercēdo potestatē vltionibus: sed potius oramus, vt vos faciatis quod bonum est. Nos autem simus, id est pareamus, Vt reprobi. q. d. sine potestate, non habentes quid vindicemus. Hoc orat apostolus, vt his bene agentibus in eis corripienda non inueniat, & sic reprobi appareant: probati enim videntur dũ iudicant peccatores. Si ergo nō sint quos iudicent cessante auctoritate, quasi reprobi videntur. Attende quod ait, oramus, Vt nihil mali faciatis, sed boni. Intelligenda enim est hęc gratia dei, qua sola homines liberātur a malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue volendo & amando, siue agendo faciunt bonum, non solum vt monstrante ipsa quid faciendum sit sciant, verumetiam vt præstante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Hāc quippe inspirationem bonę voluntatis & operis poscebat Apostolus Corinthiis, cum dicebat, Oramus ne quid mali faciatis, &c. Quis hoc audiat & non fatetur a domino deo nobis esse vt declinemus a malo, & faciamus bonum? Non enim, ait Apostolus, monemus, docemus, sed
C

Ambros.

Augu. de cor. & gr.

oramus,quia sciebat hęc oīa nō valere,quę plantando & D
rigando faciebat in aperto,nisi pro illis exaudiret orantē
Au:cōtrr qui dat incrementū in occulto . Quidā vero dicūt nos nō
pelag. debere petere a sempiterna maiestate,vt det nobis ambu
lare in via recta,& perseuerare in man datis,& placere il
li in omni opere bono, & huiusmodi: Quia, inquiūt,hoc
totū in nostra potestate est cōstitutū, & ita benedictiones
nostras quas super nos facimus fratres mei euacuant,exi-
naniunt,elidūt, & subscriptionē nostrā quę est amē. Quid
dicis o noue hęretice? dicis quia nō peccare ī potestate sic
haberemus, vt hoc sine adiutorio diuinæ gratiæ implere
possimus? Plane,inquit,liberū arbitriū ad hoc nobis suf-
ficit. Quare ergo dixit Apostolus, oramus? poterat dicere
monemus,docemus,vel iubemus. quod si diceret,certum
diceret,quia & volūtas nostra agit aliquid. Non enim vo E
luntas nostra nihil agit,sed sola nō sufficit. Maluit tamen
dicere oramus,vt ipsam gratiā cōmēdaret , vt intelligerēt
illi quādo nō faciūt aliquid mali,nō solū sua voluntate,se
vitare malum,sed adiutorio dei implere quod iussum est.
Ergo quando pręcipitur agnoscite voluntatis arbitriū qn̄
oratur quod pręcipitur,agnoscite gratię beneficiū. Vtrūq;
enim in scripturis habetur. [Non enim possumus ali-
quid aduersus veritatē , sed pro veritate. Gaudemus enim
quoniam nos infirmi sumus,vos aūt potētes estis. Hoc &
oramus vestrā cōsummationē. Ideo hęc absens scribo,vt
nō pręsens durius agam secundū potestatē quā dn̄s dedit
mihi in ędificationē,& nō in destructionē. De cætero fra
tres gaudete,perfecti estote,exhortamini,idipsum sapite, F
Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum.
Salutate inuicē in osculo sancto,Salutant vos omnes san-
cti.Gratia dn̄i nostri Iesu Christi & charitas dei, & com
municatio sancti spiritus sit cum omnibusvobis, Amen.]
Non enim.q.d.habem⁹ potestatē, sed ne putetur etiam
iniuste damnari posse. Subdit, Non enim.q.d.nō valem⁹
iniuste vti illa potestate. Nō enim possumus aliquid ad-
uersus veritatē,Hoc dicit quia non data est potestas cōtra
Ambrosi. iustitiā.s.vt arguat bene viuentē, Sed pro veritate, tuen-
da.s.vt vindicent legis inimicum. Gaudemus enim.q.d.
non possumus contra veritatem, & hoc effectus indicat.
Gaudemus enim.q.d.nos sumus infirmi.i. non exercen-

A tes potestatem cum nihil puniendum, Vos autem potentes estis, scilicet non timentes iudicium, quia bene agentes & vitia vincentes a vobis repellitis vindictam. & non solum gaudemus, sed Etiam oramus, hoc.s. Vestram consummationem, id est, vt in omnibus perfecti sitis, & quia hoc volo & oro, Ideo absens scribo vobis vt præsens nõ agam, in vobis, Durius, quam volo: quod vtiq; possem, si mala faceretis,, secundum nostram potestatem ligandi & soluendi, Quam dominus dedit mihi in ędificationem & non in destructionẽ vestram, id est, vt vos ędificemini non destruamini. Nec apostolus destruit si quandoq; arguit. Non enim destruuntur qui arguuntur vt corrigantur, sed correcti ædificantur. De cætero. q.d. de malefactis, hucusq; correxi vos, De cætero autẽ fratres gaudete. i. hoc agite vnde gaudiũ sit, & vt gaudeatis. Estote

Ambrosi.

B perfecti, in fide, & vos maiores Exhortamini, ad idẽ minores: & vos minores Idẽ sapite, cum maioribus: & vniuersi, s. maior & minor simul Pacem habete, ne sit prior discordia inter vos. & si hęc feceritis, De⁹ dilectionis & & pacis. i. Christ⁹ qui ait, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Et itã, mẽdatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ. Erit vobiscũ. i. adiuuãs vos. Et vt pax sit inter vos, Salutate vosipsos inuicem in osculo sancto, nõ doloso. & sic debetis facere, quia ita sancti oẽs optant, & ego impero. Et hoc est qđ subdit, Salutãt vos oẽs sancti desiderãtes, & quasi mecũ dicẽtes hoc. s. Grã dñi nři Iesu chři. i. Christ⁹ gratis cõdonãs peccat., p qđ iustificamur & saluamur. Et charitas dei. i. de⁹ pater charitatẽ dãs vobis: cu i⁹ dilectio misit Christũ, cui⁹ grã saluat. Et cõicatio sancti

C spũs. i. spũs sanct⁹ q est cõis patri & filio, amborũq; vnio, sit cũ oĩbus vobis, tã correctis vt perseuerẽt, q̃ incorrectis vt corrigãtur. Vel, Cõmunicatio sancti spiritus cum oĩbus vobis. i. spũs sanct⁹ ita sit vobiscũ, vt cõmunicet & cõferat vobis, & gratiã Christi, & charitatẽ dei. Vt eñ possideamus gratiã salutis quã Christus donat communicatio facit spiritus sancti. Hic enim dilectos a deo & saluatos gratia Christi tuetur. Trinitatis hic complexio est & vnitas potestatis. Et est dicere, Tota trinitas sit vobiscum dans gratiam de commissis & charitatem, vt trium perfectio consummatio sit hominis in salutem, Amen.

¶ Argumentum in epistolam ad Galatas. D

GAlatæ sunt Græci. Hi verbum veritatis primum ab Apostolo acceperunt, sed post discessum eius tentati sunt a falsis apostolis, vt in legem & circuncisionem verterentur. Hos Apostolus reuocat ad fidē veritatis, scribēs eis ab Epheso.

CAPVT I.



PAulus Apostol⁹ non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christū & deū patrē qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecū sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ: grā vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo E q̄ dedit semetipsum pro peccatis nostris vt eriperet nos de præsenti seculo nequam secūdum voluntatem dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud euangeliū quod nō est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangeliū Christi. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædixi & nunc iterum dico, si quis vobis euāgelizauerit ꝑter id q̄d accepistis, anathema sit.]



PAulus apostolus, &c. Hanc epistolam scribit Apostolus Galatis, Galatę autem sunt Græci. F Galli enim in quādā Græciæ prouinciā olim venientes Gręcis se miscuerūt. Vnde illa prouincia prius gallogręcia, deinde Galatia appellata est. Vnde cum gręci acuti ingenii sint, illi tamen Galatæ stulti, & ad intelligendum tardiores erāt, sicut & indociles Galli. Hi veritatē fidei & doctrinę ab apostolo acceperant, sed post vt Iudaizarent, a pseudoapostolis tētati sunt, multis modis eis persuadentibus vt legem euangelio adderent. Asserebant enim Christi fidem sine carnalibus obseruantiis non sufficere ad salutem, & Petrum & Iacobum & alios qui cum domino fuerant legis obseruantias cū euangelio miscuisse: ipsum quoq; Paulū aliud

Ambrosi. Hiero.

A in Iudæa facere, aliud in gẽtibus prædicare. His atq; huiusmodi Galatas subuerterunt, adeo vt eis assentientes in legis obseruantias transirent. Ideo hos apostol⁹ reuocat ad veritatem fidei christianę, & doctrinę euangelicę, scribẽs eis: ab Epheso de gratia de qua & Romanis scripsit, legem similiter venerãtibus: sed Romanis tanq̃ sapientibus, altiori sensu & profundioribus vsus est argumentis: Istis vero velut minus sapientibus vsus est moderato sermone: quib⁹ etiam dicit, O insensati Galatæ: vt sic eos reuocaret. Est ergo intentio apostoli in hac epistola Galatas versutiis pseudo apostolorum circunuentos, ad fidei religionem & euangelii veritatẽ reducere. Modus talis. Salutationem præmittit, vbi contra detractores & de operibus legis gloriãtes, de sua dignitate & Christi gratia breuiter tangit, commẽdans personam suam quã pseudo deprimebant: post salutationẽ, de leuitate eos redarguit: post personam suam latius commendat, deinde legem multis modis improbat, dicens eam non esse tenendã post Christum, quia non solum non proficit ad iustitiam & salutẽ, sed etiam officit: tandem commendat euangelium & fidẽ Christi, quod sufficit ad salutem, Præmmittens autem salutationem prius commendat personã suam, dicẽs, Paulus apostolus, non electus vel missus Ab hominibus. s. ab Anania vt quidam dicebant: vel ab aliis, vt quidam ab apostis eelecti & missi fuerunt. & a Iudęis pseudoapostoli, Neq; cõstitut⁹ Per hominem, purũ: Sed per Iesum Christum & dominum patrem. i. a deo patre cõstitutus est per filium, qui est saluator & rex, Non ergo contrari⁹ est deo a quo per filium electus est & missus, vt dicitur in destructionem legis. Imponebatur enim illi quod cõtraria deo ꝑdicaret, eo ꝙ legem a deo datã desereret. Vel ita, Neq; cõstitutus Per hominem Christũ. i. per Christũ ex parte hominẽ. i. mortalẽ: sed Per eũ iã Iesum. i. ex oĩ parte immortalem iam suscitatũ, qui nõ vt homo paulatim homines, sed totũ simul eum per spiritum docuit: vt per hoc sit maior, per quod videbat̃ esse minor, Cæteri aũt apostoli videbãtur esse maiores, quia priores: iste minim⁹, quia nouissim⁹. Sed inde apparet dignior, q̃a priores cõstituti sũt per Christũ adhuc ex parte hominẽ. i. mortalem: nouissimus vero Paulus per Christum iam totũ dñm. i. ex omni

Hiero.

B

Ambroſſ.

C

Augu. in li. retract.

Augusti. parte immortalem. Et dominum patrẽ, qui hoc fecit per D
filiũ. Atq; vt aperiret cũ dixerit, neq; per hominẽ: subdit, Qui suscitauit eũ a mortuis. Et ita digni⁹ cõstituit me per immortalẽ Christũ, q̃ alios mortalẽ: propter immortalitatẽ iá nõ homo dicitur Christus deus: propter substantiam vero naturæ humanę in qua ascendit in cælũ, etiá mediator dei & hoim homo Christ⁹ Iesus dicitur. Paul⁹ inquá, Et fratres qui mecũ sunt, dolẽtes devestra seductione. Testes veritatis meę, quib⁹ oportet vos credere. & nõ pauci, sed Omnes. Hoc ideo dicit, qa facile intelligit se errasse, qui a multis reprehendit. Hi ergo oẽs mecũ mandãt, Ecclesię Galatię, hoc.s. Gratia, sit vobis.i. remissio peccatorũ, Et pax, mẽtis, & recõciliatio ad deũ: & nõ aliũde, nisi A deo patre & dño nr̃o Iesu Christo, qui nõ est minor patre: quẽ iniuriose ęquitatis legi, dũ ipsum sine lege E
ad salutẽ nõ sufficere asseritis, sicut nec legem sine eo. Sed ab ipso sine lege gr̃a est & pax, a quo secure q̃rẽda est: qa ipse est Qui dedit.i. sponte obtulit, qa nõ est ali⁹ qui posset aperire librũ nisi leo de tribu Iuda, Semetipsum, qa nõ erat digna hostia offerri Pro peccatis nostris, delẽdis qui est initiũ saluationis. Quẽ ergo locũ habet lex? nullũ: penit⁹. Dedit etiá ad hoc, Vt eripet, quasi vi quadá Nos, peccatis irretitos, qui rei eramus sub lege: De seculo.i. de cõformitate mũdi huius qui nos alicit.i. malorũ, q̃ in mũdo cõmittũtur: cuiusmodi sunt insipientia, spurcitia, & in-
Hierosi. firmitas: a quibus nos eripit ille qui est sapiẽtia, sanctitas, & fortitudo. Seculo dico p̃senti, tanto plus capit nos dilectio, cũ ęterna nõ videtur. & Nequá, qd.s. ad nequitiam trahit. Attẽde q; p̃sens seculũ dicitur nequá, nõ ideo quod F
mundus iste creatus est a deo, malus sit: sed quia in eo fiũt mala. ex hoc sensu dicitur, Dies mali sunt, Dies Iacob pessimi, Mũd⁹ in maligno posit⁹, Tempora periculosa. salt⁹ quoq; qui sunt pleni latronib⁹, & gladi⁹ quo cruor effunditur, & calix quo venenũ tẽperaſ, mala dicũtur: quia non solũ tempora, sed etiá loca & instrumẽta malorũ traxerũt infamiá, quæ in eis fiunt. Ita & seculũ dicur nequá, a quo Christus nos eripit. Et vt sit firm⁹ quod de Christo dicit, subdit, Secũdũ volũtatẽ. q.d. q; Christus dedit se & eripit nos: nõ est pro meritis nostris factũ: sed, Secundũ volũtatẽ dei patris nostri.i. secũdũ beneuolẽtiá dei qui creauit

A nos:& beniuol⁹ est. Cui.s.Christo & deo patri vni in essentia Est gloria:de hac redẽptiõe, In secula seculorũ.i. semper.q.d.hoc tẽstãtur præsentes, & futuri testabuntur. Amẽ.hoc confirmationis nota est. Attẽde qđ in hac salutatione prælibauit ap̃ls,& cõmendationẽ sui,& qui possit gratia,dei.& quod lex nil cõfert, Miror.&c.Hic de leuitate eos reprehẽdit,quia ab euãgelio indiscrete transferũt ad legẽ.Et quia Galatia translatio dicitur, congrue ex ipso nomine,huius reprehẽsiõis occasionẽ sumit.q.d. Cum hæc prædicta bona ex Christo sint, Miror, quia pri⁹ bñ instructi fuistis· Quod sic.i.tã vehementer, & Tam cito.i.tã breui tẽpore,quasi insensati a pseudo Trãsferimini.i.vltra Christũ in legẽ ferimini. Vnde miror:quia mirum est de lætitia confugere ad exitia,cum paulatim proficiendum sit.A quo autẽ & in quid trãsferũtur, ostendit subdẽs, Ab eo.s.deo.i.a fide eius, Qui vos,auersos Vocauit,p prędicationẽ In gratia Christi.i.in bona gratuita quę Christ⁹ dat. Trãsferemini in aliud euãgeliũ,in legẽ quę putatur euangeliũ:& cõtra meam prædicationẽ, secũdum pseudo eã seruari docent:tñ scđm veritatẽ spiritualis intelligentię non est alia,Vnde subdit,Quod tamẽ, euangeliũ.i. lex, Nõ est aliud secundũ spiritualẽ intelligentiã, nec vobis aliud videreť Nisi sint.i. essent aliq q vos conturbent.i,cõturbent purũ fontẽ vestri sens⁹.Hi erant pseudo ap̃li q dicebãt aliud euangeliũ esse legẽ Moysi q̃ Christi euangeliũ:& hoc ad iniudiã ap̃li. Et,illi tales Volunt cõuertere.i.ad hoc tendunt vt cõuertãt Euãgeliũ Christi

C penitus in legẽ.i.spiritualia cõuertere volunt in carnalia. Sed licet,q.d.ipsi ad hoc tẽdũt. Sed licet nos,ap̃li,nõ dico de illis tñ, Aut angelus,malus,vel bonus, veniẽs De cælo,vt credibilior sit, Euẽgelizet vobis,i,anũciet vobis aliqd quod puteť bonũ:quod sit nõ dico pl⁹,sed Pręter q̃ illud est qđ Euangelizaui vobis,fide verũ,vsu honestum fide cõmodũ. Anathema sit.Nota qđ non ideo ait,nos, vel angelus,q bonus potest intelligi,qđ hoc cõtigerit vnq̃ sed adeo certus est de veritate euangelii sui,quod etiã angelus si aliud nũciaret,nõ crederet,sed anathematizaret. Attende etiã qđ non ait pluſq̃ accepistis:sed.pręter q̃ accepistis.Nam si illud diceret,sibi ipse pręiudicaret,q cupiebat venire ad quosdã quib⁹ scribebat: sicut ad Thessaloni

Ambrosi.

Augusti.

censes, vt suppleret quæ illorum fidei deerant. Sed qui suplet, quod minus erat addit, nõ quod inerat tollit. Qui autem pretergreditur fidei regulã, nõ accedit in via, sed recedit a via. Sicut &c. A maiori infert. q.d. Quãdoquidem vos vel angelũ excomunicarem, magis pseudo excomunicãdi sunt: & hoc est, Sicut, modo Predixi, de vobis vel angelo. Et nũc iterũ dico, de istis. s. pseudo apostolis .s. qđ siquis illorũ &c. Vel ita, Et sicut olim præsẽs vobis, Predixi, & nunc absens Iterũ dico, quod si quis generaliter quicũq; sit Euangelizauerit vobis præter id quod acD
cepistis, a me, Anathema sit. Quare hoc? quia aliud euangelizans de priuato vult pluere non de medio: & hoc forte homo carnali nebula præpeditus, etiã a fonte cõmuni ad ppriã suã falsitatẽ reductus, possit facere, nunq̃ & angelus, Vere si angelus de proprio fluens in paradiso non esset auditus, nõ præcipitaremur in mortem. media aqua posita erat omnibus preceptũ dei, aqua quodammodo publica erat, & sine fraude, sine labe: sine cœno fluebat. Sed venit angelus de celo lapsus. species factus, quia insidiosę iam venenũ spargere cupiebat cupiebat, & emisit venenũ de proprio: locutus de suo, Gustate, & eritis sicut dii: & illi appetentes qđ non erãt. amiserunt qđ acceperãt. Hic videndũ est quomodo dicatur anathema. Hoc verbum pro maledicto ponitur, & vulgo dicitur deuotatio Nam deuotare se q̃q̃ nemo fere dicit nisi maledicens. Vnde illud est & anathematizauit eum, & ciuitates eius: & vocatum est nomen loci illius anathema, Hinc dictũ est, vt anathema detestabile aliquid & abominabile videatur. Vt enim nil inde victor in vs⁹ suos auferret. sed totum in pœnã luendam vocaret, hoc erat anathematizare, qđ vulgo dicitur deuotare. Origo aũt huius verbi, est in greca lingua abhis reb⁹ quę votę & psolutæ. i. pmissę & redditę sursũ ponebantur in tẽplis: & est dictũ a poc tou anathene. i. sursum ponere. [Modo eñ hoĩbus suadeo an deo? An quæro hoĩbus placere? Si adhuc hoĩbus placerẽ, Christi seru⁹ nõ essem Notũ eñ vobis facio fratres euangeliũ qđ euãgelizatũ est a me: q a nõ est scđm hoĩem. Neq; .n. ego ab hoĩe accepi illud neq; didici: sed per reuelationẽ Iesu Christi. Audistis eñ cõuersationẽ meã aliq ñ in iudaismo: qñ supra modũ persequebar ecclesiã dei, & expugnabã illã, &

Augu. in psal. ciii.

E

An. in lib. quæstios

F

A proficiebã ĩ iudaiſmo ſupra multos coętaneos meos ĩ genere meo: abundantius æmulator exiſtens paternarũ mearum traditionũ.] Modo eñ.q.d. ideo dico vt ſit anathema aliud euangelizans, quia Suadeo ego mõ Hoĩbus an deo.i.ad honorẽ hominũ ante dei, non hoĩm, ſed dei quęro honorẽ: ideo dicit, Modo: quia olim dũ dixit hominẽ ex lege iuſtificari, hominis gloriã & inutilem dei gratiã prædicauit. Hic etiã innuit hoc facere illos ſeductores.ſ. pſeudo, vt laudarentur a Iudęis, quos non timet offendere Paulus pro gloria dei: quo veniẽte, ceſſat lex. Vnde ſubdit, Aut quæro hoibus placere, ſicut quãdo literas a principibus ſacerdotũ ad occidendũ Chriſtianos accepi ſnõ quia Si adhuc hominibus placerẽ.i. placere vellẽ vt tũc volebã, Non eſſem ſeruus Chriſti: quod mõ ſum: &ideo eos excõmunico. Attende qđ ait, ſi hominibus placerem &c. Ex his enim verbis quidã putant ſibi in bene viuendo ſufficere cõſcientiã, & quid de his exiſtimet alius, non valde curãt: ſed cõſciẽtia corã deo ẽ neceſſaria cõuerſatio aũt corã proximo: quę ſi negligẽtius agitur, lędit exemplo vt verbi gratia, Si quis bonæ conſcientiæ corã infirmo in idoleo comedat, quanuis recte credens hoc faciat, tamẽ perturbatur infirmi conſcientia, Quid autẽ prodeſt ſi vẽter conſciẽtiæ tuę hauſit aquã purã, & ille de tua negligẽti cõuerſatione bibit turbatã? Alii aquã turbas paſcua cõculcas: ſed attende ne tibi aquã turbes negligẽtia cõuerſationis tuæ. Vñ alibi ait Apoſtolus, Placete oĩbus per oĩa, ſicut & ego oĩbus per oĩa placeo. Itẽ: Sine offenſione eſtote Iudæis & gẽtibus & eccleſiæ dei. Itẽ, Prouidemus bona, nõ ſolũ corã deo, ſed etiã corã hominibus. Dicet ergo mihi aliquis, Expone mihi quõ intelligã iſta quæ diuerſa atq; cõtraria videnť, videlicet qđ hic ait Apłus, Si hoĩbus placerẽ, &c. &, Placete hoĩbus &c. Si trãquilius audias, ſi tibi ipſi aquã tuę mẽtis nõ pturbes, quãtũ potero fortaſſis exponã. Sũt ergo hoĩes temerarii iudices detractores, ſuſurrões, murmuratores, qrẽtes ſuſpicari qđ nõ vidẽt, qrẽtes etiã iactare qđ nõ ſuſpicãť: cõtra tales ſufficit teſtĩoniũ cõſciẽtię nřę, neq; etiã in aliis qb⁹ placere volum⁹, gloriã noſtrã qrim⁹ vel quęrere debem⁹: ſed illorũ ſalutẽ, vt nos bene ambulantes imitãdo nõ errẽt: etẽñ nõ nos ſed dñm laudent, qui nos tales fecit. Nunc ergo vtilitatem vel gloriam noſtrã quęrimus, cum placere hominibus volumus:

Ambroſi.

B Au. in lib. de oĩbus

C

ſed gaudemus eis placere quod bonũ eſt,propter illorum D vtilitatem ,non propter noſtrã dignitatem. Itaq; Apoſtolus: Et non ſe hominibus recte placere dicebat,quia in eo ipſo vt deo placeret intuebatur, & placendũ eſſe hominibus recte præcipiebat,nõ vt hoc appeteretur tanq̃ merces recte ſanctorũ: ſed quia deo placere non poſſet,qui nõ ſe his quos ſaluos fieri vellet,imitandũ prębet. Et ſicut in apoſtolo iſta contraria videbantur,ſic & in euãgelio illa cõtraria videntur. Dixit eñ. Luceant opera veſtra corã hominib⁹ &c. Et itẽ,Nolite facere iuſtitiã veſtram corã hominibus &c. Vbi illos arguit qui ita vẽtilant opera ſua,vt finem bonorũ operũ ſuorum in laude hominũ ponãt:eandẽq; laudẽ , quaſi pro mercede cõputant operũ ſuorum. Ideo ait. vt videamini ab eis.q.d. nolite ſic facere coram E hominibus quicquid boni facitis,vt videamini ab eis.i.vt ipſe ſit finis boni,veſtri videri ab eis:nolite hic facere finẽ vltra porrigite intentionẽ. Notũ enim.q.d. ideo,nõ ſuaſero.i.non placeo hominibus, ſed huiuſmodi excõmunico,quia euangelium quod pṙedico non ſecundũ hominẽ: quod ita ait, Notum vobis facio fratres euangeliũ quod euangelizatum eſt a me,non,eſt ſecundũ hominem,docẽtem me,vel mittentẽ.hoc dicit ne forte dubitẽt. Et reſpicit hoc ad id quod ſupra dixit,ſuã perſonã cõmendans.ſ.nõ ab hoĩbus,neq; per hominẽ. Et vere non eſt ab homine, Neq; ego accepi illud ab hoĩe,vt nemo me eligeret ad euangelizandũ , vel mihi iniungeret. Neq; didici,ab homine docente me:ſed Per reuelationẽ Chriſti Ieſu.i. per Chriſtũ Ieſum,omnia clara eſſe oſtendentẽ. Audiſtis.n. F q.d. Vere non didici ab homine, quia neq; ante conuerſionem,neq; poſt:quod non ante,voſipſi ſcitis ex factis illius temporis. Audiſtis enim conuerſationẽ meam aliqñ .ſ.dum infidelis eram:quã habui In iudaiſmo.ſ.dum iudaice viuebã.ſ. Quoniã ſupra modũ.aliorũ Proſequebar fugando Eccleſiã dei.i. Chriſtianos: & expugnaui illã.i. fideles affligebã pœnis in corpore, Et pficiebã in iudaiſmo,implendo,legem & defendendo eam. Proficiebã dico Supra multos.non dico ſenes, ſed Coætaneos meos, qui plus Laborabãt q̃ ſenes: & non dico ſupra multos pſelitos,ſed qui ſunt In genere meo.ſ. Iudęorũ: & qui pri⁹ in illis legalib⁹ tm̃ valui.iam illa reliqui: ideoq; vos meo

Au.in lib. de ſer. in monte.

Au.in lib. de ouib⁹,

Ambroſi.

A exemplo ab eisdem recedite. Abundanti⁹.q.d. proficiebã in iudaismo super alios: ego dico Etiam abundantius, aliis. Existens, in exemplum aliis. Aemulator.i. imitator, paternarum traditionum, quas.s. booni patres addiderũt Vt mearum, quia eas quasi proprias mihi feci, eis studio se seruiens, in quo arbitrabatur obsequi deo. Habebat.n. apostolus zelum dei, sed non secundum scientiam: & prę uidit.deus eius voluntatem, vel ęmulationẽ, sed deesse sciẽtiam: & prauidit eum idoneum, quia qui tam fid⁹ erat in re minima, constantior esset in re maxima: & ideo.s. vt cõstantior esset in re maxima, pręuenit eum vocando p gratiam. [Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee, & vocauit per gratiam suam vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus, Ambro.
B continuo non acquieui carni & sanguini, Neq; veni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierolosymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini.] Cum autem placuit. q.d. ante conuersionẽ apparet me non didicisse, sed nec post didici ab homine euãgelium, sed a deo tantũ: & hoc est quod ait, Cũ autem placuit ei.s. deo, q p placito suo fecit, nõ pro meo merito, Qui me segregauit, ad literam, De vtero matris meæ, vt in me.s. in mea conuersione Reuelaret filium suum.i. ostenderet quantę potentiæ & bonitatis esset filius suus. Vel, Reuelaret filium suum in me.i. in mea intelligẽtia, vocauit me de mala via
C in bonam: non per meũ meritũ, sed per gratiam suam, & ad hoc vtiq; vocauit, Vt euangelizarẽ illum.i. filium In gẽtibus, & ipse vtiq; qui me nasci fecit, ad hoc ducere me potuit. Ante.n. q̃ aliquis nascatur, scitce⁹ qs futurus sit & qualis. Vnde de Hieremia legitur, Priusquam te formarẽ in vtero, vocaui te. Qui ergo p̃scit futuros antequam sint cum vult nasci facit vt sint. & iam natos quos vult p gratiam vocat, vt iusti sint, sicut Paulum vocauit per gratiam vt annunciaret Christum. Vt ergo totum ostenderet esse a deo.s. quod est, & quod iustus est ait. Segregauit & vocauit. Continuo &c. q.d. vocauit me: & reuelauit filiũ suũ & cõtinuo, p̃dicaui vt instruct⁹ a deo: & ideo nõ aliud te

nendū q̄ p̄dico, nec hominibus credendū, sed deo q me D vocauit: & hoc est quod ait, Continuo non adquieui &c. Vel mystice potest intelligi illud, Segregauit me de vtero matris meę. Mater enim intelligitur synagoga: vterus matris & secretarii, sunt Pharisæi, de numero quorum segregatus est: & est. Cum autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, i. de numero Pharisęorum, qui erāt secretarii synagogę, Vt reuelaret filiū suum in me, vocauit me p gratiā suam ad hoc, vt euangelizarem illū in gentibus hoc non mutat. Et ego Cōtinuo nō adquieui: non ait, non cōtinuo adquieui quasi non tunc, sed post adquieuerit: sed ait, Continuo non adquieui carni & sanguinis. i. vitiis: sed potius respui vitia. Vel per carnem & sanguinē accipit propinquos genere. s. Iudæos, quibus non cōsensit in legis obseruationem & Christianorū p̄secutionem. E Nec veni Hierosolymā ad antecessores meos apostolos. i qui ante me crediderunt, & ita constat, quod non ab eisdē dici euangeliū, cū ad eos non venerim, quia non erat op⁹ electo a deo. Sed abii. p̄dicare euangeliū In Arabiam, vbi nullus apostolorum p̄dicauerat, Et iterū reuersus sum Damascū, vbi ipse adhuc rudis p̄dicauerat. Deinde post annos tres veni Hierosolymā videre Petrum, nō discere aliquid ab eo, sed videre eum propter affectū apostolatus, & vt Petrus sciret me fore sibi coapostolū. Et apud eū dieb⁹ quindecim māsi, receptus ab eo vt verax & coapostolus. Per hoc ostendit se nullo modo dissentire ab aliis apostolis, vt susurrabant sui ęmuli, Alium aūt apostolorum neminē vidi: & ita constat, quod nec ab aliis didici, Neminē F vidi dico, Nisi Iacobū fratrem domini, Hic est Iacobus minor, qui dictus est frater dn̄i, ideo quia hic Iacobus filius fuit Ioseph, qui pater Iesu dictus est: sed non est hoc ratū, cū Ioseph virgo fuisse credatur. Alia ergo causa q̄renda est, quare frater dn̄i dictus sit, sicut Ioseph, & Simon, & Iudas. Vn̄ & in euāgelio dicit: Ecce pater tu⁹ & mater tua, & fratres tui. &c. Vt ergo liqueat quare fratres dicantur: Sciēdū quod Maria mater dn̄i Ioachī & Annæ filia fuit, q̄ nupsit Ioseph, & ita Ioseph fuit putatiu⁹ pater Christi. Mortuo aūt Ioachī Cleophas frater Ioseph eandē Annā accepit vxorē, & genuit ex ea filiā quā vocauit Mariā.

Historia de tribus Mariis Hierony. ad Heluidium.

A q̃ nupsit Alphęo, p genuit ex ea quatuor filios. s. Iacobũ, Ioseph, Simonẽ, Iudã. Mortuo autẽ Cleopha, qdã Salome eãdẽ Annã duxit, & generauit ex ea filiã, nomine Mariã, q̃ nupsit Zebedæo, & habuit ex ea filios. s. Iacobũ, qui dict⁹ est maior, & Ioannẽ euãgelistã. Tres igit̃ viros Anna habuit & tres filias. Nũc vidẽdũ est quare Iacobus Alphęi, & minor dict⁹ sit, & frater dñi. Minor dictus est ad differẽtiã Iacobi Zebedæi, q maior est dict⁹, nõ secũdũ tẽp⁹, sed qa pri⁹ secut⁹ est dñm. Itaq; Iacob⁹ Alphæi minor dictus est, qa eo posteri⁹ Christo adhęsit. Frater vero dñi dict⁹ est, vt qbusdã placet, qa fili⁹ fuit materterę Christi. Vł ꝓpter similitudinẽ sanctitatis, vł poti⁹ qa nepos fuit patrui Christi. i. Cleophę. Hebręi. n. germana cõsãguinitate ex pte patrũ cõiũctos, fratres vocãt. Vñ Hieronymus B Fratres dñi dicit ĩtelligi hũc Iacobũ, & fratres ei⁹, his verbis, Quidã sequẽtes deliramẽta apocryphorũ suspicantur fratres dñi foris stãtes esse filios Ioseph de quadã muliecula, sed cõsobrinos fratris saluatoris hic ĩtelligere debemus. s. filios Alphęi & materterę ei⁹ matris Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudę. Quatuor. n. modis ĩ scripturis diuinis fratres dicũtur. s. natura. gẽte, cognatiõe, affectu: natura, vt Esau & Iacob: gẽte, vt oẽs Iudæi fratres dicũt̃ inter se. Vñ ĩ Deuteronomio, Si. n. is fratrẽ q est Hebręus &c. Et itẽ, Constitue sup te pricipẽ quẽ dominus elegerit, eũ q sit de fratribus tuis. Porro cognatiõe fratres vocantur qui sunt de vna familia, cum ex vna radice turba diffundit̃, secũdũ quod Abrahã in Genesi fratrẽ appellauerat Loth, dicẽs, Nõ sit rixa ĩter me & te, qa fratres sumus, & Iacob C & Labã dicũtur fratres Affectu etiã fratres dicũt̃, secũdũ quod oẽs Christiani fratres vocãt̃: vt ibi, Ecce q̃ bonũ & q̃ iucũdũ habitare fratres ĩ vnũ, Et dñs ait, Vade, & dic fratrib⁹ meis. Porro ĩ cõmune oẽs hoĩes fratres dicũtur, qa ab vno parẽte nati sũt. Illos ergo fratres Christi appellatos ĩtelligo cognationis priuilegio, Iacob⁹ frater dñi vel ex filiis Ioseph de alia vxore, vel ex cognatiõe Mariæ matris ei⁹ d3 ĩtelligi. [Quę aũt scribo vobis: ecce corã deo qa nõ mẽtior. Deĩde veni ĩ ptes Syriæ & Cilicię. Erã aũt ignot⁹ facie ecclesiis Iudęę, q̃ erãt in Christo. Tãtũ autẽ auditũ habebã t, qm̃ q psequebat̃ nos aliqñ, nũc euãgelizat fidẽ quã aliqñ expugnabat, & ĩ me clarificabãt deũ.]

Beda.

Hierony. cõtra Maniche.

Hiero. ad Heluidiũ

Aug. sup epist. apo Iacobi.

Quæ autē, nunc Scribo vobis, de me, Ecce, omnibus D patet Quia nō mentior. & hoc dico Corā deo. i. teste deo Iurat apostolus vt credatur quod dicit: quod proficit istis, necessitate compulsus iurat, quia nisi hoc faceret, nō crederent ei, quibus non expedit vt non credāt, imo expedit vt credāt. Et video quia plus est hoc, q̄, est, est, nō, nō: sed hoc qđ ampli⁹ est, a malo est: & si non a malo iurantis, a malo est non credentis. Ideoq; non ait, si quis amplius facit, malū est: sed quod ampli⁹ est, a malo est. Deinde veni, pdicare In ptes Syrię, & Cilicię, erā autē ignotus facie. i. psentia corporis, Ecclesiis Iudeę, q̄ erant in Christo. i. in fide Christi, p quod patet quod nec ecclesię Iudęæ me docuerūt, q̄. s. erant p se, non ammixtę ecclesiis gentium. Tantū autē habebāt auditū, de me. i. qđ de me audierāt: memorię mandauerant, hoc. s. Quoniam qui persequebatur nos aliquando. s. dū infidelis erat, Nūc euangelizat E fidem, Christi, quā aliquando expugnabat. Et quia de re difficili magna nascitur admiratio, subdit, Et in me. i. in mea conuersione Clarificabant: vel, Magnificabāt, dñm

August.

i. magnificum prædicabant qui gratia sua me cōuertit: vel Clarificabant deum in me. i. meo exemplo prædicantes, vel gratias agētes deo, ī quo eis psui. CAPVT II.

Deinde post annos quatuordecim iterum ascēdi Hierosolymam cum Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus. Seorsum autē his qui videbantur aliquid esse ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset gētilis compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres qui sub F introierunt explorare libertatem nostram quam habem⁹ in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neq; ad horam cessimus subiectioni.] Deīde post annos quatuordecim, a Christi passiōe, qui fuerunt post prędicationē Syrię & Cilicię, cum quęstio esset de lege, vtrum tenenda esset an non, Iterum ascendi Hierosolymam, non ait, iui: sed, Ascendi, pro situ terræ, Ascendi, dico, Cū Barnaba, qui de Iudæis erat. Assumpto Tito, qui de gentib⁹ q. d. huic inde testes habui qb⁹ patet falsū eē, me aliud gētib⁹ aliud Iudæis prædicare. Ascēdi autē, non solum mea dispositione, sed Secundum reuelationem dei. & nō dico

A didici ab illis tanq̃ a maiorib⁹: sed, Contuli cum eis, tanq̃ amicis & parib⁹ Euangelium Christi, quod Prædico in gentibus, hic fecit pro assertione prædicationis, quia multis erat scrupulus in doctrina apostoli, perturbãtibus Iudęis. Per hoc ergo quod ait, Et contuli cum illis, ostendit se non habuisse securitatem euãgelii, nisi auctoritate Petri esset & aliorum roboratum. Apostol⁹ enim Paul⁹ post Christi ascensionem, de cęlo vocatus, si non apostolis cõmunicaret, & cum eis euangelium conferret, quo ejusdem societatis esse appareret, ecclesia illi omnino non crederet sed cũ cognouissent eũ hoc annunciantẽ quod illi, & in eorum cõmunione & vnitate viuentem, accedentibus etiã p eum talibus signis, qualia & illi operabantur, ita eum do-B mino cõmendante auctoritatem meruit, vt verba illius sic audiantur in ecclesia, tanquam ĩ illo Christo verissime loquutus audiatur: sicut ipse dixit, Non pro his tm̃ rogo. i. p discipulis qui cum illo tunc erant, sed & pro eis q̃ p verbũ eorũ credituri sũt in me, vbi oẽs suos intelligi voluit nõ solũ q̃ tũc erãt, q̃ futuri erãt sed etiã: quotquot. n. postea crediderũt in eũ, crediderũt per verbũ eorũ. s. apostolorum. i. per euangeliũ. Quisquis eñ in Christum credit, euãgelio credit: quod dictũ est esse verbũ eorũ, quia ab eis est primitus ac præcipue prædicatũ. Iã enim ab ipsis p̃dicabatur, qñ per reuelationẽ Christi ipsum verbũ eorũ Paulus accepit, & per hoc verbum, & si non per eos. Cũ accepisset a deo illud, credidit Paulus: vnde & cõtulit cum illis euangeliũ, & dextras accepit, quia illud verbũ cum eis, & C si nõ p eos habuit. Ipsa enim collatio vnã doctrinæ speciẽ excussa omni lepræ varietate monstrauit. Leprosi eñ quos dominus in euangelio curasse legitur, & misisse ad sacerdotes vt se eis ostenderẽt, non absurde intelliguntur qui scientiam verę fidei nõ habentes, varias doctrinas p̃fitentur erroris. Nulla porro falsa doctrina est, quæ nõ aliqua vera intermisceat, Vera ergo falsis inordinate permixta in vna doctrina significant lepram, quæ vnius corporis colorẽ diuersis locis variat atq; maculat. Vt ergo apostoli prædicatio ab omni corruptionis lepra libera mõstraretur, cum aliis apostolis cõtulit euãgeliũ. Aliter enim non crederet ecclesia ei, qui nõ fuerat cum domino. Seorsum autẽ. q. d. Cõtuli cum illis euangelium. Sed seorsum.

Hierony.

Au. cõtra Faust.

Au. cõtra Faust.

Aug. sup Ioannem

Aug ĩ lib. quę. euãg

i.separatim cōtuli Cū his q videbantur aliqd esse.i. alicu D
ius auctoritatis non publice corā omnibus, ne fidelib⁹ ex
Iudęa,qui putabant legē esse seruandam, fidei scandalum
nasceretur. Seorsum etiam illis exposuit euangeliū,cū iam
exposuisset corā omnib⁹:non ideo quod aliqua falsa dixe
rit,vt seorsum paucioribus vera diceret, sed propter infir-
mos qui non possunt omnia capere,qbus aliqua tacuerat
dicenda perfectis. Aliqñ em̄ aliquid veri tacere licet. Ne
forte.q.d.cōtuli cum eis, Ne forte in vacuum currerem
aut cucurrissem.i.ne putarer prædicasse inutiliter. Prędica
tionis vero opus appellat cursum,pro torrēti eloquio, sed
Neq.q.d.non solū in collatione probatus sum, sed Etiā
Titus qui mecū erat,cū esset gentilis. Neq cōpulsus est
rationibus eorū Circuncidi.i.nō potuit extorqueri a me
vt circūcideret,sed susceptus est apostolis in societatē i cir E
cuncisus. Cur ergo vultis vos Galatæ circuncidi?cur vltro
a gratia recedētes ad legē transitis? Sed propter &c. q.d.
Non solum Titus nō est cōpulsus circūcidi, Sed neq ad
horā, in aliquo, Cessimus, quasi cōuicti de lege, Subiectio
ni eorū,vt eis subiiciamur,qui legalia saluti necessaria præ
dicabant. Cum autem alibi cesserit,vt in circuncisione Ti
August. mothei,cur nō hic cessit? Respondet & ait, Propter fal-
sos fratres,q se fingūt amicos. Subintroductos.i. in locū
Ambrosi. vbi erāt apostoli latenter introductos a Iudæis. Quod em̄
infideles p se nō poterāt,per falsos fratres moliebāt, quos
sub specie religionis immiserāt,vt explorarēt quæ libertas
esset nobis in fide Christi. Vnde subdit, Qui. s. falsi fra-
tres Subintroierunt.i.vt sub habitu pacis & humilitatis F
introierūt,aliud quęrendo,aliud fingendo. Explorare li-
bertatē nostram,vt.s.accusarent libertatem nostrā, Quam
habemus in Christo Iesu.i.in fide Christi:non vt eam te-
nerēt,sed Vt aliqua contentione ab ea Nos redigerēt in
seruitutē legis.i.in carnales obseruantias,a quibus libera
ti sumus per fidem Christi:quod si esset,veritas euangelii
apud gentes nona maneret,sed omnes iudaizarent, & iō
hic vbi assertionem prædicationis suæ conferebat,nullate
nus voluit cedere,vt veritas prędicationis monstreretur.
Et nota quia in his omnibus & se commendat, & legem
non tenendam comprobat. Vnde subdit. [Vt veritas
euangelii permaneat apud vos. Ab his aūt qui videbātur

A esse aliquid, quales aliquãdo fuerint nil mea interest. De⁹ enim personã hominis nõ accipit.] Vt veritas, &c. q.d. ideo in nullo cessimus, Vt, ita Veritas euangelii permaneret apud vos. Veritas enim euangelii, Christi est gratia. Ideo enim hic non cessit circuncidendo Titum, ne occasionem daret eis, qui sine illa circuncisione dicebant, credentes saluos esse non posse, & ad deceptionem gentium hoc etiam Paulum sentire iactabant. Ibi vero vbi nõ obfuit, circuncidit Timothęum pro scandalo iudæorum, ne Iudæis sic videretur circũcisionem detestari, sicut idololatria detestanda est: cum illam deus fieri pręceperit: hanc satanas persuaserit. Ideo ergo non fecit in Tito quod in Timothęo, vt ostenderet illa sacramenta nec tanquam necessaria ac vtilia debere appeti, nec tanquam sacrilega debere damnari.
B Vel secundum aliam literam, Quidã enim latini codices nõ habent neq, secundũ quod ita potest legi, quasi dicat, Titus non est compulsus circuncidi, Sed, alibi, Ad horam cessimus subiectioni: vt in circuncisione Timothæi. Reddit autem causam quare compulsus est facere quod nolebat, scilicet pro scandalo Iudæodęorum, præueniens columnias falsorum fratrum, qui parati erant commouere seditionem, si illum filium Iudææ incircuncisum ordinaret episcopum: & hoc est quod ait, Cessimus, dico, Propter falsos fratres qui subintroierunt, in locum vbi ego cũ Timotheo & aliis erã, Qui introierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu. i. vt nos redigerẽt in seruitutẽ legis: quod cũ Ambros.
C facere nequirẽt, populũ cõtra nos excitare moliebãtur: & ideo cessimus subiectioni eorũ, circuncidẽdo Timothęũ Ad horã cessim⁹, ita Vt veritas euangeli pmaneret apud nos, quæ habet quod neq circuncisio aliquid cõfert, neq præputium, sed fides: hoc enim erat apud Iudæos, quia credentes circuncidebant filios suos. Attẽde diligẽter ꝙ Ambrosius illam literã improbat, qua dicitur nec ad horam cessisse, cum dicat se cessisse, nec ad dorã, ita dicẽs: Titum supra dixit, non esse cõpulsum circuncidi: & subiicit dicens, Sed propter subintroductos falsos fratres. &c. quibus verbis quid iã sonat nisi qa ad horã cessit propter illos? Si autem propter illos falsos fratres non cessit, sicut legitur in quibusdam codicibus, non voluntate non cessit,

nam cessurum se significauit, si illi non essent: sed propter D
illos subintroductos falsos fratres non cessit. Si ergo cedendum non fuit, quare falsi fratres dicuntur, quorũ beneficio non fecit quod faciendũ non erat? Ergo si hoc est, beneficium prestiterunt apostolo, quia horũ causa nõ cessit, cũ ecclesię non deberet. Cur igitur exploratores dicti sunt, si hoc illum facere volebant quod facturus erat? sed propter istos nõ fecit: sin autem non erat factur⁹, sine dubio propter istos fecit. Litera hic indicat quia cessit: & historia factũ exclamat. Quomodo enim ad horã negaret se cessisse, cũ probetur propter Iudęos Timothæũ circũcidisse? Ille enim posset defendere se nec ad horã cessisse, qui nunq̃ inueniretur cessisse. Nec ad horã esse cessit qui nunq̃ cessit: quod si aliquando cessit, quomodo nec ad horam? Cur etiã dicit se cessisse propter falsos fratres, si per E
se facturus erat? aut enim cessurus propter falsos fratres non cessit, aut non cessurus propter falsos fratres cessit. Vnum enim ex his duobus restat intelligi. Cessit ergo inuitus, non sponte, propter illos faciens quod per se nõ faceret, humilians se legi circunciso Timothęo, vt dol⁹ & scandalũ Iudæorũ cessaret: qui parati erant cõmouere tumultum & seditionem, si illũ filium Iudęę incircuncisum

Ambrosi. susciperet, & episcopum ordinaret. De filiis autem Grecorum nõ erat scãdalũ, quia epistola apostolorũ data erat, vbi dicebatur nõ oportere eos circuncidi. Sed Iudæi credentes circuncidebant filios suos, nec epistola apostolorũ hoc vetabat, nec de his aliquid significauerat. Vnde nec Titus est compulsus circuncidi, qui de Grecis vel gentilibus erat: sed Timothęus filius Iudææ propter exploratores circuncisus est. Per hoc enim quod illum circuncidit, & nõ illum, ostenditur quia illa legalia nec saluti necessaria sunt, nec sacrilega: ita vt veritas euangelii maneat. s. quia in Christo neq; pputiũ neq; circũcisio aliquid valet, sed fides quæ per dilectionem operatur. Ab his aũt. q. d. de collatione euangelii refero ad cõmẽdationẽ meam. Sed quales. i. q̃ idiotæ Fuerint, ad comparationem meã. Aliquando. s. dũ in lege erant, antequã essent apostoli illi, Qui videbantur esse aliquid. i. alicui⁹ auctoritatis, quia cũ

Augusti. dño ambulauerunt, & transfigurationi ei⁹ interfuerũt. Videbantur dico, Ab his. s. Falsis, fratribus: quia qui vidẽ-

A tur esse aliquid, carnalibus hominibus videntur esse aliquid. Nā ipsi nō sunt aliquid, & si boni ministri dei sunt, Christus in illis est aliquid, nō ipsi per se: nā si ipsi per se essent aliqd, semper fuissent aliquid. Quales, autē, Aliquando fuerūt: quia ipsi & peccatores, & idiotæ fuerunt, Nil mea interest, referre. i. nil mihi prodest in hoc statu miseriæ, quia pręterita nec prosunt nec obsunt. Innuit tamen se pualuisse. Dicendo enim Quales aliquando fuerunt, indicat se in legalibus pręualuisse illis: sed nil tamen iis profuisse, & ideo Galatis nō sunt curāda legalia. De⁹, &c. q. d. Ideo nil mea interest, quia Deus nō accipit personā hominis, magnā vel paruā. i. sine psonarū acceptione omnes ad salutem vocat, nō reputans illis delicta eorum. August.

[Mihi enim qui videbātur esse aliquid, nihil cōtulerūt.
B Sed ecōtra cū vidissent quod creditū est mihi euangelium pputii sicut & Petro circūcisionis (qui. n. operatus est Petro in Apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi inter gentes) & cū cognouissent gratiā quę data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioānes qui videbātur colūnę esse, dextras dederunt mihi & Barnabę societatis: vt nos in gētes, ipsi autem in circuncisionē: tantū vt pauperū memores essemus. Quod etiā solicitus fui hoc ipsum facere. Cū autē venisset Cephas Antiochiā, in faciē ei restiti, quia reprehēsibilis erat. Prius eñ q̄ venirēt qdā a Iacobo, cū gētib⁹ edebat. Cū aūt venissent, subtrahebat & segregabat se, timēs eos qui ex circūcisione erāt. Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi: ita vt & Barnabas duceret̄ ab eis in illam simulationē,] Mihi eñ, vel, autē. q. d. Ideo ad
C priora nō recurro, quia ea quæ modo sunt, sufficiūt mihi ad cōmēdationē. s. quia illi Qui videbātur esse aliquid. s. Petrus & alii qui fuerūt cū dño, nil cōtulerūt. i. addiderūt Mihi. in quo patet ꝙ nō illis īferior sum, qui a dño adeo perfectus sum, vt nil esset qd̄ in collatione meę perfectioni adderēt. Qui eñ illis imperitis tribuit sensum, dedit & mihi. Vel ita cōtinua, Vere deus nō accipit personā hominis: quia si ita esset, ego Paulus, ante impius, cui tales nil cōferrēt, nō fuissem, sed fui. Mihi. n. &c. Vel ita iūge & legitur, Aūt. q. d. illud nil mea interest referre: sed hoc dicā, Quod qui videbātur esse aliquid, nihil cōtulerūt mihi. Sed potius, Ecōtra, opinionē insidiantiū, Cū vidis-

sent ꝙ euangeliũ ꝑputii, a dño Creditũ est mihi, vt fideli, ita principaliter, Sicut & Petro, euangeliũ, Circuncisionis. Christus enim Paulo dedit vt ministraret gentibus, qui etiã Petro dederat vt ministraret Iudęis: ita tamẽ dispensatio distributa est illis, vt & Petrus gẽtibus, ꝑdicaret si causa fecisset, & Paul⁹ Iudæis. Qui.n.q.d. per hoc viderũt, quia Quia qui operat⁹ est Petro. i. dedit quidq̧ habet, eligẽdo eũ In apostolatũ circũcisionis. i. Iudęorũ, Operatus est & mihi. i, ad meũ honorẽ, Inter gẽtes. Cũ vidissent, inquã, & cũ Cognouissent gratiã q̃ data est mi hi, in gentes. s. quot miracula fecerã, quot gentes cõuerterã, Cephas. i. Petr⁹, Et Iacobus & Ioannes, qui erant honoratiores in apostolis, quia semper in secretis cũ dño fuerunt, Qui videbãtur columnæ esse. i. sustentat toti⁹ ecclesię, quę etiam ipsa columna & firmamẽtũ dicitur veritatis: quã etiã sapientia ædificauit, & cõstituit in septem columnis: quo numero vel vniuersitas prædicatorũ, quia solet poni, pro vniuerso, vel septenaria operatio spiritus sancti insinuatur. Cũ hoc, iquã, vidissent & cognouissẽt, Dederũt mihi & Barnabę dextras, in signũ Societatis. i. consenserũt in societatẽ, & paruerũt voluntati dñi: cõsen tientes vt ego essem primus in prędicatione gentiũ, sicut Petrus in circuncisione. Et sicut alii apl̃i obedirẽt Petro, ita Barnabas Paulo. Non ergo inuenti sunt in aliquo dis sentire ab illo, vt cum ille perfectũ euangeliũ se accepisse diceret, illi negarent, & aliquid vellent tanq̃ imperfecto addere. Vt nos, q.d. dederũt nobis dextras: ad hoc vtiq̧, vt Nos, iremus In gentes: ipsi aũt in circũcisionẽ: tantũ. hoc addiderũt, Vt pauperũ, qui erãt in Hierusalẽ. Memores essemus, qui rerũ suarũ venditarũ precia ad pedes aposto lorũ ponerẽt, Memores, dico, ad opus illorũ faciẽdo col lectas. Ecce per hoc patet ꝙ nobis egebãt. Quod etiã. q.d. Ipsi monuerũt nos hoc facere. Q᷑. i. sed. ante admonitionẽ illorũ ego Fui etiã sollicit⁹. i. studui hoc ipsum facere nõ min⁹ diligẽter q̃ illi ꝑceperũt. Eo tẽpore cũ venisset Petr⁹ Antiochiã, licet hoc in actib⁹ Apostolorũ nõ legat, in faciẽ ei restitit Paul⁹. Vnde subdit, Cũ aũt, &c. q. d. ipsi mihi nihil cõtulerũt, sed ego cõtuli Petro: quia Cũ venis set Cephas Antiochiã, qui loc⁹ gẽtiũ erat, Ego restiti ei, tanq̃ par, Hoc.n. nõ auderet facere nisi sciret se nõ impa

August. | Ambrosi. | August.

D E F

A rem fore. restiti dico eundo In faciē ei⁹. i. ꝙ nō aïaduertebat iudicādo: & nō in occulto, sed corā oībus quib⁹ nocebat. Et nō temere hoc feci, quia Reprehēsibilis erat. i. dign⁹ reprehēsione, nō pro se, sed pro aliis. Et vere, quia hoc modo. Prius. n. q̄ venirēt quidā Iudaei ab Iacobo, ecclesiae Hierosolymitanę episcopo. Edebat, Petrus cum gentib⁹, nō habēs discretionem in cibis. Illi qui a Iacobo venerāt ęmulatores legis erāt, noīe Christiani, qui aequo iure Christū & legē venerabātur, quos timēs nō miscebatur Gētib⁹. qđ si solū esset, nō esset reprehēsibile, sicut & ipse Paul⁹ pro scādalo aliqñ cessit. Sed in hoc errabat qđ gentes iudaizare cogebat suo exēplo, dū a gētibus se diuidens Iudęis se adiūgebat. Vñ subdit. Cū aūt illi venissent a Iudaea, Subtrahebat se Petr⁹, latēter p aliquas occasiones a cibis gentiliū. Et segregabat se. i. per se gregē cum Iudęis faciebat: Timēs, nō cibos, sed eos Qui ex circūcisione erāt. i. de Iudęa, quia erāt infirmi: vel etiā si firmi essent, ne pro more suo scandalizarentur. Igitur ne scandalizarentur, sed paulatim in fide nutrirentur, factus est Iudęis tanq̄ Iudaeus, simulās cum infirmis idē sentire, Et simulationi eius caeteri Iudęi, qui erāt Antiochiae consenserūt, tāq̄ discerneret cibos. ita. Vt & Barnabas, qui mecū erat, doctor gentiū, Ab eis duceretur, Gentib⁹ subtract⁹, In illam simulationem iudaicae comestionis, vt q̄uis recte crederet de legis in vtroq; populo abolitione: eadē tamen intentione qua Petrus, se a gentibus subtraheret, & cū infirmis idē sentire se simularet. Haec aūt simulatio Gentib⁹ inutilis erat, ideoq; Paulus Petrū redarguit. Vnde subdit. Auguft. Ambrosi.

C [Sed cū vidissem quod nō recte ambularēt ad veritatē euangelii, dixi Cephę corā oīb⁹. Si tu cū Iudę⁹ sis gētiliter viuis & non iudaice: quomodo gentes cogis iudaizare?]

Sed cū vidissem, ego solus, Quod nō recte ambularēt nō quantū ad intentionē, sed Ad veritatē euangelii, quia per hoc peribat veritas, vt Gētes iudaizarēt, Dixi Cephę corā oībus. quia pro oībus sanandis dictū est, vt oēs illius obiurgatione sanarentur. Non enim vtile erat errorē qui palam noceret, in secreto emendare. Hoc etiam accedit, quod firmitas & charitas Petri cui ter a domino dictum est, Pasce oues meas: obiurgationem talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat: valebatq; Auguft.

hoc ad magnum humilitatis exemplum, vt in eo qui pri D
m⁹ eſt, diſcāt cęteri mites eſſe & humiles. Ipſe eñi Petr⁹
q̄d a Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis ſanctę ac be
nigne pietate humilitatis accepit: atq; ita exēplū poſteris
pbuit, tanto ſanctius quanto ad imitandū difficilius, quo
non dedignarentur maiores ſicubi forte recti tramitē re-
liquiſſent, etiā a poſteriorib⁹ corrigi. Laus itaq; iuſtę liber
tatis i Paulo & ſāctę humilitatis i Petro eminuit. Dixi in-
q̄nā, Si tu, o Petre Cum ſis Iudęus, natione & genere,
Gentiliter & nō Iudaice viuis .i. Gentiū nō Iudęorū ritu
viuis, quia ſciebat illam differtationem ciborum nihil cō
ferre. Ecce qui ante fuit i ritu Iudaico dimiſit. Quid ergo
Augū. ad Hieroñ. debent facere qui non fuerunt vt Galatę? nō vtiq; debent
recipere. Si, inquā hoc eſt quomodo cogis Gētes, quæ oīa
quæ vident in te, putāt eſſe neceſſaria ſaluti, Iudaizare? E
cogebat quidē nō docētis imperio, ſed cōuerſationis exē-
plo, & de hoc obiurgatus eſt. Hinc diſcāt Galatę Petri au
thoritate nō eſſe iudaizandū, qui in hoc reprehenſus eſt.
De hac autē reprehenſione diſſentire videntur Hierony-
mus, & Auguſtin⁹, ſicut & de legalium poſt Chriſtū ob-
ſeruatione. Hieronym⁹ enim ait Petrū nō ideo obſeruaſ-
ſe illa legalia, quod vellet ea poſt Chriſtū ſeruari etiā a Iu
dęis, ſicut vere nec debebāt, ſed inuitum feciſſe & diſpen-
ſatorie ſimulaſſe, ne. ſ. Iudęos amitteret: nec in hoc pecca
bat, q̄a bona intētione id agebat, & ſi illi peccarēt, qui ei⁹
quaſi exemplo Iudaizabāt. nec fuit reprehēſio vera, quia
nil in eo reprehenſibile erat, ſed diſpenſatoria, vt per hoc
ſcirent Gentes non eſſe iudaizandum, videntes tantum
Apoſtolū in hoc reprendi. Auguſtinus vero dicit Petrum F
ſeruaſſe illa legalia nō diſpēſatorie, ſed vere, quaſi eis ſub-
iectū, ſed nō in eis ſpem ponentē, quę ab omnib⁹ iudæis
erāt ſeruāda. Et eū vere peccaſſe, nō illa ſeruādo, ſed alios
ſuo exēplo iudaizare cogendo: vt ſit reprehenſio vera nō
diſpenſatoria. Ait enim Hieron. Ex hoc loco impi⁹ Por-
phirius Petrū a Paulo reprehenſum nobis obiicit, volens
& illi maculā erroris, & huic procacitatis incutere, & in
cōmune ficti dogmatis accuſare mendaciū, dū inter ſe ec
cleſiarū principes diſſiderent. quod vtiq; facit nō intelligēs
quo ſenſu Petr⁹ reprehēſibilis fuiſſe, vel ei Apoſtol⁹ Pau
lus in faciem reſtitiſſe dicatur. Nam vterq; recte ſentit

A legem non esse tenendã, & in omni gente quicunq; timet deum & operat iustitiã, accept⁹ est illi, sed vterq; cauta si mulatione dispensat, ille subtractionẽ, iste reprehensionẽ vt & Iudęis supercilia, & gentibus desperatio tolleret. Nõ igitur vel Paulo vel eis cum quibus añ edens se ab eis postea separabat, Petr⁹ vere reprehẽsibilis erat: nec eis Paulus procaciter resistebat. Paulus em̃ in Petro hoc reprehẽdere nõ potuit, qđ ipse fecit: nec arguere simulationẽ, cui⁹ & ipse reus erat: sed fuit hęc reprehensio nõ vera, sed dispensatoria: nec Petr⁹ peccauit, nec Paulus procaciter arguit. Petrus autẽ sicut legitur in Actibus Apostolorũ authoz fuit huius decreti, Legẽ post euangeliũ nõ esse seruãdam qui post visionẽ lintei vbi erant diuersi generis animalia, ad Corneliũ intrauit, & cum gentib⁹ comedit: qui Hierony ad Augu.

B etiam quęstionẽ de hac re soluit. Cum em̃ Paul⁹ & Barnabas iam conuersis multis gentibus venissent Antiochiam, quidã de Iudęa descendentes dicebant, Sine lege Moysi nemo potest saluari. Tunc vtriq; s. Paulus & Barnabas & illi Iudęi qui hoc dicebant, ascenderunt Hierusalem ad apostolos. Petrus vero eit, Dedit deus spiritũ illis sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorũ, Quid ergo tẽtatis demũ imponere iugum. qđ neq; nos neq; patres nostri portare potuimus? sed per gratiã credim⁹ saluari sicut & illi. Petrus itaq; bñ sensit de abolitione legis, sed simulauit pro timore Iudæorum ne occasione gentiũ a fide recederẽt, & sic perderet gregẽ suũ. Simulauit autẽ Paulus ꝑ simili metu, vt in circuncisione Timothæi, & ipse qui comã ex voto nutriuit

C vt Nazarei, in Cẽchris ex lege caput totõdit. Post multa etiã in Hierusalẽ cõsilio Iacobi & presbyterorũ purificatus secũdũ in templũ intrauit, & hostiã obtulit. Ecce quõ Iudæis Iudęus fact⁹ est Non ergo officioso mẽdacio, sed honesta dispẽsatione & Petrũ se a gentibus segregasse, & Paulũ ei restitisse, ego immo alii añ me exposuerũt, vt & Apostolorũ prudẽtia demõstraret, & blasphemãtis Porphyrii imprudẽtia coerceret. Augustin⁹ vero dicit credẽtes de gẽtib⁹ onere legis liberatos esse: de Iudęis vero credẽtes, legi subditos esse, nec peccare si circuncidũt & sacrificant, mõ spẽ salutis in eis nõ cõstituãt. nec peccat Petr⁹ si iudaizat, sed quia cogit gẽtes iudaizare suo exẽplo.

In quo solo, Paulus reprehendit eum vt doctor gentiū, vt D
sit reprehēsio vera, nec dispēsatoria. Alioquin mentit⁹ est
Paulus. Si eñ hoc fecit Petrus qđ facere debuit. mētit⁹ est
Paul⁹ q eñ vidit nō recte ambulantē ad veritatē euāgelii.
Augu. ad Hierony. Quisqs eñ facit qđ facere debet, recte vtiq̧ facit, & ideo
fallum de illo dicit, qui dicit eum nō recte fecisse, qđ nouit eum facere debuisse. Si autē verū scripsit Paul⁹ verū
est quod Petrus nō recte ambulabat ad veritatē euangelii: ego quidē illud Petrū sic egisse credo, vt Gentes cogeret iudaizare. Hoc eñ lego scripsisse Paulū quē mētitum
esse nō credo, & ideo nō recte agebat hic Petrus, quia erat cōtra euangelii veritatē, vt putarent qui credebant in
Christū, se sine, illis legalibus saluos esse non posse. Hoc
enim cōtendebāt Antiochiæ qui ex circūcisiōe crediderāt
Ipsum vero Paulū credo non ita egisse qū Timothæum E
circūcidit, vel Cenchris votū persoluit, vel Hierosolymis
a Iacobo monitus, legalia illa suscepit, vt putare videret
per illa legalia salutē posse dari, sed ne illa quę in vmbris
futurorū Deus fieri iusserat, tanquā idololatriā Gentiū dānare crederetur. Hoc est eñ quod illi Iacobus ait Vides
(inquit) frater quot milia sunt in iudea qui crediderūt in
Christo, & hi omnes ęmulatores legis sunt. Audierūt n.
de te quod discissionē doceas a Moyse eorū qui per gētes
sunt Iudęorū, dicēs nō debere circūcidere filios suos, neq̧
scđm consuetudinē legis ingredi. Quid ergo est? Vtiq̧ oportet cōuenire multitudinē. Audierūt etenī superuenisse
Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sūt nobis viri quatuor,
Augusti. votū habētes super se: his assumptis. sāctificate cū ipsis, &
sciēs oēs falsa esse q̄ de te audierāt, Nō vt opinor obscurū F
est, & Iacobū hoc ideo monuisse, vt scirent falsa esse quae
de illo audierant hi, qui cum ex Iudęis credidissent, tamē
æmulatores erant legis. qui sic ea volebāt obseruari, tanq̄
sine his in euangelio salus credentibus esse nō possit. Hi
senserāt Paulū vehementissimū gratiæ prædicatorē, & intētioni eorū maxime aduersum. Ab ęmulis eñ nouę legis
qui nō intelligebāt quo aīo a Iudæis fidelib⁹ illa tunc obseruari deberent. s. propter cōmendandā authoritatē diuinam & sacramentorū illorum propheticā sanctitatē non
propter adipiscendam salutē, dicebat Paulus gratię prædicator egregi⁹ damnare legem Moysi vt sacrilegam nec

A deo mandante scriptam, & ideo huius falsę criminatiõis inuidiã diluere volens ipse iudaizauit, ostendens nõ eam esse sacrilegã Iudęis, vt est idololatria gentibus, nec tamẽ esse necessariã saluti. Porro apostoli decreuerent Hierosolymis, ne quisq̃ tũc Iudęos iudaizare prohiberet, quãuis etiã ipsos Chrĩana doctrina nõ cogeret. Itaq; si post hoc Apl̃orũ decretũ Petr⁹ habuit illã ĩ Antiochia simulationẽ qua gentes cogeret iudaizare, nõ mirũ si Paulus constringebat eũ liberet debere asserere, qđ cum cæteris Apl̃is se Hierosolymis decreuisse meminerat. Si autẽ hoc añ illud Hierosolymitanũ consiliũ Petrus fecit, nec sic mirum est quod eum volebat Paulus non timide hoc subtegere, sed fidenter asserere, qđ eum pariter sentire iam nouerat: vel

Augu. ad Hierony.

B quia cũ eo contulerat euangeliũ, vel quia in Cornelii vocatione etiã diuinitus eũ de hac re moniũ acceperat, siue quia anteq̃ illi venissẽt Antiochiã quos timuerat, cum gẽtibus eũ cõuesci viderat. Nõ eñ negamus Petrũ in hac sententia fuisse in qua & Paulus fuit. Non igitur tũc eum quid in ea re verũ esset docebat, sed eius simulationẽ qua gentes cogebat iudaizare, arguebat. quia sic illa omnia simutatorię gerebant, quasi verũ esset quod dicebant quidã .s. credentes sine lege non posse saluari, in cuius sententiæ nõ consensionẽ sed simulationẽ timore Petrus inciderat vt de illo vere Paulus scriberet, quod eum vidisset nõ recte ambulantẽ ad veritatẽ euãgelii, eiq; verissime diceret qđ gẽtes iudaizare cogebat, qđ Paulus vtiq; nõ faciebat: ob hoc illa vetera veraciter vbi op⁹ erat obseruãs vt dãnãda nõ esse monstraret, prædicans tamen instanter non

C eis sed gratia fidei saluos fieri fideles, ne ea velut necessaria quisquã susciperet, post passionẽ & resurrectionẽ nam que dñi iam reuelata fide amiserant tanq̃ vitã officii sui. Veruntñ sicut defuncta corpora deducenda erant quodã modo ad sepulturam, nec simulate sed religiose, nõ erant deseranda cõtinuo, vel inimicorum obtrectationibus tanq̃ canũ morsibus piiciẽda. Ideo nũc quisquis Christianorum quanuis sit ex Iudęis ea celebrare voluerit, quasi sopitos cineres eruẽs nõ erit pi⁹ deductor vel baiul⁹ corporis, sed impi⁹ sepulturę violator. Nã pcessu tẽporis obseruationes illę ab omnibus christianis sunt deserẽdę. Item ipsũ Apostolũ Paulũ interrogãs, interpello & reqro in ea

quod scripsit se vidisse Petrum nō recte ambulare ad ve D
ritatem euangelii, eiq; ideo restitisse, quod illa simulatiōe
gentes iudaizare cogebat: vtrū verū scripserit an non, ne-
scio qua dispensatiua falsitate mentitus sit. Absit vt eū mē
Au. cōtra daciter fecisse credamus. Omnino enī tenendū est in do-
Iudam. ctrina religionis nullo mō esse mentiendū, & a scriptori-
bus sanctarū scripturarū credendū est omnino abesse mē
daciū, ne dispensatores Christi sibi putent licere pro veri
tatis dispensatione mētiri. Fidelis igitur dispēsator Paul[9]
nobis exhibet proculdubio in scribendo fidē, quia verita
tis dispensator erat, non falsitatis: & ideo verū scripsit, di-
cens se vidisse Petrū non recte ambulantē ad veritatē euā
gelii, eiq; in faciē restitisse, qd cogere gētes iudaizare. Pe-
tri itaq; & Barnabę simulatio, merito rephēsa est & cor
repta, ne & tunc noceret, & ne posteris ad imitandū vale- E
ret. Cui Hieronymus ita respondet. Scribis in epistola qd
Paulus cum iam esset Christi apostol[9] suscepit ea quę in
lege precipiunt celebrāda, vt doceret nō esse pniciosa his
qui ea vellent sicut a parentibus per legem acceperant cu
stodire, si tamē in eis nō constituerēt spē salutis. Estq; sū-
ma sententię tuę, credētes quidē de gentib[9] a legis onere
liberos esse, sed credentes de Iudęis bn̄ facere si sacrificāt
& circuncidunt. Sed si post[9] euangelium bene facit qui iu-
daizat in sacrificiis & cæteris, in hæresim labimur Che-
rinthi & Ebiōis, qui ppter hoc sūt anathematizati quod
euangelio miscuerunt cultū legis, qui dum volunt Iudęi
esse & Christiani, neutrū sunt: & si tales suscipimus vt in
ecclesia dei faciant quod fecerunt in synagoga Satanę, nō
illi Christiani fient, sed nos Iudæos faciēt. Dicis legis cæ F
rimonias his qui ex Iudęis sunt nō esse pestiferas, ego cō
tra pronuncio q̄ sunt vtiq; cęrimoniæ Iudæorū omnibus
mortiferæ fidelibū. Finis enī legis Christ[9] est. Itē, Lex &
prophetæ vsq; ad Ioan. Item Hierimias, Cosummabo te
Hierony. stamentū nouū super domum, vel domui Israel. Nō dicit
populo gentiū sed Iudęis, vt non in vetustate literæ viuāt
sed in nouitate spiritus. nec sunt illę cęrimonię res indif-
ferentes inter bonū & malū: si obseruandæ sunt salutē af-
ferunt: si vero salutē non afferunt: nō sunt obseruādę. Eas
obseruare tu dicis bonū, ego assero malum, nō modo, eis
qui ex gētili, sed etiā qui ex Iudaico populo crediderunt.

A [Nos natura Iudęi, & non ex gẽtibus peccatores. Scientes autẽ ꝙ non iustificatur homo ex operibus legis, nisi ꝑ fidẽ Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus vt iustificemur ex fide Christi & nõ ex operibus legis. Propter quod ex operibꝰ legis nõ iustificabit̃ omnis caro. Quod si q̃rentes iustificari in Christo. inuẽti sumꝰ & ipsi pctõres: nũ quid xp̃s pc̃ti minister ẽ? Absit. Si. n. quę destruxi iterũ hęc reædifico: præuaricatorẽ me cõstituo.] Nos natura &c. Cõmẽdata authoritate sua iã rationibus incipit agere, q̃d carnales obseruãtiæ post Christũ nõ sunt obseruãdæ, ostẽdẽs iustitiã, nõ ex lege sed ex gratia fidei esse, primo exẽplo sui & apostolorũ, & Abrahę, q̃ ex fide iustificati sunt deinde scripturarũ attestatione: tãdẽ hũana cõsuetudine. De improbatione itaq; legis incipit hic plene agere, q. d.
B gẽtes nõ debẽt iudaizare. Et vere, q̃a nos q̃ valuimus in lege, scimꝰ eã nõ iustificare, & ideo ea dimissa ad Christũ cõfugimꝰ. quod ita dicit, Nos. s. ego & alii apl̃i, sumus Natura Iudæi. i. nõ proseliti, sed genere Iudæi sumus, Et non, sumus, peccatores ex gentibus quasi dicat. peccatores quidem sumus, sed non vt gentes idololatræ & immundi. Attende quod sicut interest inter irridentes & irrisores, & inter scribentes & scriptores, & huiusmodi: ita scriptura peccatores appellare cõsueuit valde iniquos, & grauibꝰ peccatorũ sarcinis oneratos, q̃d nomẽ gentibꝰ imposuerunt Iudęi ex vetusta superbia, tanq̃ ipsi iusti essent, cũ essent & ipsi peccatores. Hoc nomẽ non est in scripturis vsitatũ de illis q̃ cũ iuste & laudabiliter viuant, nõ sunt sine peccato. Scientes aũt. q. d. sumus natura Iudæi: & nõ Au. ĩ psal mo. cv.
C peccatores ex gentibus. sed tñ, Scimus quod homo. i. Iudęus quãtũcunq; in lege sit, Non iustificat̃ ex operibꝰ legis. i. per opera legalia, q̃ sunt de sacrificiis & de aliis figurationis, Nullo deniq; modo iustificatur, Nisi ꝑ fidẽ Christi Iesu. i. qua creditur in Christum. Et quia hoc est: ergo Et nos Iudæi sicut & gentes, Credimus in Christo Iesu, vt iustificemur ex fide Christi. Non ideo dicit ex fide, quod opera bona frustrent̃, cum deus reddat vnicuiq; secundũ opera sua, sed quia opera sunt ex gratia, non ex operibus gratia, quia fides per dilectionem operans, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in nobis ꝑ spiritũ sanctũ, nec ipsa fides esset in nobis, nisi deꝰ eã da- Augu. ad paul. epi.

ret. Ex fide ergo nos dicit iustificari, qa ipsa prima est, ex D qua impetrant̃ cętera. Ex fide iustificemur dico, Et nō ex opib⁹ legis, aliquo mō, siue ante fidē siue cū fide fiāt Propter qđ. s. qa Iudæus nō est iustus ex lege: patet qđ Ex operibus legis nō iustificat̃ oīs caro. i. gentilis, qa si ex illis nō iustificat̃ Iudæus: multo min⁹ Caro, i, pctōr ex gentibus.

Auguſ. ad Prosp. & Hilarium

Q̄ſi, q, d, nos credimus in Christū vt per fidē iustificemur. Quod, i, sed Si, & nos, ipsi Inuēti sumus, pctōres, ideo quia sumus, Quærētes iustificari in Christo, i, si dicitis, & si verū est nos peccasse eo qđ legē dimisimus, & in Christo iustitiā q̄rimus, tūc qui hoc p̄cipit, s, Christus, Est minister pcti. Nūquid Christus ē pcti minister? q, d, Mirū est si quis hoc dicat. Sed absit, vt Christus peccauerit q legē destruxit, & deseri p̄cipit. Si, n, q, d, Vere Christus nō peccauit hoc p̄cipiēdo, quia nec ego peccaui deserendo, & E destruēdo, quia Si iterū hæc reædifico, quę destruxi, s, supbiā gloriātē de opibus legis, pręuaricatorē me esse cōstituo Videt̃ forte ex his verbis sīr posse obiici, quia si fidē Christi quā ante oppugnabat nūc ædificet, præuaricatorē se cōstituat, sed illā nō destruxit, quia destrui nō pōt. Hāc aūt superbiā vere destruxerat, & destruebat, & ideo si reędificaret pręuaricator fieret. Ille, n, pręuaricator ē qui cū destruxerit rem falsam q̄ destrui pōt, eā rursū ædificat, Ille vero nō est qui rē verā cū conaret̃ destruere: & postea verā esse ac destrui nō posse cognosceret, tenuit eā vt ipa ædificet̃. vl ita, Quod si quæ, q, d. Dixi ꝙ ex opibus legis nō ē iustitia & vere. Quod, i, qa etiā nos ipsi qui in lege maiores Inuēti sumus, nō opiniōe habiti sed rōne pbati fuisse Pctōres, in ea, s, dū ei subiecti seruiebamus. quod inde apparet, F quia sumus Quærētes, i, quęrimus Iustificari in Christo quia cur in Christo quæreremus iustificari, nisi quia in lege nō eramus iusti? Et si hoc est, i, si nos qui in ea perfecti eramus fuimus ex ea pctōres, tūc lex vbicūq; post Christi passionē seruat̃, ministrat pctm̄, & si lex ministrat peccatū, tunc sī Christus legē mō ministrat, & peccatū. Sed nunquid Christus est minister peccati? Absit. Nō, n, minister ē peccati, ergo nec legis, quod forte videretur, quia eā adimpleuit. Sed absit ꝙ ipse sit minister, i, quod eā ministrauerit, docēs eā post suā passionē seruādā, & si Christus nō est minister legis, cur vos galatæ eā seruaretis? Vel ita, Q̄

Auguſti.

A si.q.d. Vere ex operib⁹ legis nõ est iustitia. Quod,i, quia nos ipsi quærẽtes iustitiã in Christo.i.re vera cognouimus nos non posse iustificari, nisi trãseũtes ad Christũ, nos dico Inuenti peccatores, in lege. & si hoc est quod vtiq; est, Nũquid Christus minister peccati,i,nũquid patitur Christus & cõcedit nos relabi ad id quod eramus? quod si pateretur.i.cõcederet,pfecto nobis eẽt minister peccati,i,prioris status nostri sicut fuisset transeuntibus ad se minister iustitiæ, sed Absit. Si.n.q.d. Vere Christus non est minister peccati vel legis,ego,n,sequax eius, Destruxi,legẽ rationabiliter viuẽdo & docẽdo. Et si,ego, Iterũ reædifico hęc quæ destruxi,i,legẽ, Cõstituo me esse præuaricatorem,i,cõtra legem spiritualiter intellectã facio. [Ego enim per legem legi mortuus sum,vt deo viuam. Christo cõfixus sum Berẽgar.
B cruci. Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus Quod autem nunc viuo in carne,in fide viuo filii dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiã dei. Si.n.p legẽ iustitia: ergo gratis Christ⁹ mortu⁹ ẽ.] Augus.
Ego,n,per legẽ,spiritualiter intellectã, Mortuus sum legi,ne carnaliter in ea viuã. Vel Per legẽ.i.per authoritatẽ legis,ipsam dimisi,quasi ei mortuus,nullũ carnalẽ sensum eius habẽs: ĩ qua scriptũ est, Prophetã suscitabit dñs de fratribus vestris,ipsum tanq̃ me audietis. Et itẽ, Consummabo testamentum nouũ domui Israel. Et holocausta & pro. p.non post tunc dixi, ecce ve. & alia huiusmodi, Mortuus sum legi dico, Vt viuã.non mihi sed Deo.i.ad honorẽ dei, quod etiã possum,qa Cũ Christo cõfixus sum cruci.i.crux Christi extinxit in me ardorẽ peccati,vt iã vltra ad id nõ
C extẽdar timore dei,quasi clauis bñs carnes affixas. Vnde Confige t.t.c.m. Viuo autẽ.q.d. cũ Christo crucifix⁹ sũ cruci,sed ppter hoc viuo virtutibus.i.vigorẽ bene operãdi habeo. Viuo dico Iam nõ ego,secũdũ carnẽ, quia iam nõ sum ille peccator q prius erã. Viuit vero in me Christus i.nouitas Christi apparet in me. Et est sensus,non est ĩ me iustitia mea,sed Christi. Ad quid ergo lex necessaria est? Quod autem,illud quod dixerat,& quod est,& qualiter est & per quid exponit quasi dicat dico me viuere, Quod autem nunc viuo.i.bene operari possum In carne, corruptibili in qua est incẽtiuũ vitiorum.i.quod in igne nõ vror, Augu. de sermo. in epist. Ioã.

In fide viuo.i.p fidē eſt,nō'p laborioſa opa legis. Fide dico,Filii dei,cui⁹ valere pōt cū ſit dei fili⁹. Vt aūt oſtēderet nō eſſe meriti ſui,ſed gratię Chriſti,quod in carne viuens viuit ī fide,addit Qui dilexit me,& p hoc fides habet efficaciā Et per dilectionē tradidit p me,nō aliud ſacrificiū Sed ſemetipſū,ſolū,q tant⁹ eſt. Attēde quod filius ſe tradidit vt hic dicit̄,& pr̄ eū tradidit vt alibi ait Ap̄lus, Qui proprio filio.ſ.nō pepcit,ſed pro nobis oībus tradidit illum, Si pater tradidit filiū,& fili⁹ tradidit ſeipſū,Iudas qd fecit ? Facta eſt traditio a patre , facta eſt traditio a filio, facta eſt traditio Iuda,vna res facta eſt. Quid ergo diſcernit patrē tradētē filiū,& filiū tradētē ſe,& Iudā tradētem magiſtrū? Quia hoc fecit pater & fili⁹ in charitate: Iudas aūt fecit in proditiōe. Videtis quia nō quid faciat hō cōſiderādū eſt,ſed quo aīo & voluntate faciat. In eodē facto E ſuenim⁹ deū ī quo ſuenim⁹ Iudā, deū bn̄dicim⁹, Iudā deteſtamur,benedicimus charitatē,deteſtamur iniquitatem Deus cogitauit ſalutē noſtram,qua redempti ſum⁹: Iudas cogitauit preciū quo vendidit dominū: Filius preciū quod dedit pro nobis. Diuerſa ergo intētio, diuerſa facta facit, cū tn̄ ſit vna res,repatio ex diuerſis , eā ſi metiamur,vnū conādū,alterū dānādū,vnū glorificādū , alterū deteſtādū inuenim⁹. Nō abiicio.q.d.quia Chriſtus ex dilectiōe tradidit ſe & iuſtificauit me:ergo Non abiicio grām dei.i. nō recipio legē quod eſſet abiicere gratiā. Vel ſecundum aliam literam,quę eſt Non ſum ingratus gratię dei. vt ei

Ambroſi. comparem aliud.i.legem. vt dicam per legem eſſe iuſtitiā

Auguſti. nec debeo: Si enim per legem.i.per opera legis quib⁹ Iudæi cōfidebant, Iuſtitia eſt:ergo Chriſtus mortuus eſt gratis.i.fruſtra, ſine cauſa. F

CAPVT III.

O Inſenſati Galatę:quis vos faſcinauit nō obedire veritati? Ante quorum oculos Ieſus Chriſt⁹ proſcriptus eſt,& in vobis crucifixus. Hoc ſolum a vobis volo diſcere, Ex operibus legis ſpiritum accepiſtis,an ex auditu fidei?] O inſenſati Galatę. Increpat eos,verba.n.ſunt iraſcentis,& increpātis,qui per increpationem cōmonet eos, vt rationes ſequētes attentius audiant.q,d.non ex lege ſed ex fide iuſtitia eſt,& Chriſt⁹ ex dilectione ſe pro nobis tradidit. &

A cum hęc omnia cõstent, & in his instructi fuistis, O, dolẽ do dicit, vos Galatę, estis, Insensati, q̃a nec se circunuen tos esse cognoscũt. Et cũ pri⁹ recte instructi fueritis, Quis vos fascinauit. i, decepit. Veritati nõ obedire? Veritas, n, se ingerit vobis, & vos ei non creditis. & Quis vos, ita Fasci nauit? Per simile hoc dicit, q. d. vt quod ante oculos est nõ videatis, sicut magicis ludificationibus aliter quædã oculis hominũ ostendunt q̃ sint, & dicunt illę fascinationes. Di citur etiã fascinus siue fascinatio vulgo quod nocet infan tibus. Dicuntur enim quorũdã oculi visu vrentes, & hic eo rũ actus fascinatio dicit, & potest fieri vt huic peccato in seruiãt dæmones. Similiter inuidia tanq̃ fascinus vrit. In uidus. n. non mõ sibi nocet cum aliena felicitate tabescit, sed etiã his in quibus aliqua bona esse incipiũt. Vnde i li Ambrosi.

Hierony.

B bro q Sapiẽtia Salomonis inscribitur, Fascinatio maligni tatis obscurat bona. Sic factũ est vt inuidi tanq̃ fascinan tes nocuerint Galatis nup i Christo renatis, vt idẽ Galatę fide stomacho nauseãte cibũ spũs sãcti euomuerint. Quid aũt ex hac fascinatione euenerit ostẽdit subdẽs, Ante quo rum oculos &c, q. d. Vere fascinati estis Ante quorũ ocu los. i. quorum reputatione Christus tantũ Proscriptus est i. damnatus. Et in vobis, & in vestris intellectibus falsis Christus crucifixus est, vt purus homo sine salute vestra. In oculis & sensibus prudentiũ Christ⁹ videtur damnas se mortẽ & diabolũ, & infernũ, secundũ illud Oseę, Ero mors tua o mors &c. Hęc est virga Moysi quę versa in ser pentẽ deuorauit serpẽtes magorũ. Hic est summus sacer dos in lege, in cuius morte qui sanguinem proximi fude

C rant ignorãter, & ob id metuẽtes ad ciuitatẽ refugii se cõ tulerãt, absoluebant: & securi fiebant a metu. Ita Christi morte dãnato superbo salus nostra procurata est, quod in sinuabat ineffabile nomẽ dñi, scriptũ i lamina aurea sum mi pontificis, qđ erat tetragrãmatõ. i. quatuor literarũ, q̃ sunt ioht. he, vau. eth. i. principium passionis vitę iste, ac si diceret, Ille cuius iste legalis sacerdos gerit personam, est nobis per passionẽ author, & reparator vitæ p Adã amis sę. Vñ q ascendit super occasum dñs nomẽ illi. Occasum. n. mortis Christus ascendit. i. triũphauit, diabolũ & mor tẽ damnando. Sed oculis stultorum videt damnatus tan tũ, & in eorũ sensu crucifix⁹ vt hõ in quo nulla spes salu

tis sit. In illis ergo viuit Christus, & in istis est mortuus, Vel ita, Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est. i. proscriptio eis ita vobis nota fuit, quasi ante vos fuisset facta, Et in vobis est crucifixus. i. in intellectibus vestris fuit crucifixio vt sciretis qualiter facta, & quid contulit. Vel ita, Vere fascinati estis, Ante quorum oc. i. in vestra presentia vobis videntibus ille tantus Qui est Christus Iesus, & pro vobis, Crucifixus est, & proscriptus. i. exheredatus. & hoc in vobis, in aliis non deberetis pati, vt regnum & hereditatem suam amitteret, nedum in nobis, Sed in vobis etiam proscriptus est. i. hereditatem suam amisit in vobis. i. in vos ipsos. Quod ait, Crucifixus, pondere pronunciationis indiget cum dolore, quod addidit: vt hic maxime moueret eos, cum considerarent quo precio emerit possessionem quam in eis amittebat. Vel ita. Vere fascinati estis, Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est. i. dum per legem Christum Iesum deseritis, Christus est a vobis proscriptus, sicut a Pilato. i. ita peccatis, sicut peccauit Pilatus Iesus proscribendo eum, & dum insufficientem creditis. Crucifixus est in vobis. i. a crucifixoribus, peccati quantitate non differtis. Hoc solum volo. Postquam Galatas increpando commouit commotis eis per increpationem probat quod lex non est obseruanda quia non ex ea sed ex fide veniunt omnia necessaria. s. spiritus iustitia, benedictio. q. d. Quamuis sitis fascinati & stulti, tamen Hoc volo a vobis discere, quia hoc adeo euidens est, vt & stulti docere queant. & hoc Solum, volo a vobis scire, quia si nihil aliud esset, hoc solum ad probandum quod intendo sufficeret. Quid est illud? Ecce constat quia Accepistis spiritum, sanctum inhabitantem, & cum hoc constet quod spiritum accepistis, An ex operibus legis, vbi labor est, quem nunquam habuistis accepistis eum, An ex auditu fidei? i. ex fide que auditus facilitate venit? Ex fide vtique, non ex operibus legis. Ab apostolo. n. predicata est eis fides, in qua predicatione aduentum & presentiam spiritus sancti senserant. sicut illo tempore in nouitate vocationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis presentia sancti spiritus apparebat. sicut in Actibus Apostolorum legitur. Hoc autem factum erat apud Galatas, antequam isti ad eos peruertendos venissent. Hic ergo sensus est, Si in illis operibus legis esset salus vestra, non daretur vobis Spiritus sanctus nisi circuncisis. Sed fuit datus vobis antequam opera legis haberetis. Et sciendum quod nunc de operibus maxime

A tractat quę sunt in sacramētis, quę nō sunt necessaria: vbi iam gratia fidei est. Bipertita .n. sunt opera legis. Nā partim in sacramētis, partim in moribus accipiuntur. Ad sacramēta pertinēt circūcisio, sabbatū, neomenię, sacrificia, & huiusmodi innumeræ obseruātię. Ad mores aūt, Non occides, nō mœchaberis, & huiusmodi. In obseruātiis autē si nō intelligātur, seruitus sola est: qualis erat in populo Iudæorū, & est vsque adhuc. Si aūt obseruantur illa & intelligant, nō modo nihil obsunt, sed etiā prosunt si tempori cōgruant: sicut a Moyse & prophetis obseruata sunt congruentia illi populo, cui adhuc talis seruitus erat, vt sub timore custodiret. Nihil em̄ tam præterret animū q̄ sacramētū nō intellectū: intellectū vero piū gaudiū parit, & celebratur libere si opus est tēpori. Si vero nō est opus, cū
B suauitate spirituali tantū legitur, & tractatur. Omne aūt sacramentū cū intelligit, vel ad cōtemplationē veritatis, vel ad bonos mores refertur. Cōtemplatio veritatis in solius dei dilectione & cognitione fundata est. Boni mores in dilectione dei & proximi. In quibus duobus tota lex pendet & prophetæ. [Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nūc carne consummamini? Tāta passi estis sine causa: si tn̄ sine causa? Qui ergo tribuit vobis spm̄, & operat virtutes in vobis: ex opibus legis an ex auditu fidei? Sicut scriptū est, Abrahā credidit deo: & reputatū est illi ad iustitiā Cognoscite ergo q̄a qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahę. Prouidēs aūt scriptura quia ex fide iustificat gentes deus, prenunciauit Abrahę, quia benedicentur in te omnes gē-
C tes. Igitur qui ex fide sunt: benedicentur cū fideli Abrahā. Quicunque .n. ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.]

Sic stulti. Itē increpat eos. q.d. Et q̄a spūs est ex fide: ergo vos Stulti estis & sic. i. adeo, Vt cū cœperitis, instrui, Spū sancto. i. cū initiū habueritis a spū sancto, nūc cū perfectiores estis Cōsummamini. i. q̄ritis cōsummari Carne. i. per carnales obseruantias, a quibus nec initiū iustitię poterat haberi, & ita ordinē cōfunditis. Ordo .n. est a carnalibus ad spūalia surgere, non a spiritualibus ad carnalia cadere, sicut vobis accidit: quia quod bonū nō est, non est euangeliū cū hoc annunciatur. Tanta, &c. q.d. Vos q̄ritis consummari carnalibus obseruantiis, sed non cōsummamini: immo habita perditis, & iō tāta Passi estis sine cau- August.

A deum loquentem Abrahę dicit, O Abraham Omnes gẽ
tes, non tantum Iudęi Benedicentur æterna beatitudine Auguſt.
In te, id eſt, quod eſt in fidei tuæ conformitate, quia imita
tione fidei eius qua iuſtificatus eſt etiam ante circuncisio-
nem, Iudęi & gentes benedicentur. Vel in te, id eſt in tuo
ſemine, ſcilicet in Chriſto. Et ne alio, id eſt, ad alium ſen-
ſum vertas verba illa, dicit Moyſen ſic ſenſiſſe addens.
Prouidens, &c, quaſi dicat, Scriptura dicit, prouidens, id
eſt oſtendens longe antequam fieret prouiſum eſſe hoc. ſ.
quia Deus iuſtificat, Ex fide, Gentes, non ex operibus
legis. Et ideo prænunciauit Abrahę, id eſt, oſtendit prę-
nunciatum eſſe Abrahæ quod ex fide eſt benedictio di-
cens, Quia in te, id eſt tuę fidei imitatione Benedicen-
tur, æterna beatitudine Omnes gentes. Et quia authori-
B tas ſcripturę hoc dicit Igitur qui ex fide ſunt benedicen-
tur cum fideli abraham. i. ſicut Abraham per fidẽ benedi
ctus eſt. Quicunq; enim. q. d. recte dico ꝙ illi qui ex fide
ſunt, benedicentur. Ex operibus enim non benedicuntur,
ſed mali ſunt: quod ita dicit, Quicunq; enim ex operibus
legis ſunt, ſicut illi qui per ea putãt ſe iuſtificari, Sub male-
dicto, trãſgreſſionis, Sunt, vt nequeant euadere, & ideo
illud quod dictum eſt Abrahę. ſ. In te benedicentur om-
nes gentes, non eſt aliter intelligendum, quam ſupra ex-
poſuit. Non enim ſic intelligi debet, vt dicatur ſicut Iudęi
volunt, In te benedicẽtur omnes gentes, id eſt in tuorum
operum ſimilitudine. Ex operibus enim legis nõ eſt be-
nedictio, ſed maledictio: quod intelligendum eſt non de
operibus quę ad mores ptinẽt, ſed quę in illis obſeruatio-
C nib⁹ fiebant. Prodeſt enim lex ſcripta in tabulis, in quib⁹
erant tria mandata pertinentia ad dilectionem dei, & ſe-
ptem ad dilectionem proximi: cætera vero ſunt hominũ.
quod legis authoritate probat ſubdens, [Scriptum eſt
enim, Maledictus omnis qui non permãſerit in omnibus
quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam aũt
in lege nemo iuſtificatur apud deum: manifeſtũ eſt, quia
iuſtus ex fide viuit. Lex aũt non eſt ex fide: ſed qui fecerit
ea viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto legis
fact⁹ ꝓ nobis maledictũ: qa ſcriptũ eſt, Maledict⁹ oĩs q pẽ
det in ligno: vt ĩ gẽtib⁹ benedictio Abrahę fieret in Chri
ſto Ieſu, vt pollicitationẽ ſpiritus accipiamus per fidẽ.]

Scriptũ eſt enim.q.d. Illi qui ex operibus legis ſunt maledicti ſunt. & vere, quia ſic Scriptum eſt in Deuteronomio, Maledictus eſt oĩs qui nõ permãſerit, nõ ſolũ cognouerit: nõ in quibuſdã tantũ, Sed in oĩb⁹, præceptis: Quę ſcripta ſunt in libro legis. Permanſerit dico, ita, Vt faciat ea.i. nõ modo velit, ſed opere impleat, quod nullus poteſt facere. Vnde Petrus ait, Quid tẽtatis imponere nobis iugum, quod neq́ nos neq́ patres noſtri portare potuim⁹? Et eſt ſenſus.q.d. deus per Moyſen multa quidẽ p̃cepit q̃ nullus implere potuerit, ſed homini data ſunt in onus ad eius domandã ſupbiã: qui dicebat, nõ deeſt q impleat, ſed deeſt q iubeat, & ideo maledicti erãt oẽs q ſub lege erant quia in omnibus erat reat⁹ tranſgreſſionis, a quo abſoluti erãt qui in gratia cõfidebãt, ſpũaliter ſaltẽ legẽ implentes. in quo innuit deſiderãdũ eſſe ſaluatorẽ qui finẽ ponat his, & liberet nõ ſolum ab aliis peccatis, ſed etiã a maledicto legis. Cur ergo Galatæ tranſeunt a gratia ad maledictionem? q.d. ſtulte faciũt. Quoniã aũt.q.d. ex lege eſt maledictio, ꝙ aũt nõ ſit ex ea iuſtitia, per authoritatẽ Abacuc oſtenditur. & hoc eſt quod dicit, Quoniã aũt nemo iuſtificatur in lege, i. per opera legis, Apud deũ, & ſi apud homines qui falluntur. Manifeſtum eſt, ex verbis Abacuc. Ille iuſtificatur apud deum, qui eũ gratis colit. ſ. nõ cupiditate appetendi aliquid ab eo pręter ipſum, vel timore amittendi. In ipſo eñ ſolo vera noſtra beatitudo eſt. Manifeſtũ eſt, dico, quod ait Abacuc, iuſtus ex fide viuit. Iuſtus eſt, aliqs Ex fide, & per hoc Viuit, vita æterna. Lex aũt.q.d. Ex fide eſt iuſtitia & vita, ſed lex non eſt ex fide vt profuturis impleatur, ſed timore. Poſſet enim videri ꝙ opera legis ex fide fierent, vt pro eis ſperarent ęterna: de quibus fides eſt, quod vtiq́ nõ faciebãt, ſed ex timore pœnæ illa ſeruabant. Vnde ſubdit, ſed Qui fecerit ea, viuet in illis. Non ait qui fecerit eam viuet in ea: cum p̃miſiſſet Lex nõ eſt ex fide, vt intelligas legẽ in hoc loco pro ipſis operibus quæ in illis obſeruationibus fiebant poſitã. Qui aũt viuebãt in his operibus, timebant vtiq́, ſi ea nõ feciſſent, lapidationem, vel crucem, vel aliquid huiuſmodi pati. Ideo ait, Qui fecerit ea, viuet in illis, non apud deũ. i. habebit p̃miũ, ne iſta morte puniatur, aliter eñ plecteret. Qui aũt ex fide viuit, cũ hinc exierit, tunc magis habebit pręſentiſſimum pręmiũ. Non igitur ex fide viuit quiſquis

D

August.

E

F

A præsentia quæ videntur vel cupit vel timet, quia fides dei ad inuisibilia pertinet. Vel, Lex nõ est ex fide. i. nil mãdat credendũ, vel faciendũ. Alia nõ mutatur. Christ⁹ aũt. q. d. Ex lege est maledictio nõ iustitia: sed Christus redemit nos, Iudæos De maledicto legis sub quo eramus, Cur ergo vos Galatæ ad idem tenditis? Fact⁹, &c. q. d. redemit nos de maledicto legis. Ipse dico Factus. i. reputat⁹ Pro nobis, non solũ maledict⁹, sed Etiã maledictorũ: quo verbo secundũ vsum loquendi plus q̃ si diceretur maledict⁹, intelligitur. i. valde peccator, dũ vt reus occiditur: & dũ in eius contumelia dicitur cęco illuminato, Tu discipulus illius sis, Nos discipuli Moysi erim⁹. Quia scriptũ est. q. d. Ideo reputatus est maledictũ, quia suspensus est in cruce, Quia scriptum est, in Deuteronomio, Maledict⁹ oĩs qui pendet in ligno, pro suis videlicet sceleribus. Non. n. ideo est maledict⁹, quia crucifixus est: sed quia in talem inciderit reatũ vt meruerit crucifigi, quod nõ Christus. & ideo licet sic reputatus, tñ nõ fuit maledictus maledictione culpæ, & si maledictione pœnę. Maledictio. n. gemina est. s. culpæ & pœnæ. Vñ & maledictũ duob⁹ modis dicit. s. actiue & passiue. i. scdm culpã & secũdũ pœnã. Ostẽso igit qualiter hic locus accipi possit de maledicto culpæ, & de maledicto pœnę psequamur. Fact⁹ est, &c. q. d. Christ⁹ redemit nos a reatu p̃uaricationis, qui propter hoc Fact⁹ est pro nobis, rei veritate, maledictũ. i. mortalis. Mortalitas aũt ex peccato est, ideoq; & ipsa maledictio dicit, & ex ea aliqd maledictũ. Ne aũt horreas qđ dicit Christũ esse maledictũ, cõfirmat authoritate prophetæ Moysi, subdẽs, Quia, &c. q. d. Vere fact⁹ est maledictũ, Quia scriptũ est, Maledict⁹ ẽ. i. vere mortu⁹. Et vere satis est miser, Oĩs qui pẽdet in ligno. Ad literã hoc dicit Moyses de reis mortis, vt reo mortis hoc sufficeret si suspenderetur, quia hęc pœna cæteris abiectior & ignobilior erat. Ideo ĩ Deuteronomio dictũ est, Vt q suspẽsus fuerit, in vespera deponatur. & ostendit quare, Quia maledictus oĩs qui pẽdet in ligno. q. d. satis est vel sit ei ad pœnã qđ suspensus moritur reus, & quod illic est vsq; ad vesperã, vt tũc deponat & sepeliatur: ne si diutius ibi sit, maius sit opprobrium & macula generi eius. Ab hoc ergo maledicto pœnę ostendit Christ⁹ nõ fuisse immunis hac authoritate, Quia scri

Ambrosi. Hierony. Ambrosi.

(Marginal letters: A, B, C)

Au. cõtra Faustũ. ptum est, Maledictus oĩs qui pẽdet in ligno. Maledict⁹.i. D mortuus. Securus ergo ait Apostolus, Factus est pro nobis maledictũ: sicut non timuit de eodẽ dicere pro oĩbus mortuus est. Hoc.n.est maledict⁹ qđ mortu⁹ est, qa mors ipsa ex maledicto est, & maledictũ est omne peccatũ, siue ipsum quod fit vt sequat̃ suppliciũ, siue ipsũ suppliciũ: qđ & vocatur peccatũ, quia ex peccato fit. Suscepit aũt Christus sine reatu suppliciũ nostrũ, vt inde solueret reatũ nostrũ, & finiret etiã suppliciũ nostrũ. Vnde alibi apostolus ait, Misit de⁹ filiũ suũ in similitudinẽ carnis peccati, vt de pctõ dãnaret pctm̃ i carne. Qđ.n. dixerat silitudinẽ carnis pcti, hoc etiã appellat pctm̃, vbi ait vt de pctõ, &c. quia .n. de peccato mors est, illa aũt caro q̃uis ex virgine, tamẽ mortalis fuit, eo ipso quo mortalis erat, similitudinem carnis peccati habebat. Cur ergo timeret Moyses dicere maledictum, quod Paulus non timuit dicere peccatũ? Plane hoc propheta dicere debuit & prędicare: nec in hoc quod maledictus appellatus est qui pendet in ligno contumelia in deo putanda est. Ex parte quippe mortali pepẽdit in ligno. Mortalitas aũt ex maledictione peccati primi hominis est. Si ergo diceret mors maledicta est, nemo exhorresceret. itẽ, Si diceret pctm̃ maledictũ est, nemo miraret̃. Quid aũt pepẽdit in ligno nisi caro mortalis, cui⁹ mortalitas ex peccato veteris hoĩs erat? In ei⁹ peccati & mortis figura etiã Moyses exaltauit serpẽtẽ i eremo super lignũ. E

Idẽ i eod. In illa.n. figura mors dñi pẽdebat in ligno. Nec in eo etiã maior inuidia est, quod addidit deo, vt diceret, Maledict⁹

Hiero. deo oĩs qui pẽdet in ligno. In hebręis.n. codicibus & nr̃is in Deuteronomio nũc habet̃, maledict⁹ est deo. In antiq̃s tamen hebręorũ codicib⁹ nõ habetur nomen dei: & puto post passionẽ dñi ab aliquo positũ esse, vt nos qui maledi- F

Au. cõtra Faustum. ctum a deo credimus Christũ, infamaret: sed non est hoc in contumelia domini, qui ideo dicitur maledictus deo, quia odit deus peccatum & mortem nostram, cum ad delendũ eam misit filiũ suũ. Quid ergo mirũ si maledictus dicit̃ deo qui in se habet qđ deus odit. i quod reprobat & delet? Addit proinde, Omnis, etiã Christ⁹: ne futuri hęretici negent eius verã esse mortẽ. Præuidit.n. Moyses hęreticos futuros, & verã dñi mortẽ negaturos. & ideo volẽtes ab hoc maledicto christũ seiũgere, vt a mortis etiã ve-

A ritate seiungerēt. Ergo contra longe futuros hæreticos de longe clamat Moyses, Sine causa tergiuersamini o hæretici quibus displicet veritas mortis Christi Maledictus enim omnis qui pēdet in ligno, nō ille aut ille, sed omnis omnino, etiā filius dei semper viuus in iustitia sua, mortuus autē propter delicta nostra, in carne suscepta ex pœna nostra. sic & semper bñdictus est in sua iustitia, maledict⁹ autē in morte suscepta ex pœna nostra. Cum eñ ex homine & pro hoīe mortē suscepit, ex illo & pro illo etiā maledictū quod mortē comitatur suscipere non dedignatus est. Ideoq; additū est Oñis: ne Christus ad verā mortē non pertinere diceretur, si a maledicto penitus separaretur. Insipiens quidē honorificētia Christū a maledicto qd morti coniunctū est separat, & ita vere mortuū negat Augusti.

B dicēs pepēdisse in ligno specie quadā falsę carnis, & non veram mortē in cruce soluisse. Contra qd propheta vere mortuū clamat, cum ait, Maledictus omnis qui pēdet in ligno. i. vere mortuus, pœna enim peccati, vel ex benedictione venit, vel ex maledictione. Sed si ex benedictione venit optare debes semper esse in pœna peccati. Si autē cupis inde liberari, crede per diuinę sententiæ iustitiā ex maledictione venisse: qua dicitur, Si tetigeritis, morte moriemini. Vt in gētib⁹. q. d. Ita nos Iudęos redemit a maledicto legis, Vt, etiam In gentibus, quæ non sub maledictione legis erant, Fieret benedictio Abrahę, pmissa, Et hoc In Christo Iesu. i. per Christū. fieret, dico, ita Vt tandem nos vtriq;. s. Iudęi & gentes. Accipiamus polli-

C citatione spiritus sancti. i. beatitudinē æternā, quā spirit⁹ sanctus in arrā datus promittit. Accipiam⁹, dico, Per fidem, nō per opera legis, [Fratres secundū hominē dico, tñ hominis cōfirmatū testamentū nemo spernit aut superordinat. Abrahę dictę sunt promissiōes & semini ei⁹. Nō dicit & seminib⁹ quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christ⁹. Hoc aūt dico testamētū cōfirmatū a deo, quę post quadringētos & triginta annos facta est lex, nō irritū facit ad euacuēdā pmissionē. Nā si ex lege hereditas, iā nō ex pmissione. Abrahę aūt per pmissionē donauit deus.] Fratres scdm hoīem dico. Ostēdit hucusq; iustitiā, non ex lege, sed ex fide esse exēplo sui & Abrahę, & scripturarū authoritate, nūc per humanā con

suetudinē idē demōstrat.q.d. ꝓbauit per ratiões & aucto D
ritates.qđ p fidē nō p legē datur spūs & iustitia, & beati-
tudo.Modo o Fratres dico.i.probo illud idē Scđm ho-
minē.i.secūdū humanā cōsuetudinē in qua q̄uis sæpe nō
sit firmitas, Tamē testamētū hoīs.i.ab hoīe factū,suis hę
redib⁹ Firmū est,quia Nemo spernit,vt dicat nō vale-
re,nō benefactū esse Aut supordinat, vt aliter de reb⁹ il
lis disponat,sed est in auctoritate oīm.maxime cū Sit cō
firmatū,testib⁹ & morte testatoris,sir Testamētū.i.pro
missionē dei, Lex non facit irritū, qđ subsequēter dicit
apl's:qđ si solū subderetur,facilis,esse intelligētia in apta-
tione sil'itudinis:sed ex eo aliquātulū obscurat,quia ante-
q̄ illud inferat,p̄mittit cui factū sit testamentū a deo.i.ꝓ
missio.s. Abrahæ:qđ ideo facit, vt ex dātis & accipientis
dignitate videaṫ incōmutabilis sponsio.Et hoc est qđ ait, E
Abrahę.q.d.sicut testamentū hoīs firmū est,sir ꝓmissio-
nes dei firmę sunt.&quasi qs diceret,Fuerunt ne añ legē
aliquę ꝓmissiōes factę Bñ.Fuerunt vtiq̧.quia Abrahę,
quē nō falleret deus, Dictę sunt ꝓmissiones,a deo.Plura
liter dicit ꝓmissiōes,qa frequēter idē,i.ęterna btītudo ꝓ-
missa est. Et semini eius,Abrahæ.i.Christo, nō q̄ ad eū
fieret ꝓmissio,sed ad eū p̄tinebat,quia p eum promitteba
tur danda benedictio.Et quod semē illud Christus sit nō
alius,notat ex verbis scripturę Genesis:quę est,In semine
tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit scriptura, In
seminib⁹,quasi in multis.i.sicut faceret, si de multis vellet
intelligi: Sed dicit in semine tuo, quasi in vno.i. sicut q̄
de vno vult ītelligi,& illud vnū est Chrs.Vñ subdit, Qui
est Christus.Dicit eñ apl's.Nō potest alius inueniri q̄ oēs F
gētes bñdixerit. Hoc aūt.q.d.hoc promisit deus Abrahę.
Hoc aūt testamētū cōfirmatū a deo,per iuramēta, Dico,
& affirmo,qđ Lex non facit irritū.i.falsum,qđ faceret si
per eam dareṫ bñdictio.Promissio eñ illa nō dixit quod
per legē esset benedictio,sed per semē.qđ si per legē bene
dictio est,frustra promisit semē,& frustra ipsum semē ve
nit.Nō igiṫ p eā bñdictio est,quia data est post multū tē-
pus a ꝓmissiōe facta Abrahę.Si ergo de ea esset bñdictio
hoīes illi⁹ tēporis.s. Abrahā.Isaac, & Iacob nō habuissēt
August. eā.Et addit, Quę,lex, Facta est.i.data, Post quadrin-
gētos &.xxx.annos,a ꝓmissiōe facta.Si ergo lex iustificat

A non est iustificat⁹ Abrahã, qui multũ ante legẽ fuit. quod Ambrosi.
quia dicere nõ possunt, coguntur fateri nõ legis operibus iustificari hoiem, sed fide simul etiã nos cogit intelligere oẽs antiquos qui iustificati sunt ex ipsa fide iustificatos esse: ergo lex Non facit irritũ. i. nõ infirmat lex promissionem, sed qđ futura: & qñ futura significat, Ad euacuãdã q.d. lex nõ facit irritũ qđ iam valeret Ad euacuandã promissionẽ, qa falsa esset promissio, & Deus mẽdax. Nã si q.d. Vere euacueretur, Nam si ex lege. i. ex operib⁹ legis datur Hereditas. i. æterna beatitudo, tunc iam nõ est Ex pmissiõe. i. ex eo qđ pmissio dixit, & ita pmissio excludit, & frustrat Abrahã: deĩde destruxit cõsequẽ: dũ subdit, Abrahę aũt. q.d. si ẽ ex lege nõ ẽ ex pmissiõe, sed ẽ ex pmis-
B siõe qđ in parte ostẽdit, qa De⁹ donauit Abrahę, de quo nõ est dubiũ quin habeat, & cõstat qđ sine lege fuit, Donauit dico, per Repromissionẽ. i. per fidẽ Chri sępe pmissi.

[Quid igitur lex? Propter transgressionẽ posita est, donec veniret semẽ cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris, Mediator aũt vni⁹ est, de⁹ aũt vn⁹ est.]

Quid igitur lex? Fit hic quęstio satis necessaria. Si eñ Augusti.
fides iustificat, & priores sancti apud deũ per eã iustificati sunt: quid opus erat legẽ dari? qđ sic intulit interrogãs Au. in lib.
& dicens, Quid igit? Olim cum exponerẽ hoc capitulũ, retract.
ita distinguendũ putaui, vt interrogatio esset, Quid igit ac deinde esset responsio, Lex propter transgressionem, &c. qđ quidẽ nõ abhorret a vero, sed melior mihi videt ista distinctio, vt interrogatio sit, Quid igit lex? & infe- August.
C ratur respõsio, Propter trãsgressum, &c. q.d. qñquidem Ambrosi.
nõ est lex ad iustitiã, vel ad btitudinẽ. Quid igit lex? i. cur a deo data est lex? quę est eius vtilitas? Deinde ne frustra videatur data, cur data sit explanat, dicẽs, Lex posita est in medio. I. inter pmissionẽ & semẽ cui facta est pmissio . i. inter Abrahã & Christũ, Propter transgressionẽ, cohibendã. i, vt saltẽ timore cessarent homines transgredi, & quãdoq; idẽ facerẽt volũtate. Data est ergo vt ppl̃m dei erudiret sub timore dei, vt dignus fieret excipere pmissionẽ quæ est Christus. Vel posita est propter transgressionẽ. i. vt hõ superbe de suis viribus fidens acciperet pcepta in quibus deficiens, & factus pręuaricator, liberatorẽ saluatoremq; requireret. Data ergo est lex, vt superborũ cer

Au.in lib. de pfecti one iusti tię hoîs. Au.in ser. de verb. apost.

uix quos faceret transgredi humiliaretur, vt medicus op- D tasetur, qui sibi tantũ tribuebãt, & voluntati suę tantũ arrogabant, vt liberũ arbitriũ sibi putarent sufficere ad iustitiã, dicẽtes, Nec deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Data est ergo lex ad domandã eorũ superbiã, illorumq; prodendã infirmitatẽ. data est etiam duris in flagellũ data est etiam in signũ futurorũ vt futura figuris attestaret. Ecce habes quatuor datæ legis causas breuiter distinctas quę in epistola ad Romanos plenius explicantur, vbi dicitur, Lex subintrauit &c. Posita est, dico, vt staret, Donec veniret semẽ. i. Christus, & ideo iam lex non est tenenda, Cui, semini, Promiserat deus. i. de quo promiserat quod per eum benedicerent oẽs gentes: cõtra quẽ facit qui legẽ reducit. Lex dico, Ordinata per angelos. i. p Moysen, &

Ambrosi. Augusti.

alios ministros dei: vel per angelos. i. ministerio angelo- E rum hoîbus data. In quib⁹ angelis erat vtiq; pater & fili⁹ & spiritus sanctus: & aliqñ pater, aliquãdo filius, aliquãdo spiritus sanctus: aliquando sine vlla distinctione personæ deus per illos figurabatur. Et nota qd non ait data, sed ordinata. q. d. ordinabiliter data. s. inter tempus naturalis legis, de qua cõuicti sunt quod iuuare non poterat, & tẽpus gratię añ quã gratiã cõuincendi erant de lege, Magno vtique cõsilio dei factũ est, vt post hominis casum illico lex non daretur, vel dei filius mitteretur. Nisi eñ hominis superbia pri⁹ vires suas experiretur, sui arbitrii libertati sufficientiã arrogaret, & legẽ superflue datam, & Dei filium frustra venisse iudicaret. Itẽ, Nisi lex scripta ei daret, per quã quid posset probaret, Christi aduentum superfluũ iudicaret, Ne igitur detrahendi vel murmurandi occasionẽ F haberet, reliquit eum deus prius in libertate arbitrii in lege naturali, vt sic vires naturę suę cognosceret, vbi cũ deficeret videns sibi liberũ arbitrium non sufficere ad iustitiam, nec tamen sic se humiliauit ad poscendã gratiã, sed superbe, legem scriptam legi naturę adiunctã sibi sufficere putans clamabat: nõ deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Vt igit & de ipsa cõuinceret, anteq̃ filium mitteret, legẽ dedit, quę pcti morbũ detexit nõ cõsumpsit: qua data inualuit morb⁹, aucta est infirmitas: nõ legis sed naturę vitio & diaboli instantia, vt ita cognita vtriusq; legis insufficiẽtia & sua infirmitate clamaret ad medicũ, & quęreret

A gratiæ auxiliũ, & ita factũ est, Muliplicatis enim infirmitatib⁹ postea accelerauerũt ad medicũ. qui veniens in forma serui sanauit vulnera hominis languidi. Hic est Samaritanus ille q ad vulneratũ q inciderat in latrones appropinquauit, atq; vulnera eius alligauit, quẽ Sacerdos & Leuita immisericorditer. i. lex vetus & sacerdotiũ, q a lex neminẽ ad pfectũ duxit. Hic est etiã Heliseus ille q misit baculum ad suscitandũ filiũ Sunamitis, per quẽ cum ille resurgeret, tandem venit ipse Heliseus, & cõtraxit se atq; coaptauit puero mortuo, & resurrexit mortu⁹. Hic etiã est angelus ille in cuius descensu mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Hic est omnipotens sermo qui a regalibus sedib⁹ venit, dum medium silentiũ tenerent omnia. Primũ silẽtiũ fuit ante legẽ. Secundũ sub lege. Tertiũ erit in gloria. Pri
B mum fuit ignorantia languoris, Secundum desperatio curationis. Tertiũ adeptio sanitatis. Ante legem namq; hõ morbum non agnoscebat suum, ideoq; silebat, nec quęrebat remediũ, Vt aũt lex subintrauit & ostẽdit languidis vulnera sua, mox ruptũ est silẽtiũ, & cœperũt ægri: poscere remediũ: sed opera legis vbi non est salus sanari volentes, quod q̃rebãt inuenire neqbant. Tandẽ igitur considerãs homo neminẽ p legẽ iustificari, quasi p diuturnos clamores fatigatus, & desperans rursum loq cessauit, & subsecutum est secundum silentium. Tunc igitur omnipotẽs sermo patris a regalibus sedibus forma serui indutus in mũdũ venit, Samaritanus ad vulneratũ appropiauit. Angelus magni consilii in piscinã descendit. Heliseus ad suscitãdũ mortuũ accessit. i. summi regis filius, de concessu patris ad
C tolerãdã mortẽ passionis. de æqualitate maiestatis ad patibulũ crucis, de sede regali ad officinã peccati, de lumine cæli ad tenebras mundi vel inferni venit. Et veniens locutus est pacẽ, dedit gratiã, ꝓposuit misericordiã, ꝓmisit veniam, & ita rupto silentio cœperũt ægri pura fide ac vera cõfessione, quasi magnis clamorib⁹ flagitare remediũ, & accelerare ad medicũ, p quẽ vulnera sanarẽt, morb⁹ curarẽt. Recepta vero sanitate, & donata vẽturæ immortalitatis fœlicitate, nihil vltra restabit petẽdũ. & tũc erit tertiũ beatũ silẽtiũ. Ordinabiliter igit̃ & sapiẽti cõsilio lex data est, Per angelos, in qb⁹ deus loquebat̃, Qui ergo nunc eã reducit, contra ordinẽ angelorũ facit. Lex dico, posita

Cap. 3. In manu mediatoris.i.potestate Christi,vt staret dũ vel D
let,vel cessaret cũ vellet:ergo cõtra facit is q eã destruxit.i
Augus. in cõtra Christũ,q cũ sit de⁹ & hõ,inter deũ & homines me
psal.xc. diat,dũ eos q a deo recesserãt per se reconciliat. Medius.
n.non est nisi inter duos, Recesseramus a maiestate dei,&
peccato nostro offẽderamus eũ,missus est dei filius:media
tor,q sanguine suo solueret peccata nostra qbus a deo se
parabamur,& interpositus redimeret nos & recõciliaret
ei,a quo auersi peccatis nostris & delictis tenebamur. Ip
se est caput nostrũ,ipse est de⁹ æqualis patri,sed deus, vt
crearemur:hõ,vt recrearmur,deus vt faceret,hõ vt refice
ret. Mediator autẽ.q.d.lex quã habet mediator, Iudæorũ
tãtum est:sed tñ ipse mediator non est vnius populi tãtũ
i. Iudęorũ q legẽ habuerunt,sed etiã gentiũ.i. non solum
Iudęos,sed etiã gentiles reconciliat deo: & ideo non quę E
ratis legẽ vt habeatis mediatorẽ. Deus autẽ.q.d. media
tor nõ est vnius,sed tñ est Vnus.i.sufficiẽs ad omnes recõ
ciliandos deo,quia ipse est De⁹,& ideo aliud non adiun
Ambros. gatis ei. Vel ita, Lex posita est in manu mediatoris.i.in
potestate Christi qui est arbiter duorũ populorũ.i. iudaici
& gẽtilis. Mediator autẽ.q.d.lex quã habet mediator.
vnius populi est.sed ipse Non est,mediator. Vnius.i. nõ
est arbiter vni⁹ populi,sed duorũ inter se, quia duos popu
los discordes pacificauit in se lapide angulari, Hic nume
rũ deorũ,& famulatũ elemẽtorũ, inde ritus legis auferẽs
p q̃ discordabãt,& sic facti sũt pacifici. Ipse.n.est pax no
stra qui fecit vtraq; vnũ,duos populos cõdẽs in se. Sed se
cundũ istos,Christus non est arbiter duorũ, qui inducti F
in legẽ de duob⁹ fecerunt vnum populum,& vni⁹ populi
null⁹ est mediator. Deus autẽ.q.d. Christus est mediator,
non pater vel spiritus sanctus, sed Tamẽ vnus deus est,
non plures. Hoc dicit,ne p̃dicãdo Christum esse deum,q
secundum quod hõ mediator est,vni deo cõtrarium p̃di
care videret,quia ipse hõ iuxta quod deus est, cum pater
vnus est de⁹ pater.n.& filius vnus est deus. De⁹.n.naturæ
nomẽ est,& potestatis, quã in patre & filio indiuiduã ma
nere ratio docet. Vel aliter dici potest,Lex posita est i ma
nu mediatoris, mediator aũt non est vni⁹,quasi inter ali
quos vel aliqua medi⁹ est. Mediator autẽ esse nõ põt inter
deũ & deũ,qa vn⁹ est deus,sed inter deũ & hominẽ,quasi
inter duo extrema. Sed mediator est ĩquãtũ hõ, Nã inquã

A tũ de⁹ nõ mediator, sed ęqualis patri est, hoc idẽ quod pater, cũ patre vn⁹ de⁹. De⁹.n. supra nos est, & nos infra illũ & multa interiacẽt spatia, maxime peccati ĩteruallũ lõge nos distinguit atq; abiicit. In hac tãta distãtia vt esset nobis via qua venirem⁹ ad deũ, accedit hõ ad deũ, & fit vna psona, vt nõ sit semide⁹, quasi pte dei, de⁹ & parte hoĩs, hõ sed tot⁹ de⁹, & tot⁹ hõ. Et qa mediator est ĩter duo extrema, videreẽ, vł quod Christ⁹ nõ esset de⁹, vł quod duo dii essẽt. Ad quod respõdet. Etsi mediator nõ est vni⁹, sed duarũ extremitatũ: tñ est deus & vnus; cũ deo patre p diuinã naturã, cui mediat p humanã. Nã si filius dei ĩ naturali ęqualitate patris maneret nec se exinaniret formã serui accipiẽs, nõ esset mediator dei & hominũ, qa ĩpa trinitas vn⁹ de⁹ est, eadẽ ĩ trib⁹. i. ĩ patre & filio & spiritu sãcto deitatis Aug. I ser. de natiui. Ioan. August.

B ęternitate, & ęq̃litate cõsistẽte. Si ergo Christ⁹ secũdũ vos o hęretici vnã tm̃ naturã habet, ostẽdite vñ sit medi⁹ ĩter nos & illã. vñ. n. medi⁹ erit, si vtrãq; nõ habuit? qa nisi talẽ dederis ĩter deũ & hoĩes, q ita sit medi⁹ vt de⁹ sit propter diuinitatis, & hõ ppter hũanitatis naturã, quõ hũana recõciliẽẽ diuinis nõ ostẽdis. Nã ipse veniẽs, pri⁹ in seipso hũana diuinis sociauit, p vtriusq; naturę cõmunionẽ ĩ vna eadẽq; psona, Deĩde oẽs fideles patri recõciliauit deo, dum sanati sũt ab ĩpietate supbię, qcũq; humilitatẽ Christi credẽdo dilexerũt, & diligẽdo imitati sũt. [Lex ergo aduersus pmissa dei? Absit. Si.n. data esset lex q̃ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia, Sed cõclusit scriptura oĩa sub peccato, vt pmissio ex fide Iesu Christi dareẽ credẽtibus. Pri⁹ aũt quã veniret fides sub lege custodiebamur, cõ

C clusi ĩ eã fidẽ q̃ reuelãda erat. Itaq; lex pędagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.] Lex ergo. q.d qñ quidẽ lex est posita ppter trãsgressionẽ, Est ergo lex Aduersus pmissa dei? vt p eã ĩpleaẽ aliter quã pmissũ est? Absit nõ est ĩ imica pmissionis, sed cõfirmat eã. Si.n. lex posset p̃stare vitã, & id quod repromissio spõponderat exhibere, vere pmissio p legẽ putareẽ exclusa. Si.n.q.d. Vere nõ ẽ cõtra pmissa, qa ex lege nõ est vita. i. ęterna beatitudo qa si ĩde esset vita, tũc & iustitia. quod ita dicit, Si. n. data eẽt lex q̃ posset viuificare. i. vitã cõferre. Vere nõ solũ opinione Ex lege esset iustitia, sed non est ex ea iustitia, quia potius condemnat & sub peccato concludit. Et hoc est quod dicit, Sed conclusit scriptura. i. lex ipsa. Omnia Hierony.

Cap.3. sub peccato. Lex dicit scriptura, quia manẽs est, & scripta D
vel ideo quia nõ dat spiritũ viuificantẽ, sed tñ est scriptu-
Au. i psa. ra. Et hoc cõclusit oĩa sub peccato. i, Iudęos omnino clau
xxxiii. sit sub peccati dominio. Victi.n.cõcupiscẽtia, & ipsi⁹ mã-
August. dati trãsgressione rei facti sunt, Vel, Cõclusit oĩa sub pec
cato. i. ostendit oẽs hoĩes clausos esse sub peccato. Non est.
Augu. de n. lex data vt peccatũ auferret, sed vt sub peccato oĩa cõ-
ver. apo. clusa ostẽderet. Data est lex vt ęgrũ de morbo cõuinceret,
q̃ sibi sanus videbat̃, vt peccata demõstrarẽtur, non vt au-
ferrẽtur. Data est vt iueniret se hõ, non vt morb⁹ sanaret̃
sed vt p̃uaricatione morbo crescente, medicus q̃reretur.
Qui ergo negat ægritudinẽ suam, superfluũ iudicat salua
torẽ. Ergo & in natura nostra creatorẽ laudemus: & pro-
Augusti. pter vitiũ quod nobis inflictũ est, saluatorẽ q̃ramus, Et no
Ambros. ta quod idẽ dicit hic, quod in epistola ad Romanos con- E
clusit deus omnia in incredulitate vt omnium misereatur
Notis.n. peccatis p legẽ cõclusi sunt, vt se excusare nõ pos
sint, sed q̃rant misericordiã, Et quasi quis q̃reret, replicãs
Augu. de superiorẽ q̃stionẽ, Cur ergo data est? Respon. Vt promis
spũ & lit. sio daret̃ credentib⁹ ex fide Iesu Christi. q.d. ideo sic de⁹
disposuit, vt homines vota sua & legis infirmitate accele
rarent ad gratiã. & credendo promissa cõsequerent̃. Lex
ergo data est vt gratia q̃reretur, gratia data est vt lex iple
retur. Nec.n. suo vitio nõ iplebatur lex, sed vitio pruden-
tiæ carnis, quod vitiũ per legẽ demonstrandũ, & p gratiã
fuit sanãdũ, Prius autẽ, vel. Eñ, de Iudæis specialiter a-
git ostendens quam vtilitatem exhibuerit eis lex. q.d. lex
cõclusit oĩa sub peccato. sed tñ fuit vtilis, qa Priusq̃ fides
veniret, quasi spontanea quã nullũ meritũ aduocauit. Cu F
stodiebamur, non liberi, sed serui, Sub lege. i. sub onere
legis. Vel, Custodiebamur sub lege, quasi inuiti. Custodie
bamur dico, Cõclusi quasi in ergastulis seruire coacti.
Cõclusio eorũ erat timor vnius dei & cognitio p̃uarica-
tionis, & q̃ p̃uaricatores ipsius legis inuẽti sũt, nõ ad pni
ciẽ sed ad vtilitatẽ valuit eis qui crediderunt, Cognitio.n
maioris ęgritudinis & desiderari medicum vehemẽtius
fecit, & diligi ardẽtius. Custodiebamur dico, vt sic assue
ti duceremur In eã. s. tã bonã Fidẽ q̃, tẽpore Christi Re
uelãda erat, vbi multa aperta sunt q̃ prius obscura erãt, qa
occulta fuit fides in antiquis, quę fides donum est dei, si-

cu t & gratia. In quo,n, nostrũ prius erat fides, quã veniret gratia? Nemo pœnitus glorietur se fidẽ ex proprio sensu genuisse,p quẽ posset credere deo,sed agnoscat p grãm a deo vnicuiq; reuelatã. Et si ante reuelationẽ fidei,hãc prescriptã vtilitatẽ lex tãtũ habuit,quid ergo vtilitatis post fidẽ habuit? Nihil, Itaq;,q,d,& quia lex custodiebat ad fidẽ. Itaq; lex fuit pędagogus noster,nos quasi pueros ab illicitis cõprimẽs,& ad recta dirigẽs timore pœnarũ. Pędagogus,n, paruulis assiguatur, vt lasciuiẽs refrenetur ætas, & prona in vitia teneãtur corda,dũ tenera studiis erudit infãtia,& metu pœnę coercita,pparat ad maiora. Et hoc ipsum nomẽ pædagogi sonat cõpositũ ab eo quod pueros agat,i,ductet. Lex ergo populo lasciuiẽti ad instar pædagogi apposita est vt custodiret eos, & futurę fidei prępararet. Ecce honor legis,quia custodiuit vt pædagog⁹:sed hoc nõ est magnũ,quia puerorum est nõ adultorũ, Pędagog⁹ fuit noster,dico,Et hoc In Christo.i.in institutione Christi,qui ideo instituit,vt sic venientes ad fidẽ quasi pueri ad perfectionẽ.ex ipsa fide nõ ex lege iustificemur. Vel, Fuit pædagogus noster in Christo,i, in exequẽdis pręceptis Christi,vt sic Ex fide iustificemur,q,d,quãdiu fuimus rudes,lex erat nobis pædagogus. [At vbi venit fides, iam nõ sumus sub pædagogo. Omnes,n,filii dei estis per fidẽ, quę est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis,Christum induistis. Nõ est Iudęus neq; Gręcus, non est seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina. Omnes,n,vos vnũ estis in Christo Iesu. Si aũt vos Christi,ergo Abrahę semẽ estis,secũdũ promissionẽ hęredes.] At vbi venit fides.i.postquã reuelata est fides quę pri⁹ occulta fuerat in antiquis. Iã,i,mox. Nõ sumus sub pędagogo.i.sub coactione quæ non est necessaria liberis. Vel, Iam,id est in hac vita hoc bonũ habemus,quod Non sumus sub pædagogo,& maius in futuro habebimus, Omnes enim,q,d,ideo nos Iudæi tẽpore fidei pædagogũ deseruimus,quia Omnes,vos gentiles qui non habuistis legem, Estis filii dei. Quod ergo vestro exemplo deseruimus,vos accipitis,q,d,non debetis hoc facere? filii dei estis. Vos dico,entes, Per fidẽ in Christo Iesu,i,vnum & idẽ cum deo,non vtiq; natura, sed charitatis copula. Quicũq; enim,quasi dicat Vere per fidem estis in Christo, Nã

Augu. ad amanthũ discipulũ manichei

Hierony.

B

C

quicunq;,i,cuiusq; cõditionis vel sexus Baptizati estis in D
Christo,i,institutione Christi ad similitudinẽ mortis eius
Christum induistis.i. cõformes ei facti estis,quod est vo-
bis honor,& cõtra æstus protectio. Quod autẽ Christus
indumentum sit alibi apostolus a perit,dicẽs,Induite vos
Hierony, dñm nostrum.i. Christum. Induunt autẽ hoĩes Christũ,
Aug.I lib. aliqñ vsq; ad perceptionem sacramenti, aliqñ etiam vsq;
de bap.p. ad vitæ sanctificationem. Et illud primum bonis & malis
est cõe,hoc alterũ vero proprium est bonorũ,in quo Chri
sto,i,in cuius Christi fide, Non est Iudęus neq; Græcus,
nõ est seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina.i.
propter nihil horum aliquis dignior est in fide Christi,&
ideo nemo iudaizet,quasi per hoc sit dignior. Omnes eñ
q,d,vere nihil horũ est per quod aliquis dignior sit i,Chri
sto,quia Omnes vos gentiles vnũ estis,i, non differentes E
in aliquo. Vnum dico, In Christo Iesu.i. in fide Christi.
Si autẽ.q.d.vos essetis in Christo. Sed si vos Christi esse
tis:ergo Semẽ Abrahæ,i.iusti per fidẽ sicut fuit Abrahã.
Et si semẽ Abrahæ estis,quid ergo plus Iudæis est? Nihil.
Dico q; semen estis abrahæ. Et ideo Estis hæredes,regni
Et hoc secundum Promissionem,i,secundum fidẽ Chri-
Hierony. sti repromissi, non secundum carnales obseruantias. No-
ta quod supra semen abrahæ dictus est Christus, vbi legi-
tur q; promissiones dictæ sunt abrahæ, & semini eius. Hic
autẽ semen Abrahæ dicti sunt filii Christi.i. omnes credẽ
tes. verũ quotiens Christus nominatur semen Abrahę cor
poraliter sentiendũ est,quod ex eius stirpe generetur:quo
tiens autem nos qui credim⁹ in eũ dicimur semẽ abrahæ,
tunc spiritualiter semen fidei accipere debemus. F

CAPVT IIII.


DIco autẽ,quanto tempore hæres paruulus est
nihil differt a seruo cum sit dominus omniũ
sed sub tutoribus & actoribus est,vsq; ad prę
finitum tempus a patre. Ita & nos cũ essem⁹
paruuli, sub elementis mundi huius eramus
seruientes, At vbi venit plenitudo temporis,misit deus fili-
um suum factum ex muliere,factũ sub lege,vt eos qui sub
lege erant redimeret,vt adoptionẽ filiorũ reciperemus.

A Dico aũt, ꝙ lex debet cessare: Primũ probat humanę cõsuetudinis similitudine, deide ipsi⁹ legis auctoritate. q. d. nõ nos gẽtiles & nos Iudęi sumus Chri & semẽ Abrahę & hęredes, sed olim nos Iudęi sub lege eramus dũ paruuli fuimus, sicut hęres futurus, & a patre substitur⁹, dũ paruul⁹ est sub tutoribus & actoribus est nõ differẽs a seruo. Ecce iterũ quare lex nõ est tenẽda. Et hoc est qd ait, Dico aũt. q. d. nõ solũ ꝓdictis modis ostẽdit lex nõ esse tenẽda, sed etiã hac similitudine. quã Dico. i. vobis propono. I. qd Quãto tẽpe hęres puulus est, ętate & sciẽtia. Nihil differt, a seruo, qa cogit, & nullã habet potestatẽ rerũ suarũ. Cũ. i. ꝗuis. Sit, futurus Dñs oim, rerũ suarũ, Sed, potius, Sub tutoribus, qui eũ cõtra hostes defendãt, Et actoribus est, qui pro eo causas agãt, & mores eius informent. Et hoc Ambrosi.

B Vsq; ad tẽpus a patre ꝓfinitũ. i. determinatũ, in quo libertas sui & suorũ sibi dat. Postq̃. n. adultus est, libertatẽ sui & suorũ habet, alioquin iure exhęredat. Verũ est enim quia patres eius ordinauerũt, & vsq; ad quã ętatẽ subiect⁹ debeat esse, & in qua adultus emanciperur statuerunt: ita vt quandiu paruul⁹ est, libertate sua vti nõ valeat, nec dominari quasi hęres, sed similis prope seruis est in cõditione procuratorũ & actorũ, Hoc exẽplo ꝓbat eos q sub lege fuerũt paruulos fuisse circa meritũ, nec libertatẽ habuisse cã peccati, vnde hãc illis cõpationẽ adaptãs, subdit, Ita & nos, Iudęi, Cũ essemus paruuli, cognitione dei, & virib⁹ resistẽdi peccato, Eramus seruiẽtes, tũ territi minis, tum blãditiis capti. Sub elemẽtis. i. sub lege q̃ p elemẽta intelligit, qa ipsa est prima ĩstitutio ad fidẽ & iustitiã, sicut ab Hierony.

C elemẽtis principiũ discẽdi assumũt paruuli. Elemẽtis dico Mũdi, bene lex dicitur elemẽta mũdi: quia lex nõ cælestia & ęterna, sed terrena ꝓmittebat, vel trãsitoria, vt est mũdus. Vel in elemẽtis significãtur neomenię. i. lunares dies & sabbatũ, q̃ Iudæi obseruabãt. Si itaq; Iudęi sub elementis mundi erant, quid differũt a Paganis? Pagani nõ sub elemẽtis seruiunt, sed ipsis elemẽtis. Colũt eñ astra, solẽ, lunã, aquã, terrã, & huiusmodi: Iudęi vero sub elementis deo seruiebãt, quia hęc ipse mandata dederat, vt obseruarent neomenias, & sabbata, & huiusmodi. In elemẽtis ergo neomenias, id est lunares dies significat & sabbata, q̃ obseruabãt Iudæi, nõ ꝙ in elemẽtis sparẽt vt Pagani, sed

Aug. Au. in lib. q̃st. no. & vete. test.

in his deũ venerabãtur dũ paruuli erãt & ad temp⁹ pleni- D
tudinis nõ peruenerãt. Sicut ergo paruul⁹ sub pædagogo est & actore & tutore anteq̃ sit adultus, ita Iudæis adhuc paruulis lex fuit pædagog⁹, quia timore cõpressit, & p̃ceptis dei seruire coegit. Fuit etiã tutor & actor Iudęis, quos de⁹ hęredes instituit, dũ paruuli erant cognitione dei, & virib⁹ resistẽdi peccatis, quo tẽpore etiã quasi serui, legalibus. s. pœnis a malis territi, & promissionib⁹ temporaliũ ad bona incitati: nec sui dñabantur, sed vitia: nec suorũ. i. hęreditatis ęternę, cũ essent horũ dñi a deo instituti. His igit̃ fuit lex tutoris loco, dũ cõtra malignorũ spirituũ impugnatores & gentiliũ p̃suasores, qui ad idololatriã traherent, illos defendebat ãmonẽdo, ĩcrepãdo, aliq̃ñ puniẽdo, & sic æterna bona illis cõseruauit, q̃m ex illis Chr̃s multos ab inferno liberauit. Fuit eis & actor, q̃a causam eorũ E
apud deũ bene egit, dũ per sacrificia & expiationes deũ eis placauit. & hoc vsq; ad tempus p̃finitũ. i. vsq; ad aduẽtum Christi, in quo cõstituit de⁹ vt p̃fecti & liberi fierẽt, & hæreditatẽ obtinerẽt: alioquin exhęredarentur. de quo tempore subdit, At vbi venit. q. d. cũ essemus paruuli sub elementis mundi seruiebamus: At vbi. i. nõ fatali necessi-
Ambrosi. tate, sed sola dei volũtate Venit plenitudo tẽporis. i. postq̃ tempus p̃cedẽs adimpletũ est, Plenitudo. n. tẽporis cõpletum temp⁹ q̃d præfinitum fuit a deo patre quando mitteret filiũ. Vel, Plenitudo t̃pis, dicit̃ tẽpus gratię, ideo q̃a in eo plene dãtur dona sp̃us sancti, & q̃ p̃dicta fuerãt de Christo implent̃: vbi inquã venit illud tẽpus, Misit deus filiũ suũ, cui simile est illud q̃d Ioãnes euangelista ait, Nemo misit in illũ manus, quia nõdũ venit hora ei⁹. hoc est, F
Idẽ super q̃a nolebat. Nõ. n. dñs sub fato natus est: hoc nec de te cre-
Ioannem dendũ est, nedũ de illo per quẽ fact⁹ es. Nõ est. n. hora ei⁹ vel nr̃a, nisi volũtas eius. Nõ ergo horã dixit qua cogeret̃ mori, sed qua dignaretur occidi. Tẽp⁹. n. expectabat quo moreret̃, quia tẽpus expectauit quo nasceret̃. Ideo multi dicũt, Quare nõ ante venit Christ⁹? Quibus respondẽdũ est, quia nõdum venerat plenitudo tẽporis moderãte illo, per quẽ facta sunt tẽpora. Sciebat. n. q̃ñ venire deberet, vel etiã pati, & cætera facere. Ante tñ lõga series p̃conũ p̃mittẽda erat. Nõ. n. aliquis paru⁹ ventur⁹ erat, diu fuerat p̃dicend⁹, semp tenendus, quãto major iudex veniebat, tanto

A præconum series longior præcedere debebat. Ideo ait, Vbi venit plenitudo temporis misit deus pater, Filiū suum factū ex muliere. Nota q eū qui erat increatus factū dicit, Fecit ergo eū pater ex muliere sub lege. Cū igitur ait, Misit deus filiū suū factū ex muliere, satis ostēdit eoipso missum filiū quo factus est ex muliere. Quid est.n. natiuitas filii de virgine Maria? Certe assumptio formę serui. Nā quid est aliud nasci filio, q̄ accipere formā serui in vtero virginis? Hoc aūt fecit pater, fecit & filius: filius quidē nō pater natus est de virgine Maria, sed natiuitatē filii de Maria & pater & filius operatus est. Similiter nō passus est pater, sed filius: passionē tamē filii & pater & filius operatus est. Tradidit.n. pater filiū, & filius tradidit seipsum. Passio hęc vni facta est, sed ab vtroq; facta est. Sicut ergo natiuitatē, ita B & passionē Christi, nec pater fecit filio, nec filius sine patre. Iudas aūt quid fecit nisi peccatū? Veniamus ad resurrectionem: non resurrexit pater, sed filius: resurrectionem tamē filii operatus est pater & filius. Ecce quid est missum esse filiū. Sed q̄rit vnde & quo missus est filius. Ego, inqt, exiui a patre, & veni in hūc mundū: hoc est mitti. De illo tn̄ euangelista dicit, In mundo erat, & mundus per eū factus est, & mūdus eū nō cognouit. Deinde cōiūgit, In propria venit. Illuc aūt missus est quo venit, & si in hunc mūdū missus est, quia exiuit a patre, & venit in hūc mundū, & in hoc mūdo erat, illuc ergo missus est vbi erat. Vnde & illud propheta dicit, Cælū & terrā ego impleo. Quod si de patre dictū accipiatur, vbi potuit esse sine verbo suo, sine sapientia sua, q̄ prędit a fine vsq; ad finē. for. & d.o. C suauiter: sed neq; sine spū suo vsq̄ esse potuit. Itaq; si vbiq; deus est, vbiq; etiā est spiritus eius. Illuc ergo & spūs sanctus missus est vbi erat. Quærendū ergo est diligēter quō intelligat ista missio siue filii siue spūs sancti. Quod quia in epistola ad Romanos pertractū est iuxta humanæ capacitatis valetudinē, hic perstringimus ad alia festinātes. Si tn̄ sobrie de dei filio q̄ digna sunt opinemur, ideo missum intelligere debemus, quia ex illo incomprehensibile inenarrabiliq; secreto maiestatis profundę, dedit se cōprehendēdū mētibus nostris dei verbū: nō solū cū se exinaniret, sed etiam cū habitaret in nobis: sicut scriptū est, Quoniā inhabitabo in illis. Solet.n. obtēdere minorē patre ef

Augu. in ser. de tri.

se filiū,quia missus est. Cōstat aūt eo nō minorē esse,quia D
missus est. Cōsidera.n.quia dñs Christ⁹ in Isaia a spiritu
sancto dicit se esse missum. Nunquid ergo spū minor est
fili⁹,qa a spū missus est? Habes.n.scriptū ꝙ filius a patre
& spū eius dicat se esse missum. Vides ergo ꝙ simplicitas
sermonis,nō iniuria sit missionis. Misit ergo de⁹ filium
Augu.in suū factū ex muliere, forte hoc mouet qđ dicit ex muliere
ser.de tri. nō ait ex virgine,sed nō mueat. Vtrūq.n.de scriptura di
cit,& ex virgine & ex muliere. Ex virgine,vt ibi, Ecce
virgo cōcipiet,&c. Ex muliere aūt,vt hic.qđ nō est cōtra-
riū. Mulierē.n.ꝑ fœmina posuit more locutiōis Hebrǫo-
rū. Vsus.n.hebrǫ locutionis mulieres dicit,nō virginita-
te corruptas,sed fœminas:sicut in Genesi legit̄ de Eua,
qñ ipsa facta est,Formauit eā mulierē,nec adhuc passa e-
Idē i eod rat cōcubitū viri. Itē,nō te offendat qđ ait, Factū,cū cōfi E
teamur natū. Factū.n nō cōfitemur nisi hominē. De⁹ aūt
semp faciēs est,fieri nescit vt sit,sed fit vt aliquid alicui sit:
sicut dicit̄, Dñe refugiū fact⁹ est nobis,qñ fact⁹ est q nūq̄
fact⁹ est. Dñs aūt Christ⁹ homo factus est vt esset hō.i.vt
qui creator semper erat,creatura esset. Manēs.n.de⁹ fact⁹
est homo,vt fieret qđ nō erat:nō vt periret qđ erat. Factū
ergo dicit propter susceptionē creaturǫ. & addit, Factum
Ambrosi. sub lege. Saluator fieri debebat sub lege vt circūcisus appa
reat,quasi filius Abrahǫ cui promissus erat,signū habens
eius cui promissus fuerat,in quo impleta est circūcisio, &
ideo iam signū cessat. Credidit.n.Abrahā se habiturū fi-
liū in quo benedicērur oēs gētes,qđ iā factū credim⁹. Fa-
ctū,ergo,Sub lege,dixit,quia & circūcisus est,& hostia le
galis pro illo oblata. Nec mirū si & illa legis opera susti- F
nuit,ex quibus liberaret eos qui eis seruiliter tenebātur:q
etiā mortē sustinuit,vt ex illa alios liberaret. Factus est er
go Sub lege.i.sub onere legis,sicut sub aliis pœnis. Vnde
subdit, Vt eos q sub lege erāt,pressi & rei, Redimeret,
Augu.in a diabolo,a pditione,a peccatis. Et nota ꝙ duo posuit.s.
ps.31. factū ex muliere, factū sub lege, sed mutato ordine,illis
alia duo respōdet. Ad id.n.qđ dixit Factū sub lege, illud
retulit, vt eos qui sub lege erāt redimeret. Ad illud qđ di-
xit Factū ex muliere,hoc aliud refert Vt adoptionē.q.d.
ideo fact⁹ est de muliere vt adoptionē filiorū reciperem⁹
.i.bona q ꝑ gratiā dātur ꝑ q sunt filii. Vel, Reciperemus

A adoptionē filiorū.i.participes essem⁹ diuinæ glorię. Sicut
eñ participat nr̄a natura,ita ad suā videndā nos adoptat.
Hinc.n.adoptionē recipim⁹, qđ ille vnic⁹ dei fili⁹ nō de- August.
dignat⁹ est participationē naturę nostrę fact⁹ex muliere:
vt nō solū vnigenit⁹ dei esset vbi fratres nō habet,sed etiā
primogenit⁹ in multis fratrib⁹ fieret. Adoptionē aūt dicit
vt distincte intelligam⁹ vnicū dei filiū:nos.n.beneficio &
dignatione filii dei sum⁹:ille natura est filius q hoc est qđ
pater. Vnicū.n.filiū deus habet quē genuit de sua substan Au. cōtra
tia,nos aūt nō de sua substātia genuit. Creatura.n. sumus Faustū.
quā nō genuit,sed fecit: & ideo vt fratres Christi secūdū
nostrū modū faceret,adoptauit. Iste itaq̧ modus quo nos
deus cum iā essemus ab ipso non nati sed conditi & insti
tuti,verbo suo & grā sua genuit,vt filii eius essemus. Ad-
B optatio vocatur: vnde, Dedit eis potestatem filios dei fieri,
&c. Nec dixit acciperem⁹,sed reciperemus,vt significaret
hoc amisisse in Adā ex quo mortales sumus. [Quoniā
aūt estis filii dei,misit de⁹ spm̄ filii sui in corda vr̄a clamā-
tē Abba pater. Itaq̧ iā nō est seru⁹ sed filius: q̧ si filius, &
hęres p deū. Sed tūc quidā ignorantes deū his qui natura
nō sunt dii seruiebatis.] Qm̄ aūt.q.d.nō solū Iudęi qui
credimus, filii dei sumus: sed etiam vos gentiles Estis fi-
lii dei,qđ pbat effectus. Qm̄ misit deus pater Spm̄ filii
sui,quē etiā filius mittit In corda nr̄a,tā Iudæorū.s.q̄ gē
tiū,q spūs pbat nos esse filios. Vt.n.probaremur adoptati Ambrosi.
esse a deo in filios,spiritū suū dedit nobis, qui signū pr̄is
ostēdat in filios,vt quia nos non auderemus dicere.s.pro
C infirmitate & indignitate nr̄a,suggerat vt adeam⁹dicere,
Vnde subdit, Clamantē.q.d.spm̄ dico, Clamātē.i.qui
facit nos clamare:qđ nūq̄ p̄sumeremus,nisi spūs doceret.
Quid! Abba qđ est pater. Abba hebraicū est,idipsum si- August.
gnificans quod pater. & hanc consuetudinem in pluribus Ambrosi.
locis scriptura seruat,vt Hebraicum cū verbum interpre
tatione sua ponat. Duo nāq̧ sunt verba quæ posuit,vt po August.
steriore interpretaretur primum. Nā hoc est Abba quod
pater. Eleganter autem intelligitur non frustra duarum
linguarū verba posuisse idē significātia,propter vniuersū
populū qui de Iudęis, & gētib⁹ in vnitatē fidei vocat⁹ est,
vt hebręū verbū ad Iudęos, Græcum ad gētes pertineat.
Vtriusq̧ aūt verbi eadē significatio,ad eiusdē fidei spūsq̧

Hierony. vnitatẽ. Notãdũ q̃a clamor in scripturis nõ magnę vocis D
Augu. de emissio, sed sciẽtię intelligať & ĩtẽtionis magnitudo. Nos
cor, & gr. ergo clamam⁹: sed ille clamare dictus est qui efficit vt cla
mem⁹. Misit ergo spiritũ filii sui clamãtẽ Aba pater. i. nos
Au. super clamare facientẽ. Et nota spm̃ etiã esse filii, & nota hic tri
Ioan. nitatẽ. Sed aliq̃s forsan q̃rit, vtrũ & a filio p̃cedat spũs sã-
ct⁹. Fili⁹. n. soli⁹ est patris fili⁹, & pater est soli⁹ filii pater.
Spũs aũt sanctus nõ est vn⁹ eorũ spũs, sed amborũ. Vnde
dñs ait. Spũs patris vr̃i qui loquiť in vobis. Et apostol⁹ ait,
Misit de⁹ spm̃ filii sui, & multa alia sunt testimonia, quib⁹
euidenter ostẽdiť & patris & filii esse spiritũ, q̃ in trinita-
te diciť spũs sanctus. Nec ob aliud æstimo ipsum proprie
vocari spm̃ sanctũ, cũ etiã si de singulis ĩterrogemur, nõ
possumus patrem & filiũ dicere, nisi spm̃, q̃m spũs est de⁹
Quod ergo cõmuniter vocãtur & singuli, hoc proprie vo E
cari oportuit eum, qui nõ est vni⁹ eorũ, sed in quo cõmu-
nitas apparet amborũ. Cur ergo non credamus ꝙ etiã de
filio procedat spũs sanct⁹ cũ filii quoq; ipse sit spũs. Si eñ
ab eo non procederet, nõ post resurrectionẽ se repñsentãs
discipulis insufflasset eis dicens, Accipite spiritũ sanctum.
Quid. n. aliud significauit illa insufflatio, nisi quod proce
dat spiritus sanctus de ipso? Ad hoc etiã pertinet illud q̃d
ait de muliere fluxũ sanguinis patiẽte, tetigit me aliquis.
ego enim sensi virtutem de me exisse, nã virtutis nomine
appellari spiritũ sanctũ, ex eo clarũ est q̃d Mariæ angelus
dixit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi
obũbrabit tibi. Et dñs eũ promittẽs discipulis, ait, Sedete
in ciuitate, quousq; induamini virtute ex alto. Hęc est er- F
go virt⁹ de qua dicit euangelista, Virt⁹ de illo exibat & sa
Aug i lib. nabat oẽs. Cũ aũt de patre & filio procedat spũs sanctus,
de trinit. dicit tñ ipse fili⁹ illũ a patre p̃cedere, q̃a ad eũ solet refer-
re & q̃d ipsius est de quo etiam ipse est, sicut alibi ait, Mea
doctrina nõ est mea, sed ei⁹ qui me misit. Si hic intelligiť
ei⁹ doctrina quã tñ dicit nõ suã esse, sed patris: quãto ma-
gis illic intelligend⁹ est, & de ipso p̃cedere spũs sanctus,
vbi dicit eũ de patre procedere? A quo. n. habet fili⁹ vt sit
de⁹, est. n. de deo, de⁹ ab illo habet vt etiã ab illo procedat
spũs sanct⁹. Christ⁹ dicẽs, quẽ ego mittã vobis a patre: &
alibi, quẽ mittet pater in noĩe meo, nõ dicẽs a me, ostẽdit
ꝙ toti⁹ diuinitatis, vel si meli⁹ diciť, deitatis principiũ pr̃

A est. Itaq.q.d.spūs clamat in nobis pr̄. Itaq iam.i. a tē-
pore gratię, Nō est aliqs nostrū qui credim⁹ in Christū
Seruus.s.timore seruiēs, Sed fili⁹.s.ex dilectione seruiēs
Quod si fili⁹,est, Et hęres,erit in futuro. & hoc Per deū
.i.per operationē & miam dei. Vel hoc iuro Per deum.
Sed tunc,&c.q.d.Modo estis filii, mō dicitis pater, Sed
tūc qdē,q̄n infideles eratis Ignorantes deū,& ita erit vo
bis aliqua excusatio. Seruiebatis eis q nō sunt dii in na- Ambrosi.
tura,sui.sed opinione hoīm dicēdo, Qui in natura non
sunt dii,vnā dei veri ostēdit esse naturam.s.pr̄is,& filii,&
spūs sācti.Quid autē est natura deū esse, nisi verū deū es
se? Vñ alibi apl̄s ait,Cōuersi estis seruire deo viuo & ve-
ro. Natura enim viu⁹ & ver⁹ est de⁹. Verus ergo de⁹ est
qui naturalr̄ deus est. Veri ergo dii esse nō poterāt, q̄bus Au.in lib.
B hoc naturalr̄ minime suppetebat. Igit̄ saluator ver⁹ deus de trini.
est qui scd̄m essentiā de⁹ est. Sed dicūt hęretici nō natura Didim⁹ i
esse in filiū,sed creatū,Quibus r̄ndendū, qa si natura de⁹ lib.de spū
non est fili⁹ sed creatura,nec colēdus est oīno,nec vt deus sancto.
adorandus:dicēte apl̄o,Coluerūt.& seruierunt poti⁹ crea
turę q̄ creatori,Sed illi ad hæc replicabūt & dicēt,Quid
est q carnē eius quā creaturā esse nō negas simul cū di-
uinitate adoras,& ei nō minus quam diuinitati deseruis?
Ego dn̄icā carnē immo pfectā in Chr̄o humilitatē, ideo
adoro q a diuinitate suscepta & deitati vnita est,vt non a-
liū & aliū , sed vnū eūdēq deū & hoīem dei filiū esse cō
fitear. Deniq si hominē separaueris a deo, vt. Fotin⁹ vel
Paulus Samosathen⁹,illi nūq̄ seruio nec credo, velut si qs
C purpurā vel diadema regale iacēs inueniat,nunqd ea co-
nabit̄ adorare? Cū vero ea rex fuerit indutus periculum
mortis incurrit,si ea cū rege adorare quis contēpserit.Ita
etiā in Christo dn̄o humanitatē nō solā vel nudā,sed di-
uinitati vnitā.s.vnū filiū,deū verū,& hominē verū,si quis
adorare contēpserit,æternaliter morietur. [Nunc autē
cū cognoueritis deū,imo cogniti sitis a deo,quō conuer-
timini iterū ad infirma & egena elementa, quibus denuo
seruire vultis? Dies obseruatis,& mēses, & tēpora, & an-
nos. Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis
Estote sicut ego,qa & ego sicut vos. Fratres obsecro vos,
nihil me lęsistis, Sitis aūt qa p infirmitatē carnis euāgeli
zaui vobis iāpridē,& tētationē vestrā in carne mea non

ſpreuiſtis neq; reſpuiſtis: ſed ſicut angelum dei accepiſtis D
me, ſicut Chriſtũ Ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra?]
Nũc aũt. q.d. olim ſeruiebatis falſis diis eũ ignorabatis verũ deũ. Sed & nũc, cũ aperta eſt veritas Cũ cognoueritis, vel, Cognoſcitis deũ & ita grauiꝰ peccatis q̃ olim Quomodo iterũ, &c. hic eſt ordo literæ, ſed interponit, Immo cogniti, &c. q.d, dico, cognoueritis deum q̃d nõ eſt a vobis, ſed potius quia gratia dei approbati eſtis & amati. & hoc eſt Immo cogniti eſtis a deo. i. ſuo munere cognitores ſuos nos fecit. Hoc genere locutionis frequẽter
An. in p̃s. lxxii. vtiſ ſcriptura. Vnde in Pſal, ait. vir ꝑpheticus, Sic in ſc̃tõ apparuit tibi, vt viderẽ virtutẽ tuã. nõ dixit, Apparuit tibi vt videres, ſed vt viderẽ. Simile eſt hoc q̃d ait apl̃s, Nũc
Augu. de gra. no. t. autẽ cũ cognoueritis deũ, immo cogniti eſtis a deo. Correxit eñ q̃d dixerat, cũ ait Immo cogniti eſtis a deo, vt per E hoc intelligamꝰ, nec hoc quidẽ nobis eſſe tribuẽdũ ꝙ noſcimꝰ deũ, ſed illiꝰ miſę tribuamꝰ. Cũ diciſ, Cognoſcit nos deus, ſic intelligẽdũ eſt. i. cognitionẽ ſui nobis pręſtat. Nõ
Augu. de ciui. dei. Aug. ſup Geneſim ad literã. eñ a nobis eſt ꝙ nouimꝰ eũ, ſed ab eo. Ab æterno quidẽ nouit quos tunc apl̃s cognitos dicit: ſed nũc cognoſcere dicitur, q̃ſi vt cognoſcaſ facit, ſicut diciſ quieſcere cum eius munere requieſcimꝰ. Nõ eñ tũc cognouerat eos deꝰ pręcognitos videlicet añ cõſtitutionẽ mũdi, ſed tũc ipſi eũ illius munere nõ ſub merito vel ſua facultate cognouerũt: ideo maluit topice loqui, vt tũc ab illo cognitos diceret cum eis cognoſcendũ ſe pręſtitit: & verbũ corrigere, quaſi hoc minus recte dixerit q̃d ꝓprie dixerat: q̃ ſinere vt hoc ſibi arrogarẽt ſe potuiſſe q̃d eis poſſe ille donauerat. cũ inquam
Hierony. cognoueritis deũ Quõ cõuertimini, a fide, Ad elementa F .i. ad legẽ initialẽ, ad cultũ dei. Elementa dei Infirma & egena. Lex diciſ infirma, quia perfecte nõ iuſtificat egena quia quantũ iuuat, nõ per ſe ſed reſpectu gratiæ facit, Cõuertimini dico, Iterũ, vt ante cõuerſionẽ, ſed nũquid añ cõuerſionẽ Galatę iſti legẽ ſeruauerãt: nõ vtiq; q a gẽtiles erãt, & ſuperſtitioſi idololatrię deſeruierãt. Ideo dicit, Iterũ, quia legis obſeruãtia cui tũc dediti erãt, erat peccatum pœne par ſeruituti idolorũ cui vocauerãt ante conuerſio-
Auguſti. nem. Vñ ſubdit, Quibꝰ, &c. q. Quomõ cõuertimini ad elemẽta q̃bus denuo ſeruire vultis? ideo dicit denuo, vt o-
Hierony. ſtẽdat q̃d nõ diſtat mõ lex poſt Chr̃m ab antiqua idolola

A tria Dies.q.d.vultis seruire elemētis. Et vere.qa Iam ob seruatis dies,iudaico ritu,vt sabbata & decimā mēsis primi vsq ad quartādecimā qua agn⁹ immolabat,& a quartadecima vsq ad vigesimaprimā eiusdē mēsis, qn azima comedebant. Septem etiam septimanas quas ritu iudaico post azima cōputant. Dies Israelitici. Pentecostes seruāt, necnō & clangorē tubarū,primo die mēsis septimi, decima etiā eiusdē mensis expiationē & ieiunium,& in quintadecima scenophegiā. Et menses obseruatis.vt neomenias. Menses etiam custodiūt,quia primū & septimū mēsem obseruant. Et tēpora,vt temp⁹ egressionis de Aegypto. tēpora etiam colebant qui per annos singulos Hierosolymā veniebant,putantes se implere dñi preceptum, dicentis, Tribus tēporibus anni: diem festū agetis mihi, Hierony.

B & apparebit masculinū tuū in conspectu dei tui. Et annes,septimos. Puto equidē hoc de septimo remissionis anno dici,& quinquagesimo qui ab illis Iubileus dicit quē Iudei aliquando suo ordine seruare nequerūt captiuitate pressi. qua soluta p eo septimū annū septimæ decadis coluerunt,qui pōt intelligi vel sexagesimus vn⁹ annus quo indulta est eis a Cyro & Dario licentia redeundi de Babylonia,vn̄ cōpletis annis septuaginta redierunt. Vel potius septuagesimus vnus,quē reuersi in Hierusalē p quinquagesimo qui Iubileus dicitur obseruarūt. Timeo.q.d. hoc iam facitis,peius,autē Timeo.s.ne forte Laborauerim in vobis sine causa.i.inutiliter. quod est si legē plene suscipitis:ac si dicat,vestrā leuitatem timeo,nō aliud. Vel ita, Quomodo iterum,vt hoc de errore gentilium intel

C ligamus:in eo enim quod dicit, Cōuertimini iterum ad infirma & egena elementa, non circuncisis, sed gentibus loquitur,quibus hanc scribit epistolam:nec ad circūcisionem vel legē dicit eos reuerti in qua nunq̄ fuerant sed ad infirma & egena elemeta: quibus rursus vt antea seruire volunt:quod de gentibus intelligere cogimur, Vulgatissimus enī est error iste gentiliū,vt vel in agendis rebus vel in expectandis vitæ & negotiorū suorum ab Astrologis & Chaldæis notatos dies,& menses,& annos,& tempora obseruēt:quos redarguit,dicens, Nūc aūt cum cognoueritis deū,quomodo iterū cōuertim. ad infirma & egena elementa qb⁹ denuo vultis seruire.i. ad superstitiosas Augusti.

tēporū obseruatiões. Manifestū ē.n. volūia tēporū p ele- D
mēta hui⁹ mūdi, hoc est cęlū & terrā, & motus, atq; ordi-
Ambrosi. nē sydeꝝ amministrari q̄ infirma appellat, ex eo q̄d in
firma & instabili specie variātur. egena vero, eo q̄d egēt sū
ma & stabili specie creatoris vt possint esse quomodo sūt.
Vel egena elemēta dicit, eo quod sui inuicē egēt ad regē-
dum mundū. Dies. q. d. vere seruire vultis, quia Dies ob
seruatis & mēses, & tēpora, & annos. Dies obseruāt, vt q
dicunt hoc die nō est aliquid incipiendū. menses autē co
lunt, qui cursus lunæ perscrutantes dicunt, tali luna nō est
aliquid inchoandū. Tēpora vero cum dicūt, mō est initiū
veris. Annos autē cum dicunt, nou⁹ ann⁹ est. Calēdæ sunt
Ambrosi. Ianuarii, nō licet hoc vel illud facere. Sed nulla debet esse
Augusti. 1 suspicio harū rerū, qa pspere potest cedere quicquid sim- E
pliciter sub dei deuotione fit. Et nota q̄d dupl̄r erant sub-
uersi Galatæ, vt ad legē & ad pristinos errores cōuerterē-
Augu. in tur: ergo eligat lector vtrā volet sententiā, dūmodo intelli
enchirid. gat ad tantū periculū animæ ptinere supstitiosas tēporum
obseruātias, vt huic loco subiecerit apostol⁹. Timeo, &c.
q. d. iam facitis, sed deteri⁹, Timeo. s. Ne forte sine cau
sa laborauerim in vobis. Sunt quædā quæ leuissima puta-
rentur nisi in scripturis demōstrarent̄ opinione grauiora
Quis em̄ dicētē fatue fratri suo, reū gehennæ putaret, nisi
veritas hoc diceret? Sim̄r dies obseruare & tēpora non pu
Au. in lib. tare t̄ adeo graue, nisi ap̄s diceret, Timeo ne forte sine
ad ianua- causa laborauerim in vobis. Hæc autē obseruant q certis
rium. diebus vel mēsib⁹ vel annis volūt vel nolūt aliqd inchoa
re, quasi fausta & infausta sint tēpora. Non itaq; ista ob- F
seruemus, ne ab ap̄lo ista audiam⁹, Timeo, &c. Eos em̄
culpa qui cōstellationes sequunt̄ dicētes. nō pficiscar, quia
luna sic fertur, vel proficiscar vt prospera cedāt. quia ita se
habet positio sydeꝝ. Agā hoc mēse cōmeciū, qa ista stella
agit mēsem: nō plantabo hoc anno vineā, qa bissext⁹ est.
Tales culpant̄. non quia naturales elementorū effect⁹ in
sydeꝝ ordinatissima cōuersione nouerunt, vt. s. tēpestate
non nauigent, autūno seminent: de quibus cū conderent̄
dictū est in Genesi, Et sint in signis, & tēporibus, & die-
Ambrosi. bus, & mēsibus. Estote. q. d. Timeo ne sine causa labora
uerim in vobis, sed Estote sicut ego, sum qui legē dimisi.
& debetis esse, Quia ego fui, olim in lege, sicut vos mo-

A do vultis esse, & dimisi nō sine ratione. Vel ita, Estote si- Ambrosi.
cut ego, qa & ego sicut vos, homo sum qui de errore cor-
rectus sum, ita & vos potestis corrigi. Vel ita, Estote sicut
& ego, quia ego q legē habui, sū modo sine lege sicut vos Augusti.
Cum.n. Iudæus natus sim, iam illa carnalia spiritali diiu
dicatione contēno. Fratres, aspere correctos Galatas re-
creat apostolus per bene gesta, apponens post aspera sua-
uia more salutaris medici. q.d. & debetis esse sicut ego, qa
o Fratres, ego Obsecro vos, dico, obsecro & secure obse-
crare possum, vt quos merito diligo, quia nihil me lęsistis.
& ita non penes vos inimicitiarū mearum est causa. Hoc
dicendo excusat se, quia pseudo dixerant Paulum Gala-
tis inimicū, nec voluisse eos docere q̄ in aliis ecclesiis prę
dicabat. Hāc calūniā diluēs apostolus inimicitiæ causā sub
B mouet, cū ait, Nihil me lęsistis, scitis aūt. q d. nō me lęsistis
sed potius honorifice me recepistis cū causā spernendi ha
buistis. & hoc est quod ait, Scitis autem quod per infirmi
tatē carnis meę, quia caro mea afflicta erat. Euangeliza-
ui vobis iampridē, & pro tanto tēpore non spreuistis me,
Vn̄ subdit. Et non spreuistis tentationem vestram in car-
ne mea. i. me tribulatū per quod vos diabol⁹ tentabat, ne
crederetis, Tētati enim sunt cum tribulationem secundū Ambrosi.
carnē pateretur apostolus, vtrum timore desererent eū, an
charitate amplecterentur. Opportune ergo ac decēter fa
cit eos recolere charitatem suam, ne tanquam inimicū il-
lum deputent, dicens, Scitis autem quod per infirmitatē
carnis. i. cum paterer persecutionem Euangelizaui vobis
iampridē, & tentationem vestrā in carne mea. i. tribulatio
C nē quā patior in carne, qua videtur quales estis, Nō spre
uistis, tanquam inutilē vel vilē. Neque respuistis, vt nō su-
sciperetis communionē periculi. Distingue inter illa duo,
Nō spreuistis. i. post conuersionē, vt inde vilior essē. Neq;
respuistis, ante conuersionē, vt ob hoc conuerti abhorre-
retis. Sed excepistis sicut angelum dei. i. ac si angelus dei
venisset, vel me angelum dei esse credidistis, immo pl⁹ di
cā Sicut Christū Iesum, ac si ipse Christus venisset qui in
apostolo loquebatur, & ideo venerat, ad illos, Vbi est er
go? Admirans opus eorum spirituale commendat vt hoc
intuētes in timorē carnalē non decidant: & quia mutati
erant in deterius increpat eos. Et si.n. receperūt eū sicut August.

Cap. 4. angelum, non ideo tamen parcit secare vel vrere, quia nõ D
quærit sua, sed quæ Christi sunt, non quærit lac & lanam de ouibus. i. commodum supplendę necessitatis & fauorẽ honoris, sed salutem ouium. q. d. & quia ita tunc fecistis, Vbi est ergo beatitudo vestra, qua dicebamini beati bonis initiis, & quasi proficiendi gradibus feruẽtes. q. d. pudeat vos esse mutatos. Mirum est eñ quod a bono decidistis.

[Testimoniũ enim phibeo vobis, quia si fieri posset oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verũ dicẽs vobis? Aemulantur vos nõ bñ: sed excludere vos volũt, vt illos ęmulemini. Bonũ autẽ æmulamini in bono semper, & nõ tãtũ cũ psens sum apud vos. Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in vobis. Velle autẽ esse apud vos mõ, & mutare vocẽ meã, qm cõfundor in vobis, Dicite mihi q sub lege vultis esse, Legẽ non legistis?] Testimoniũ. n. q. d. vere beati fuistis, vel sicut angelũ. vel Christũ me excepistis. Testimoniũ enim phibeo de vobis, qa si posset fieri, ad vtilitatẽ ecclesiæ, Eruissetis oculos vestros, qd inter omnia carius est vobis, Et dedissetis mihi. s. ad vtilitatẽ meę prædicationis, & ideo plus de vobis dolendũ est. Nota q ait, Si fieri potuisset, nõne illud fieri potuisset qd ait apostolus nõ potest fieri qd iuste nõ fit. sic & Iob, Vtinã possem me occidere. & dñs ad Loth, Nõ poterã qcquã facere, donec illo ĩtroeas. Nõ posse se dixit qd sine dubio poterat p potẽtiã, sed nõ poterat p iustitiã. Ergo. q. d. & cũ hoc sit, Est ergo credibile qd fact⁹ sũ ĩimic⁹ verũ dicẽs vobis? q. d. p hoc videor ĩimic⁹, qa verũ dico, sed si fallerẽ, putaret amicus, qa nemo se argui vult errãtẽ, iõ vobis ĩimic⁹ videor iuste vos rephẽdẽs. Aemulãt. q. d. ego nõ sũ vobis ĩimic⁹ sed illi æmulantur. i. diligũt Vos nõ bñ. i. nõ vtiliter. Aemulãt. n. verbũ, qa nõ tã cupiũt eos esse meliores q ipsos volũt facere peiores, & retrorsum trahere æmulatione peruersa. Vñ subdit, Sed volũt vos excludere, a fide ad legem vel a dilectione mea, Vt illos æmulemini. i. intuemini in legalibus. Bonum autem. q. d. illi volunt vt ipsos æmulemini, Sed vos æmulamini. i. diligite & imitamini, Bonũ, hominẽ, me. s. & huiusmodi. Et hoc In bono. i. propter hoc diligite, qa in eo est virt⁹ & bona operatio, non pro alia re. & hoc facite semp, vt pseuerãti gradu ad finẽ boni operis peruenìatis. Vult enim vt semper ipsum imiten

Au. cõtra episto. Gaudẽtii.
Augu. de potentia dei.
Ambrosi.

E (right margin, at "& mutare vocẽ")
F (right margin, at "cus, qa nemo")

A tur. Vnde subdit, Et non tantũ. q. d. æmulamini bonum. s. me, & huiusmodi. Et nõ tantum cũ p̃sens sum apud vos sed perseuerate in acceptis magis æmulando me cũ absens sum. Filioli, hic iterum incipit ostẽdere ex ipsa lege quare non sit tenenda. q. d. me imitamini, & debetis, quia vos estis Mei, non dico filii, sed Filioli, quia diminuti estis, & perfectionis gradibus indigetis. Quos iterum sicut pri⁹, Parturio. i. cum labore & dolore ad lucẽ fidei genuero, Donec Christus, quem deformastis, Formetᷓ in vobis, vt. s. recipiatis similitudinem eius quam vestro vitio perdidistis. Perpaucorum est pensare qui labor sit in prędicationibus patrum, quantisve doloribus animas in fide & conuersatione recta parturiunt. Vñ apostol⁹ ex psona matris loquens ait, Quos iterum parturio primũ p fidem B illos genuerat in baptismo, sed postea deformati sũt per pseudo & infirmi facti, nũc cum dolore reformat eos, Vñ addit, Donec Christus in vobis reformetur. Concipientes. n. fidem & sensum fidei non aduertentes, formatum Christum in animis suis negantur habere. Formatur. n. Christus in corde credentium, cũ illis sacramenta gratię panduntur, & ea quæ obscura videbanᷓ perspicua fiunt. Vel ita, Donec formetur Christus in vobis. i. formosus aliis per vos appareat. & hoc est grauius dictum, quã si diceret eos reformari in Christo, quia nescio quo pacto terribili⁹ insonat audiẽtiũ auribus. Vellẽ autẽ. q. d. blãdis mõ verbis vsus sum, dices fratres & filios, sed Vellẽ esse apud vos mõ, vt duplici gñe cõfunderentur, & de errore suo, & C de rubore apostoli. Ideo ait, Vellẽ esse apud vos, & mutare vocẽ meã, in vituperatione: vt digna vobis dicerem, q̃ nolo scribere ne pmaneãt apud vos, iõ vellẽ mutare, Quoniã cõfundor in vobis. i. apud alios erubesco pro vobis. Sciẽs apostol⁹ maiorẽ vim habere sermonẽ, q ad p̃sentes fit, cupit vocẽ apostolicã, vocẽ litteris cõprehẽsam in pręsẽtiã cõ mutare. Scriptura. n. diuina ędificat lecta sed multo pl⁹ prodest si de litteris mutatur in vocẽ, magnã si quidẽ vim habet vox viua, vox de authoris sui ore resonãs. q̃ ea pnũciatiõe pferᷓ & distĩguiᷓ q̃'ĩ hoĩs corde gñata ẽ. Est itaq; sẽsus, qa cõfũdor ĩ vobis. Vellẽ literarũ vocẽ p̃sẽs de meo ore pferre, vt vos solito seuerior ip̃e corriperẽ, qa epla nõ põt vocẽ obiurgãtis exprimere, nõ valet irascẽtis resonare clamorẽ, & dolorẽ pectoris apicibus explicare

Hierony.

Hier. sup Ezechielem.

Augus. in moralib⁹.

Hierony.

Cap.4. non habeo quippe fructus quos solent de discipulis habe D
re doctores, & sine causa semẽ iactum est doctrinę, ita vt
Hierony. cũ Hieremia dicã, Nec profui, nec p rofuit mihi quisquã,
Vt autẽ nõ patiar vos perire & errare ppetuo, ex charita
te vobis loquar. Dicite mihi, &c. Vel aliter potest legi hęc
litera eodẽ manẽte sensu. Filioli, q.d, non solũ ex supradi
ctis pbatᷓ lex esse dimittenda, sed etiã authoritas ipsius le
gis hoc ostendit. O filioli mei dicite. i. respondete mihi
Vsq; huc. n. pendet sentẽtia, & interponitur illud Quos
itcrũ pturio, donec formetᷓ Christ⁹ in vobis. Vellẽ au.es.
apđ vos mo. & mu. vo. me. q. cõ. l. vo. nõ mutatᷓ sensus ho
rũ verborũ. Vos inquam o filioli, Qui vultis, esse carnali
ter Sub lege dicite mihi. i. respõdete mihi. Legẽ legistis,
an nõ? Quicqđ eligant, probantᷓ stulti: si nõ legerũt, non
debent recipere qđ nesciũt. si legerũt, ipsa pbat se dimittẽ E
dã. qđ si nõ intelligunt, stulti sunt. Ideo eos interrogat, di
cẽs, Legẽ nõ legistis? q.d. legistis qdẽ, sed nõ intellexistis.
[Scriptũ est enim, Quoniam Abrahã duos filios habuit:
vnũ, de ancilla, & vnũ de libera. Sed q de ancilla, secundũ
carnẽ nat⁹ est, qui autẽ de libera, per repromissionẽ. Quæ
sunt per allegoriam dicta. Hæc. n. sũt duo testamẽta. Vnũ
qdẽ in monte Syna in seruitutẽ generans quæ est Agar,]
Scriptũ est. n. quoniã Abrahã. q.d. Ideo quæro an legeri
tis legẽ, quia in ea quiddã scriptũ est, qđ si attẽderitis, nũq̃
ad eã recurreretis. Scriptũ est. n. in Genesi, Quoniam
Abrahã habuit duos filios, Ismael, & Isaac, Vnũ de ancil
la, Agar. s. Ismael, Et vnũ de libera, Sara. s. Isaac. Sed q de
ancilla, fuit Secundũ carnẽ natus est. i. per nullũ miracu
lum, sed lege naturæ natus est, Qui autẽ de libera p remis F
sionẽ. i. mirabiliter natus est, Attende quod ait, Scriptũ est
Augusti. quoniã Abrahã duos filios habuit, cum plures habuerit.
Post mortẽ. n. Sarę, de alia vxore. s. Cetura alios genuit, q̃
non ptinẽt ad hãc significationẽ, & ideo multi legentes a
postolũ, librũ autẽ Geneseos ignorãtes putant solos duos
filios habuisse Abraham. Sed hos solos cõmemorat apo
stolus, quia de his duob⁹ scriptura specialiter singula exe
quitur, innuens aliquid egregiũ in his præfigurari. Itẽ at
tẽde quod subdit, Vnum de ancilla, & vnũ de libera. Nõ
eñ hoc frustra distinxit. Vterq; quidẽ de Abrahã nat⁹ est,
sed diuersa operatione, quia qui de ancilla secũdũ carnis

A naturā natus est, quia iuuēcula de sene solet cōcipere. Qui autē de libera nō secundū vim carnis vt vetula & sterilis de vetulo cōciperet, sed p operationē dei q promisit. Illū ergo genuit demonstrans consuetudo naturam. Illū vero dedit promissio, significans gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, hic diuinū beneficiū cōmendatur. Natus est ergo Ismael sicut nascunt homines permixtione vtriusq sexus vsitata lege naturæ, ideo dictū est secundū carnē, non quia ista beneficia dei non sint, aut nō ista operetur deus cuius opifex sapiētia attingit, sicut scriptū est, A fine vsque ad finē for. & d.o. su. sed vbi significandū fuerat dei donū qd indebitū hoībus gratis gratia largiret, sic oportuit dari filiū queadmodum naturæ non debebatur ex cursib⁹. Hæc autē quāuis ad literam ita fuerint, tamen quia secundum literam ad superiorem demonstrationem non valēt, subdit, Quæ sunt dicta per allegoriam. i. per alium intellectum. Allegoria enim dicitur cum aliquid aliud videt sonare in verbis, & aliud in intellectu significari. sicut hic Abraham enim est deus pater qui est pater multarum gētium. Sic enim interpretatur hoc nomen Abraham. Aba enim pater. Ham multarū, subauditur gentiū, quo intelligit de⁹ pater. r. interponit causa euphonię. Inde dicit abrahā q̄si Abrahā. i. pater multarū gentiū, quo ītelligitur de⁹ pater. Libera autē & ancilla significant duo testamenta. Vnde subdit, Hæc. n. i. ancilla & libera Sunt. i. significant Duo testamenta, Libera significat nouum testamentū dās omnibus per Christum nouam gratiam. Agar, vetus testamentum. In vtroq testamento genuit deus sibi filios qui seruirent. Sed in veteri testamento generati sunt Iudęi seruitii, quia timore pœnę & promissione temporalium seruiebant. & hoc est quod ait, Qui de ancilla, fuit, scilicet Iudæi & omnes serui peccati, Natus est secundum carnē quę & pœnas abhorret, & dulcia amat, quia illi metu pœnæ & amore temporalium seruiebant. Gratia vero noui testamenti parit liberos qui ex dilectione seruiant, non in carnis, sed opere dei. & hoc est quod ait, Qui autem de libera natus est i. liber Christian⁹ populus gratia noui testamenti generatus, Per repromissionem natus est, id est per virtutem & gratiam promittentis sub figura veritatē Quis eñi impossibilia secundū naturam crederet, & q̄ sua

Auguſ. de ciui. dei.

Au. ī psal mo. ciii.

Ambros.

Cap. 4. nia sunt in presenti contemneret, & non visa speraret ni D
si virtus dei hoc in eo operaretur? Taliter generant Chri
stiani quorũ typus praecessit in Isaac. Ismael enim Iudęo
rum significat natiuitatẽ, vel eorum qui serui peccati sunt
Isaac vero Christianorum, quia in libertatem nascuntur
liber enim fit qui accipit remissionem peccatorum, Ecce
expositum est euidenter quid significent illa verba legis.
Vñ ostenditur lex nõ esse tenenda quæ in seruitutẽ gene
rabat, sed noua, quę in libertatem parit. Vñ addit, Vnum
quidem. q. d. ancilla & libera signant duo testamenta. Et
Vnum quidem, datum est In monte syna, quod interpre
tatur mandatum. ꝙ in tali loco datum est. i. in monte emi
Ambrosi. nenti, significat ꝙ Iudęi contra alias gentes essent super
bi de mandato, vel ipsi essent superbi & tumidi cõtra ipsũ
mãdatũ. Illud testamẽtũ, dico, Generãs hoĩes In seruitu E
tẽ, qa ꝑ timore seruiebãt Iudęi, vel serui peccati erant. qđ
testamẽtũ Est Agar. i. significatꝫ p agar & recte, Agar. n. in
terpretatur alienatio. qđ bene cõuenit, quia illud testamẽ
tum alienat homines ab ęterna hęreditate. ¶ Syna em̃
mons est in Arabia qui coniunctus est ei q̃ nunc est Hie
rusalem, & seruit cũ filiis suis. Illa autẽ q̃ sursum est Hie
rusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est em̃,
Lętare sterilis quæ non paris, erumpe & clama q̃ nõ par
turis, quia multi filii desertæ magis quã eius quæ habet vi
rum. Nos autem fratres secundũ Isaac promissionis filii
sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natꝰ
fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita &
nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eiꝰ
Non enim hęres erit filius ancillę cum filio liberæ. Itaqꝫ F
fratres nõ sumꝰ ancillæ filii sed liberæ, qua libertate Chri
stus nos liberauit.] *Syna enim*. q. d. Vere testamentũ ve
tus generat in seruitutẽ, quia *Syna mons*. i. vetus testamẽ
tum datum in monte *Syna*. Est in Arabia. i. in humilitate
vel in afflictione. quia affligebat homines sub carnalibus
obseruationibus. Arabia em̃ interpretatur humilitas vel
afflictio, Et bene dicitur vetus testamentum datum esse in
Arabia, non in terra promissionis vbi Iudęi quasi filii fue
runt, sed in Arabia vbi quasi serui & alieni fuerunt, quia
vetus testamentum non filios sed seruos & alienos parie

A bat. deinde vetus testamentum populo cui datũ est comparat, dicens, Qui, mons per omnia Coniunctus est, & similis. i. vetus testamentum in illo monte datum, per omnia cõiũctum est, & simile Ei Hierusalem quæ nũc est. i. Iudaico populo, qui nunc est. i. qui terrena diligit, & pro temporalibus Seruit. Vel, Seruit, sub peccato, Cũ filiis suis, Hęc est synagoga quę sub peccato generat filios. tot⁹ quidẽ populus mater est, singuli aũt sunt filii. vel filii sunt proseliti, qui omnes timore pœnæ seruiunt. & ideo vetus testamentum dicitur esse coniunctũ & simile illi populo, quia sicut vetus testamentũ pœnas minabatur, & temporalia promittebat: ita ille popul⁹ timore pœnæ, & amore temporalium seruiebat. Ecce per hæc omnia patet ꝙ vet⁹ lex non est tenẽda, sed noua q̃ sursum est, quę libera est. i.
B ad superiora nos mittit, & liberos facit: q̃ data est ecclesiæ, quę sursum est, & libera. Vnde subdit, Illa aũt. q. d. hęc, id est synagoga timore vel sub peccato seruit. Sed Illa Hierusalem quæ sursum est. i. ecclesia de gentibus congregata, q̃ cũ dño gaudet in spe, libera est, quia diligit, & ex amore seruit. Quæ est mater nr̃a. i. credẽtiũ, quia singuli verbo ei⁹ & exẽplo instructi, ex charitate seruiũt. Q aũt libera sit & mater, authoritate Isaiæ probat, subdens, Scriptũ est. n. q. d. vere libera est & mater, qa Scriptũ est, in Isaia, Lętare sterilis q̃ nõ paris, erũpe & clama q̃ nõ parturis, qa multi filii, &c. Ex his verbis & libera monstrat & mater. Lætari. n. & erũpere, & clamare ptinẽt ad libertatẽ: quia Multi filii, hoc ptinet ad matrẽ. Isaias aspiciẽs tẽp⁹ Chr̃i, eccl'iam gẽtiũ añ sterilẽ nũc fœtosam allo- Hierony.
C qtur, dicẽs, O ecclesia gẽtiũ Sterilis q̃, tẽpore legis, Non virtute miraculi, Paris, qa illo tẽpore q̃si nullos genuit. Quę etiã nõ parturis, quia neq; tũc conatũ habuit. Lętare in corde, Erũpe. i. lętitiã mẽtis extra ostẽde, Et clama. i. gaudiũ tuũ aliis p̃dica, Quia magis multi. i. plures sunt, Filii, tui olim, Desertæ, partu quidẽ nõ dilectione spõsi, Quã eius. i. synagogę, Quę habet virũ. i. legẽ: ad generãdũ. i. q̃ carnaliter generat sub lege. Virũ quippe habuit synagoga. s. legẽ, & fœtosa quõdã fuit in liberis. Sterilis vero ecclesia sine viro Chr̃o, sine vllo spõsi sermõis alloqo, diu iacuit in deserto. sed postq̃ accepit illa librũ repudii, & oĩa ornamẽta viri, in idoli vertit ornamẽta: tũc mari-

tus priore cingulo putrescēte, alium lumbis suis balteum, D aliud de gentib⁹ lumbare cōtexuit: quę statim vt est viro cōiuncta, cōcepit & peperit. Vnde in Isaia domin⁹ exclamat, Dilata locū tabernaculi tui, & ptēde funiculos tuos, &c. Itē, Si est gēs nata simul. Synagoga ergo q̄ habet virū.i.legē, deserta vero & vaga, & sine vlla legis potestate viuēs, gentiū multitudo est, quę & sterilis erat nulli⁹ legitimi verbi proferēs germē. Sterilis.n.erat in oībus gētib⁹ ecclesia, anteq̄ iste fœtus quē cernim⁹ orireť. hoc aūt qdā indaizātes ad antiquā Sarā referūt. hoc autē de antiqua Sara supflue diceret Isaias, quę multo ante tempore obierat. vel p Hierusalē intelligiť hic supna ciuitas cælestis curia. Supna est.n.sanctorū ciuitas, licet in qbusdā quos hic parit, adhuc peregrinať, donec regni ei⁹ tēp⁹ adueniat, qñ cōgregatura est oēs in suis corporib⁹ resurgentes. De hac E ergo dicit, Illa aūt Hierusalē quę sursum est.i.cū dño gaudet, Libera est, a peccato, & pœna peccati. Quæ est mater nr̄a. Ciuitas cęlestis mater nr̄a diciť, qa ad eā vocamur & ideo cælestis diciť, quia cælū sedes eius est: & quos generat, ibi erūt cū ea. Vere mater est. Scriptū est.n. Lętare sterilis q̄ nō paris, erūpe & clama q̄ nō parturis. Cęlestis Hierusalē sterilis diciť: quia nō parit secundū carnē: nec parturit.i.dolores patiť, sed generat spūaliter sine passione clamās in lętitia, q̄ plures habet filios, q̄ q̄ habet virū.i. synagoga quę carnaliter generat. Vnde subdit, quia Magis multi sunt filii, tui, Desertę. A quo? Ab Adā, q deserta vita secut⁹ est mortē, Q̄ ei⁹ quę habet virū.i.synagoga. Multo eñ plures sunt Christiani Iudęis, quia Christiani F supgressi sunt numerū Iudęorū. Sterilis ergo dicta est, qa virgo est quę non carnaliter generat filios, sed per solā fidē spūalr̄ q̄ nec parturire diciť. Quæ.n. parturit, dolores patiť: hæc exclamat in lætitia salutis humanæ. Hierusalē vero terrena ideo virū habuisse dicta est, quia carnaliter generabat. Parit aūt ciues terrenę ciuitatis peccato vitiata natura: cęlestis vero ciuitatis ciues parit a peccato naturā liberās gr̄a. qđ significatū est in duobus filiis Abrahæ. quorū vn⁹ de ancila secūdū carnē nat⁹ est: alter de libera, nō secundū naturā, sed p repromissionē. Negat.n natura filios tali cōmixtione qualis esse poterat Abrahæ & Saræ in illa ætate, etiā mulieres accedēte sterilitate. quę nec tūc

Hierony.

Augu. de ciui dei.

Ambrosi.

Augu. in q̄st. 54. no. & ve. test.

A parere potius q̄n nō ætas fœcūditati, sed ætati fœcunditas defuit. Q̄ vero nec sic affectæ fruct⁹ posteritatis nō debebat, significat q̄d natura hūani gñis pctō vitiata, & iō iure dānata, nihil veræ fœlicitatis i posterū mœrebat. Isaac p repromissionē nat⁹ nō p generationē, significat filios gr̄æ ciues ciuitatis liberæ, socios pacis æternæ. Et quia hoc nō p gñationē sed p regñationē futurū erat, iō tūc imperata est circūcisio q̄n de Sara pmissus est fili⁹. Circūcisio igit̄ significat naturā exuta vetustate nouatā. & q̄ oēs filios & seruos vernaculos & emptitios circuncidi iubet, ad omnes istā gr̄am ptinere testat̄. Octau⁹ aū̄ dies Chr̄m significat, q post sabbatū resurrexit, parētū mutant̄ & noīa. Oīa resonāt nouitatē, & in veteri testamēto obūbrat̄ nouū, & i nouo reuelat̄ vet⁹ testamētū. Nos aū̄.q.d. duo sunt filii Augu.de ciui.dei.

B Abrahæ, alter secūdū carnē, alter per repromissionē nat⁹. Nos aū̄ fratres sum⁹ filii promissiōis.i. p gr̄am geniti secūdū Isaac.i. ad similitudinē Isaac. Isaac interp̄tat̄ risus, quo significāt̄ illi qui in lætitia seruiūt: nō ex tristitia vel ex necessitate. Sed quō.q.d. nos sum⁹ filii secundū Isaac. Sed quō tūc is qui secūdū carnē nat⁹ erat, p̄seq̄bat̄ eū qui secūdū spiritū sanctū natū nat⁹ erat.i. Ismael perseqūbatur Isaac, vel etiā Esau Iacob. Ita & nūc.s. qui secundū carnē nati sunt p̄sequūt̄ eos qui secūdū sp̄m nati sunt. Qui sunt secūdū carnē nati? dilectores mūdi, amatores seculi. Qui sunt secundū spiritū nati? amatores regni cælorū, dilectores Chr̄i, desiderātes vitā æternā, gratis colētes deū. Iudæi etiā sunt secundū carnē nati, qui p̄sequūt̄ nos qui su Aug. sup Ioannē. Origenes

C mus secūdū spiritū, quia legē secūdū spiritū nō secūdum carnē custodim⁹. Per hoc ergo q̄ patimur, probamur filii promissionis. Sed quid dicit scriptura? q.d. patimur ab illis sicut Isaac ab Ismaele, Sed nō est curādū. Quid eñ dicit.i. refert Scriptura, dixisse Sarā. Ecce Eiice ancillam & filiū ei⁹. Nō puto nos iuenire posse vbi Ismael p̄secut⁹ fuerit Isaac, sed tm̄ illud q̄d cū fili⁹ Aegyptiæ luderet cum Isaac, indignata sit Sara, vidit pueros simul ludētes. Et dixit, Eiice, &c. Quid est hoc? Quid.n. mali fecerat Ismael puero Isaac. q̄a ludebat cū illo? Sed illa lusio illusio erat, illa lusio deceptionē significabat, illū lusum Sara itellexit. & ap̄ls vocauit p̄secutionē. Quia lusus maioris ad minorē illusio est & deceptio, q̄a sciens se habere alia negotia Hierony. Aug. sup Ioannē. Au. i ser. de agar & Ismael.

Aug. sup Ioannē. negotia quę intēdit, simulat q̄dā puero .i. infirmo, ludēs cū illo, & fraudes facit. Sic & mō pl⁹ psequūt qui nos il ludēdo seducūt. Et sicut Sara intellexit lusum illū, ita & ecclesia intelligit lusum istū psecutionē. Sed quid dixit Sara? Eiice ancillā & filiū ei⁹. ita qui ptinent ad Agar & Ismael .i. lex & Iudæi eiecti sunt ab ecclesia & a grā pa- Augu. in Psal. 119. tris, necnō & hęretici & filii eorū. Oēs etiā qui in ecclesia terrenā fęlicitatē q̄rūt a dn̄o, adhuc ad ismaelē ptinēt. Ipsi sunt qui cōtradicūt spiritalib⁹ proficientib⁹, & detrahūt il lis, & habēt labia iniqua, & linguas subdolas: ergo Isaac cum Ismaele viuebat, id est qui pertinent ad Isaac inter Au. cōtra pelag. eos viuūt qui pertinēt ad Ismael. Isti sursum nolūt ascen- dere, illi deorsum volūt trahere. Isti volare ad deū volūt illi conātur pennas euellere. Et sicut isti ptinēt ad Ismael, & ad vetus testamentū, ita & antiqui veteris testamēti mi nistri gratiā q̄rētes, filii sunt promissionis ptinētes ad no- uū test. sed hoc quod dicit, Eiice, q̄n erit? hoc erit cū area cœperit ventilari, Vnde subdit, Nō .n. hæres erit fili⁹ an- cillę cū filio liberę .i. mali cū bonis, Iudæi cū Christianis. Sicut .n. nūc in cōuersatiōe sunt dissimiles, ita erūt & i fu Ambrosi. tura retributione. Itaq; q.d. quia patimur a Iudæis, & ab aliis malis, sicut Isaac ab ismaele, Itaq; fratres mei non sumus filii ancillæ, quia non sumus serui peccati vel legis. Sed liberę .s. cęlestis Hierusalē, qui est populus nouus re- gni cęlorū, & nō alio modo sumus filii liberę, sed per eā libertatē Qua libertate .i. per quā libertatē Christ⁹ nos liberauit, qui immunis a peccato, ex dilectione obediens fuit. Libertas ergo qua liberati sum⁹ a Christo, est remis- sio peccatorū, & fidei per dilectionē operātis iustificatio.

D E F

CAPVT V.



Tate, & nolite iterū iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniā si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor aūt rursus omni homini circuncidēti se: q̄m debitor vniuersę legis faciēdę. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini a gratia excidistis.] State, ergo quod lex debet cessare hucusque ostendit, & similitudine consuetudinis humanę & legis ipsius authoritate, nūc Galatas hortatur ne se iugo legis velint subiicere, & terret periculi comminatione, q.d. Et quia per Christū liberi estis, ergo state, in firma fide fixo pede permanētę in libertate,

A Et nolite contineri iugo seruitutis, i. lege q̄ in seruitutē generat. & addit, Iterum non quia prius legem Galatę custodierint, sed dum circūcisionis & legalium obseruationum iugo se subiiciebant, quasi ad eosdem reuertebātur cultus, quibus in idololatria ante seruiebant, quia non est leuior hęc legis seruit^9. q̄ idololatrię. Ecclesiæ. q. d. Nolite contineri iugo seruitutis, nec saltē circuncisione, quia Ecce ego Paulus, qui sunt notę authoritatis, Dico vobis, q̄m si circuncidamini Christus nihil vobis, proderit. Decepit ergo Timothęum, & fecit vt nihil ei prodesset Christus. Eis itaq; dictum est hoc, qui ideo volebant circuncidi, q̄d aliter putabant in Christo se salutari nō posse. Hoc enim animo, hac voluntate, ista intentione quisquis tunc circūcidebatur: Christus ei nihil proderat. Illos igitur arguit Augu. ad Hierony.

B qui se in lege iustificari credebant, nō qui legitima illa in eius honorem a quo mundata sunt obseruabant, intelligētes, & qua pręnunciandæ veritatis ratione sint mandata, & quousq; debeant perdurare. Illa enim quę significationis causa præcepta sunt, quę gratiæ reuelatione latius innotescente necesse fuerat aboleri, iustificare neminem poterant: non ideo tamen fuerant tanquam diabolica gentium sacrilegia fugienda, etiam cum ipsa gratia iam cœperant reuelari quæ vmbris talibus fuerant prænunciata. Inde est quod Timothęum Iudæa matre & Græco patre Au. cōtra natum circuncidit Apostolus, & ipse morem huiusmodi Faust. custodiuit, non simulatione fallaci, sed concilio prudenti. Circūcisio enim & cętera legalia ita natis & institutis nō erant noxia, licet iam significandis futuris necessaria nō

C essent, magis noxiū erat ea quasi noxia prohibere in his hominibus, vsq; ad quos durare debuerant. Gentiles vero ex diuerso veluti pariete ad eundem lapidem angularem venientes, non erant ad talia cogendi. Si qui vero his qui ex circuncisione venerant talibus sacramentis adhuc dediti erant vltro vellent sicut Timothęus cōferre cōgruentiam, nō erant prohibendi: sed si in his confidebant, erāt perditi sicut & Iudęi. Vnde est illud Apostoli. Dico vobis, quia si circuncidamini, vt spem salutis in circuncisione habeatis, Christus nihil proderit vobis, Licebat ergo his quos fides q̄ reuelata est eis, iā imbutos inuenerat illa tenere, ne videantur improbata potius quam terminata,

Gẽtibus vero nõ sunt imponẽda, ne videãtur aut nõ causa D
promittẽdi Christi instituta, aut adhuc ꝓmittere, sed cessando iam appareant signa futuri fuisse, quę cum honore
Augu. ad paulatim deserẽdo erãt sepeliẽda, nõ vt sacrilegia Gentiũ
Hierony. fugiẽda. Postea vero tanq̃ cũ honore sepulta sint, a Christianis oĩbus irreparabiliter deserẽda, Hieronymus autẽ ista legalia post Christi passionẽ siue in eis spes ponatur siue non, obseruãtibus noxia esse dicit, nisi dispensatorie custodiãtur: & secũdũ hoc ita hic loc⁹ exponit. Si circũ. Christus nihil proderit vobis, quia circuncisio iam nõ solum nõ prodest, sed etiã obest. Anteq̃ noua inciperet ꝓdicatio, oportuit circũcidi: nũc aũt lege fidei succedẽte nihil proderit fideli addita circuncisio sed oberit, mai⁹ eñ malum est ex libero fieri seruum, q̃ nasci. Testificor. q. d. Si circuncidamini nihil vobis proderit Christus, nec hoc solum malum vobis erit, sed etiam Testificor rursum, sicut E
olim ante fidem Omni homini, Iudæo vel Gentili Circuncidenti se pro habenda Iustitia. Quoniã debitor est
Ambrosi. vniuersę legis faciẽdę. i. ex debito omnia legalia debet implere, qd̃ exigit circũcisio. Vt enim baptismus suã, sic circuncisio suã exigit iustificationẽ. Hoc ideo ait, vt vel terrore tam innumerabilium obseruationũ quæ in vege scriptę sunt, vt oẽs implere cogerẽtur, qd̃ nec ipsi Iudæi, nec patres eorũ implere potuerũt, sicut Petrus ait, abstinerent ab his q̃bus eos aliqui subiicere cupiebãt. Euacuati. q. d. Vere Christus nõ proderit vobis, q̃a vos qui gratia Christi prius eratis pleni, Euacuati estis a Christo. i. virtutib⁹
Augusti. Christi, Vos dico, In lege iustificamini. i. creditis iustifi-
Ambrosi. cari. Aliter enim nõ noceret circuncisio. Euacuati estis dico, Et excidistis a gratia, futura. i. indigni estis beatitudine ęterna. Vel, Excidistis a gratia, iam habita. i. gratiam amisistis. Qui enim in lege iustificari vult post fidẽ, amittit gratiã: quia ad hoc venit donũ dei & gratia, vt cessante onere legis iustificet credentes: qd̃ qui reducit, hãc perdit. F

[Nos enim spiritu ex fide spem iustitię expectam⁹. Nã in Christo Iesu neq̃ circuncisio aliquis valet ne, quę pręputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Currebãtis bene. Quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cõsenseritis. Persuasio hęc nõ est ex eo qui vocauit vos. Modicum fermentũ totam massam corrumpit. Ego con-

A fido in vobis in domino ꝙ nihil aliud sapietis. Qui autē conturbat vos, portabit iudicium quicunꝙ est ille,]

Nos eñ. q. d. qui in lege confidit amittit gratiā, qd ecōtrario potest videri. Quia nos expectamus ex fide spem iustitiæ. i. iustitiā & spem. i. ęternā beatitudinē. Vel Spem iustitię. i. quā sperat iustitia. i. vitā ęternā. Vel, Spē iustitię. i. qua speratur ipsa iustitia. Fides eñ esuriēs & sitiens iustitiā, sperat in ea renouari & proficere. Vel, Spes iustitię Christus est, ex quo speratur ipsa iustitia. Expectam⁹ dico, & hoc facimus Spiritu. i. per spiritū sanctū qui non fallit. Hoc dicit ne putaremur falli. Nā in Christo &c. q. d. Recte dico ex fide esse iustitiā, quia nō est ex alio Nā his qui sunt In Christo Iesu neꝙ circuncisio aliquid valet neꝙ pręputiū, æquatur pręputio circuncisio, His enim B qui in Christo volunt viuere virtutes appetendæ sunt, & vitia fugienda: media vero, quę inter virtutes & vitia sunt nec fugiēda sunt, nec appetenda, vt circūcisio & pręputiū quæ nihil volent in Christo, Sed fides, non vtiꝙ ociosa Quia fides sine operib⁹ mortua est. i. nō saluat, Sed quę operat per charitatē, dei & proximi. Opus fidei, ipsa dilectio: sine dilectione inanis est fides, cū dilectiōe, Christiani est. Alia. i. fides dilectione, dæmonis. Nā & dæmones credunt & cōtremiscūt: qui aūt non credūt, tardiores sunt & peiores q̄ dæmones, Sed multū interest vtrū quis credat ipsum Christū esse, an credat in Christū. Nā ipsum esse Christū, dęmones crediderūt. Ille eñ credit in Christū qui sperat in Christū, & diligit Christum. Currebatis. C Hic laudat Galatas, & eos per quos inducti sunt, vt iudaizare vellent, vituperat. & ne illis consentiant monet. q. d. Fide operans per dilectionē valet, & hęc olim fuit in vobis, quia olim Currebatis, per opera fidei proficiendo, & hoc Bene quia ex dilectiōe faciebatis, Ergo quis vos facinauit vel impediuit non obedire veritati, quæ vltro se ingerit. Exercitium illorum in opera fidei bonum fuisse testatur nequitia malorum impeditos ne cursum suum efficacia perseuerante consūmarent. Vnde vt nulli eorū credant hortatur, subdens, sed vos Nemini illorum deinceps Consenseritis, saltem eos audiendo qui opera legis seruanda suadent. euangelicę veritati obedire non sinentes, Persuasio enim, quasi dicat ideone consenseritis, ga

Augu. de spū & lit.
August.
Hierony.
Augu. sup epist. Ioā.
Augu. de ver. do.
Ambrosi.

persuasio hęc qua volunt vos mittere sub iugũ legis, Nõ D
Ambrosi. est ex eo.s.deo, Qui vocauit vos, ad vitam, sed ex diabolo. Ideo etiam ne conseritis, quia, Modicũ fermentũ .i. illi pauci & acidi qui ad illos veniebãt vt ista suaderent Vel Modicũ fermentũ.i.persuasio, vel Modicũ fermẽ. id est hęc circuncisio, & pauca legis Corrũpit totam massam.i.congregationẽ fideliũ vel virtutũ. Sensus itaq; iste est. ne putetis paucorum hominũ insidias cõtemnendas. Vt enĩ scintilla res parua est, & bene dum cernitur non videtur, sed si fomitẽ cõprehenderit, & nutrimẽta sui inuenerit, mœnia, vrbes latissimas, saltus, regionesque cõsumit: & sicut fermentũ res modica videtur & nihili, sed cũ farina conspersum totã massam suo vigore corruperit, in illius vim transit omne quod mixtũ est, ita & doctrina peruersa ab vno incipiens, vix duos aut tres, primũ in exordio reperit auditores, sed paulatim vt cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbiũ, Vnius pecudis scabies totũ cõmaculat gregẽ, Igitur & scintilla cum apparuerit, extinguenda: & fermentũ a massa vicina semouendũ & scabiosum animal a caulis ouium remouẽdũ. Hæc hortor vos. Et ego confido in vobis quod olim boni fuistis, E
Augusti. nec simpliciter dico in vobis sed addo In domino, deo.s. operante, confido inquã Qz nihil aliud sapietis, q̃ docui Ideo dicit se cõfidere de his quia non sponte, sed circũuenti errabãt, & ideo ostensa modo vera via, facile credit eos reuerti. Qui autem.q.d. Confido in vobis, sed ille Qui conturbat vos.q.d. purũ fontem intellectꝰ vestri, vt.s. mutato ordine de spiritualibus sitis carnales, Portabit iudicium.i.sustinebit damnationẽ: Quicunq; est ille, etiam F
Ambrosi. si carne sit filius Abrahę, pro nullo parcetur ei. Occulte in
Hierony. quiunt Petrum lacerat, cui supra in faciẽ se restitisse, scripsit, quod non recto pede incesserit ad euangelii veritatẽ sed nec Paulus tã procaci maledicto de ecclesiæ principe loqueretur, nec Petrus dignus erat vt portaret iudiciũ ecclesiæ cõturbatę. ex quo arbitrandũ est de aliquo dici, qui vel cũ Apostolis fuerat, vel de iudea venerat, vel ex Pharisęis crediderat, vel certe magnus sit apud Galatas æstimatus, vt portet iudiciũ ecclesię cõturbatę. Sicut enim qui
Ambrosi. errantem conuerti facit remunerandꝰ est: ita & qui rectũ incedentẽ iter flectit in deuiũ, damnationẽ consequitur.

A ¶Ego autem fratres si circuncisionem adhuc prędico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantū ne libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Dico autem in Christo. Spiritu ambulate, & desyderia carnis non perficietis. ℥ Ego autem q.d. Ille portabit iudicium qui cōturbat vos. Ego autem non cōturbo vos o Fratres, prędicando legalia, qa Si circuncisionē prędico adhuc, vt olim feci, & vt mihi imponitur. Intelligendū est eñ quod imponebatur ei a pseudo istam seruitutē Galatis persuadere volentibus, quod alibi circuncisionē prędicaret, sed non eis facile aperire sententiam suā vellet. Si inquā hoc ago, Quid adhuc persecutiones patior? q.d. nulla alia causa patior a Iudęis.. Persecutiones eñ creberrimas sustinuit a Iudęis, eo quod doceret credentes de Gētibus nō debere circuncidi. Et si eam prędico, Ergo euacuatū est scandalū crucis, non irascuntur Iudęi de cruce, si assero circuncisionē iustificare. Scādalum erat Iudęis prędicatio crucis, quia sabbatū & circuncisionem euacuabat, si vero admitteret circuncisionē, non esse scandalū, & pacifici essent ei Vtinā. q. d. ipsi vos cōturbant. Et vtinā abscidant̄ qui cōturbant, hæc nō tam furoris in aduersarios, q dilectiōis in ecclesiā verba sunt. Non eñ tam maledixit eis q̄ orauit ꝓ eis. Sub specie nāque maledictionis elegāti ambiguo vsus bonū eis optat, cum ait, Vtinā abscindantur qui vos conturbant. Nō tātum circuncidantur, Sed abscidātur, vt sint spadones ꝓpter regnū cęlorū & desinant carnalia seminare. Sunt enim quidā spadōes ꝓpter regnū cęlorū, Vel ita, ipsi vos cōturbant, sed Vtinā qui vos cōturbant abscindant̄, nō carnaliter, sed vim generandi perdat, vt in vobis vel aliis nihil ꝓficiant, non solum circuncisi sed etiam abscisi, vt nullā omnino potentiam generandi habeant. & merito hoc opto ne vos redigant in seruitutē legis. Vos enim fratres vocati estis a deo, in libertatem, vt non timore sed amore seruiatis, & qui prius peccatis obnoxii eratis, gra-

Margin: August. (beside "ambulate"); B (beside "nitur"); Ambrosi. (beside "persecutiones"); Hierony. (beside "tiones patior"); C (beside "Non eñ tam"); Hierony. Augusti. (beside "Non eñ tam"); Ambrosi. (beside "tres vocati")

riam dei accipientes liberi sitis. & cum hoc sit, hoc Tan- D
August. tum necessariũ est, Ne detis libertatẽ in occasionẽ carnis .i. ne libertate abutamini, vt quia liberi estis & metus legis vobis nõ incũbit, ideo desideria carnis sequamini: qa tunc eritis serui. Et est sensus, Cauete ne audito nomine libertatis, impune vobis peccandũ esse arbitremini, Sed per charitatem spiritus. i. quæ procedit de spiritu sancto, Seruite inuicẽ, quia tunc liberi eritis. Nota quia nõ per affectũ carnis charitas est habenda, sed per spiritũ, vt subiecti sint inuicẽ. Omnis em̃. q. d. Ideo charitas est habenda quia Omnis lex implet in vno sermone. i. in vno pręcepto charitatis, quia qui illud præceptũ seruat, nec mala agit, & quantũ potest bona facit, in quo præcepto implet in isto, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Hoc scriptum est in Leuitico. In quo recte dicit impleri legẽ vniuersam E
Ambrosi. cum tñ duo sint præcepta charitatis in quibus tota lex pẽdet & prophetę, quia dilectio dei in dilectione ꝓximi cõtinetur, & ideo in hoc pręcepto perfectio salutis est, quia sine proximo nõ diligitur de⁹. Qui em̃ non diligit proximum suũ quẽ videt, deum quẽ nõ videt quomõ potest diligere? Itẽ, Diligere proximũ. i. cẽm hominẽ tanq̃ seipsum
Augusti. quis potest nisi deum diligat, cuius præcepto & dono dilectionem proximi possit implere? Cum ergo vtrũq; pręceptum ita sit, vt neutrũ possit teneri sine altero: vnũ eorum cõmemorare sufficit. Et nota qđ ait, Sicut teipsum. Sicut non potest proximũ diligere, qui non diligit se. Se aũt nõ diligit qui diligit iniquitatẽ. Qui. n. diligit iniquitatẽ, odit animã suã. Nota etiam qđ ait, Omnis lex. nã & illa quæ ad bonos mores pertinent, & illa quę in sacramentis sunt F
cũ bene a liberis intelliguntur, nec carnaliter obseruãtur a seruis, ad charitatẽ referantur necesse est. Qz si. q. d. in dilectiõe proximi lex impletur. Qz si inuicẽ mordetis. i. in aliquo detrahitis, Et comeditis. i. totũ deuoratis omnia vituperãdo ex inuidia, Vel, Criminamini, crimina
Ambrosi. vobis imponentes, Videte ne ab inuicem consumamini, scissa Christianæ religionis per vanã gloriã vanamq; victoriam vnitate. Occasione charitatis hoc vitiũ eorũ tetigit, quia dissensio inimica est dilectiõis, hoc em̃ maximę vitio cõtentionis & inuidiæ perniciosa inter eos iurgia nutriebantur, quibus consumitur societas & vita, Dico aũt.

A Postquam a lege factorum eos prohibuit in qua sũt prę cepta carnalia, nunc vt vitiis carnis se contineant, pcipit & ostendit quam sufficiens est fides Christi sine lege, quia per eam vincunt carnem, & eius opera, & sequuntur spiritũ. q. d. ne detis libertatem in occasionem carnis, sed per charitatem spiritus seruite. Hoc autem dico, posse esse vobis in Christo. i. per fidem Christi & nunquam aliter. In qua fide Ambulate. i. pficite bene operãdo. & hoc Spiritu. i. ratione vel potius spiritu sancto. Nõ enim hoc potest spiritus hominis per se. Et tunc, desideria carnis. i. delectationes, quas caro suggerit, non Perficietis. non ait non feceritis, vel non habueritis. quia ea non habere non poterant, Sed non perficietis. i. non opera eorum consensu voluntatis implebitis. [Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, nõ estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio. immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitię, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prędixi: quoniam qui talia agũt, regnum dei non consequentur.] Caro enim, vel autem quasi dicat. Dico non perficietis, sed hoc graue est, quia Caro concupiscit. Vel ita continua, ideo ita agite, q̃a grauis pugna est. Et hoc est quod ait. Caro enim concupiscit quasi dicat. Semper noua in hoc existens, Aduersus spiritum, hoc in bonis manifestum est in quibus est spirit⁹ dei C Spiritus autem quasi dicat. sed non est diffidendum, quia Spiritus. i. ratio gratia dei adiuta concupiscit aduersus carnem. Videte quale bellum proposuit, qualem rixam, hoc intra teipsum sentis. Nec enim nullum est vitium, cũ caro concupiscit aduersus spiritum, cui vitio contraria virt⁹ est cum spiritus cõcupiscit aduersus carnem. Caro autem dicta est concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit anima, sicut auris dicitur audire, & oculus videre, cum potius anima & per aurem audiat, & per oculum videat. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit, sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscẽtia spiritui reluctatur. Carnem igitur concupiscentem dicit carnalem

Au. cõtra Iulian. (B)

Augu. de ver. apost Augusti. Augu. in ser. de cõ.

Cap. 6. delectationem, quam de carne & a carne spiritus habet, D
aduersus delectationem, quam solus habet. Ipsius autem
Aug. sup carnalis concupiscentię causa non est in anima sola, nec
Genesim in carne sola. Ex vtroque enim fit, quia sine vtroque dele-
ctatio nulla sentitur. Hæc enim quasi dicat. Hęc cōtra, se
concupiscunt, quia vsque a deo, Hæc sibi inuicem aduer
Augus. de santur, vt non quæcunque bona vel mala, Vultis illa fa-
ver. apo. ciatis, id est facere permittamini, & meliori in hac pu-
gna concedendum est, id est spiritui, quo volumus bo-
na, & si omnia non perficiamus. Volumus enim vt nul-
Ambros. læ sint concupiscentiæ sed hoc non perficimus. Quod si
Hierony. spiritu, quasi dicat, Hæc duo pugnant. Quod si spiritu
sancto gubernatore rectore spiritus vestri, scilicet Du-
cimini, hoc dicit ne desides & pigri sint in pugna. si inqui E
hoc est, Non estis sub lege, quę errantibus, & male agen
tibus posita est, qui autem ducem habet spiritum sanctum
non errat. Attende quod ait, Si spiritu ducimini &c. Ex
Augu. ad quo apparet eum spiritum sanctum non habere qui sub
Hierony. lege est non dispensatiue, sed & etiam vere, vt tu sapis, &
sicut decet ac necessarium est intelligis. Magna mihi,
summa ac difficilis videtur quæstio, quid sit esse sub
lege, sic, quemadmodum Apostolus culpat, hos damnabi
liter dicit esse sub lege quos lex facit reos, non implentes
legem, dum nescientes gratiam superba elatione de se p-
sumunt. Sub lege est qui timore supplicii quod lex mina-
tur non amore iustitię, a malo opere cessat, reus volunta-
te nondum liber nec alienus a voluntate peccandi: quia
vellet si fieri posset non esse quod timeat, vt libere fa- F
Augu. de ceret quod occulte desiderat. Et est sensus, Si spiritu du.
nat. & gr. hoc commodi iam habetis, Quod non estis sub lege, quæ
timorem incutit, non amorem tribuit. & ideo hęc pars iá
eligenda est, qua liberamur a lege. Manifesta sunt. Ope
ra carnis incipit enumerare, vt intelligant se si ad operá-
dum ista desideriis carnis non consenserint, tunc duci car
ne nō spiritu quasi dicat hęc sibi aduersantur. Opera au-
tem carnis manifesta sunt, id est per se apparent mala.
Quę sunt fornicatio. opus scilicet luxurię. Immundi-
tia, & si non opere impleatur, vel quæ est contra naturam
Impudicitia, non pudice viuere. Luxuria, quælibet super-

A fluitas, Idolorum seruitus, veneficia, inimicitię, perseuerantes. Contentiones, in verbis, Aemulationes, quando duo tendunt ad idem. Ira scilicet subita tempestas animi. Rixa, quando ex ira inuicē se percutiunt, Dissensiones, quando partes faciunt in ecclesia. Sectę, quæ gręce dicuntur hęreses. Inuidię de alienis bonis, Homicidia, ebrietates, assiduæ, Commessationes, superfluæ & his similia. Attende quod nō hęc omnia q̄ ęnumerata sunt in operibus carnis quæ manifesta esse dixit, ad voluptatem carnis pertinent, sed vitia sunt animi, vt inimicitiæ, iræ. Credere etiam omnia mala accidere animę ex carne, error est. Non enim omnia vitę iniquæ vitia tribuēda sunt carni, ne ab his omnibus mundemus diabolum B qui carnem non habet. Sed carnis nomine totum hominem signauit, qui viuendo secundum se, id est secundum carnem in hęc cadit. Non enim habendo carnē, sed viuendo secundum se, id est secundum hominem, factus est homo similis diabolo, quia & ille secundum se viuere voluit, quando in veritate non stetit. Vt autem ab his pœnę comminatione deterreat, addit. Quæ nunc prędico vobis, ante iudicium dum licet pœnitere, Sicut prædixi, etiam ante hanc epistolam, Quoniam qui talia agunt. regnum dei non consequentur, vel possidebunt, non ait, qui hęc omnia fecerint, aut simul habuerint: sed Qui talia agunt, quia etiam singula regnum dei tollunt. Hæc autem apostolica sententia falsa est, si tales post quantalibet tempora liberati. regnum dei possi- C debunt, sed quia falsa non est, profecto regnum dei nō possidebunt. Et si in regno dei nunquam erunt, æterno supplicio tenebuntur, quia nullus medius locus est vbi nō sit in supplicio, qui illo non fuerit restitutus in regno.

Augu. de ciui. dei.

Idē I eod

[Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Si viuimus spiritu: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes: inuicem inuidentes.]

Cap.5. Fructus autem.q.d.Hæc quæ enumeraui sunt opera car- D nis.sed ista sunt opera spiritus,q̄ sequuntur, quæ tamē nō nominat opera sed fructus,qa propter se appetenda sunt. Et hoc est quod ait, Fructus autem spiritus.i.spiritus san cti vel gratia rationis illuminatę, Est charitas,q̄ de ter- Hierony. ra ad cęlum euocat, Gaudium.s.puritas cōscientię & ela tio animi super his quæ digna sunt exultantis. De quo le- gitur.Non est impiis gaudere dicit dominus, Pax,quā- do se non inquietant. Patientia, aduersariorum. Lon- ganimitas,expectationis. Bonitas.i.dulcedo animi . Be nignitas.i.largitas rerum. Mansuetudo, quod non intra ctabilis,sed potius tractabilis est quis. Fides,de inuisibi- libus certitudo. Modestia,quod modum i dictis vel in fa ctis seruat. Continentia,quod etiam a licitis se abstinet. E Castitas,quando recte vtitur licito. Attende quod in enu- meratione fructuum spiritus , caput virtutum præmisit.i. charitatem. Quæ enim alia inter fructus spirit⁹ debuit te nere primatum nisi charitas,sine qua virtutes cęterę non Augu.sup Ioan. reputabuntur esse virtutes , & ex qua nascuntur vniuersa bona? Deinde sequuntur membra ex isto capite exorta & religata.s.gaudium & pax &c.quę sine ea non possunt p- desse. Non enim bene gaudet,qui non diligit bonum vn- de gaudet,non habet pacem verā cum aliquo, nisi eum di ligat:non est longanimis perseueranter expectando, nisi ferueat diligendo , non est benignus, nisi diligat,cui opi- tulatur:non est bonus,nisi diligendo. non est fidelis salu- briter , nisi e a fide quæ per dilectionem operatur,non est mansuetus,cui dilectio non moderatur , non continet se F quis ab eo vnde turpatur,nisi diligat vnde honestatur. Me rito igitur charitatem sic sæpe commendat quasi sola sit præcipienda,quæ non potest haberi sine cęteris quib⁹ ho mo efficitur bonus. Aduersus huiusmodi.q.d. Quid per singula dicam ? Lex,quæ iustis nō est posita, sed iniustis non est Aduersus huiusmodi.s. contra mala. Qui autem q.d.contra malos posita est lex.bonis autem imposita est crux, quod ita ait, Qui autem sunt christi , quos necesse est sequi spiritum, Crucifixerunt.i.macerauerunt ,Car nem suam,pugnantes,Cum vitiis operum. Et concupi- scentiis,desideriorum. Congruit enim nostrę deuotioni. vt qui domini nostri crucifixi passionem celebramus,re-

A primendarum carnalium voluptatum crucem nobis facia- mus. In hac quidem cruce semper in hac vita debet pen- dere Christianus, vt sit fixus clauis. i. pręceptis iustitiæ, vt Christus in cruce clauis confixus fuit. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Quod communiter supradixit, ad istos quibus scribit retorquet, & se eis connumerat: per hoc ostendens se non dicere eis, quod ipse nō velit seruare. q. d illi qui sunt Christi ita agūt vt dixi. & nos q sumus Christi, Ambulemus spiritu, sancto duce & authore libertatis nostræ. Si. i. quia Spiritu viuimus. i. spiritu sancto ad hanc vitam gratiæ venimus. Quomodo autem spiritu ambule- mus docet subdens, Non efficiamur cupidi inanis. i. secu- laris Glorię. Inanis gloria est, velle vincere vbi præmiū non est, nos dico Inuicem prouocantes, alios ad conten- Aug. i ser. de quadrag.

B tionem, vel litem, & alia illicita, Et inuicem inuidentes, si non audemus prouocare, Hęc mala facit inanis gloria. Et sciendum quod cum per omne vitium antiqui hostis vi- rus humano cordi infundatur, in zelo inuidiæ tota sua vi- scera serpens concutit, & in hac imprimēda malitia qua- si pestem mouet. Zelus iste modum non habet, perma- nens iugiter sine fine, cum alia scelera finiantur, quantoque ille cui inuidetur successu meliore profecerit tanto inuid[us] in maius incendium liuoris ignibus inardescit. Hinc est vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, in labiis tre- mor, stridor in dentibus verba rabida, & effrenata conui- tia, manus ad violentiam prompta, & si gladio interim va- cua, odio tamen furiatę mentis est armata. Cyprian[us]

C

CAPVT. VI.



Ratres &, si præoccupat[us] fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales e- stis huiusmodi instruite in spiritu leni- tatis, considerans teipsum ne & tu ten- teris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si qs existimat se aliquid esse cum nihil sit, ip- se se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque. & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.]

Fratres & si pręoccupatus fuerit &c. Hactenus toti eccle

siæ Galatiæ immo & vniuersæ ecclesiæ locutus est impro D bando legem, & commendando gratiam, modo ad prælatos loquitur specialiter docens quomodo tractent subditos. s. leniter, quia fratres sunt, etsi sint superiores. Ideo hos alloquitur qui firmiores erant, ne inflatione bonæ vitæ eum qui peccato circunuentus est spernendum putent, & abiiciendum, quasi dicat. Non hoc faciatis quod dixi, sed Et si aliquis præoccupatus fuerit, id est imprudenter lapsus vt nequeat vitare, nec mirum, quia Est homo, scilicet infirmus, præoccupatus, dico non in multis. sed In aliquo delicto, quasi non vsu cotidiano peccās. si hoc in quē fuerit, Vos qui spiritales estis, non ideo despiciatis eum, Sed instruite huiusmodi, non per singula peccata diffluētem, & si aliquando labatur, In spiritu lenitatis, id est rationabiliter & leniter, ne si aliter feceritis, non patiatur se E argui, sed defendere se incipiat ne turpis videatur. Ideo leniter instruite, quia Fratres, estis, etsi superiores. Attende quid ꝓprie dicatur delictum, & quid sit præoccupatio qa dicit præoccupatus in aliquo delicto, vt his intellectis intelligas fratri præoccupato in delicto fore indulgendum. Delictum igitur fortasse est declinare a bono. Peccatum ē facere malum, vel sicut in laudabili vita, aliud est declinare a malo, aliud facere bonum, quod admonemur dicente scriptura, Declina a malo & fac bonum, ita & in damnabili aliud sit declinare a bono, aliud facere malum: & illd delictum, hoc peccatum sit. Peccatum ergo ē perpetratio mali. Delictum desertio boni, quod & ipsum nomen ostēdit. Quid enim aliud sonat delictum nisi derelictum? & quid derelinquit qui delinquit nisi bonum? Vel potest vi- F deri illud esse delictum quod ignorāter fit: Peccatum qd a sciente committitur, indifferēter tamen plerūq; ponūt, vt & peccatū noīe delicti, & delictū noīe peccati appellet. Præoccupatio aūt est dū vel ad horā nō videt̄ q d agēdū sit vel q viderint vincūt̄, vt, s, malū fiat cū latet veritas, vel cū compellit infirmitas. Cōsiderās, q, d, Ita fac vt dixi tu quisquis, Considerans tepisum, quod & tu fragilis es, Ne & tu tēteris, id est ne deo permittente in simile cadas. Nihil enim ad misericordiam sic inclinat q̄ proprii periculi cogitatio, ita eos nec deesse voluit fratrum correctiōi, nec īndere certamini. Ideoq; ne sibi videatur quisq; instrue-

Marginalia: Ambrosi. — Augusti. — Aug i lib. qst. Leui. — Augusti. — Aug. i lib. cō, mē l a.

A re etiã cũ proterue exagitet, irridetq; peccãtẽ, aut superbe tanq̃ insanabile detestat, In spũ, inquit, mãsuetudinis instruite illũ Cõsiderãs teipsum, ne & tu tẽteris. Alter .q.d. Dico leuiter instruite. & etiã Portate onera. Alter, portet alteri⁹ infirmitatis, Onera .i. subuenite vobis inuicẽ orationibus, & aliis huiusmodi, quasi sit sarcina vestra. Et sic adimplebitis legem Christi, id est charitatem. ex charitate enim Christus peccata nostra tulit, qui etiam praecepit vt nos inuicem diligamus. Nam, &c. quasi dicat, Ita facite vt dixi. nam si quis aliter fecerit, seipsum seducit. Et hoc est quod dicit. Nam si quis existimat, id est in mente sua superbe iudicat Se esse aliquid, magnum comparatione peccatis, Cũ tñ nihil sit, ex se, vel nihil sit cõparatione spiritualis qui totũ dat gratię, Ipse se seducit, Augusi.
B id est diuidit a veritate: nõ eum seducunt laudatores eius, sed ipse potius, quia cum ipse sibi sit pręsentior quam illi, mauult se in illis quaerere quã in seipso. Ideo subdit, Opus autem, quasi dicat, Non ita putet aliquis, sed potius Vnusquisque probet, id est diligenter inspiciat, Opus suum, non peccatum alterius, vt Pharisęus qui dicebat, Nõ sum sicut cęteri hominum, qui nõ re sed fallaciter iustus erat. Ambrosi.
Probet opus suum, dico, Et sic, id est si actus suos cõsideret, sciens si quid boni habet, se a deo accepisse: & si quid mali est, a se fore: Habebit gloriam in semetipso, id est, gloriabitur in deo quem habet in se portans oleum secũ, Et non in altero, sic enim fiet, vt deus qui est in eo sit gloria eius, & nihil aliud. Vel, In seipso, id est intus in con- Augu sup Ioannem
C scientia sua pura, Habebit gloriam, id est gloriabitur & gaudebit. Et non in altero, id est in alterius laude, scilicet cum alter eum laudat. Qui enim conscientiam boni operis habet, non debet de hoc apud aliũ gloriari, & laudem suam foras fundere, sed in seipso humiliter gloriari Vel ita, Et sic, id est si actus suos consideret, sciens nemini nem debere gloriari se mundum habere cor, In seipso habebit gloriam, & non in altero, id est in sui non in alterius consideratione gloriabitur. Nulli enim se antepo nit, nec quenquam iudicat vt vere sit iustus. Qui enim vere iustus est, alterum sibi praeponit, quia pl⁹ sua mala scit quam alterius, quorum cognitio sibi gloria est. Gaudet enim dum cognoscit morbũ suum quẽ sanare desiderat. Hiero. Ambrosi.

[Vnusquisque enim onus suum portabit. Communi- D
cet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur, Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet, Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam ęternã.]

Vnusquisque, quasi dicat Dico quod vnusquisque probet opus suum, quod & debet, nam de suo iudicabit. Vnusquisque enim onus suum, id est peccatum, Portabit in pœna. Quod hic dicitur, contrarium videtur præcedentibus, vbi ait, Alter alteri⁹ onus suum portabit, quod non est, quia nomẽ oneris diuersis modis accipitur. Multa enim sunt verba quæ diuersis locis congruenter posita varie intelliguntur, sicut hic: nisi enim oneris nomen sub diuersis significationibus acceperis, proculdubio putabis E
eundem sibi in loquendo esse contrarium, & hoc tam vicinę positis verbis: qui cum pauloante diceret, Alterius onera portabit: hic dicit. Vnusquisque onus suum portabit. Sed alia sunt onera participandæ infirmitatis, de quibus supra egit: alia reddendæ deo rationis de actibus nostris, de quibus hic agit. Illa cum fratrib⁹ sustentanda cõmunicantur: Hæc propria ab vno quoque portantur. Hęc onera, peccata sunt: Alia ergo sunt in quibus quisque propriũ portat, nec portat cum alio, nec proiicit in alterũ: Alia quę cum aliis & pro aliis portantur. Item propter diuersos homines hęc dicit, Contra eos enim qui putãt hominem alienis inquinari peccatis, dicit Vnusquisque onus suum portabit. Alieno quidem peccato nullus inquinatur, nisi consentiendo vel imitando fecerit suum, Item F
contra negligentes qui nullum curant corrigere securi q̃d alienis non contaminantur peccatis, dicit, Inuicem onera portate. Onera infirmitatis inuicem portamus, dum lenitate iram alterius sustineamus, & dum ei qui læsit si petit indulgemus, & huiusmodi. Vel per onus intelligitur bonum opus. In scripturis enim on⁹ & in bonam & in malam partem accipitur. Et est, Vnusquisque on⁹ suum portabit, id est offeret deo in die iudicii manipulos operum Vnde venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Et accipitur hoc de bonis tantũ, Vel de bonis & malis ita potest dici. Vnusquisque, bonus vel

Marginal notes: Augu. de cõs. euan. — Augu. de ver. Apo. — Hierony.

A malus, Portabit onus suum, id est mercedem operum suorum referet. Communicet autem. Superi⁹ spiritualibus prælatis dixit qualiter debeant se habere erga subditos, hic ad subditos loquitur, docens quomodo se habeāt habere erga magistros, quasi dicat prælati ita se habeant vt dixi. Is autem qui catechizatur, id est instruitur, si solo Verbo, non exemplo, Communicet ei in omnib⁹ bonis, quæ ille dicit, non in malis si ea agit, vt lex sit tibi dux non homo, id est qui verbum audiens est, communem se doctori exhibeat recipiendo & opere implendo quæ ille dixerit. & nequis dicat, nō debeo agere, nisi quod in illo video, subdit, Nolite errare, quia error est hoc dicere, & si inde vos excusatis apud homines, Deus, tamē non irridetur, id est non potest falli. Certum est em̄ deo impostura fieri non posse, sed ab eo quisque capit quod meretur. Et vere nō fallitur, quia reddet singulis pro meritis. Quæ etiam seminauerit, Vel aliter potest dici vt moneat subditos largiri temporalia pręlatis a quibus accipiunt spiritualia. Discipulos igitur ad magistrorum refrigeria hortatur dicens, Is autem qui catechizatur, id est instruitur, Verbo communicet ei qui se catechizat in omnibus bonis suis, id est omnia bona sua faciat ei cō munia. Vsitatum enim pręceptum est, vt prædicatori verbi dei prębeat necessaria ille cui pręedicatur, quæ bona appellatione recte significauit: sicut & dominus in euangelio cum discipulis loquens ait, Cum mali sitis nostris bona data dare filiis vestris. His potissimum consulendum est qui pro locorum & temporum vel quarumlibet rerum oportunitatibus constrictius tibi iunguntur, Pręuidēs autem quosdam obtendere paupertatem, & pręceptum velle eludere, addit, Nolite errare, deus non irridetur, quasi dicat. Nemo vane se excuset, quia deus non potest falli. Scit enim corda nostra, nō ignorat facultates. Excusatio verisimilis hominē potest placare, deum non potest fallere. Et vere non. Quæ enim semnauerit homo, præsentis vitę labore, Hæc & metet. i. horū mercedē recipiet, Et vere. Quoniam qui seminat in carne sua, vt de carne, id est qui seminat carnalia vitia & fouet, & qui omnia quę facit, & siqua bona videantur, ideo facit vt carnaliter ei bene sit, & qui de lege carnaliter sentit, De carne &

Ambrosi. (B) Hierony. (C) Ambrosi. Augusti. Hierony. Ambrosi. August.

Hierony. metet, cōuenientem messem, scilicet. Corruptionem, ni- D
Ambrosi. hil enim melius conuenit carni quam corruptio. Qui au
August. tem seminat in spiritu, id est qui spiritui dat assensum ex
fide cum charitate seruiendo iustitiæ & legem spirituali
ter intelligendo, De spiritu & metet cōuenientem mes
sem, scilicet Vitam æternam. Nota quod homo constat
ex spiritu & carne. Ideo seminat in spiritu & carne. Por
ro homo etiam Christianus ad comparationem spiritus
sancti caro est. Illud etiam obseruandum, quod cum dicit
qui seminat seminat in carne, addit, Sua: cum vero dicit
In spiritu, non addit suo: quia semen carnale ex homine
est, semē vero spirituale ex spiritu dei est. Messis vero hęc
in fine promittitur, ideo quod in seminando perseueran-
tia opus est. Vnde addit.

[Bonum autem facientes non deficiam⁹: tempore eñ E
suo metemus non deficientes, ergo dum tempus habem⁹
operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesti
cos fidei. Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.
Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos
circuncidi: tantum & crucis CHRISTI persecutio-
nem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur legē
custodiunt, sed volūt vos circūcidi, vt in carne vestra glo
rientur.] Bonum autem, quasi dicat Ita se habeant præ
lati erga subditos, & subditi erga p̄latos, vt dixi, Vtriq;
autem scilicet pręlati & subditi, Non deficiamus facien
tes bonum, quia non debet deficere operando, qui nō de-
ficiet in metendo. Si homo non imposuerit finem operi,
nec deus imponet remunerationi, quantum perseuraue-
rimus in operibus, tantum metemus in fructus: & quan- F
tum auiditas inquirentis se dilatauerit, tantum se aperiet
ad præmium manus retribuentis: quia sic recipiet quis-
que, quomodo facit: quia qui fortis erit ad seminandum,
fortis erit ad metendum. Vnde subdit, Tempore enim
suo, id est conuenienti. Metemus non deficientes. Nota
quod ait suo tempore, non vtique deus statim facit quic-
quid ad salutem oratur: nec ideo denegat quia differt, sed
tempore suo, id est congruo pręstat, Et quia metemus
indeficientes, Ergo dum habemus, in hac vita tempus se-
Hierony. minandi, Operemur bonum, Tempus seminandi est

A præsens vita qua currimus in hac licet nobis quod volumus seminare: cum vero transierit, operandi tempus auferetur. vnde operamini dū dies est, veniet nox quando iam nullus poterit operari. Operemur bonum dico, Ad omnes, vt si perfecta dilectio. Maxime autem ad domesticos fidei, id est ad eos qui sunt de familia nostra per fidem, id est ad Christianos. Omnibus enim pari dilectiōe vita æterna optanda est, & si non omnibus eadem possint exhiberi dilectionis officia, quæ fratribus maxime exhibenda, quia faciliores & propensiores in bono circa fratres esse debemus, quia sumus inuicem membra. Si enim in cunctos libertatis frena laxantur, maxime in domesticos, id est in Christianos, qui habent eundem patrem, eiusdemque magistri appellatione censentur. Omnib⁹ igitur impēdenda est misericordia, in quo prępōnēdi sunt iusti qui sunt ex fide. Quam autem omnibus etiā inimicis nostris qui scelerati sunt, & persequentibus ecclesiam benefaciendum sit, testis est deus qui dicit, Benefacite his qui oderunt vos. Diligite inimicos vestros, Vbi manifeste ostendit viscera misericordiæ peccatoribus nō esse claudenda, nec etiam si aduersum nos hostilem animum gerant, quia & ipsi homines sunt, & hoc, exemplo dei patris instruitur, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sunt tamen qui æstimant eleemosynas tantum iustis esse prębendas, peccatoribus autem nihil dari oportere: ne contra deum conemur, si eis volumus subuenire quos ipse vult punire, Adhibent etiam testimonia sanctæ scripturæ. Dicit enim scriptura, Da mīam, & ne suscipias pecatorem, & impiis peccatorib⁹ redde vindictā. Bñ fac hūili & ne dederis impio, qa & altissim⁹ odio habet pcōres, & impiis reddet vindictam. Hęc verba quomodo accipienda sint nō intelligentes, detestabili crudelitate induuntur. vnde nos oportet hæc charitati vestræ explanare, qualiter intelligenda sint Illa ergo ob hoc dicta sunt, ne cuiquam peccatori ideo benefacias quia peccator est: sed quia homo est, vt non sis ad iudicandū remissus, nec ad subueniendū inhuman⁹. Ita vtrunqȝ præceptū tenebis odias etiā in illo qđ de⁹ odit, i, qđ mal⁹ est, & corripe & psequere, vt pimas qđ

Au. in ps. cxi.

B

C

homo fecit, & conserua quod homo est. Pecccatum quippe homo fecit, hominem vero deus: & non suscipias peccatorem, vt velis saluum esse in eo quod malus est, sed quia homo: vt nulli homini claudatur misericordia, nulli peccatori relaxetur impunitas. Persequamur ergo in malis propriam iniquitatem, misereamur in eisdem communem conditionem. Videte, & cætera. Postquam ad meliora opera hortatus est eos, reddit ad illud vnde prius agebatur, ne scilicet legales obseruantiæ teneantur: ne quis autem sub nomine eius fallat incautos cauet, finem epistolę manus suæ adnotatione complens. Ab hoc enim loco, manu sua vsque ad finem scripsit. quasi dicat, vt firmius prędicta teneatis, Videte qualibus scripturis scripsi vobis mea manu, vt sciatis hanc epistolam a me missam. & per hoc magis obediatis. Quicunq; enim, q.d. opus fuit vt scriberem, quia pseudo instant. & hoc est, Quicunque enim volunt placere, Iudæis infidelibus, In carne, id est in carnalibus obseruantiis, Hi cogunt vos circuncidi, improbitate non ratione ducunt. & id propter hoc Tantum, faciunt, Vt non patiantur, ab infidelibus Iudæis, Persecutionem CHRISTI, id est, quę pro cruce CHRISTI infertur. Isti erant pseudo qui sic CHRISTVM prædicabant, vt etiam legem seruandam docerent: crucem prędicabant, vt a fidelibus quæstum acciperent: legem, vt Iudæis placerent. Vel forte hoc ideo dicit, Quia Romani, scilicet Caius Cæsar, & Octauianus Augustus, leges promulgarunt, vt Iudæi vbicunque essent, proprio ritu viuerent, patriis cærimoniis deseruirent. Quicunque igitur circuncisus erat, licet in CHRISTVM crederet, quasi Iudęus habebatur in Gentibus: qui vero incircuncisus se non esse Iudęum prępputio præferebat, persecutionibus tam Gentilium quam Iudæorum fiebat obnoxius. Has igitur persecutiones hi qui Galatas deprauauerant declinare cupientes, circuncisionem pro defensione discipulis persuadebant. Nam nec Iudæi persequi eos poterant nec gentiles, quos videbant & proselitos circuncidere, & ipsos legalia obseruare. Neque enim qui circunciduntur. Quasi dicat, Vere ideo tantum faciunt, vt vitent persecutionem, non e-

Margin notes: August. (beside "munem conditionem"); Hiero. (beside "agebatur"); Ambrosi. (beside "sic CHRISTVM"); Hiero. (beside "hoc ideo dicit"); section letters D, E, F in right margin.

A nim pro amore legis hoc faciunt. Neque enim qui circunciduntur, legem custodiunt. Illam dicit custoditionem legis, scilicet non occidere, non mœchari, & alia huiusmodi, ad bonos mores pertinentia: quæ nisi charitate & spe æternorũ bonorũ quæ per fidem accipiuntur, impleri non possunt, vt iam dictum est. Sed volunt vos circuncidi vt in carne vestra, id est de carnali circuncisione in qua dolor est vobis, glorietur apud Iudæos, eo quod tam multos proselitos faciunt. August. Ambrosi.

[Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri IESV CHISTI per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In CHRISTO enim IESV neque circuncisio aliquid valet, neque preputium: sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint: B pax super illos & misericordia & super Israel dei. De cętero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini IESV in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

Mihi autem absit. Quasi dicat, Illi in carne gloriantur, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri IESV CHRISTI. Ecce vbi mundi philosophus erubuit, Ibi APOSTOLVS thesaurum reperit: quod illi visum est stultitia, Apostolo factũ est sapientia & gloria. Noli ergo erubescere de cruce CHRISTI, recole frontem tuam, ne linguam expauescas alienam: de qua cruce ne non erubesceremus, eam in ipsa fronte, id est pudoris domicilio locauimus. Ideo enim crux in fronte credentium, vbi sedes est verecundiæ figi- C tur, vt de nomine eius fides nõ omnino erubescat, & magis dei gloriam quam hominum diligat. Signum veteris testamenti circuncisio in latenti carne, signum noui testamenti crux in libera fronte. Ibi enim occultatio, hic reuelatio est: ibi sub velamine, hic reuelata facie. Crucem autem vt in ea gloriemur dominus suo gestans humero, pro virga regni nobis commendauit, quod est grande ludibrium impiis, grande mysterium piis. Hic ergo opprobrium & deformitatem CHRISTI non erubescamus, sed veneremur. Deformitas enim CHRISTI te format, nisi deformis ille esse voluisset, tu formam quam Augu. de ver. apo. August. Augu in serm. de passione Christi. Augu sup Ioannem Augu. de verb. apo.

perdidisti non recepisses. Pendebat enim in cruce defor- D
mis, sed deformitas illius pulchritudo nostra erat. In hac ergo deformitate gloriemur, cuius signum in fronte portamus. De hac deformitate non erubescamus, sed gaudeam⁹ cum Apostolo, qui dicit se gloriari in Christi cruce. Poterat dicere in sapientia, in potestate, in maiestate: & verum diceret. Sed est magnum in sapientia dei vel maiestate vel potestate dei gloriari, sed in cruce. vnde impius insultat, irridetque philosophus. Et quasi quis diceret, Cur gloriaris in cruce? quid enim prodest? Ecce quid. Augnst. Per quem, id est Christum crucifixum, Mihi mundus crucifixus est, vt me non teneat. Et ego mundo, vt eum non teneam. Quia nec ego in mundo aliquid cupio, nec ipse aliquid suum in me cognoscit: sicut dominus ait, Venit princeps mundi hui⁹, & in me non habet quicquam. E
Et est sensus. Per crucem Christi mundi concupiscentiæ non habent in me dominium, nec mundus iam se mihi ingerit, & ego contra eum sum fortis. Et nota quia non sine causa vtrunque dixit, scilicet & sibi mundum crucifixum & se mundo. Plerunque enim contingit vt homo mundum mente non teneat, sed tamen mundus eum suis cupiditatibus vel occupationibus astringit. & mortuus est homo mundo, & mundus eum quasi viuus concupiscit, dum alio intentum in suis actibus rapere contendit. Sed nec Paulus mundum cupit nec mundus eum, vt in duob⁹ mortuis neuter neutrū videt. Quia ergo nec Paulus mūdi gloriam quærebat, nec a mundi gloria ipse quærebatur: ideo & se mundo, & sibi mundum crucifixum gloriabatur. In Christo enim, quasi dicat, Ideo solum in F
CHRISTO glorior, quia CHRISTO IESV neque circūcisio aliquid valet, neque præputium, quasi dicat, æqualia sunt deo præputium, & circuncisio. Sed noua creatura, id est regeneratio & noua vita. Nouam enim creaturam dicit nouam vitam per fidem CHRISTI. Ego in cruce glorior, & quicunque fuerint secuti hanc regulam, id est, rectitudinem gloriandi, Pax, id est tranquillitas mentis; Et misericordia, de peccatis, id est, peccatorum remissio, erit a deo, Super illos, gentiles: Et etiam Super Israel, id est, Iudæos, non vtique carnales

A sed qui sunt dei, id est spirituales. Duas enim partes hic significauit, super quas manet pax & misericordia dei, scilicet Gentilium fidelium, & Iudæorum credentium. Et de cętero, id est amodo, Vel De cętero, ita vt sint duę dictiones, id est de alio prҫter fidem, scilicet de legalibus, Nemo sit mihi molestus, vt iterum cogar scribere de eodem. Vnde dicit Ambrosius, Non vult per turbulentas contentiones tędium sibi fieri, de re, quæ tum satis erat exposita. Vel sicut in Grҫco legitur, De cætero nemo laborem mihi exhibeat, vel præstet, scilicet vt rursus in vobis necessitatem habeam laborandi. Laborem enim præstat magistro qui aliter sentit quam docuit. Dico vt nemo sit molestus mihi, cui vtique non est facienda molestia. Ego enim porto in corpore meo, pro fidelibus Stigmata Ambrosi.

B domini IESV, id est signa militię CHRISTI, quæ me comprobant esse militem, scilicet passiones, tribulationes, & cætera. quod non pseudo faciunt, quasi dicat, quod vos non attenditis. Stigmata ergo appellauit quasi notas pœnarum de persecutionibus quas patiebatur. Stigma enim dicitur punctum vel nota aliquo ferro facta. Et est sensus, Ideo nõ debet fieri mihi molestia, quia ego habeo alios conflictus, & certamina quæ in persecutionibus quas patior mecum dimicant. Gratia. Ecce conclusio epistolæ, quasi subscriptio, qua in nõnullis aliis epistolis vtitur, quasi dicat, vt prædicta teneatis, Gratia, nõ dissensio, nõ legis seruitus, non rixa, non iurgium, Sed gratia domini nostri IESV CHRISTI o fratres, sit Cum spiritu vestro, idest cum ratione vestra, vt veritatem semper intelligatis. Amen. Per hoc verbum Hebrҫum vera esse quæ locutus est ostendit. August. Hiero.

C

∴

A PETRI LOMBARDI IN EPISTOLAM AD Ephesios Argumentum.

EPhesii sunt Asiani. Hi accepto verbo veritatis persti terunt in fide, Hos collaudat Apostolus scribens a Roma de carcere per Tychicum diaconem.

CAPVT I.

PAVLVS APOSTOLVS Christi Iesu per volun tatē dei omnibus sanctis qui sūt Ephesi, & fidelib⁹ in Chri
B sto Iesu: gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem. vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.]

PAVLVS Apostolus. Hanc epistolā scribit Apostol⁹ Ephesiis Ephesi autē sūt Asiani: hi per Paulum non fundati, sed confirmati fuerant in fide. Eos enim non fundauit Aposto-
C lus in fide, sed confirmauit multa pro eis passus a perfidis, qui post confirmationem firmiter steterāt in fide, & in bonis operibus. His scribit Apostolus a Roma de carcere per Tychicum confortatoriam epistolam cum vlterius nō esset eos visurus: & sciēs eos esse bonos, non arguit de culpa, sed ne relabant timendū erat. Qui.n stat cadere pōt, & quia null⁹ a deo pfect⁹ est q crescere nō possit, eos ad vlteriora hortatur, & ne recedāt a fide pro suis tribulationibus. s. Apostoli, teneantq; suas ordinationes, & pſertim ne pfectio erigat eos in tumorē. ostēdit de quo statu ad quē dignū vocati sunt, dicēs. Omnia beneficia eis vel Apostolis ipsis, vel toti humano generi p solā dei gratiam collata fore. Est igitur intētio apostoli in hac

epistola, Ephesios in bonis habitis cõfirmare, & ad vlteriora prouocare, necnõ & ad humilitatẽ actionẽq; grãrũ informare. Mod⁹ tractãdi talis est. De more suo salutationẽ pmittit. Deinde gratias agit deo, exponens prius bñficia humano generi pstita, post ipsis Apostolis specialiter indulta. Deinde Ephesis ipsis ostendẽs, a quo, & ad quid vocati sint. Deinde Christi dignitatẽ & plationẽ, ostendit, postea ad patientiã, & charitatẽ eos inuitat: vnitatẽ fidei & ecclesię cõmẽdãs, & dona gratię cõnumerãs. Tãdẽ ad certamen exhortãs cõtra principes tenebrarũ, militiæ Christianæ armaturã describit. Prius ergo salutans, & se noto noie significãs, ait, Paulus Apostolus Christi Iesu, nõ meis meritis, sed Per volũtatẽ dei, ita & vos p eã habetis quid boni est vobis. Paul⁹, inquã scribit vel mãdat, vel ego Paulus scribo siue mãdo Omnibus qui sunt Ephesi sanctis exercitio virtutũ, Et fidelibus, fide recta Quæ est in Christo Iesu. Recte illa duo posuit. Tũc.n. prodest ac creditur bona vita, si fides est in Christo Iesu: tũc vere sancti sunt, si fideles sunt in Christo. Vel distingue inter sanctos & fideles, vt sanctos intelligas maiores & perfectiores, fideles minus pfectos. Scribit ergo Sanctis, i. pfectis, & nõ solũ eis, sed Etiã fidelib⁹. q si nõ sancti sunt, vel in fide sani. & qd sancti sunt & fideles, hoc est In Christo Iesu, i. ope Christi nõ meritis suis. Et in scribẽdo añ alia salutat dicẽs, Grã, iustificationis, Et pax. i. trãquillitas mẽtis, & recõciliatio ad deũ, sit vobis, A deo patre nostro, p quem oĩa condita sunt & restaurata, & dño Iesu Christo sine quo nulla bona dant vobis, Bñdictus, pmissa salutatione incipit a grãrũ actione innuẽs esse a deo, qa aliter bñdicit deus ab hoĩe, aliter hõ a deo: vnũ qdẽ bñdictionis verbũ est, sed pro cõgruẽtia psonæ varie debet intelligi: sicut & facere dicit deus & hõ, sed deus nutu solo impossibiliter facit, hõ vero conatu & labore: ita de⁹ bñdicit ab hoĩe cũ laudibus dignis extollit, hõ autẽ a deo cũ deus ei grę suæ dona impartit, nõ meritis eius sed mĩa sua. Ait ergo, Deus, sit, bñdictus, corde, ore, ope, & a me & a vobis, & a bonis: De⁹ dico, q est Pater generatione, Dñi nostri Iesu Christi, pro quo, nobis bñfacit Qui benedixit nos. Post actionẽ gratiarũ enumerat beneficia quæ a deo per Christũ toti humano gñi sunt data, & distinguit duas dei por-

Marginal notes: D; E; Ambrosi.; Aimo.; Ambro.; F

A dinationes,& earũ effect⁹,quarũ altera eſt de p̄ſẽti ad iu-ſtitiã.altera de futuro ad coronã:nec dicuntur duæ, quia vna dei ſit prędeſtinatio q̃ eſt ipſe deus,ſed quia de duo-bus eſt ipſa dei ęterna præordinatio.ſ.de pręſenti in iuſti-tia,& de gloria in futuro. Deus enim ante mundi conſtitu tionem,cum null⁹ quicq̃ meruerat præordinauit,quod in tẽpore gratiæ aliquos a perditis ſepararet,& iuſtos & im maculatos faceret,præordinauit etiam quod & illos iuſtos ad ęternã beatitudinem perduceret. harum prędinatio nũ alterã hic implet.i.qa iuſtos facit, alterã in futuro im plebit,q̃ erit omnium perfectio,a qua cõſumatione om-niũ incipit,oſtendens effectum eius.& vtens præterito p futuro pro rei certitudine cum ait,Qui,deus,benedixit.i. benedicet, Nos,noſtris meritis maled ictos.i.i futuro ex
B altabit,dãdo immortalitatem. Vnde ſubdit, In omni be nedictione ſpirituali.i.exaltabit omnimoda exaltatione, & pfecta,q̃ tota erit ſpiritualis etiam in corporibus q̃ tũc habebunt naturã ſpiritus,quia erunt agilia & habilia,ci-bo non egentia,quæ ſpiritui naturalia ſunt Benedictione dico habita.In cæleſtibus.i.in cælo.& hoc fiet. In Chri-ſto.i.operante Chriſto. Sicut,poſuit effectũ ſecũdę prędi dinationis.ſ.q̃ erit de futuro,hic ponit primã prędina-tionẽ quæ eſt de p̄ſenti tangens effectũ eius.q.d.benedicet nos in futuro.quod & ſi videtur ex meritis,ita tñ gratis e-rit,ſicut & prima prędinatio gratuita eſt,quia merita q̃ pręcedunt futuram vitam ex gratia ſunt,& dona dei ſũt. Coronat eñ in nobis deus dona ſua,non q̃ ex nobis ſint merito.Et hoc eſt quod ait,Ita gratis hoc faciet,ſicut gra Ambroſ.
C tis nos elegit,prędeſtinando. & hoc In ipſo.i.per ipſum Chriſtum.Elegit dico Ante mundi conſtitutionem.i.an-tequam eſſemus.Ne quis ergo putet animas cum deo fuiſ ſe ęternas,& tunc aliqd meruiſſe,iuxta errorẽ illorum q ante hęc viſibilia dicunt fuiſſe quaſdã animas ſanctas, & ideo tunc fuiſſe electas:ſed aperte oſtendit hoc ſalſũ eſſe dicẽs, Elegit,nos ante cõſtitutionẽ.Quomodo autẽ elige ret eos,qui nondum erant niſi prædeſtinando.Elegit er-go p̄deſtinans nos:& ſicut non elegit eo quod tũc ſãcti eſ ſem⁹,ita nec ideo qa ſancti futuri eſſem⁹, ſed poti⁹ elegit nos ad hoc,Vt,in tẽpore gratię Eſſem⁹ ſãcti,p bona opa Non ergo quia futuri eram⁹ elegit, ſed vt eſſemus ſancti. Augu.de p̄deſ. ſan.

A dem glorię gratiæ suę.i.vt laudemus gloriosam gratiam.
q.d.gloria gratiarū est æterna adoptatio, In qua gratia
gratificauit nos.i.gratos nos sibi fecit. Hic notat̃ effectus
primę pręordinationis q̃ pertinet ad iustitiam. Gratifica
uit dico, In dilecto filio suo,pro quo nos diligit. Diligēs
eñi suum vnigenitum,etiam illis quos diligit, & qbꝰ vult
filius diuina dona largitur, In quo. Ecce hic ostendit ꝑ
quem facti sumus grati,dicens,In quo,filio habemus re-
demptionē,vt possimus reuerti a captiuitate qua seruieba
mus diabolo venundati sub peccato,habemus, inquam,
per sanguinem eius,qui nostrę redemptionis est precium
Et habemus remissionem pec. In baptismo duplicē gra
tiam ostendit,quia & redemit,& peccata nostra non im-
putauit.& hoc prestitit nobis, Secundū diuitias gratiæ e-
B ius,i.secundum diuitem & copiosam gratiam suam,quia
omnia dimittit,& totum ius īimici destruit. Quæ supera-
bundauit,Hactenus egit de his quæ toti humano generi
collata sunt,modo agit de his quæ singulariter Apostolis
dedit.q.d.dico diuitias gratiæ,quæ gratia cum omnibꝰ a-
bundasset fidelibus, In nobis,apostolis, Superabunda-
uit.i. plusquā in aliis abundauit,vt verbi gratia in hoc.s.
In omni sapientia,i.in omni de diuinis notitia. Et prudē
tia.i.prouidentia temporaliū. In omni dico, ita, Vt notū
faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. Voluntatem
suā secretā aliis.i.illud quod secreta voluntate facere vole
bat. & quid illud sit supponit.s. Instaurare omnia,& hoc
non meritis nostris, sed Secundū bonū placitum eius.i.
secūdū bonā volūtatē suā vt bona fieret subueniret. Quod
C bonū placitum vel sacramētū Proposuit.i longe antequā Augu. de
fieret posuit,vel oībus palam obtulit. illud dico implendū p̄dest.san
In eo,filio.s.non in alio.i. In Christo,& nō in alio tēpo-
re implendū,sed In dispēsatione pleni.te.i.in plenitudi-
ne tēporis dispēsati a deo.i.in hoc tēpore gratię, quo imple-
re q̃ cæteris tēporibus promissa & figurata sūt, diuina ꝓ-
uidētia rationabiliter dispēsauit. Si.n.ignari penitus es-
sent homines,nō ꝑdocti nō reciperēt Christū, & nisi priꝰ
de naturali & doctrinali lege essent cōuicti,superbi parui
penderēt Christi aduētum. Ne ergo quærat̃ cur in hoc tē
pore potiꝰ quā in alio voluerit implere secretū suæ volun
tatis.s. Instaurare.i.ad primū statum reducere,Omnia

per peccatum destructa. Et quæ in cælis sunt.i. angelos, D
Et quæ in terris sunt.i. homines, non q pro angelis mortuus est Christus, sed id eo etiã pro angelis fit quicquid hominũ per eius mortẽ redimitur & liberatur a malo, quia cum eis quodãmodo reditur in gratiam post inimicitias quas inter homines & sanctos angelos peccata fecerunt: & ex ipsa hominum redemptione ruinę illius angelicæ damnum reparatur, & vtiq nouerunt angeli sancti docti de deo, cuius veritatis ęterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplemẽtũ de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Instaurentur autem q̃ in cęlis sũt. cum id quod inde cecidit in angelis redditur ex hominibus. Instaurantur etiã quę in terris sunt, cũ ipsi homines qui prædestinati sunt in ęternam veritatem, a corruptionis vetustate renouantur, Et est sensus, Voluit instaurare. E
i. supplere, Quæ in cælis sunt.i. numerum angelorũ diminutum implere. Et quæ in terris sunt.i. hoĩes q p peccatũ deprauati erant renouare. Vel, Quæ in cælis sunt.i. aĩas sanctorũ q̃ iã ĩ cęlis, & q̃ ĩ ter.i. sc̃tõs q adhuc ĩ terra sũt. & hoc In Xp̃o.i.p ip̃m Xp̃m. Xp̃i.n. aduẽt⁹ salus est & sanctis q iã cũ Christo sunt, & illis q adhuc futuri sũt.
[In quo etiã nos sorte vocati sum⁹, prædestinati secũdũ propositum eius qui operatur omnia secundum consiliũ voluntatis suę, vt simus in laudem glorię eius nos q ante sperauimus in Christo. In quo & vos cum audissetis verbũ veritatis euangelium salutis vestrę, in quo & credentes signati estis spiritu poromissionis sancto, qui est pign⁹ hęreditatis nostrę in redemptionẽ acquisitionis ĩ laudem glorię ipsius.] In quo &c. Ne apostoli in quibus superabundat gratia viderentur meruisse aliis, ostẽdit eos ita gratis vocatos nõ meritis sicut fuerũt alii, dicẽs, In quo F
Christo.i. per quem Christũ Etiam nos, apostoli vt vos alii
Augusti. ĩ Sumus vocati, per interiorẽ gratiam, & hoc non meritis,
psal. cxxx Sed sorte.i. diuina electione. Sors enim dicitur dei gratia
Augusti, qua salui facti sumus: quę bene dicitur sors, quia hominis non est electio, sed voluntatis dei, qui nulla nostra merita inuenit, sed sorte voluntatis suę nos ad salutem vocauit. quia voluit, non quia digni fuimus. Hæc est sors vnde illa tunica domini de supertexta, quę charitatem significat, sorte super eam missa prouenit, quia dei gratia, chari

A tas inspiratur, non meritis vocati sumus. Non dico Pri⁹ prædestinati, i. per gratiam præparati, & electi: & hoc nō secundū merita, Sed secūdū propositum eius, qui etiam in apostolis, Operatur omnia, etiam velle bonum. Ipse ergo vt credere incipiamus operatur. Nō enim quia credimus, sed vt credamus elegit nos, & operatur omnia. & hoc secundū Cōsilium voluntatis suæ. i. secundum voluntatē suam, quæ est ex ratione. q. d. quare nos magis elegit ad officium prædicationis & apostolatus nescimus, sed tamen consilio fecit non temere: & ad hoc vos elegit. Vt simus in laudem gloriæ eius. i. vt per nos alii laudent gloriam eius, vt exemplo nostro nemo iam glorietur in homine. Verum est enim quod ait, Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos. Laus aūt gloriæ dei est, cū multi acquirunt ad fidem: sicut gloria medici est cum multos curat. Simus inquam in laudem eius nos apostoli, Qui ante, omnes alios quibus Christus prędicauit, & qui per eum conuersi sunt, Sperauimus in Christo. & ideo tales esse debemus, per quos alii laudent. In quo, &c. Expositis his quæ apostolis collata sunt, modo venit ad ea q̄ dedit Ephesiis. q. d. sperauimus in Christo. In quo Christo. i. in cu⁹ fide, Et vos, Ephesii estis Cum audiuissetis. i. per hoc qd̄ audiuistis: & postq̄ audiuistis, nō añ. Cū. n. & causam notat hic & tēp⁹. Cū audiuissetis dico verbū veritatis. s. Euangeliū salutis vrę qd̄ salutē annūciat, & ad salutem vocat. In quo Christo. i. in cuius operatione, Et vos, credētes, Signati estis. i. diuisi a grege diaboli. Vel, Signati estis, imagine dei reformata in vobis. Vnde, Signatū est sup nos lu. v. t. d. Et hoc, Spū sancto promissionis. i. p spiritū sanctū qui promissus erat, vel qui promisit hęreditatē, & est arra ei⁹ Vnde subdit, Qui est pignus hæreditatis nostrę. Diffusa est. n. charitas ĩ corda nrā p spiritū sanctū. Quid est. n. si diffusa est charitas? ecce iā ex quātulocūq; pignore deābulat de⁹ in nobis, & sic pignus accepimus. Quidā tñ codices melius habent arram, eandē quippe rem interpretes dicere voluerunt. Interest tamen aliquid in loquendi vsu inter arram & pign⁹. Pignus enim quando datur soluto eo pro quo ponitur, aufertur: Arra vero est cū de ipso datur aliquid qd̄ nō est auferēdū, sed cōplēdū. Si ergo charitatē modo de⁹ tanq̄ pignus dedit nobis p spm̄ qui datus est re

B

C

Augu. de pdest. sā.

Augusŧ. Ambrosŧ.

Hierony.

Augu. in ser. de visione dei.

promissa reddita, Auferendum est a nobis pignus? Absit, D
sed hoc quod dedit implebit. ideo melius habetur arra q̃ pignus. Dedit nobis spiritum, ad hoc vtique .s. In redemptionem acq̃sitionis, id est ad hoc vt sanguine eius redēpti a iure inimici, & vltra non dominetur nobis inimic⁹. Acquiramus deū, vel acquiramur a deo. Ad hoc enim redemit vt habeat, non vt perdat nos, Et in laudem gloriç ipsius. q. d. & ad hoc dedit nobis spūm, vt laudet̄ ipse de⁹.

[Propterea & ego audiens fidē vestrā quç est in Christo Iesu, & dilectionē in oēs sanctos, nō cesso gr̄as agens pro vobis, memoriā vestri faciēs in orationibus meis, vt deus dn̄i nr̄i Iesu Christi pater gloriç det vobis spiritum sapientiç & reuelationis in agnitionē ei⁹ illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quç diuinç gloriç hæreditatis eius in sanctis, & quç sit E
supereminēs magnitudo virtutis eius in nos qui credim⁹ secundū operationē potētiæ virtutis eius, quā operatus est in Christo suscitās illū a mortuis, & cōstituens ad dexterā suā in cçlestibus supra omnem principatū & potestatē & virtutē & dominationē, & omne nomē qđ noīatur nō solū in hoc seculo, sed etiā ī futuro, & oīa subiecit sub pedib⁹ eius, & ipsum dedit caput supra omnē ecclesiā q̃ est corp⁹ ipsi⁹, & plenitudo ei⁹ qui oīa in oīb⁹ adimpletur.]

Propterea. Enumeratis beneficiis humano generi vel Apostolis vel Ephesiis collatis, qđ de beneficiis Ephesiis datis sentiat Apostol⁹ subdit. s. qđ gratias agit, & rogat superaddi: ne illi superbiant, sed vltra tendāt. q. d. cū audiuissetis euangeliū credidistis, Proterea ego audiens fidē vestrā, quç est ī Christo Iesu. i. qua ī Christū creditis sine F
admixtione legis, Et dilectionē vestrā. i. opera charitatis ostensa, In omnes sanctos, & nō cesso agens pro vobis gratias deo. q. d. bene noui quales estis, & inde nō vos sed deum laudo qui hoc fecit. Ei enim qui fecit aguntur gratiç: ideo ait, Nō cesso pro vobis gratias agens. s. de habitis bonis: ego etiā Faciens memoriam vestri in orationibus meis, in quibus oro deū vlteriora vobis implorans. vnde congrue pro iam datis præmittitur gratiarū actio. Qui enim orādus est vt faciat, illi est gratiarū actio reddenda cum fecerit. hoc autē in orationibus meis peto, vt Deus dn̄i nostri Iesu Chr̄i & pater gloriæ, id est Christi,

A Det, &c. Distingue, deus pater, & de⁹ Christi est & pater: sed deus Christi est secundum humanitatẽ, quia Christ⁹ est homo & natus ex fœmina. Vnde in Psalmo dicit, De ventre matris meę deus meus es tu. Ostendens patrẽ esse deũ suũ, quia homo factus est. homo enim de ventre matris natus, & secundum hominẽ de virgine natus est de⁹, vt non solũ pater illi esset, qui eũ de seipso genuit, sed etiã eius deus esset quẽ de vẽtre matris hominẽ creauit. Qui ergo pater est filio ex vtero suo, de vẽtre matris deus ei⁹ est, nõ de suo. Vnde ipse dñs ait, Ascẽdo ad patrẽ meũ & patrem vestrũ, deũ meũ & deũ vestrũ. Hoc igit̃ dico, Vt de⁹ Christi & pater det vobis, ea quę sequũtur. q. d. ad impetrandũ illa nõ obtendo merita, sed quod deus & pater Christi est. hoc inquã p̃cor, Vt det vobis, & si iã sapientes estis, Spiritũ sapientię & reuelationis in agnitione eius. i. spiritũ sanctũ, qui det vobis sapientiã de cælestib⁹ plenius q̃ modo habeatis: ita vt non obscure, sed clare & sine velo eum agnoscatis. s. Det. i. faciat illuminatos oculos cordis vestri. i. rationis, q̃ ẽ imago dei, in qua renouatis in agnitione dei. In imagine ergo sua cognosce authorẽ eius qui corporali sensu non attingitur. Ne ergo putetis corporeo sensu deũ attingi, sed oculis mẽtis ipsum cognoscite, & aurib⁹ mẽtis ipsum audite. In corpore. n. diuersa mẽbra sunt. Alibi audis, alibi vides: ĩ corde aũt tuo, vbi diuersa mẽbra nõ ĩueniũt̃, ibi audis vbi vides. Ad hoc illuminet oculos, Vt sciatis, pleni⁹ q̃ modo, Quę. i. quãta sit spes vocationis eius. i. res sperata ad quã vocat credẽtes. Hoc dicit vt propensiores sint: quia cũ plene scierint quis fructus credentiũ, propensiores fiẽt circa excolẽdam religionẽ. Deinde quid noĩe spei intellexerit, aperit subdẽs, Et, sciatis, Quę, sint Diuitię, &c. Hęc est spes. Spes enim accipit rem speratã. Vel ita vt spes propria accipit̃, &c. Vt sciatis q̃ sit, spes vocatiõis ei⁹. i. q̃tũ valet spes vitę ęternę ad quã vocat: & sciatis q̃ sit adimpletio eius spei: qd ita ait, & Quę sint Diuitiæ gloriæ eius, hęreditatis, id est gloriosæ hęreditatis. s. ęternæ beatitudinis, quę dicitur hęreditas, quia firmiter habebitur quę erit In, omnibus, sanctis, cõmuniter. Et, sciatis etiã Quæ sit supereminens magnitudo gloriæ, futurę. In nos Apostolos. i. quod nos Apostoli præ aliis habebimus gloriã, nõ vt ste-

Augu. ad Vitalem
Aimo
Augu. cõtra Max.

B (margin letter at "tes estis, Spiritũ sapientię")
C (margin letter at "quis fructus credentiũ")
Ambros.

tis & habeatis, sed tendatis ad illud maius quod habebi- D
mus. Quoddā enim incremētum gloriæ habebūt summi doctores vltra illud quod communiter omnes habebunt. Habebunt enim omnes eundē denariū, sed differet stella a stella in claritate, & erunt diuersæ mansiones in domo patris: & inter alios clarius fulgentes, Apostoli altius sedebūt. Vnde in tabernaculo domini, super mensam facta est corona in terra simul alta digitis quatuor & operiens totā mensam, & super eam altera corona aureola. Per coronam altam digitis quatuor quæ mensam operibat, gloria vitæ æternæ signatur, qua omnes electi fruentur, quæ in quatuor libris euangelii digito dei, id est spiritu sancto scriptis annunciatur: & erat in terra simul pro diuersitate meritorum. Corona aureola, super illam, est perfectio remunerationis eorum qui in doctoribus excellūt. Ideo E
Apostolus ait, Quæ sit supereminēs mag. glorię in nos. quæ magnitudo est Virtutis eius. i. in virtute dei danda nobis. Qui credidimus, de illa beatitudine, Secundū operationē potentiæ virtutis eius, quā operatus est in Christo. i. secundū quod potenter operatus est in Christo cuius membra sum⁹, & ideo eadem cum illo nos habituros credimus: operatus inquā in Christo, ita. s. Suscitans illū a mortuis, & cōstituens illū ad dexterā suā. i. in æterna beatitudine. Nō eos audiamus qui negant ad dexterā patris sedere filiū, dicentes, Nūquid deus pater habet latus dexterū vel sinistrum, sicut corpora? Nec nos hoc de deo sentimus. Nulla enim forma coporis deus finitur & concluditur. Sed dextera dei est beatitudo æterna quę sanctis dat̃ sicut sinistra ei⁹ dicit̃ miseria ppetua q̃ impiis dat̃. Et F
est. Cōstituēs illū ad dexterā suā. i. ostēdēs hoīem Chrm̃ ęternaliter beatū In cęlestib⁹. i. in cęlo. Exēplū aūt glorię sanctorū cōsistit in resurrectiōe saluatoris, vt in ea cognoscant fideles, qd eis promissum est. Simili. n. modo extollēt̃ supra cęlos cum Christo: sicut ipse dicit, Pater volo vt vbi ego fuero, & hi mecū sint. Quia & corp⁹ ei⁹, qd est eccl̃ia ī ipsa dextera. i. ī ipsa beatitudine erit. Quis. n. corp⁹ nostrū nō ibi sit, tñ spes nr̃a iā ibi est. Ideo & dñs post resurrectionē iussit discipulis suis piscātib⁹ vt in dexterā partē mitterēt retia, qui etiā dixit agnos ad dexterā, hœdos ad sinistrā se positurū. Vel ita, Cōstituēs. i. stabiliter

Augu. de agone Christianorum.

Idē ī eod.

A statuẽs, Illũ,hoiem Christũ, Ad dexterã suã.i.in sede iu diciaria,in potestate iudicãdi. Quia.n.oẽ iudiciũ pr.d.fi. Ambrosi. ideo ad dexterã dei sedere dicit quasi iudex. Vnde ait Iudęis, Amodo videbitis filiũ hoĩs sedere ad dexterã dei, &c Et cõstituens illũ in cælestib⁹. Et supra omnẽ principatũ & potestatẽ & virtutẽ & dñationẽ.i.supra dignitatẽ horũ ordinũ angelicorũ, & nõ solũ sup hos quatuor, sed etiã super omne nomẽ qd notat nõ solũ in hoc seculo, sed etiã in futuro.i.sup omne nominabile qd vel iã scit, vel in futuro sciet. Hoc dicit ꝓpter ĩcarnationẽ filii dei, vt etiã hõ fact⁹ sup oẽs cælos esse dicat, & sup oẽm creaturã, habẽs nomẽ dei p naturã, nõ p adoptionẽ. Et ne videret pesse omni creaturæ dignitate tm̃, & non potestate, subdit, Et oĩa.q.d.nõ solũ pest oĩb⁹ dignitate, sed & sub ea sunt. Et

B .i.quia, oĩa subiecit, deus pater sub pedib⁹ eius, & subiecit ei plene, vt p pedes plena subiectio notetur: q̃ oĩa merito sunt ei subiecta, quia p eũ facta sunt. Vel, Sub pedib⁹ ei⁹ .i.sub humanitate ei⁹, q̃ significat p pedes. Quia sicut pes ẽ ĩferior ps corporis, ita ĩ xp̃o inferior natura est humanitas, quã etiã angeli adorãt, & ipsi hoĩ Christo oĩa subsunt. Et ipsum. Postq̃ cõmemorauit dignitatẽ Chri, redit ad nos, ostendẽs dignitatẽ ei⁹ ad nos ptinere.q.d.ita exaltauit de⁹ Chrm, & hęc ei⁹ exaltatio ad nos ptinet, qa ipse talis est caput, & nos corp⁹ ei⁹. & hoc est qd ait.q.d. Hoc qd dixi de Christo ad nos ptinet. Et.i.quia, Ipsum, qui adeo alt⁹ est Dedit, de⁹, caput, in quo sunt oẽs spũales sensus ecclię.i.dona grę. Illũ inquã dedit esse caput. Supra oẽm ecclesiã q̃ in cęlo, & quæ in terra est, dũ cõfitent hũc

C esse p quẽ facti sunt. Subiiciũtur.n.illi quasi capiti, ex quo trahũt originẽ. Ab ipso e m̃ facti sunt secũdũ deitatẽ, & ita secũdũ deitatẽ caput est ecclesię, secundũ quã dedit ei esse caput illũ aũ oĩa gignẽdo. Est etiã & ꝓprie dicit caput secũdũ humanitatẽ, secũdũ quã cõiungit ei ecclesia, & natura & gr̃a. Nã in eo plenitudo gratiæ fuit, de cui⁹ plenitudine nos accepim⁹. Nullũq; maius donũ pstare de⁹ posset hoĩbus, q̃ vt verbũ p qd cõdidit oĩa, faceret illis caput, & illos ei tanq̃ mẽbra coaptaret: vt esset fili⁹ dei & filius hominis, vnus deus cũ patre, vnus homo cũ hominibus. Quæ, ecclesia, est corpus illius.i.vnita ei gratia & natura. & plenitudo eius, id est implens eum vt habeat membra Augu.in ps.75.

omnia. Et vere est plenitudo eius quia ipse est, Qui ad- D
impletur, per eos. Cum enim regressi ad confessionem flectunt genu Christo adimpletur, quia recedentibus euacuari videtur. Per eos adimpletur dico, tamē ens Omnia in omnib⁹, hic vel in futuro, quia membra nihil ei cōferunt, sed ipse omnia mēbris: qui ideo dicitur esse oīa in omnib⁹, quia omnia ab ipso sunt in eis, cuius virtute sunt quod sunt.

CAPVT II.

ET vos cōuiuificauit cū essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quib⁹ aliqñ ambulastis secūdū seculū mūdi hui⁹, secūdū principē potestatis aeris hui⁹: spūs qui nūc operat̄ in filios diffidētiæ, in quibus & nos oēs aliqñ cōuersati sumus in desideriis carnis nostræ facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ sicut cæteri.] E

Et vos. Hic commemorat priora. s. quales fuerint ante fidē, & quid modo per gratiā facti sunt, vt in bonis q̄ nūc habēt humilient̄. & certū sit qđ si inimicis hęc data sunt magis amicis dabūtur ea quę apostolus optat eis. s. quod Christus est caput oīs ecclesię. Et, nostrū, quia nos Cōuiuificauit cum. i. q̄uis, Essetis mortui delictis & peccatis, &c. Vel ita continua, vt a superiori sumas verbū qđ subintelligitur. q. d. nos qui credidimus habemus spem hęreditatis. Et vos. s. credidistis. Deus aūt conuiuificauit nos cū. i. q̄uis Prius essetis mortui. Vel ita continua. Deus suscitauit Iesum, Et vos. i. suscitabit. Cū. i. q̄uis Essetis, olim ante fidē mortui. s. nec etiam sentiētes mala nostra. Mortui dico, Delictis. s. dimittēdo quæ iubent̄, Et peccatis vestris. s. agendo prohibita, In quibus delictis & F
Ambros. peccatis Aliqñ. s. ante fidē, lōgo vsu, Ambulastis, de alio ad aliud declinātes. Ambulastis dico, Secundū seculū. i. cōuersationē & speciē, Huius mundi, cuius species nos allicit. Et Secūdū principē spūs. i. spūum. Ponit̄. n. singularis genitiu⁹ pro plurali. Ille est Beelzebub q est priceps malignorū spūum. Vel intrāsitiue secūdū aliā literā, q̄ est secundū Principē spirituum, pricipem dico, Potestatis aeris hui⁹. i. qui habet potestatē ī hoc aere caliginoso, nō cū hominib⁹ in mūdo, qui ad ista caliginosa de apparatu supernorum angelorum cum angelis apostatis lapsus est

A tanquam ad carcerem, Caliginosus enim aer infernus est dæmonũ vsq; ad iudiciũ, Vnde in canonica epistola dicitur, Carceribus caliginis inferni retrusus in iudicio seruaret perimendus, Spiritũ ergo erroris dicit principẽ aeris, quia in hoc aere dominat. Hãc em̃ partẽ sibi vsurpauit ad exercẽdam dominationẽ: & quia ita vicini sunt nobis, & spiritus inuisibiles sunt, magis sunt timẽdi. Qui, principes, Nunc, etiã adhuc Operantur, quantũ deus sinit In filiis diffidentiæ .i. in eis qui diffidunt de æternis, vel de quorũ salute nos diffidimus, & ideo erepti ei sint gratia ereptori Christo. Qui intrauit in domũ fortis in suo dominatu genus humanũ habentis, & prius ipsum alligauit .i. eius coercuit & cohibuit potestatẽ, potestatis suę fortioribus vinculis: & sic eripuit vasa eius quęcunq; prædestinauit eripere. Arbitriũ eorũ ab eius liberans potestate, vt illo non impediente credant in istũ libera voluntate. Proinde hoc opus est gratiæ quã attulit secundus Adam, nõ naturę quam corrupit primus Adam. Filios autẽ diffidẽtię regit princeps iste. i. diabolus ad arbitriũ suum, quod nec ipsum habet liberũ ad faciendũ, sed in maximã maleuolentiã suis sceleribus obduratũ. Vnde nemo sanæ fidei credit vel dicit hos apostatas angelos ad pristinã pietatẽ correcta aliqñ voluntate cõuerti. Quid aũt operatur hic princeps in filios diffidẽtię nisi opera sua mala & in primis maximeq; ipsam diffidẽtiã & infidelitatẽ qua sint inimici fidei per quã scit eos posse mundari? In quã ergo obstinationẽ cũ deus plerũq; facere dicitur nõ instigando & inspirãdo, sed deserẽdo facit. vt illi. i. spiritus maligni operent in filiis diffidẽtię, qđ deus debite iusteq; pmittit. In quibus, peccatis. Et nos oẽs Iudęi. s. vt gẽtes Aliqñ cõuersati sumus, agẽtes vitã nostrã In desideriis carnis nostræ. i. in malis cõcupiscẽtiis q̃ ex carne sunt. & etiã Faciẽtes, actu Volũtates carnis. i. ea in qbus caro delectat, vt est luxuria, & huiusmodi. & voluntatẽ Cogitationũ, vel, Mentiũ. i. ea in qbus caro nõ delectat, sed aĩa cogitat, vt sunt hęreticę prauitates, & alia huiusmodi. Et eramus, nos Iudęi, Sicut & cæteri. i. gentiles. Filii iræ. i. debitores ęternę poenę. & hoc Natura. i. per patres. Adã. s. & Euã .i. per pc̃m̃ originale ab eis traductũ. Cæcitas em̃ in primo hoĩe p pc̃m̃ cõtigit, de quo oẽs originẽ duximus, non

Ambros.

Augu. ad vitalem.

Au. in ps. lxxvi.

Hier. sup Ioã. de cęco nato.

Augu. in enchi. solū mortis, sed etiā iniquitatis. Ideo Apostol⁹ ait, Eramus natura filii irę.i.filii vindictę, filii pœnę, filii gehennæ. quomō natura (quia peccante primo hoīe vitium pro natura inoleuit. Tenebatur eñ iusta dānatione gen⁹ humanū, & erāt oēs filii iræ. de qua ira dominus dicit, Qui non credit in filiū nō habet vitā, sed ira dei manet super D

Augu. in ps. ci. eum. Non ait venit, sed manet. Cū hac quippe ira omnis hō nascitur. Ipsa est eñ illa ira cū qua oēs nati sum⁹, cui nascendo hęsimus, ira de propagine iniquitatis, de macula peccati. Et nota qd ipsa vere ac proprie natura hominis dicitur, qualis sine vitio primitus condita est. trāslato aūt verbo vtimur vt naturā dicamus etiā quali nascitur homo: scdm quā locutionē dicitur hic, Eramus natura filii iræ, sicut & cæteri, ac si dicat, Cū hæc prædicta fuerint in nobis sicut in gentibus, non desperet gentilis quin par, Iudæis fiat, quia nos sicut illi eram⁹ filii iræ. In hac ira cū essent hoīes per originale peccatū, tāto grauius & perniciosius, quanto maiora vel plura insuper addiderant, necessari⁹ erat mediator. i. recōciliator qui hanc irā singularis sacrificii oblatione placaret, Vnde subdit. E

[Deus aūt qui diues est in mīa propter nimiā charitatē suā quā dilexit nos, & cū essem⁹ mortui peccatis, cōuiuificauit nos i Christo, cui⁹ gratia estis saluati, & cōresuscitauit & cōsedere fecit in cælestibus, in Christo Iesu, vt ostēderet in seculis superuenientib⁹ abūdantes diuitias gratię suę in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis saluati per fidē, & hoc nō ex vobis. Dei eñ donū est non ex operibus, vt ne quisglorieť. Ipsius eñ sum⁹ factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quę præparauit de⁹ vt in illis ambulemus.] Deus aūt. q. d. q̄uis essetis mortui deus tñ Conuiuificauit nos, Deus aūt, & non alius. & hoc est, Deus aūt qui diues est in misericordia, qui actualia & originalia dimittit. ipse inquā nō propter meritū, sed Propter nimiā charitatē, suam, Qua dilexit nos. i. Iudæos & gētes. nō mō postq̄ iusti fuimus, sed etiā Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo. i. a simili Christi, qa sicut Chrm a vetustate pœnę, ita & nos a vetustate culpę mūdauit, Vel scdm aliam literā, Cōuiuificauit nos. s. Iudęos, & hoc in Christo. i. p gratiā Christi: & scdm hoc ita cū superioribus iungit lite F

A ram, ibi Deus autẽ. q.d. Nos aliquando male conuersati sumus, sed Deus qui diues, &c. cõuiuificauit nos, Iudęos In Christo .i. per gratiã Christi. & sicut nos similiter & nos gentiles conuiuificauit. & qđ subdit, Cuius, Christi, Gratia, & vos gẽtiles Estis saluati, sicut nos Iudęi. & vtrosque Conresuscitauit. i. cũ Christo iã suscitauit. Spe tanq̃ perfectũ enuntiat qđ futurũ ẽ, quia spe certa quod futurũ est, iã tenem⁹: ideo iã velut pfectũ esset, sic loquit̃. Vñ etiã subdit, Et cõsedere fecit, vt iudices, nos & vos In cęlestib⁹ non inaniter sed fideliter iã cõputat factũ qđ futurũ esse non dubitat. Certe eñ in cælestibus Christus iam sedet nondũ autẽ nos, sed spe certa tenemus. Fecit dico, per hoc Quod sum⁹ ĩ Christo Iesu. i. in fide Christi, Vt, &c. q.d. Ita, hæc in spe fecit vt in re cõpleret in die iudicii: qđ ita dicit Vt ostẽderet, in re In seculis superuenientibus .i in die iudicii. Abundãtes diuitias grę suę. i. abũdãtia dona gratiæ. In futuro eñ seculo apparebit donũ dei in remuneratione credẽtiũ, qđ oculus non vidit, nec auris audiuit Et hę sunt abundãtes diuitię, non tantũ quantũ mens inuestigare non potest. Vel ita, vt de præsenti accipiatur, sic. q.d. ideo conuiuificauit nos prius mortuos Vt ostẽderet in seculis superuenientib⁹. i. posteris nostris, Abũdantes diuitias gratię suę. i. abũdãtia dona gratię q̃ hic largit̃. Deinde vtranq; sentẽtiã pgredere simul, q.d. diuitias, dico, datas vobis hic vel in futuro: non meritis nostris, sed In bonitate dei: diuitias dico, existẽtes Sup nos. i. sup intellectus nostros, quia plene capere nequim⁹. Datas dico, In Christo Iesu. i. p Chrm. Et bñ dixi in bonitate. Gratia C eñ, ꝑeunte. i. gratuita dei volũtate, Saluati estis ꝑ fidẽ, q a coopatur fides bona dei volũtate. Et hoc. i. fides, Nõ est ex vobis. i, ex vi naturę vestrę, Quia donũ dei est, pure: Nõ, ptim, Ex opibus, ita Vt neq; .i. nemo Glorief. i. ex tollat de opibus. Nõ hoc ideo fecit qđ opa bona pia cogitatiõe facta frustrent̃, cũ de⁹ reddat cuiq; s̃cđm opa eius, sitq; gloria opanti bonũ: sed qa opa ex grã, nõ ex opib⁹ gratia. Bonũ est igitur homini vt de viribus liberi arbitrii sui non præsumat, quia ille q putauit sine eius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinquã, & viuens pdige cuncta consumpsit, & miseria attritus, & in se reuersus dixit, Surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam non habet, nisi & ipsam illi in oc-

August. (A); Au. cõtra Faustũ. (B); August. (C); Ambros. (D); Augusti. (E)

culto pater misericordissimus inspirasset, ideo recte ait, D
Et hoc non ex vobis, sed dei donũ est: non ex operib⁹, ne
Au.in ser. sorte dicas promerui, & ideo accepi. Non putes te prome
de ver. rendo accepisse qui nõ promereris, nisi accepisses. Gratia
aposto. præcessit meritũ tuum, nõ gratia ex merito, sed meritũ ex
gratia. nam si gratia ex merito emistis, non gratis accepi
stis, oĩa merita precedit gratia, vt dona dei cõsequẽtur me
Augusti. rita mea. Et ne quis aliter intelligeret, ꝑpter arrogantes,
& suã iustitiã constituere volẽtes, planius aperit subdens,
Ipsius eñ, q.d. nemo debet de se gloriari, qa nos creati in
Christo Iesu. i. in fide Christi, & In opib⁹ bonis sim⁹ fa
ctura ipsius. i. opus dei. Vel ita, Nos sumus creati factu
ra. i. per facturã Ipsi⁹. i. per operationẽ dei, In Christo
Iesu. i. in fide Christi, & In opibus bonis. Vel ita, Nos
sumus factura ipsi⁹. Nos dico, Creati in Christo Iesu. i. E
per Christum Iesum, In operibus bonis, Non vtiq; illa
Aimo creatura qua homines facti sum⁹, sed ea qua ille dicebat,
Augu. de qui iã vtiq; hõ erãt erat, Cor mundũ crea in me de⁹, &c.
gra.& li. Hac creatione formamur & creamur, In operibus bo
ar. nis, quæ deus, Præparauit, antequã ad ea surgere possitis
Preparauit dico, vt in illis Ambulemus. proficiendo: nõ
Aimo. vt confisi gratiæ, deinde otiosi simus. In his verbis aperte
Augu. de mõstrat ap̃s ipsam dei prædestinationẽ, eiusdẽq; effectũ
ꝑdestina- . i. gratiã quæ apponitur, Ait eñ Creati sum⁹ in Christo
tiõe sãct. & in operibus, hoc est gratia. Quod autem sequit. Que
præparauit, hoc est predestinatio, quia ꝑdestinatio est gra
tiæ preparatio. Gratia vero est ipsa donatio, quæ est ipsius
prædestinationis effectus, quæ prædestinatio sine presciẽ
tia nõ potest esse, potest autẽ esse sine prædestinatione pre F
sciẽtia. prædestinatione quippe deus ea præsciuit quæ fue
rat ipse facturus, præscire autẽ potens est etiam quæ ipse
non facit, sicut quecunq; peccata: quia & si sint quedã ita
peccata vt sint etiam pœne peccatorũ: Vnde dictũ est. Tra
didit eos deus in reprobũ sensum: Non ibi peccatũ dei est
sed iudiciũ. Predestinatio igitur dei in bono est, eiusq; ef
fectus bonus est. Ille itaq; operatur hominẽ bonũ & cu
stodit qui incommutabiliter bonus est, semperque ab illo
fieri & perfici debemus ei inhærentes, [Propter quod
memores estote quod aliqñ vos qui gẽtes eratis in carne
qui dicebamini præputiũ ab ea que dicitur circuncisio in

A carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo alienati a cõuersatione Israel, & hospites testamentorũ, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mũdo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietẽ macerie soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans; vt duos condat in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno tempore duo per crucem interficiẽs inimicitias in semetipso, & veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis: & pacem his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.] Propter quod. Contulerat supra Iudęos & gentes, ostendens

B quod vtriq; essent sub peccato, nunc ostendit gentes fuisse indigniores, & improperia Iudęorum perpessas, vt modo ęquales Iudęis magis sint obnoxii gratiæ dei. q. d. ꝑdicta bona habetis a deo, Propter quod, i. quia hęc habetis, & vt sciatis omnia esse a grã dei, Memores estote, vt magis grati sitis Qꝛ vos, Ephesii Aliquando. i. ante conuersionem, Eratis gentes. i. quales gentes. s. veteres peccatores Degentes in carne. i. in carnalibus, Qui dicebamini pręputium. i. immunditia. & hoc Ab ea, circuncisione quę nõ vere est, sed Dicitur circuncisio, quia facta est manu humana, non a deo In carne, nõ in spiritu. & memores estote Quod vos, qui nunc tales estis. Eratis illo tempore, malo. s. sine Christo. i. sine ꝓmissione Christi. quę tũc fiebat Iudęis. Eratis illo tpe malo. s. sine Xp̃o. i. sine ꝓmis

C siõe Xp̃i, q̃ tũc fiebat Iudęis Eratis Etiã alienati a cõuer uersatiõe Israel qb⁹ gẽtib⁹. s. nõ coutebãt Iudęi. & si aliqñ legẽ & prophetas accepistis. Dicebamini, vel eratis Hospites testamentorum. i. aduentitii. Hospes quasi hostii pes eo quod cum suscipiebatur in domo ponebat domin⁹ domus, & qui suscipiebatur pedẽ super hostium, & datis dextris, iurabat quod pacificus eius esset ĩgressus. Eratis Etiã non habentes spem ꝓmissionis, factę filiis Abrahæ, vt de ęterna hęreditate. Et sine deo. i. sine dei notitia eratis In hoc mundo, tam malo. Nunc autem. s. in hoc tẽpore gratiæ vos qui Aliquando eratis longe, non loco sed merito; & a deo, & ab Israel qualitate cõuersationis, quãuis esse Ambrosi. Aimo.

tis longe, tamen Facti estis prope, deo. & non carnalibus D sed spiritualibus Iudęis. & hoc In Christo Iesu. i. per Christum. & non quoquo modo per Christũ, sed In sanguine Christi. i. per sanguinẽ eius. In quibusdã codicibus reperitur esse scriptum. Qui, ibi. Vosq gentes eratis, & secundum hoc suspẽsiue legit, vsq ibi, Nunc autẽ. eodẽ tñ manente sensu, hoc modo, Memores estote quod vos qui ali. g. &c. Qui dicebamini qui eratis, &c. Nunc vos qui aliqñ eratis longe facti estis prope, non per vos, sed In Christo Iesu. i. per Christũ, & per ipsum, non quoquo modo, sed In sanguine Christi. & recte dico in Christo. Ipse enim est pax nostra, īter nos ipsos. s. Iudæos & gẽtes, & ad deũ qui & duos populos inter se pacificauit, & ideo reconciliauit. Vñ subdit. Qui fecit vtraq. s. vtrumq populũ, vnũ in fide & moribus. Ipse eñ est lapis angularis, in quo duo populi tanquã parietes de diuerso angulo venientes sibimet E quasi in pacis osculo copulanť, quos p hoc vniuit, quod sequitur, Et. i. quia est Soluens mediũ parietẽ macerię. i. obstaculũ quod erat inter illos duos populos, hinc ex lege, inde ex idololatria soluit, remouens legẽ a Iudęis, & idololatriã a gentibus, qui paries dicitur macerię, quia non erat stabilis neq robustus. Est enim maceria congeries lapidũ sine cæmeto, vt fit circa hortos. Paries vero macerię est q facile destrueret veniente gratia, quę & legem amouit, & corda gentium ab idololatria conuertit. Medius autẽ erat vt neuter populus alteri concordaret. Stante autẽ hoc pariete erant inimicitię, ira, inuidiæq inter eos, quæ abolitæ sunt destructo pariete. Vñ subdit, Et per hoc est soluẽs Inimicitias in carne sua, assũpta vel immolata, Lege, Hic exponit parietẽ quãtũ ad patrẽ Iudæorũ. q. d. Ipse dico, Euacuans legẽ mandatorum. i. euacuãs legẽ veterẽ quãtũ ad ea q̃ mãdabat. i. ad carnales obseruantias, non quantũ ad veritatẽ quã ꝓsignabat, Euacuans dico, Decretis. i. ꝓceptis euangelii q̃ ex ratione sunt. ideo euacuauit vt Duos populos prius diuisos per legẽ, Condat in semetipso. i. cõiũgat in fide eius. Ipse dico, Faciẽs pacẽ, destructis inimicitiis. Faciẽs dico In vno nouo hoĩe. i. in se solo a quo nõ aliũde est nouitas. & itẽ ideo euacuat Vt recõciliet ambos deo, positos In vno corpore. q. d. sublata inimicitia, & lege euacuata, facit pacẽ inter ipsos, & ambos recõciliat deo F

Marginal notes: Aug. 1 lib. retract. — Aimo. — Aimo. — Ambros.

A patri. Per hoc autē recōciliat deo quod pro peccatis se obtulit, & per euangelium illuminauit, quæ duo consequenter ostendit, subdens, Ipse dico, interficiens In semetipso inimicitiam, quæ erat inter deum & homines. i. peccata dimisit, In se vero non aliter interfecit inimicitiam, quam Per crucem. i. per mortem. Omnibus enim profecit mors saluatoris, Et veniens. i. per assumptam humanitatem apparens Euangelizauit, & si non in sua persona, sed in Apostolis Vobis, gētibus, Pacem, ad Deum fieri per se. Vobis dico, Qui longe fuistis, a Deo, quia idololatrę & sine lege erant. Non enim regione a deo longe est quisq;, sed affectu. Amas deum, prope es. Odisti deum, longe es. Et eandem pacē annunciauit His qui prope erant. i. Iudæis qui vnum deum colebant, & legem a deo acceperant.

B [Ergo iam nō estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coędificamini in tabernaculum Dei in spiritu sancto.]

Ergo iā nō estis, &c. q. d. annunciauit pacē, & etiā fecit. & quod fecerit, effectus indicat. Q̃m ambo habemus accessum. i. facultatē accedendi Ad patrē, & hoc In vno spiritu, i. p eūdē spiritū q per Christū omnibus datur & q̃a gētes accessū habēt ad patrē: ergo o vos gētiles Iā. i. a tēpore fidei Nō estis hospites. i. indigniores in fide Iudęis. sicut olim recepti in lege, Et aduenę. i. extranei a deo. Sed estis ciues sanctorum, non carnalis Israel, i, eiusdem iuris

C & dignitatis in domo dei cum sanctis, Et domestici id est familiares Dei, quib⁹ scilicet arcana reuelat, quasi de Babylonia translati estis ad Hierusalem. Duas quippe ciuitates in toto mundo faciunt duo amores, Hierusalem facit amor dei, Babylona amor seculi. Interroget ergo se quisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis. Nos dico, Superædificati id est innixi, & de bono in melius prouecti. Super fundamentum apostolorum & prophetarum. i super Christum qui est fundamētum, pręter quod nemo potest aliud ponere. Dicunt tñ & Apostoli & prophetę fundamentum. Vnde ait propheta in Psalmo, lxxxvi, Fundamēta ei⁹ in mōtib⁹ sanctis. Sed Christ⁹ est primū & maximum

Augusti. lib. sententiarum.

Aimo.

Cap.3. fundamentum: qui sicut aperte dicitur sanctus sanctorũ, D sic figuratę fundamẽtum fundamẽtorũ. Si ergo sacramẽta cogites, Christus est sanctus sanctorũ. si gregẽ subditũ cogites, Christ⁹ est pastor pastorũ. si fabricã cogites, Christus est fundamẽtũ fundamẽtorũ. Vel, Sup fundamẽtũ, i doctrinam, Apostolorum & prophetarum. i. super nouũ testamentũ. & vere, quia quod apostoli prædicauerũt, prophetę futurum prędixerunt. Et ne apostoli vel prophetæ

Ambrosi.

Augusti. in quibus fundata est ciuitas dei tenerent se in se, subdit, Ipso sũmo angulari, existẽte Xp̃o Iesu. In Xp̃o eñi totũ innititur primo fundamẽto, In quo omnis ista compages incũbit, vt nusq̃ cadat, quod fundamentum in summo est & nõ in imo, vt fabricator porea, ergo fundamẽtum & lapis angularis Christ⁹ est. & ab imo surgẽs summitatẽ tenet, q dicit lapis propter firmitatẽ, qa firmitatẽ sustinet. & E summus, q consummat. & angularis, quia duos parietes de diuerso venientes, Iudęorum. s. & gentiũ cõpaginat. Vñ subdit, In quo, Xp̃o. i. p quẽ Christũ. Omnis ædificatio, tã de Iudęis, q̃ gentibus. Constructa, in fide, Crescit, p augmẽtum virtutũ. Nemo enim tã perfectus est qui nõ possit esse pfectior. Crescit dico, In tẽplũ. i. vsq₃ quo sit tẽplũ dei, Factũ, remotione vitiorũ, In dño. i. in operatione domini. in quo. i. per quẽ Christum. & vos Ephesii, vt alii. Coędificamini. i. ad similitudinẽ aliorũ ædificamini, In tabernaculũ dei: vt sitis hitaculũ dei, & hoc i spũ opãte.

CAPVT III.

HVius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro nobis gentibus, si tñ audistis dispẽsatione gratię dei q̃ data est mihi in vobis, qm̃ secũ dum reuelationẽ notũ mihi factũ est sacramẽ tũ, sicut supra scripsi in breui prout potestis legẽtes intelligere prudẽtiã meã in ministerio Christi, quod aliis generationibus nõ est agnitũ filiis hoĩm, sicuti nũc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu, esse gẽtes cohæredes, & cõcorporales, & cõparticipes promissionis in Christo Iesu p euãgeliũ: cuius factus sum ego minister secũdum donum gratiæ dei, quę data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare om F

A nes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo quæ omnia creauit, vt innotescat principatibus & potestatibus cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei, secundũ prefinitionẽ seculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.] Huius rei gratia. Ostenso quod per Christum facta est pax & reconciliatio, hic ponit per quem ipsi sint coædificati, quia deus, i. reuelauit Paulo salutẽ ad gentes pertinere, & misit prædicare, & facit pati pro eis vt magis sint deo grati. Ab vltimo autẽ incipit, dicẽs, Hui⁹ rei gratia. i. pro hac re mihi grata vt vos coædificemini, vel pro gratia dei implẽda in hac re, Ego Paulus, qui tantus sum, sum modo Romæ. Vinctus Christi Iesu. i. pro Christo Iesu, & Pro vobis gentibus. i. quia gẽtibus prędicaui verbũ salutis. Pro vobis dico, Aimo.
B Si tamen audistis. i. intellexistis Dispẽsationẽ gratię dei q. d. mihi in vobis. i. apostolatũ dispensatũ mihi a deo, qui scit quare me ad hoc officium elegit. Per hoc vult eos scire, quia dei iudicio a Christo missus est prædicare gentibus mysterium gratiæ dei. Vel Si aũt dispensationẽ gratiæ quæ data est mihi in vobis. i. apostolatũ quẽ diuersis diuersa pẽsamus. q. d. patet me pro vobis vinctũ esse si scitis me esse apostolum nostrum quod nemo ignorat, & cũ p apostolatu vinctus sim, tamẽ. i. maxime pro vobis. Quoniã. q. d. data est mihi dispẽsatio in vos, quia mihi intimatũ est diuinũ occultum. & hoc est, Quoniam secundum reuelationem, i. non obscure, sed aperte Votum factũ est mihi, a deo, Sacramentum. i. occultum dei, Sicut supra Hierony.
C scripsi in breui. i. in breuitate, vbi dixit ipse est pax nostra. ibi nãq; mysteriorum sibi reuelatorũ summam permodico sermone perstrinxit, nõ tam totum quod nouerat proferens, quã ostendens ex modico quid taceret. Vnde subdit, Prout, q. d. & si breuiter scripsi, tamen aperte, Prout potestis, attente Legẽtes intelligere, Quid. s. Prudẽtiã meam, i. scientiam. In, agnoscendo Mysterio Christi. i. in cognoscendo hoc occulto, quo gentes saluandæ sunt p Christum, Quod mysterium Non est agnitum, aliis generationib⁹ pteritis. s. quibuslibet Filiis hoĩm. i. rationabilium: ita plene Sicuti nunc. Vel ita, Aliis generationibus id est aliis temporibus Nõ est agnitũ filiis hoĩm, ita plene

Sicuti.i.quam plene, Nunc,cum impleri videt, Reuelatũ D
est in spiritu.i.per spiritum, Sanctis apostolis eius & pro
phetis,nouis qui interpretantur scripturas, qui explanant
legem. Priores quidẽ prophetę pręscierunt olim de genti
bus quod vocandę essent & futurę pticipes dono dei. Hoc
enim significauerunt in multis scripturæ locis,sed hoc la
tuit eos quod sine lege p fidẽ Christi esset illis.s. sine circũ
cisione, & sabbatis, & neomeniis, & huiusmodi. hoc ẽ au
tẽ mysteriũ quod reuelatũ est.s. Gẽtes esse cohęredes,in fu
Aimo. turo,in patria cælesti, Et cõcorporales, modo in ecclesia
cum Iudæis, Et comparticipes promissionũ eius, dei quia
ad eos pertinet vt ad Iudęos promissio a deo facta Abra
hæ de hęreditate & cõcorporatione. & hoc totũ factũ est
In Christo.i.p Christũ.i.p incarnationẽ Christi, & Per
euãgeliũ.i.p meã prædicationẽ. Nõ eñ prodest[1] icarnatio E
nisi prædicetur. Cui[9],euãgelii,ego sum fact[9] minister,nõ
eñ est meũ,sed dei. & ita mihi nullæ gratię reddẽdæ, sed
B sermo malus non procedat de ore vestro, & si fuerit corde conceptus. In dei namq; seruo omnia bona debēt videri, nec ex aliqua parte puritas eius debet maculari. Sed si quis, quasi dicat malus sermo nō debet procedere de ore, sed nec etiam sermo bonus inutiliter dicendus est. & hoc est quod ait, Sed si quis, sermo, Bonus est, valens Ad ędificationē fidei, ita optime & circūscripte pcedat Vt det gratiam, id est vt sit gratus audientibus. Et nolite contristare, per inobedientiā, Spiritum sanctū dei, id est pdicatorem veritatis, quod est spiritum sanctū contristare quāeum ad vos. Nam spiritus sancti substātia qua est quicqd ipse est, non potest contristari cum ipsa sit ęterna & incōmutabilis beatitudo: sed quodā locutionis tropo vsus est Au. super Genesim.
C Apostolus, quo ea quę non accidunt deo tanq̄ illi accidāt, loquimur, figurantes eum facere vt nobis accidant. Non ergo tenēdum aliquid tale accidere spiritui sancto, qui in se immutabilis est: sed in sanctis habitat, vt eos ipleat charitate, qua facit eos gaudere de profectibus aliorum, & cōtristari de lapsibus vel peccatis eorum, de quorum fide & pietate gaudebant: quæ tristitia laudabilis, quia venit ex charitate, quam infundit spiritus sanctus, & ideo non immerito sed optime dicitur contristari, quia hoc facit in suis, cuius dono tam boni sunt vt eos mœstificent mali: & hi maxime quos bonos fuisse vel nouerunt, vel crediderunt. Hoc locutionis modo dicitur deus scire, quando nos scire facit; & quiescere ab operibus, quæ val-

de fecerat bona, quia nos facit requiescere cũ bona feceD
rimus. Vel ita, Nolite cõtristare spiritũ sanctũ dei.i.a vobis per mala opera fugare. Cũ bene agim⁹ gaudet in nobis spirit⁹ sanctus, dat⁹ nobis, vidẽs monita sua proficere vtilitatib⁹ nostris. Gaudet ergo.i.habitator manet in nobis, si de eo proficimus. Aliter tristatur.i.deserit nos. Nõ enim sic tristatur vt patiatur, cũ impassibilis sit: sed tristari dicit, quia a nobis recedit. Sicut contristat homo cũ de propria domo expellit quã sibi ędificauit, ita spũs sanct⁹ cõtristari dicit cũ de homine quẽ sibi mũdauit in baptismo per praua opera eiicit. In quo.q.d. Nolite cõtristare spiritũ sanctũ, qđ nõ debetis, quia ipse est. In quo.q.cui⁹ gratia vos Estis signati.q.d. cera in sigillo eius imagine vobis relicta.i.forma nouitatis impressa vobis. Vel, Estis signati.i.discreti a malis, & hoc In die redẽptionis.i.baptismi. Oĩs, etiã, Amaritudo, in dictis vel in factis mordacibus. Et ira.i.subit⁹ furor. Et indignatio, quę est si minor sublimatur: hęc de ira venit. Et clamor.i.cõtentio, quæ venit de indignatione, & est vox quasi insani. Et blasphemia, quę fit in deũ vel in sanctos. Blasphemia est per quẽ de deo falsa dicuntur. Hæc, inquã, oĩa, Tollãt a vobis, quia perniciẽ possunt p̃stare, nisi amoueantur. hæc etiam si fiant accidẽtibus causis, tamen temperãda sunt. Et quia illis pressis poterat malum in corde retineri, addit, Tollãtur cum omni malitia cordis, Estote, Item partem noui hominis hic ostendit.q.d. Illa tollãtur a vobis Estote inuicẽ benigni.i. largi de facultatibus vestris. Et misericordes, affectu & compassione mentis, etsi nõ est quod detur. Et donantes inuicem, in vos commissa scilicet si alter in alterum peccet condonate: alioquin de⁹ repetit remissa. Si enim in his contemptus fueritis, sine dubio reuocabit sententiam, per quam misericordiam dederat. sicut in euangelio de nequam seruo legitur, qui in cõseruum suum impius deprehensus est.

Aimo. Ambrosi. Au. in lib. cõtra mẽdacium.

E

F

Au. super Genesim.

CAPVT V.

ESTote ergo imitatores dei sicut filii kmi, & ambulate in dilectione sicut & Chr̃s dilexit nos, & tradidit semetipsum p̃ nobis oblationẽ & hostiã deo in odorẽ suauitatis. Fornicatio aũt & oĩs immũditia aut auaritia nec noĩet in vobis, sicut de-

A cet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquiū, aut scurrilitas q̄ ad rem nō pertinet: sed magis gratiarū actio, Hoc. n. scito te intelligētes, q̄ omnis fornicator, aut immūdus, aut auarus, qđ est idolorū seruitus, nō habet hęreditatē in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, ꝓpter hęc. n. venit ira dei ī filios diffidētię.] Estote ergo donātes inuicē dico, Sicut & deus in Christo .i. per Christū, Donauit; nobis: & quia donauit, Estote igitur imitatores dei inuicē vobis donādo. & tunc eritis Sicut filii charissimi. & nō solū condonate, sed etiam Ambulate, operū exhibitione, In dilectione, ponētes animas pro fratribus si opus est. & hoc ita syncere, Sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē deo, dū iniuriatus est sputis, colaphis, & huiusmodi. Et hostiā, dū oc
B cisus est in cruce, Et illa hostia nō figuraliter sicut legalia sacrificia, sed vere est Deo in odorē suauitatis. verbo legis alludit, qa hic est de quo dicebatur in lege. Nō. n. propter se illę hostię dicebant̄ offerri in odorē suauitatis, sed quia illū significabant, qui vere offertur in odorē suauitatis: qa pro iustitia est occisus quā exequebatur, & vsq; ad mortē conseruauit. Sed si mors Christi Deo fuit odor suauis, ergo mortē eius libenter accepit: nō ergo peccauerunt qui illū crucifixerūt. Sed nō est ita quia iniuste iustū occiderunt, qui in patris & sua volūtate occisus oblat⁹ est sicut & Iudas quid habet nisi peccatū in tradēdo Christū nisi tñ se traderet Christus, nec eū traderet Iudas. Tradidit Iudas Christū, tradidit se Chrs: sed ille agebat negociū suę vēditiōis, iste nostrę redētionis. Ideo ille impie de
C liquid, hic misericorditer egit. Fornicatio aūt, q̄ est cū liberis a viro, Et oīs immūdicia. s. incōtinētia pertinens ad libidinē quocunq; mō fiat, Aut auaritia. i. immoderata cupiditas habēdi. Nec noīetur in vobis. i. nec etiā suspicio sit de vobis ꝓbabilis, Sicut decet sanctos, aut turpitudo, vt in osculis & in amplexib⁹. Aut stultiloquium, vt plana verba, Aut scurrilitas, q̄ a stultis curialitas dicit̄. i. iocularitas q̄ solet risum mouere, Quæ ad rē. i. ad vtilitatē, Nō pertinet, q̄uis magno labore agat̄. Sed magis, nominet̄ in vobis, Actio gratiarū. Nec debent illa nominari. Hoc enī scitote, mētis ratione, & etiam Intelligētes, quod scripturę inde dicūt, ꝙ Omnis fornicator, aut

Ambrosi.

Aug. sup Ioannem

immūdus. aut auarus nō habet hęreditatē in regno Chri D
sti & dei.i.in regno cęlorū qđ est patris & filii. Sed attē-
de q dicēs, Auarus, adiunxit, Quod.est idolorū serui-
tus, æquans auaritiā idololatrię: quia illū auarū significat,
cuius deus nūm⁹. Vel ideo auaritia ęquata est idololatriæ
quia sicut idololatia Dei honorificētiā vsurpat & sibi vē
dicat: ita auar⁹ res dei quas vult seruare indigentib⁹, vsur
pat sibi & recōdit. Vel auarus hic accipit adulter qui si-
bi res alienas vsurpat.i. alienā vxorē. Nemo.q.d. Dico
quod tales nō habebūt regnū dei, & contra hoc qđ doceo
Nemo vos seducat, promittens impugnitatē ex mia dei.
Vel prædicās naturalia. Seducat dico Inanib⁹ verbis, oēs
eorū rōnes sūt inania verba. Propter hoc, vel pter hęc
.s. fornicationē & alia pdicta vitia, Venit ira dei i filios
Almo. dif.i.diaboli de qb⁹ diffidim⁹. Vl q diffidit de vita ęterna. E

[Nolite ergo effici pticipes eorū. Eratis.n. aliqn tene-
brę, nūc aūt lux in dño. Vt filii lucis ambulate. Fruct⁹.n.
lucis est in oi bonitate & iustitia & veritate. Probātes qđ
Ambrosi. sit būplacitū deo Et nolite cōicare opib⁹ infructuosis te-
nebrarū, magis aūt redarguite. Quę.n.i occulto fiūt ab ip
sis, turpe est dicere. Oia aūt q̄ arguūt, a lumine manifestā
tur. Oē.n.qđ manifestatur lumē est Propter qđ dicit. Sur
ge q dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Chri-
stus. Videte itaq fratres quō caute ambuletis, nō quasi in
sipiētes, sed vt sapientes, redimentes tps, quoniā dies mali
sunt. Propterea nolite fieri imprudētes, sed intelligētes q̄
sit volūtas dei.] Nolite ergo effici participes.i. similes
rorū.s.imitando opera illorū, quia si fueritis socii in ope- F
re, eritis & in pœna. Nec debetis esse. Eratis eñ aliqn
tenebrę.i. per ignorantiā peccantes. Et fili diaboli, prin-
cipis tenebrarnm: & ideo nō mirum, si tunc in nobis hæc
mala erant. Nunc autē estis lux.i. ex discretione bene o-
perātes Et iustificati per fidem, & baptismum. Et filii
dei, per adoptionē, qui est lux vera. & hoc, In domino,
in vobis. Tenebrę quidē fuistis i vobis, lux aūt estis in do
mino, qui illuminat omnē hominē venientē in hunc mū-
dum. Ideo nō addidit in dño, cū ait fuistis tenebrę: sed cū
ait, Nunc autē lux, & quia lux estis in dño, Ideo ambu
late, bono operum gressu Vt filii lucis.i. viuite vt filii dei
.s. sancte & immaculate. Hic eñ fructus lucis est, id est

A hęc sunt opera lucis.s.viuere, In omni bonitate,vt boni in vobis sitis. Et iustitia,& pximis quod iustũ est faciatis Et veritate,vt vera loquamini. Vel bõtatẽ p partes exponit. Iustitia eñ & veritas sũt partes bonitatis,Et est sensꝰ, In omni bonitate, Et,per idẽ, Iustitia & veritate.s.iuste viuatis & vera loquamini. Probãtes.q.d. Ambulate dico Prius probantes,& ratione discernentes. Quod vel quid sit beneplacitũ deo.q.d. Oĩa opera vestra ita sint circunspecta vt beneplaceãt deo. Nolite.q.d.vt filii lucis ambulate, Et nolite cõmunicare operibꝰ infructuosis tenebrarum.s.malorũ hoĩm.i.a malis corde semper disiungamini. Ad tps cauete,copulamini corpe. tolerate paleã in tritura,tolerate ĩ area:qd eñ toleretis in horreo nõ habebitis.veniet vẽtilator q diuidet bonos a malis: eritq́ corpo- Augu.de ver.apo.

B ralis separatio quã debet spũalis pcedere. ideo ait, Nolite cũ.o.inf.i.malis vt cũ bonis sit pars malorũ, Magis aũt red.i.nõ sitis negligẽtes in corrigẽdis vestris,ad curã.s.vestrã,qnõ ptinẽtibꝰ:tñ leni aĩo,vt ait alibi Apls,Hoc agite vt foris terribilr psonet interptatio, & intꝰ lenitatis teneatur dilectio. Attẽde ꝙ duo cõiungit,vt.s.nõ cõicent cõsentiendo,& redarguãt. His.n. duobus modis nõ te maculat malus.s.si nõ cõsenseritis & redarguis.vtrũq́ cõplexꝰ apls dicẽs, Nõ cõi.i.nolite cõsẽtire,laudare,& approbare. & qa parũ est nõ cõsentire,addit, Magis aũt redarguite.i. rephẽdite corripite,coercete. Et est sensꝰ,Nõ sitis cõsẽtiẽtes malis approbando,neq́ negligentes nõ arguendo,neque superbientes insultanter arrogando. Quę autem vel Augu.de ver.euan. Ambrosi.

C enim.q.d.Dico non communicate,neque debetis, Autẽ .i.quia turpe est nõ solum facere,sed etiam dicere. Quę ab eis fiunt in occulto,loco,id est non palam sed occulte & in hoc apparet quod turpia sunt. Vel, In occulto.i.in cogitatione. Omnia autẽ vel enim.q.d. Turpe est dicere quæ faciunt,sed tamen redarguenda sunt,quia sic manifestantur sæpe per confessionem,& hoc est, Oĩa autẽ q̃ arguunt a lumine.i.a bonis & sanctis hoĩbus qui sunt filii lucis,sępe Manifestant,per cõfessionẽ & pœnitentiã, & ideo redarguendũ est. Omne enim,malũ qd sic manifestatur.i.per cõfessionẽ & pœnitentiã, Lumẽ est:i.in lumẽ vertitur, quia bonum est vt peccatũ per confessionẽ & pœnitẽtiam manifestet, Vel, Lumen est,id est nõ est Aimo.

ambiguum, nec poteſt excuſari quod palam dictum eſt. D
Vel ita, Omnia em̄.q.d. Ideo arguite, Omnia em̄ quæ
arguuntur a ſanctis.i.illi mali cū arguūtur a ſanctis, Ma-
Ambroſi. nifeſtantur, ſibiipſis qui mali ſunt. Tunc em̄ vidētur ſibi
& aliis peccatores cum obiurgātur, & ideo arguēdi ſunt,
quia ſic incipiūt eſſe lumen. Vnde ſubdit, Omne autē vel
em̄, qd manifeſtatur.i.malus cū ſibi innoteſcat eſſe mal⁹,
Lumē eſt.i. p pœnitētiā incipit cōuerti ad bonū. Propter
quod.ſ.quia ſit lumen, dicit ſpiritus ſanctus per me, O tu,
Qui dormis.i.qui torpes in peccato iacēdo, & neſcis te eſ-
Aimo. ſe in peccatis oblitus dei, Surge, per confeſſionē, Et ex-
Auguſt. urge p ſatisfactionē. A mortuis.i. a futura dānatiōe. Et
illuminabit tibi, hic per fidē & ſpem, & in futuro per ſpe
ciem, Chriſtus, qui eſt ſol iuſtitiæ. & quia prodeſt redar-
guere, Videte itaq; fratres quō .i. quodā moderamine, E
Caute ambuletis, viuendo & redarguendo, Nō quaſi in-
ſipientes.i.indiſcreti: ſed, Vt ſapientes.ſ.omnibus proui-
dentes. vos dico Redimentes tēpus.i. præparantes vobis
opportunitatē ſeruiendi deo & vacandi diuinis, qd neceſ
ſe eſt, quia Dies mali ſunt, id eſt hodie ſunt mali hoīes.
Au.in ſer, Dies mali dicunt̄ pro duab⁹ rebus.ſ.pro malitia & miſe-
de ver. ria hominū. Cęterū dies iſti quantū pertinet ad ſpatia ho
euāgelii. rarū ordidinati ſunt. Ducunt em̄ vices, agunt tēpora. Ori
tur em̄ ſol & occidit, tranſeunt tēpora cui moleſta ſunt tē
pora ſi hoīes ſibi nō ſunt moleſtię. Dies ergo dicūtur ma
li, vt dixi, propter malitiā hominū, & miſeriā: ſed miſeria
hominis cōmunis eſt, nō debet malitia eſſe cōmunis Ex
quo em̄ lapſ⁹, Adā de paradiſo expulſus, nunq̄ dies niſi F
mali quod oſtendit puer qui naſcitur, quia a ploratu in-
cipit, nec ridere poteſt: ſtatim natus plorat, propheta.ſ.ſuę
calamitatis. lachrimę em̄ teſtes ſunt miſerię: nondū loqui
tur, & iam prophetizat, Quid? in labore ſe futurū, vel ti-
mere etiam ſi iuſtus fuerit, in mediis certe tribulationib⁹
poſitus ſemper timebit. Redimamus ergo tēpus. Quid eſt
tempus redimere? Redimit ille tē pus qui perdit.i. dat de
ſuo vt vacet deo non litibus, quaſi det nummū pro vitio.
Das em̄ nummū & emis panē vel vinū, vel aliquid aliud:
das & accipis, aliquid amittis, & aliquid acquiris. Sicut er
go perdis nūmos vt emas tibi aliquid: ſic perdas de tuo,
vt emas tibi quietē, hoc eſt temp⁹ redimere. Vnde dn̄s ait.

A Si quisvult iudicio tecum contendere, & tunicam tollere dimitte ei & pallium, vt habeas quietum cor, ne perdas tēpus vacandi deo tuo, a quo vult te auocare damno & litibus. Vel ita, Sitis redimentes tēpus, i. quod minꝰ fecisti in vno tēpore, restituite ī alio, dimidiātes dies quos impii nō dimidiāt. Alii. n. dimidiāt, alii īplēt dies, alii nec īcipiūt, i. alii moriūt ī Aegypto, alii in terra sācta, Nec mirū si minus fecistis, Quōm dies mali sunt. i. In hac vita multa occurrunt impedimenta, nec possunt agi pro libito. Propterea s. quia mali sunt dies, Nolite fieri imprudentes. i. inconsiderantes, sed potius estote, Intelligentes q̄ sit volūtas dei i. quod deo placeat, quærite cui placet, vt omnia prouide & cū modestia agantur, nihil pturbate & cū strepitu. Et vos qui huic prudentię operam datis. [Et nolite īebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, lo-
B quentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritalibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christꝰ caput est ecclesię, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret, mundās eā lauacro aquæ in verbo vitę, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā non habentem maculā aut rugam aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & vi-
C ri debēt diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suā vxorē diligit, seipsum diligit.] Nolite inebriari vino, nihil enim est quo minus conueniat alios arguēdi q̄ inebriari vino, In quo est luxuria. i. ex quo procedit malus motus, vñ tollitur authoritas arguendi Sobrii. n. possunt habere fiduciā arguendi, qa bona cōuersatio terrorē incutit delinquenti, ideo tēperandū est a vino in quo est luxuria, & ebrietas cauēda, Quia vēter æstuans vino cito dispumat in libidinē. Sed īpleamini spiritu sancto. i. donis spiritus sancti. Loquētes, q. d. hoc mō poteritis impleri spiritu sancto, si vos estis loquētes. Vobismetipsis, i. si vos ītelligitis, & si vos intus instruitis de his quę dicitis, In psalmis, g

Ambrosi.

Hierony.

ad bonam opationẽ cōmonēt, Et hymnis,quę de dei lau D
dibus dicũt. Et cāticis ſpũalib⁹,quę de ęterno gaudio ſũt,
& ideo ſpũaliter intelligenda ſunt,qa ſpũalia ſunt quę do
cēt,& implēda ſunt ope. Vñ ſubdit, Cātātes.q. d.debetis
loqui vobis.i,iſtruere vos de his, & poſt locutionē horũ,
eſtote ipſo actu, Cātātes,i,deũ laudātes,& de æternis ex
ultātes,ſicut hymnus & canticũ docēt. Et pſallētes,bono
ope,vt Pſalmus docet. & hoc, In cordibus veſtris,i,ſpō-
tanea volũtate. Et hoc totũ facite, Dño,i,ad honorē dñi.
Et eſtote gratias,ſp, Agētes pro oībus,donis,vel p oīb⁹
Ambroſi. .ſ.proſperis & aduerſis Deo & patri,i,deo,quia de⁹ creā
do,& quia pater ē Chriſti natura, nobis adoptiuis gratia
& hoc,exultādo in noīe dñi noſtri Ieſu Chriſti. Per quē
nos adoptauit,i,filius eius proprius,p quem cognouimus
Aimo. eũ. Et eſtote ſubiecti inuicē,nō ſolũ auditores p̄latis:ſed E
etiā p̄lati ſubditis,in charitate eis ſeruiendo, & humiliter
curā gerēdo.nā & ſi dignitas maior,adminiſtratoria tñ ē
Vnde Apoſtolus. Oīm me ſeruũ feci. Eſt ergo maiorũ ſal
ua tñ dignitate ſeruire,ſicut minorũ eſt obedire. Hęc autē
tā minorũ ꝙ maiorũ, Ordinata ſubiectio debet eſſe, In,
caſto Timore Chriſti,qui humilitatē mādauit. Mulieres,
Ambroſi. Hucuſq; cōiter de oībus egit,nūc ſingulis ordinib⁹ ſuadet
q.d. Hucuſq; cōiter monui, & p̄ter cōia ſpāliter dico, Vt
mulieres viris ſuis ſint ſubditæ,ſicut dño,i,ea ſimplicitate
qua dño ſubiectę ſunt:ſicut Sara ſubdita erat viro,quę do
minũ vocabat Abrahā. Et bene vtiq; debent eſſe ſubiectę,
Quoniā vir caput mulieris.i.rector & actor,a quo muli-
er ſumpſit initium:ſicut Chriſtus caput eccleſiæ, qui ē re- F
ctor & author eccleſię,qđ plus eſt. Ipſe,Chriſtus etiam,
Eſt ſaluator corporis eius Chriſti.i.eccleſię,quod nō eſt
vir mulieris. Sed vt.q.d. Chriſtus eſt ſaluator eccleſię,qđ
nō vir eſt mulieris: Sed tñ, Vt eccleſia ſubiecta eſt Chri
ſto:ita & mulieres,ſubiectæ ſint, Viris ſuis in omnibus,
quę non ſunt cōtra deũ: Vos aũt Viri diligite vxores ve-
ſtras,quarũ caput eſtis, Sicut & Chriſtus dilexit eccleſiā,
cuius caput eſt,& adeo dilexit,quod tradidit ſemetipſum
pro ea,ita & vos pro vxoribus veſtris facite ſi ſit opus.tra
didit dico Vt ſanctificaret illā, iuſtitia bonæ vitæ, Prius
mundans eam,a peccatis. & hoc, Lauacro aquæ, ſanctifi
catę In verbo vitę.i.quo datur vita,quo accedente ad ele-

A mentum, fit sacramentum, quo sanctificatus homo accipit vitā æternā. quod vtiq; fecit Christus vt ipse per hoc Exhiberet sibi, in futuro, Ecclesiā gloriosam. i. in aïo & corpore rutilātem gemina stola decorā ecclesiam dico Non habentē, vel nunc vel tunc, Maculam. i. aliquod criminale peccatū. Neq; rugā. i. peccatū mortale intus latens sicut est dolus. Duplicitas enim ruga dicitur. & est sensus, Non habens maculā neq; rugam. i. mundam & simplicem. Vel, Non habēs maculam neq; rugam, quia per actionem bonā mūda est a macula, & per spē tensa ad superiora. Proinde vestis eius in monte tanq̄ nix dealbata, effulsit quæ significabat ecclesiā omni macula peccati mundatam, quę p Christi in ligno crucis extēsionē extensa est a ruga, & desiderio ad cælestia, Ait, non habentē, Aliquid huiusmo- Ambros.

B di. i. peccatū aliquod pro quo sit damnabilis. Sed vt. q. d. Dico exhiberet sibi ecclesiā non habentem maculā neq; rugam, Sed poti⁹ talē, Vt sit sancta, hic per bona opera, Et immaculata. i. abstinentia mali. Vel de futuro, vt tunc sit sancta per gloriam fruetur. Et immaculata, per corruptionis remotionem. Sicut ergo Christus fudit sanguinem vt lauaret maculam ecclesię, & extendit se in crucæ, vt tolleret rugā, sic & viri si op⁹ est debent mori pro saluandis vxoribus, & verbo vitæ eas instruere, vt exhibeāt eas deo. Item, Ita etiā debent viri diligere vxores suas, vt corpora sua. i. seipsos, quia ambo vna caro sunt, & mulier portio corporis viri est. Bene dixi vt diligāt vxores sicut sua corpora, quia Qui diligit vxorem suam, diligit seipsum, qa vxor corpus viri est, & vir caput vxoris, [Nemo enim

C vnquā carnē suā odio habuit, sed nutrit & fouet eā sicut & Christus ecclesiā, quia mēbra sumus corporis eius de carne eius & de ossibus ei⁹. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhęrebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamē & vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat, vxor autem timeat virum suum.] Nemo enim. q. d. Vere debet diligere vxorem suam qui caro sua est. Nemo enī vnquā carnē suā odio habuit, quia & si sanctus macerat carnem non eā odit, sed peccatū quod in ea est. Qui ergo mauult esse sine corpore, non corpus sed corruptione ei⁹ & pon


dus odit. Non itaq; nullũ corpus, sed incorruptũ & celer- D
Augu. de berrimũ corpus vult habere. Qui ergo continentia quadã
do. Chri. & laboribus persequitur corpus suum, non id agit vt non
habeat, sed subiugatũ & paratũ ad opera necessaria. Ne-
mo odit carnẽ suam dico, sed nutrit eam cibo & potu, Et
fouet, indumentis, ita & vxorẽ suã nõ debet vir odio ha-
Ambro. bere sed fouere quia caro eius est, & de corpore suo facta
Sicut. q. d. Ita diligat & nutriat vir vxorẽ suã, Sicut & Chri
stus nutrit & diligit ecclesiã, vt carnẽ suam. Et est sensus,
Ita debet vir facere de vxore q̃ caro ei⁹ est, quia sic Chri-
stus nutrit ecclesiam vt carnẽ suam cibo corporis sui, & fo
uet eã spiritualibus indumentis pręceptorum, virtutũ bo
norum operũ. & bene Christus diligit & nutrit ecclesiam
vt carnẽ suam, quia corpus eius est. Et huius corporis su-
Aimo. mus mẽbra omnes, fideles, & alii De carne eius. i. infirmi E
Augusti. q indigent sustentari fortibus vt caro sustentatur ossibus,
& aliis. De ossibus eius. i. perfecti & fortes. In cuius rei fi-
gura Adam qui erat forma futuri, cum de costa suam fa
ctam mulierem vidisset in Genesi dixit, Hoc os de ossib⁹
meis & c. d. c. m. Sicut. n. Eua ab Adam facta traxit ab eo
carnẽ & ossa, ita nos a Christo instituti, alii sumus vt ossa
scilicet robusti, alii vt caro. s. infirmi. & ideo ait. Ex car-
ne eius. i. infirmi sumus a simili infirmitatis eius quã ha-
buit in homine. Propter hoc, ostendendum. s. quantum
Christus dilexit ecclesiam, est scriptum in Genesi, Relin-
quet Christus homo patrem, formam serui accipiendo.
Augu. sup Non enim ideo hæc dicit quia Christus deseruerit, & re-
Ioan. cesserit a patre, sed quia non in ea forma apparuit homi- F
nibus in qua ęqualis est patri, Et matrẽ suam. i. synago-
gam, de qua secundũ carnẽ natus est, Et adhærebit vxori
i. sociabit se ecclesię. Et duo. s. Christus & ecclesia Erũt in
carne vna. i. i vna volũtate. Et vna vtiq; caro sunt Christ⁹
Au. cõtra & ecclesia, quia qui deus erat apud patrẽ, a quo & fa-
Faust. cti sumus, factus est p carnẽ pticeps nostri, vt illius capi-
Aug. i ps. tis corpus essemus. & vtiq; si caput est, habet corpus, cor-
cxxxviii. pus eius est sancta ecclesia q̃ coniunx eius est, cui dicit A-
Augu. de postolus, Vos autem estis corpus Christi & membra. To-
ver. euan. tus itaq; Christus est caput & corpus tanq̃ integer vir, qa
& fœmina de viro facta est, & ad virũ ptinet, ita Christ⁹
vt essem⁹ vnũ cũ illo caput nostrũ esse voluit accipiendo

A carnē ex nobis, in qua moreretur pro nobis. Dormit Adā vt fiat Eua, moritur Christus vt fiat ecclesia, dormiendo Adam fit Eua de latere, mortuo Christo lancea percutit latus vt profluant sacramenta quibus formetur ecclesia. Reliquit ergo Christus patrem, quia non in eadē dignitate apparuit hominibus in qua est apud patrem. Et sciēdū quia hęc primi hominis fuisse scriptura Genesis testatur. Christus vero in euangelio dei verba declarat esse dicens Num legistis, quia qui fecit ab initio mal. & fœm. f. e. & dixit, propter hoc relinquet homo &c. Vt scias p extasim soporis qui præcessit in Adam, in qua angelice interfuit, ingressus in sanctuarium dei vt intelligeret in nouissima, hoc eum diuinitus tanquam prophetā dicere potuisse. Et vt ostenderet quid in his verbis quæreremus, vt non cōie
B cturis nostris aliquid ausi dicere videamur subdit & exponit, Sacramentum hoc magnum est. Et ne aliquis putaret in viro esse & vxore secūdū vtriusq; naturalis sexus copulationē, corporalemq; mixturā, addit, Ego dico, In Christo & ecclesia. Secundū hoc ergo quod in Christo & ecclesia accipit quod dictū est, nō iam duo sed vna caro sūt & quō spōsus & spōsa dicūt, sic caput & corp⁹. Siue ergo dicā caput & corpus, siue spōsus & sponsa, vnū itelligite. Fit eñ ex duob⁹ quasi vna q̄dā psona. s. ex capite & corpore ex sponso & sponsa, quā vnitatē mirā & excellentē cōmēdat Esaias, in quo Christus loquens ait, Sicut sponso alligauit mihi mitrā, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Huius spiritualis vnitatis sacramētū fuit illud quod in
C Genesi de vnione cōiugii ad literā dicit. Vñ & quod hic ad literā dicit, ad literā pōt accipi, sic. q. d. quia diligit vir vxorē suā, Propter hoc. i. propter hanc dilectionē, Relinquet hō patrē & matrē, & adhęrebit vxori suæ. Ita ad literā sæpe fit, Et erunt duo in carne vna. i. carnali commercio. s. q̄ñ simul miscentur carnali cōiunctione. Hoc Moyses ad literā de vnione cōiugii dixit quod est signū magnę rei. s. signū cōiunctionis Christi & ecclesiæ. vnde subdit, Sacramentum hoc magnū est, ego dico in Christo, & in ecclesia. i. coniugalis copula signum spiritualis vnitatis Christi & ecclesiæ. Verūtamē. q. d. Etsi hoc nō solū ad literā dicit, sed ē signū alterius rei, Verūn & vos singuli s. vnusquisq;, Vir, secūdum literam, Diligat vxorem suā

Aug. sup Ioannem
Aug. con. Manich.
Aug. sup Genesim
August.
Augusti. i psalmo. xxx.
Aimo.

sicut seipsum, sequens moralitatem historiæ. Vxor autē D
non solū diligat, sed etiā Timeat virum.i.subdita sit viro.

CAPVT. VI.



Ilii obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes vo- E
luntatem dei ex animo cum bona voluntate, seruientes sicut domino & non hominibus, scientes quoniam vnusquisq; quodcūq; fuerit bonum, hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorum vester dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud deum. De cætero fratres confortamini domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, qm̄ nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus pricipes & ptātes aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Propterea accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, F
& induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem euangelii pacis.] Vos autem filii obedite, tanquam subiecti Parentibus vestris, carnalibus. & hoc, In domino.i.secundū fidē domini & iustitiā. & debetis hoc facere Hoc enim iustum est, quia præceptū legis est in qua dominus hoc pręcepit dicens, Honora patrem tuum, & matrē tuam. Honorare patrem est ei reuerentiam exhibere, & necessaria subministrare. Quod mandatum est primum, inter mandata quæ ad hominem pertinentia scripta sunt in secunda tabula. Ad duo nanq; pręcepta charitatis scilicet dilectionis dei & proximi pertinet decalogus. Ad pri-

A mum pceptū.s.dilectionis dei tres cordæ pertinent, id est tria mādata,quia de⁹ trinitas est. Ad alterū vero pceptū.s. proximi,septē cordę.i.septē mādata, & illa tria mandata ad deū pertinentia in prima,& alia septem ad proximū, in secūda scripta erāt: inter q̄ hoc merito primū est, quia sicut deus principaliter principiū est hoīs,sic pater secundario cui⁹ mādati addit̄ promissio,qđ nō est i aliis. Vnde subdit,& hoc mandatum est In promissione,hac.s.vt in ꝓsenti Bene sit tibi,in carnalibus & spūalibus Et sis longæuus,in vita æterna fundatus, Super terrā,viuentium. Et vos patres,nolite prouocare filios ad iracūdiā,quia sic legem nō custodiēt. In ira.n.nemo agnoscit quid sit vtile. Sed educate illos,dum pueri sunt,ne legē cōtemnāt. Vt disciplina,verborū, & correctione verberū,vt proficiāt in

Augu.de decē cor.

B rebus dñi. Vos, aūt, Serui obedite dñis, nō solū spūalibus,& bonis, Sed etiā carnalib⁹. Seruit⁹ cœpit ex peccato.prima.n seruitutis causa peccatū est, vt homo homini vinculis cōditionis subderet: qđ nō fuit nisi deo iudicāte, apud quē nō est iniquitas: & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquentiū. Obedite inquā, Cū timore.i.cū reuerētia,qđ faciunt filii: Et tremore,qđ seruorū. & hoc In simplicitate cordis vestri,vt sicut ostenditis extra,sic sit in volūtate vestra vt si non potestis a dño liberi fieri,libere seruiatis.liberā em̄ quodāmodo facit seruitutē qui seruit nō timore sub dolo,sed fideli dilectione: donec trāseat iniquitas,& oīs euacuetur potestas. Ita simpliciter obedite, Sicut,obedire debetis Christo,quia ipse hoc p̄cipit ad cōseruationē humilitatis,obedite dico, Non ser-

Augu.de ciui.dei.

C uientes ad ocul⁹.s. dū videmini. Quasi hominibus placētes,sicut illi faciunt qui quęrūt hominib⁹ placere: Sed vt serui Christi. Cū.n. Christo iubēte seruis, nō tantū.s. homini seruis,sed Christo. Facientes voluntatem dei ex animo,ita.s.vos dico Cum bona voluntate,seruiētes dominis vestris,sicut Domino.i.ita vt in eo putetis vos seruire deo & non hominibus. Tātum vos dico Sciētes ꝙ vnusquisq̄, quodcunq̄ bonum fecerit,hoc percipiet a domino. siue liber sit,siue seruus.nō em̄ minus recipiet seruus,q̄ liber. Et vos dñi facite illis,seruis vestris, Eadē.i. similia in bona volūtate: Remittētes illis,siquādo peccāt, non solū verbera,sed etiam Minas, scientes, Quod do-

minus illorū & vester est in cęlis: & quia personarū acceptio nō est apud deū, dn̄s.n. iustus iudex causas discernit, nō psonas: ideo in qua mēsura quis mēsurauerit, remetiet illi. De cætero, Post specialia pcepta qb⁹ admonuit singulos ordines, in cōmuni admonet oēs. q.d. Hucusq; iuui vos in verbo & opere: & iam De cætero. i. deinceps in futuro, in reliquo tempore O fratres, in fide & dilectione, Confortamini, contra bellū diaboli, In dn̄o. i. in auxilio dn̄i, & in potentia virtutis eius, quia ipse dat potentē virtutē pugnare volentib⁹: & vtiq; ita debetis cōfortari, Induite vos armaturā dei. i. virtutes, Vt possitis stare, firmi. Aduersus insidias diaboli, quia ex occulto molitur mala. Et necesse est vt stetis, Quoniam est nobis colluctatio, quasi vicinū est bellū, & de prope. Et nō est aduersus carnē & sanguinē tantū. i. nō cōtra hostes q visibiles sunt & fragiles, vel contra vitia tantū quæ sunt ex carne & sanguine, Sed aduersus principes. i. dęmones, qui principātur aliis, Et potestates. i. cōtra eos, qui etiā super hos positi sunt, qui aliis psunt. Certum est. n. quia exitia famulis dei a diabolo irrogātur, siue per se siue per ministros, cui⁹ altitudo grandis est. Dico q colluctatio est vobis aduersus dęmones, qui itaq; timendi sunt, quia mundanos regunt. Vnde exponēdo qd̄ dixerat subdit. s. Aduersus rectores mūdi. i. aduersus diabolum & angelos eius quos rectores mundi dicit, quia ipsi regunt dilectores mundi. Nō. n. regunt mundū qui cōstat ex cælo & terra, sed mundū peccatores dicit. de quo alibi, Et mūd⁹ eum nō cognouit. Talē mundū illi regūt cōtra quos habem⁹ ppetuas inimicitias, quia & qui patiūtur hoīes importunos, illi faciūt: instigāt eñ & inflāt hoīes, & tanq̄ vasa sua mouent, & velut organa tangūt: cōtra eos habemus occultā luctā, ad quā nos armat Apostolus. Et ne putarentur hūc mundū visibilem regere, subdit, quid mūdi noīe intellexit. s. Tenebrarum rectores. i. peccatorū, Harū. s. tā malarū. i. rectores sunt eorū quos pcipitāt in tenebrosa opera. q.d. nō dominātur dæmones mundo qui cōstat ex cælo & terra, sed peccatoribus & adhuc specialius determinat. s. Contra spūalia neqtię. i. cōtra spūales & nequā hostes. quare timēdi sunt hostes cōtra quos bellū habemus, quia spūales & inuisibiles: & quia nequā, & nō pro parua re pugnāt nobiscum,

Margin notes: D (beside line 1); Ambrosi. (beside "turo, in reliquo tempore"); Aimo (beside "Aduersus insidias"); E (beside "nē & sanguinē"); Augu. in ps. 76. (beside "Vnde exponēdo"); F (beside "mundū illi regūt").

A Sed in cęlestibus.i.pro cęlestibus.s.pro cæ lesti hęreditate tollenda.vel cęlestia dicit Virtutes in quibus pugnam patimur dæmonũ. Et est,lucta est nobis Cõtra nequã spiritus,quorũ certamen patimur, In cęlestib⁹.i.in virtutib⁹. vel cęlestia dicit hũc caliginosum aerẽ,& est sensus, Est nobis colluctatio cõtra spũs nequã .i. cõtra dæmones nequam,qui spũs nequã sunt in cęlestibus.i.in hoc inferiori Vnde dicitur,Aues cęli. Aduersus tales nobis est lucta qui sunt rectores,quia quõ eos q sunt lux Christus gubernat & regit,sic eos qui tenebrę sunt ad omne malũ diabolus ꝑcipitat & instigat. Hoc ergo nos hortatur Apostolus,vt nõ cõtra hoiem malũ,immo pro illo,sed cõtra diabolum qui cũ illo operatur,& in illo,oremus: & quicquid possumus faciamus,vt diabolus expellatur & angeli ei⁹,& homines liberentur. Ipsi eñ dęmones quasi equites pugnãt in suis equis,hominib⁹.s. Eqtes ergo occidam⁹ & equos possideamus, ergo bellum gerimus aduersus rectores tenebrarũ.i.infideliũ. hoc,vnũ ꝑliũ est. Alterũ aũt cuiqȝ in seipso est,& hoc est graue bellũ, & molestius: in quo quisque victor extiterit,illos quos videt inimicos.i. principes mundi cõtinuo superabit: & si illos vicerim⁹ q sunt principes malitię,& quorũ instinctu vitia carnis cõtra nos seuiunt, tunc facile superare poterim⁹ oẽs ministros illorũ. Superato enim principe exercitus facile fugatur: sicut ex libro Iudith ostenditur, vbi narraẽ ꝙ Oloferne principe militię interempto, multitudo exercituum in fugã versa, & a Iudęis facile superata. Vt aũt vincere valeamus,spiritualis armatura assumenda est, Propterea, &c.q.d. quia tales hostes habemus & de tãta re,propterea accipite cõtra eos armaturã dei.i.qua deus suos armat,& ideo accipite. Vt possitis resistere, malis & spiritualib⁹ nequitiis. In die malo.i.in hac vita vbi est tentatio,Aliter n.nõ possetis resistere,nisi habita armatura virtutũ, Et vt perfecti virtutib⁹,possitis stare In omnib⁹.s. prosperis & aduersis,& quia armatura dei necessaria est. State,ergo viriliter quotiens prouocamini. Succincti lumbos vestros id est carnales cõcupiscentias,cingulo castitatis,succingẽtes vel frenãtes,& hoc nõ in simulatione, Sed in virtute, vt vere propter Christũ luxuriã refrenetis, quę in lumbis maxime vrget. Vel, In charitate, hoc facite.i.per chari-

August.
Ambrosi.
Augu.de ver.apo.

(Marginal letters: B beside "mines liberentur"; C beside "tales hostes habemus")

tatem. Et estote induti lorica iustitiæ. i. iustitia sit vobis lo D
rica cuiq; secundũ ius faciendo, ne pateat locus hosti. Et
estote calciati pedes. i. affectiones vestræ sint munitę vir-
tutibus, ne a vitiis pungãtur. & hoc, In p̄paratione euan
gelii, vt sitis ita p̄parati ad p̄dicandũ euangeliũ vel ad cõ
plẽdũ p̄cepta euãgelii, Euangelii dico, Pacis. s. qđ nũtiat
pacẽ inter deũ & hoĩes. Calciamẽta hæc virtutũ debent
habere p̄dicatores, ne ille q̃ p̄dicat pede mẽtis terrã tã-
gat. i. pro terrenis faciat. Hac significatione Marc⁹ dicit,
Augu. cõ- sandaliis vel soleis calciari, vt neq; pes sit tectus neq; nu-
sẽsu euã. d⁹ ad terrã. i. nec occultet euangeliũ, nec terrenis innitat.

[In omnibus sumẽtes scutũ fidei in quo possitis omnia
tela nequissimi ignea extinguere: & galeã salutis assumi-
te, & gladiũ spiritus qđ est verbũ dei, per omnem oratio-
nem & obsecrationẽ orãtes in omni tempore & spiritu, E
& in ipso vigilãtes in omni instãtia & obsecratione pro
omnibus sanctis, & pro me vt detur mihi sermo in aper
tione oris mei cũ fiducia notũ facere mysteriũ euangelii,
pro quo legatione fungor in catena ista, ita vt in ipso au-
deam prout oportet me loqui. Vt aũt & vos sciatis q̃ cir-
ca me sunt, quid agam omnia vobis nota faciet Tychic⁹
charissimus frater & fidelis minister in dño, quẽ misi ad
vos in hoc ipsum vt cognoscatis q̃ circa nos sunt, & cõso-
letur corda vestra. Pax fratribus & charitas cũ fide a deo
patre nr̃o, & dño Iesu Christo. Gratia cũ oĩb⁹ q diligunt
dñm nostrũ Iesum Christum in incorruptione. Amen.]

Vos dico, In omnib⁹ p̄liis, Sumẽtes scutũ fidei. i fidẽ
rerũ, quas nõ vidim⁹, q̃ excepit inimicorũ tela, & repellit F
tanq̃ scutũ. Fides. n. scutũ est, sub qua vel quo iustitia quę
interiora trãsfigi nõ sinit, tuta est, sicut sub numine omniũ
virtutũ qđ protẽdit ante oĩa arma. qđ pri⁹ impugnat dia-
bolus. Vnde, Prima petit campũ dubia sub sorte duelli,
pugnaturo fides. Hãc igitur sumite vt scutũ, In quo pos-
sitis extinguere oĩa tela. i. assultus Nequissimi, diaboli.
Tela, dico, Ignea, quia de vitio in vitiũ incendũt, Et as-
sumite galeã salutis, spe supernę salutis gaudentes. Galea
enim est salus ęterna, cuius memoria & species mentem
obuoluit, ne deficiat, & talibus armis splẽdidissimis. i. spi-
ritualibus & insuperabilibus armati, hosti nõ ceditis. Ad
ipsum enim hostem feriendum & fugandũ assumite etiã

A Gladiũ ſpũs.i.quẽ dat ſpũs ſanct⁹, Quod verbũ dei eſt. Augu.in
Eſt enim verbum dei gladius bis acutus, docẽs de tẽpo- ps.119.
ralibus & de ęternis: illorum cõſolationem in veteri, iſto-
rum in nouo teſtamento promittens. Quod enim tempo
raliter nobis promiſſum eſt, ad vnã partem gladii: quod
vero in ſempiternum, ad alteram partem gladii pertinet.
Nam & ideo duo teſtamenta dicuntur, quia vet⁹ terrena
promittit, nouum æterna. De hoc gladio domin⁹ ait, Nõ
veni mittere pacem, ſed gladium. Iſte gladius vere acutus
eſt, quia eum quã ferit a mundo diuidit. Et quia armatura
hęc non eſt niſi a gratia, ſubdit, Per omnẽ, &c. q. d. Sta-
te in bello, & in eo ſitis orantes Per omnem orationem
& obſecrationem, id eſt per omnia quę oranda ſunt, ſine
adiuratione, & per omnia quæ cum adiuratione petenda
B ſunt. orantes dico, non orarie, ſed omni tempore, & non Ambroſ.
verbotenus, Sed in ſpiritu, id eſt in mẽte. In ſpiritu orat,
qui munda conſcientia & integra fide orat. In carne
enim orat, qui polluta mente precatur, iterum peccatur⁹,
non caſu, non ſubreptione. ſed de propoſito. Et In ipſo,
ſpũ ſitis Vigilãtes. i. ſolliciti, & nõ remiſſe: Sed in omni
inſtantia, vt. ſ. omnibus virtutibus inſtent. & ſitis vigilan-
tes In obſecratione facta pro oĩbus ſanctis & pro me:
ſcilicet Vt detur mihi ſermo, a deo, quem tribulatio non
obtũdat. detur, inquã In apertione oris mei. i. verbi mei,
id eſt vt aperte valeam reſerare myſterium euangelii, id
eſt ſecreta incarnationis & paſſionis, ne preſſura tribula
tionum ipſa formidine acumen doctrinæ obtundat. ita,
C Vt cum fiducia. ſ. libere abſq; impedimẽto poſſim Notũ
facere, illud myſteriũ euãgelii, pro quo myſterio euãgelii,
Fungor legatone, nũc Romæ etiã In catena, poſitus: q̃a
non pro catenis ceſſo a legatione. Dico poſſim, cũ fiducia
notũ facere euãgeliũ, & cũ fiducia, vt ĩ ipſo euãgelio p̃di-
cãdo, Audeã loq, inter mala oĩa. Prout oportet me lo-
qui. Et ne auditis tribulationibus mouerentur, dicit Ty-
chicum omnia eis notificare, ſubdens, Vt autem & vos
ſciatis ea quæ circa me ſunt, Hoc, quia multæ ei erant
tribulationes, quę quaſi eum circundabant: vel ideo
dicit Circa, quia interiora non tangebant: Vt inquam
illa ſciatis, & Quid agam, id eſt quam conſtans ſim in-
ter illa omnia, Omnia nota vobis, faciet Tychicus

Frater meus in fide charissimus, vt libẽter & bene audiãt D
verba Tychici hunc commẽdat. Vnde etiam subdit, Et
est fidelis minister i dño.i.in his q̃ sunt dñi, & ideo audite
eũ, quẽ misi ad vos, In hoc ipsum.i. ꝑpter hoc ipsum vt
cognoscatis per eum, Quæ circa nos sunt, & con soletur
corda vestra. Et vt prædicta sicut docui fiant, Pax sit fratribus & charitas cum fide. Pacem optat eis quę est ianua
dilect ionis, quia per pacẽ manebunt in charitate quæ est
in fide. & hoc, A deo patre nostro & dño Iesu Christo,
& gratia sit, Vobis, cum omnibus.i & omnibus, Qui diligunt dominum nostrum.i. Christũ. Diligunt dico, In
incorruptione, i. in integritate fidei, ad similitudinẽ spõsæ, quæ non admittit corruptorem. Vel, Gratia sit vobis
in incor.i. in vita æterna. Cum.i. & omnibus. Qui dili-
gunt dominum nostrum id est Christum. E

¶ARGVMENTVM IN EPIstolam ad Philippẽses.



PHILIPPENSES sunt Macedões. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide: nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat apostol⁹ scribens eis a Roma de carcere per Epaphroditum.

CAPVT I.



PAVLVS & Timothę⁹ serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cũ episcopis & dia
conibus. Gratia vobis & pax F
a deo patre nostro dño Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cũctis orationib⁹ meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in euangelio Christi a prima die vsq; nunc, cõfidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis op⁹ bonum, perficiet vsq; in diem Christi Iesu.

PAulus & Timotheus. Hãc epistolã scribit apostolus Philippẽsib⁹. Philipẽses aũt sunt Macedones, q acce
pto verbo ꝑdicationis ab apl'o firmi in fide fuerũt, nec

A pseudo apostolos receperunt. Vnde eos laudat Apostol⁹ Ambros. Hi Paulo per Ephaphroditũ aliquã substantiã Romam miserant, quem cũ hac remisit epistola: in qua cũ pręsens non potest, munit eos cõtra duplex bellũ. s. tribulatorũ & pseudo prędicatorũ, vt omnia aduersa pro Christo substineant, & cũ humilitate, sicut & Christus fecit: & legalia a pseudo apostolis nunq̃ recipiãt. Is nec se Apostolũ nominat, quia nunq̃ de eo minus vel cõtra eũ senserãt. Ideo ergo dignitatem supprimit, quia de eo recte sentiebant. Et est intentio apostoli in hac epistola cohortari Philippenses ad patientiã contra tribulationes, & ad constantiam contra pseudo prędicatores, Modus talis, More solito salutationẽ præmittit. Deinde gratias agit deo pro eis, implorans eis maiora bona, vt virtutibus crescentes ad perfectionẽ perueniant. Deinde ad patientiã tribulationum B monet exemplo suo & Christi, & postea vt sibi caueãt a versutiis pseudo apostolorũ, tandẽ mortalẽ ad monitionem interserit, & prope finem de gratia quã sibi Romã per Epaphroditum miserant gaudere se dicit. Præmittens ergo salutationẽ ait, Paulus & Timothæus. Timotheum apponit, quia hunc erat ad eos missurus, per hoc eum quodammõ commendans, vt eadẽ quæ scribit ab eo bene accipiant. Serui Iesu Christi. Nomẽ dignitatis tacet quod est Apostolus, quia nõ erat op⁹ authoritate cum de illo recta sentirent, Conditionẽ fatetur. quia casto timore Christo subditi vere liberi sunt. Sicut eñ duo sunt timores qui faciũt duo genera timentium: sic duę seruitutes quę faciunt duo genera seruorũ. Est eñ timor quẽ C perfecta charitas foras mittit. Est etiã seruitus simul cum eo foras mittenda. & alius timor castus permanens in seculũ seculi: cui adiuncta est alia seruitus qua miro & ineffabili modo sed tamen vero sic serui sumus, vt liberi sim⁹ serui. s. timore casto, ad quẽ pertinet seruitus intrãs in gaudium dñi sui, nõ serui, timore foras mittẽdo, ad quẽ pertinet seruitus, non manens in ęternũ in domo. Seruos igit dixit, vt & ipsi qbus scribit ꝑ domino ferant dura. Christi, vt contra pseudo stent. Scribit hanc epistolam Omnibus sanctis .i. in baptismate sanctificatis. Qui sunt Philippis, quæ est ciuitas Grecię quã ædificauit Philipp⁹ pater Alexandri adoptiuus, vocans eam Philippis a no-

Aug. sup Ioannem

mine suo. Sãctis dico, In Christo Iesu.i.operãte Christo D
Iesu.vel fundatis, In Christo.i.in fide Christi.s.qui cre-
dunt etiã hominẽ esse. Scribũt sanctis doco, Cũ.i.& Epi
scopis & diaconibus. Episcopos etiã presbiteros dicit. Nõ
eñ plures epi in vna ciuitate essent: necq̧ presbiteros inter
mitteret, vt ad diaconos descẽderet: & significat p episco-
pos & diacões, maiores, per sanctos minores. Et est sen
sus. Scribũt Sanctis & episcopis, & diaconib⁹.i.minori-
bus & maioribus, quia præmittit minores, ad humilitatẽ
inuitat: & quia hos subnectit, ostẽdit nõ esse aliquẽ a deo
perfectũ qui nõ indigeat hac monitiõe. Vel Paulus scri-
bit & Timothe⁹. Oĩb⁹ sanctis, q sunt Philippis. scribit
dico, Cũ episcopis & diaconibus, quia eorũ bonũ pari-
ter optabant, & in scribendo præmittit salutatio, in hunc
modũ. Gratia.s. remissio peccatorũ Sit vobis & pax.s. E
tranquillitas mentis & recõciliatio ad deũ. A deo patre
nostro & dño Iesu Christo. Gratia &c. Primũ agit gra-
tias deo cuius omnia bona oĩbus accidunt.q.d. Agite que
agitis quia talia sunt. Vnde, Gratias ago deo oĩm meo,
priuato beneficio .i. inde laudo deũ qui mihi facit qđ in
vobis volo. ago dico, In oĩ memoria vestri.i. quotiens
memor vestri fio. quod vticq̧ sum, In oĩbus orationib⁹
meis, habitis Sẽper cõgruis tẽporibus. gratias dico, Pro
omnib⁹ vobis.s.prelatis & subditis. & hoc cũ gaudio, nõ
tristis de culpa vera. ego dico, Faciens deprecationẽ.i.de
precans vt testis gaudio dico habito Super.i.de cõmu-
nione vestra, quæ est In euangelio Christi.i.quia vos cõ
municastis in fide & operibus euãgelii. Vel vestra cõmu-
nia fecistis in euãgelio exaltãdo, & hoc a Primo die, cõ- F
uersiõis vr̃e, Vsq̧ nũc, & ideo amodo magis standũ est,
Confidens.q.d. deṗcor vt testis: & Sum cõfidens.i.cõfido
Hoc ipsum fieri a vobis qđ precor, & nõ aliud, videte ne
frustra. Cõfido dico, nõ in vobis, sed in deo, Quia deus,
opans, Cœpit in vobis op⁹ bonũ: cooperans, Perficiet.
Coopando eñ.i. cũ de⁹ in nobis pficit, qđ opando incipit
qa ipse vt velim⁹ operat̃ incipiẽs, qui volẽtibus cooperat̃
pficiẽs. Vt ergo velim⁹, opatur cũ inde volum⁹, & sic vo-
lum⁹ vt volum⁹, faciam⁹, nobis cooperat̃: tñ sine illo vl o-
perãte vt velim⁹, vel coopante cũ volum⁹, ad bona pieta-
tis opa nihil valemus, Perficiet dico, Vsq̧ in diẽ Christi

A Iesu.i. vsque ad finē quo de⁹ videbit. Vel, Perficiet ī nobis p successionē. Vsque in diē Iesu Christi, id vsque ad cōmunē iudicii diē [Sicut est mihi iustū hoc sentire pro oīb⁹ vobis eo quod habeā vos in corde & in vinculis meis & defensione & cōfirmatiōe euāgelii, socios gaudii mei oēs vos esse. Testis eñi mihi est deus quō cupiā oēs vos esse in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abūdet in oī scientia, & in oī sensu, vt pbetis potiora, vt sitis synceres & sine offensa in diē Christi, repleti fructu iustitię p Iesū Christū in gloriā & laudē dei.]

Sicut &c. q. d. Ita gratias ago & depcor, & cōfido de vobis: Sicut est mihi iustū hoc sentire, pro oībus vobis. i. sicut iustū est me ita vellet de vobis. Aliud eñi nō debui sentire de tam bonis. & exponit causam, eo Quod habeā
B vos non in solis labiis, sed In corde .i. in intimo affectu charitatis, qua desidero Vos oēs, etiā minores, in futuro esse ocios. i. vt in futuro sitis socii. Gaudii mei. i. remunerationis vitę æternę. Et hoc desidero, dū laboro, In vinculis meis, & in defensiene euāgelii, cōtra impugnatores. Et cōfirmatione, infirmorū in doctrina Euāgelii. Et est sens⁹, Memor vestri sum, & bonū vobis desidero siue sum vinctus. sciens quoque vos esse vinctos: siue sim defendens euangeliū qđ & vos facitis: siue cofirmē infirmos in euāgelio, Testis eñi mihi est deus &c. Ideo pro oībus pcor, qa cupio vos oēs esse In viscerib⁹ Christi. i. vt a Chro diligamini quasi eius viscera. & inde testis est mihi deus. Et hoc est qđ ait Testis eñi mihi est deus quō. i. quanto affectu, Cupiā vos oēs esse in visceribus Christi. i. in intimo
C Christi amore, vt ab eo pfecte diligamini. Vel eo affectu diligatis deū & proximū quo Christ⁹, qui aīam suā p fratrib⁹ posuit. Vel refert ad illud qđ supdixit, cū dixit se desiderare illos esse socios gaudii sui, & determinat hic quō desiderat. s. nō humana cupiditate, nō carnis affectu sed Christi amore. Et hoc est qđ ait Testis. n. mihi est deus quō volo vos oēs. e. par. gaudii ęterni. Cupiā, dico, nō carnali affectu, Sed in viscerib⁹ Christi. i. in amore Chri, dicit se desiderare amore Christi nō hūano, vt eos participes habeat ī dño, Et hoc etiā oro, vt Charitas vestra magis ac magis abūdet. i. crescat. & hoc In scientia & in omni sensu. s. vt sciant in quibus deum & proximū dilige-

re debeant, & cum scierint habeant sensum & memoriā D
& aduersionem in omnibus rebus: ita, vt Abundet.i. in tantum crescat charitas vestra in scientia, Vt probetis .i. vt probare & discernere sciatis nō solū quę sunt bona & quę mala, sed etiam inter bona quę sunt Potiora, vt post probationē & discretionē, Sitis synceres, in vobis.i. sine operibus corruptiōis: & quantū ad proximū, Sine offensa: & hoc perseueranter, Vsq; in diē Christi.i. vsq; ad finem vitę. & quia nō sufficit abstinere a malo nisi fiat qd bonum est, addit, Repleti.q.d. Non solū sitis sine malis, sed etiā sitis Repleti, fructu iustitiæ.i. bonis opib9 quę sūt fructus, quę est habitus animi. Repleti dico no viribus vestris, Sed per Iesum Christū. Vos dico per hoc transituri In gloriā & laudē dei.i. gloriā æternam vnde laudetis deum. Vel ita, Repleti.q.d. Oro vt abundet charitas vestra & synceritas, vt per hæc sitis repleti hic & in futuro, E
Fructu.i. mercede iustitię. & hoc Per Iesum Christum & adeo sitis repleti vt sitis In gloriā & laudē dei.i. vt sitis gloria & laus dei, vt pro vobis.s. dicat, Mirabilis de9 in sanctis suis. [Scire autē volo vos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectū venerunt euangelii: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio & in cęteris omnibus, vt e fratribus in domino cōfidentes in vinculis meis, abūdantius auderent sine timore verbum Dei loqui, Quidā quidem & propter inuidiā & contentionē, quidā autē & propter bonam voluntatē Christum prędicant. Quidā ex charitate, scientes quoniā in defensione euangelii positus sum. Quidam autē ex contentione Christū annunciant non syncere: existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dū F
omnimodo siue per occasionē siue per veritatē Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.]

Scire aūt. Hactenus cōmuniter locutus est ostendens suam erga illos charitatē, inde specialiter ea, quę tolleran-
Ambrosi. tiam suadēt. Et quia superius dixit se cupere hos fore participes gaudii sui ideo qd profecerit sup edificatio eius insinuat eis quasi charis, & gratias agens, precatur hoc eis confidens. Vos aūt o fratres volo scire, quia dixi vos socios gaudii mei: hoc .s. quia Ea quæ circa me sunt.i. exterior vndiq; me circūdans abundantia passionū. Vel ideo

A ait circa me, quia non ad interiora pertingunt, Magis venerunt ad profectũ euangelii, quã ad detrimentum vt mali intenderũt ad profectũ. Venerunt dico Ita vt vincula mea fierẽt manifesta in Christo. i. vtilitas vinculorũ appareret in Christo. q propter vincula plus annunciatur. Vel Vincula mea fierent ĩ Christo. i. manifestũ fieret quod vincula ipsa mihi essent In Christo. i. pro Christo. i. quod propter eũ vinctus essem nõ pro aliquo crimine, qa nãq; patiẽter q̃libet mala sustineo, patet nõ esse scelus falsitatis, quod in me iusta vindicta percellat, sed quandã veritatẽ quã sustinẽdi fortitudo magnificat. Manifesta fierẽt dico In omni p̃torio, quo maiores cõueniunt. Et in cæteris oĩbus, locis. Cum eñ Apostolus Romę vinctus retrusus esset in carcere in domo imperatoris, & doceret euangeliũ, Aimo. Hierony.

B & infirmos curaret, multaq; miracula patraret, & multi p eum crederent, in tantũ vt domũ persecutoris ecclesiã faceret redẽptoris, & tunc manifestũ est In prętorio & in omnibus locis. i. imperatori & oĩbus cõsulibus, & prĩcipibus & minorib⁹, propter Christũ talia sustinere. Ita p euangelio ea sustineo Vt plures e fratrib⁹, nõ in se, sed In dño, cõfidentes vinculis meis. i. in cõsideratione vinculorũ meorũ, Abundantius, q̃ ante auderẽt, cõtra pugnantes Loqui verbũ dei sine timore. q. d. meo exẽplo audent confidenter p̃dicare ita dicẽtes, si vinctus loquitur, cur nõ potius nos? Cõstantia. n. eius multos animauit, vt nõ timerẽt euangelizare. Alii autẽ, Quidã, diuersi a prioribus qa mali sunt p̃dicant, Quidẽ Christũ, & hoc faciunt, Propter inuidiã, & cõtentionẽ. i. quia inuidẽt mei apostolatus

C gloriæ, & contẽdũt habere. Quidã aũt, ab his diuersi qa cum boni sint p̃dicãt Christũ, & hoc Propter bonã voluntatẽ. s. vt alios saluẽt. i. pro dilectione dei & proximi, & Exẽplo, meæ bonæ voluntatis. Quidã nõ diuersi ab his qa & hi boni sunt Prædicãt Christũ. & hoc Ex charitate priuata, ad apostolũ, vt vicẽ ei⁹ vincti supplerent, Sciẽtes, q̃m posit⁹ sum, in vinculis in defensione. i. pro defensione Euãgelii. Vel posit⁹. i. firmus, & stabilis Sũ in defensione euãgelii. Quidã aũt, ab his diuersi quia mali annunciãt. Christũ ex cõtẽtiõe. i. ex priuato odio, qa aliqñ mecũ cõtẽderũt & cõfutati sunt. & ne viderent correcti, addit Nõ synceræ. i. nõ puro aĩo, Sed existimãtes suscitare prȩssurã vincu-

ſis meis. i. exiſtimantes hoc vt ſiquis de prædicatione eos D
accuſet in me authorem eius vindicet. Aſtutia ergo ſimula
Ambro. tionis iſti Chriſtum annũciabant, vt poſſent ſeditiones ex
citare Apoſtolo quaſi authori, q̃ multos aggregauerat ſuo
collegio. Ecce quatuor ſpecies doctorum diſtinxit, duas bo
norum, & duas malorum, qui omnes annunciant Chriſtũ
ſed non eodem animo. Mali autem non ſimplici nec ve
raci animo Chriſtum annunciabant: boni vero puro ani
mo & fide ſyncera, omnes tamen euangelio proficiebant
vnde malos tolerandos dicit, ſubdens, Quid enim quaſi
dicat. Non ſolum ego & alii veri doctores laboramus ad
profectum euãgelii, ſed etiam mali. Qui nõ bono aĩo præ
dicant ſunt ad profectum, & ideo tolerandi. Quid enim re
fert qua intentione prædicent, dum omnimodo, Siue per
occaſionem, terrenam. Siue per veritatem. i. vero animo vt E
boni faciunt. Chriſtus. i. veritas Chriſti non falſitas, Annũ
An. ĩ pſal. mo. xc. cietur. Veritatem quippe annunciabant quidam etiam ſi
non veritate. i. non vero animo. Terrenis enim cupiditati
Augu. de ver. euan. bus conſulentes regem cælorum annunciabant, habentes
in lingua veritatem, ſed non in pectore caſtitatem, q̃ ſunt
vtiles eis quos inſtruit dominus. Vnde ait, Quę dicunt fa
cite, quæ autem faciunt nolite facere. Ex occaſione enim e
uangelizant quærentes ab hominibus ſua commoda, vel pe
cuniarum, vel honoris, vel laudis humanę, quomodolibet
volentes accipere munera, non tam ſalutem eius quæren
tes cui annunciatur commodum ſuum. Qui vero audit ſa
lutem, ſi in illum crediderit quem illi annunciant, qui an
nunciat habebit detrimẽtum, cui annunciatur habebit lu
crum. quia annunciat euangelium. ſ. rectam fidem, ſed nõ F
recte, & ideo non eſt rectus quod annunciatur rectum eſt
ſed qui annunciat non eſt rectus. Quare? quia aliud quęrit
in eccleſia quã deũ, ſi deum quęreret, eſſet caſtus. Quiſqs a
deo præter deum aliquid q̃rit, non caſte deum quærit. Tres
inuenimus perſonas, ſi verba euangelii diligenter inueſti
gamus, paſtoris, mercenari, furis. Paſtor veritate, veritatẽ
annunciat. Mercenarius vero occaſione veritatẽ annun
ciat, aliud quęrens, & tamẽ ille Chriſtum annunciat. Et il
le fur & latro, veritatẽ negat & tollit. Diligendus eſt ergo
paſtor, tolerandus eſt mercenarius, cauendus latro. Ideo
Apoſtolus nõ prohibet mercenarios, ſed p̃mittit, quia & ip

A si vtiles ad aliqua. Et in hoc gaudeo, nunc quod Christus annunciatur p occasionẽ, nõ solum p veritatẽ. i. de hoc nũc gaudeo quod veritas Christi prædicatur, quęcunque sit prædicantium intentio. Et, non solum nunc, sed Et post gaudebo scilicet in futuro. Vel ita, Supra dixit tribulationes suas esse ad profectum euangelii, hic dicit sibi esse ad gaudium. q. d. nõ solum aliis est profectus de malis, sed & mihi est gaudium. Et hoc est quod ait, Et in hoc gaudeo. s. quod tribulationes sustineo pro Christo, Sed & gaudeo. ideo de malis meis gaudeo, vel pro profectu euangelii, quia inde mihi salus. & hoc est quod ait, [Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundũ expectationẽ & spẽ meã, quia in nullo confundar, sed in

B omni fiducia sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo: siue per vitã siue per mortẽ. Mihi enĩ viuere Christus est, & mori lucrum. Quia si viuere in carne, hic mihi fruct⁹ operis est, & quid eligam ignoro, coartor autem, e duobus desiderium habens dissolui, & esse cũ Christo multomagis melius permanere autem in carne, necessariũ propter vos. Et hoc confidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum & gaudium fidei. vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meũ aduentũ iterũ ad vos. Tãtũ digne euangelio Christi conuersamini, vt siue cum venero & videro vos: siue absens audiã de vobis, quia statis in vno spiritu vnanimes, collaborantes fidei euangelii, & in nullo

C terreamini ab aduersariis quę est illa causa perditionis vobis autẽ salutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatum est pro Christo non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.] Scio enim quia hoc scilicet pati pro Christo, vel euangelii ex mea prædicatione profectus, Veniet mihi, in futuro in salutem æternã quod illi putant ad mortem. Proueniet dico non solum Meo merito, sed etiam Per vestram orationem id est adiuuante me vestra oratione, & per Subministrationem spiritus Iesu Christi, i, per spiritum sanctum qui sua me quasi ruiturum colunna fulcit. i. auxilum præbente & subministrãte mihi spũ sancto. pueniet mihi dico. In sal. q̃ sal⁹ erit

Ambrosi.

Aimo.

Secundum expectationē & ſpē meā.i.erit tanta quātā ſa- D
lutē expecto,& in præſenti ſpero. Et hoc firmiter ſpero,
quia In nullo ſtatu,ſ.proſperis & aduerſis Cōfundar:vt
aliquo mō cedā a ꝓdicatione.In nullo dicit ſe cōfundi,qa
Ambroſi & ſpes promiſſiōis magna eſt,& res vera & honeſta.Nō
confundar dico Sed in omni fiducia,quę ſicut ſp a tpe cō
uerſiōis fuit, Ita & nūc eſt,dū in vinculis laboro, Chri
ſtus,i,fama & gloria Chriſti, Magnificabitur,apud gen
tes. Et in corpore meo,quod fragilius eſt.Magnificabit
dico, Siue per vitam, qua mihi cōceſſa eum prædicabo.
Siue per mortem,qua perſeuerādi in eo,& pro eo moriē-
di famā dabo. Et eſt ſenſus.Magnificabo Chriſtum ſi vi-
xero,docendo:ſi moriar,exemplum relinquēdo.Mihi,n,
q.d.recte p vitam magnificabo,quia Chriſtus eſt mihi vi
uer e,quia cauſa eius viuo, vt eum magnificem nō ob ali- E
ud.per mortem meā magnificabitur:& recte,Quia mori
eſt mihi lucrū,quia Chriſtus mortis meæ ꝓmiū eſt. Vel,
Ipſum mori eſt mihi Lucrū, quia p mortē ab his miſe-
riis liberatur,& ad beatitudinem tranſit, & p mortē mul
tos lucratur deo. Quod ſi,q,d, Chriſtus eſt mihi viuere
vt eū magnificē, Qꝫ ſi viuere hic mihi fructus operis.i.
tā dignus fructus de meo opere.ſ.magnificare Chriſtum,
quod opusfacio dū mihi dat Viuere in carne: ſi inquam
hoc eſt, Ecce ignoro,i,neſcio ꝙd eligā nedū appetā.ſ.mo
ri an viuere,q,d,niſi hic fructus eſſet,nō eſt dubium quin
mori eligerē,niſi Chriſtū haberē præmiū,& ideo ne du-
bitetis Philippenſes mori pro Chriſto.Vel ita, Mihi vi-
re.q.d.merito magnifico Chriſtū,ſiue vita ſiue morte,qa F
Chriſtus eſt mihi viuere,i,eſt mihi vita hic & in futuro
hic p fidē & ſpē,in futuro per ſpeciē:pro hac vita morta
le corpus tradit,vt recipiat ipm immortale inæternū.Vñ
ſubdit,Mori pro Chriſto eſt mihi lucrū. Qꝫ ſi,q,d.Chri
ſtus eſt mihi vita hic & in futuro, qd vtiq; eſt p bona opa
Qꝫ,i,ſed Si viuere.i,bene operari In carne,quod mirū
videtur, cum in carne nō habitet niſi peccatum. Eſt mi-
hi fructus operis, id eſt mihi tā fructuoſum opus, per qd
.ſ.Chriſtus ſit mihi vita hic & in futuro. Ecce igno.quid
eligā mori.ſ.an viuere. Coarctor enim vel autem.q.non
ſolum ignoro quid eligam de duobus, ſed etiam Coar-
ctor de duobus, Vel ita iunge, Ideo ignoro,quia Coar-

A ctor de duobus.i.ex desiderio dissoluendi & necessitate vivendi. Non enim ita distinguendũ vt dicat. Coarctor, & postea sequatur, e duobus desideriũ habens.i.dissoluendi, & in carne manẽdi, quia ex ipso sermonis textu diiudicat qđ sequitur dissolui, & esse cũ Christo multo melius est, Apparet eñ eũ eius quod optimũ est dicere se habere concupiscentiam vt cum e duobus cõpellat, alterius tantũ hoc habeat cõcupiscentiã, alterius necessitatem. Sic ergo distinguendũ est. Coarctor vel cõpellor e duob⁹. Deinde sequit, ego dico, Desideriũ habẽs, vel cõcupiscentiã dissoluendi, ab his miseriis, quibus quasi cõpedib⁹ vinctus sum, & cũ Christo esse ꝑsentialiter. Et quasi quis quæret quare huius rei potius habeat concupiscentiã: subdit, Quia multo melius est, quãtũ ad me. & quasi iterũ diceret, cur ergo e duo B bus cõpelleris? subdit, quia est manẽdi necessitas, dicens, Permanere aũt in carne necessariũ est propter vos, nõ ꝑpter me. q.d. illud est mihi melius, hoc necessariũ vobis. iõ illud cupio, hoc nõ recuso. Sunt qdã homines imperfecti, q cũ patientia moriuntur: & sunt quidam perfecti, qui cum patientia viuũt. Qui adhuc desiderat vitã istam cum illi venerit dies mortis, patiẽter tolerat mortẽ. luctatur aduersum se vt sequatur voluntatẽ dei, & hoc potius agit aĩo quod elegit deus, nõ quod elegit voluntas hũana, & ex desiderio vitæ ꝑsentis fit lucta cũ morte, & adhibet patientiã & fortitudinẽ vt æquo aĩo moriat, iste patiẽter morit. Qui vero desiderat sicut Aplus dissolui & esse cũ Christo nõ patiẽter moritur sed patiẽter viuit, delectabiliter moritur. Vide Apostolũ patiẽter viuentẽ.i.cũ patientia, hic nõ C amare vitã, sed tolerare. Vñ ait, Cupio dissolui, & esse cũ Christo multo meli⁹ est. Tædiũ eñ illi erat manere in carne, & ex duobus patiebat angorẽ. Alterũ optimũ ducebat. vñ passioni appropinquãs vehemẽtius, glorificabatur, dicens, Bonum certamen certaui. de reliquo reposita est mihi corona &c. Vel ita potest distingui, Quid eligam ignoro. Coarctor enim desiderium habens e duobus.i. dissoluendi & in carne manendi, & hoc est habens desiderium &c. i. quia Desiderium & esse cum Christo multo melius est, sed manere in carne necessarium est propter vos. Et, ergo Confidens in hoc scilicet quia necessarium est me manere propter vos, Scio quod manebo &c. Ecce sciens me

Augu. de do. Chri.

Augu. sup Ioannem

Au. i psal. mo. xciii.

lius esse & esse cum Christo sed necessarium esse vt mane- D
Ambrosi. ret in carne propter instructionem credentium, & profe-
ctum fidelium, non quod sibi tuti⁹ est elegit, sed quod mul
tis expedit: ostendens quantum affectum habeat circa eos
secutus quod proficeret per charitatē quā ante posuit om-
nib⁹. Vel ita, Et, ego, Scio, non dubie, sed Confidēs, in mi-
sericordia dei, hoc. s. qa Manebo. i. nō parū quidē sed diu
Permanebo omnib⁹, vobis minorib⁹ & maioribus. s. Ad
pfectū vestrū vt crescatis, p bona, & Ad gaudiū fidei, vt.
s. de fide vestra gaudeamus, vel vt vos de fide gaudeatis in
ea proficientes, quę nō est nisi vbi munda est conscientia.
Aimo. & ita gaudeatis vt proficiatis, vt Gratulatio vestra abun-
det in Christo Iesu. qui benefecit vobis, qui me vobis inco
lumē reddidit, & liberatū a vinculis. i. vt abundanter aga-
tis gratias Christo cum gaudio. In me. i. pro me liberato, E
& seruato vobis. s. Per meū aduentū, iterū futurū, Ad vos
confirmandos, & veniā vtiq; ad vos si tantū modo digne
conuersamini euangelio Christi. i. disciplina dñica, qa se-
cundū meritū vestrū dabitur mihi vita ad opus vestrū. &
ita digne, Vt siue cū venero & videro vos, siue cū absens
fuero audiā de vobis, hoc. s. Quod statis, in fide & deuo-
tione contra aduersarios, & hoc in vno spiritu sancto, cui
non hæret cōtrarius spiritus. & sicut ipse vnus ita & vos, v-
nanimes esse debetis. Vñ subdit, Vos dico Vnanimes, vo
luntate, Et collaborantes, actu Fidei euangelii. i. totis viri
bus laborantes ad implenda ea q̄ fides Christi exigit. Om
nis. n. pugna vnanimiter aggressa victoriam parit. Et post
hęc, in nullo terreamini ab aduersariis qui vos terrēt per
aspera q̄ est illis causa perditionis æternę, vobis aūt Causa F
salutis æternæ. & hoc etiā quod patimini non a vobis est,
sed A deo, quia pro merito Christi q patri obediuit hæc
inter alias gratias data est vobis Vñ subdit, quia Donatum
est vobis quasi præmiū, pro Christo quē diligitis. Quid?
hoc. s. non solū, Vt in eū credatis, sed pro illo patiamini,
Vñ maior gloria erit. Vtrūq; ergo ad dei gratiā ptinet, &
fides credentiū & tolerātia patiētiū, qa vtrunq; dixit esse
Augusti. donatū. Vos dico Habētes idem certamen, contra hostes
de gra. & quale & vidistis in me dum apud vos præsens fui, quan-
li. ar. do verberatus sum nudus pro muliere Phitonissa, a qua
spiritum malignum exclusi quę magnum quęstum prę-

A bebat, vel ſtabat dominis ſuis. Quale nunc audiſtis de me, dum abſens ſum vobis. quaſi non hortor vos ad id quod ipſe horream, ſed quod in me impleo.

CAPVT II.

SI qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habẽtes, vnanimes, idipſum ſentientes. Nihil per cõtentionẽ neq; per inanẽ gloriã, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicẽ arbitrantes, nõ quę ſua ſunt ſinguli cõſiderãtes, ſed ea quę aliorũ. Hoc eñ ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, Qui cum in forma dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo; ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui

B accipiens in ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis.]

Si qua ergo. A prędictis infert. q. d. Et quia pati eſt donum dei, & quia patior & quia vtile eſt vt ſupradictum eſt. ergo qui iam me feciſtis gaudere de communione veſtra in euangelio Chriſti implete gaudium meum addita ſuſtinentia tribulationis & cęteris quę ſequuntur., & hoc eſt quod ait, Si qua ergo conſolatio, eſt in vobis, In Chriſto. i. ſi vultis habere conſolationem in rebus Chriſti. i. remiſſione peccatorũ, & in a his donis. vel ſi conſolari me vultis ſi quod ſolatium Charitatis. i. ſi vultis vt charitas eccleſiarum quę orant & bona agunt pro fratribus ſit vobis ſolatiũ & cõfortatio in aduerſitatibus veſtris: &

C Siqua ſocietas ſpriritus, ſancti eſt vobis. i. ſi vultis habere vnionem quam facit ſpiritus ſanctus in omnibus fidelibus, propter hanc ſocietatem illi in quos venit primitus ſpiritus ſanctus linguis omnium gentium loquebantur: & Siqua viſcera miſerationis, ſunt in vobis. i. ſi pius affectus eſt in vobis de quo procedat miſeratio, Implete gaudium meum, Gauiſus quidẽ de fide veſtra, & implete gaudium vt conſtanter patiamini. Vel ſecundum aliam literam, Siqua ergo exhortatio eſt in Chriſto, id eſt ſi vera exhortatio ſpei in Chriſto apud vos qua nos inuicem conſolamur: & Si quod ſolatium charitatis, communis eſt vobis: & Siqua ſocietas ſpiritus ſancti eſt vobis per Augu. de blaſ. ſp. ſ. Ambroſ.

quā iungimur in vno nouo corpore: & Siqua sunt viscera miserationis.i.affectus pietatis erga me.i.si in aīo vīo sum,sicutvos in meo: Implete gaudiū. Tūc illa vera sunt si hoc fit:hæc q̄ supra numerauit,tūc vera probādo significāt,si ista q̄ subter mandat fuerint seruata,in quibus nō vidētur probati,si nō sit qđ subdit.s. nō impleāt gaudiū, & cętera seruēt. Implete gaudiū dico,ita vt nō modo patiamini,sed Vt idē sapiatis,nō diuersa in fide. Habētes eandē charitatē,ad oēs, Vnanimes, vnius volūtatis Idipsum sentientes,vt mala cuiusq; sint oīm, Nihil per cōtētionē,agētes,vt ali⁹ alii cōtēdāt p̄poni.Nota quosdā cōtentiosos fuisse inter eos.Vel nihil p cōt.vt bona dicāt,nō cōtentiosis verbis loquāt:vt nihil agentes, Per inanem gloriā.i.propter famā seculi q̄ inanis est. Sic eos cōstringit.vt si hęc nō custodiant,nec in p̄dictis probati videantur:quia in illis nollēt se improbatosvideri,ista quoq; seruent vt perfecti sint. Sine dubio enim aliqui erāt inter eos dissentientes,inquieti,inanis glorię causa contendētes,pacem ecclesię rumpentes. Sed in humilitate,sitis degētes, vt de vobis humilia sentiatis. Et sint arbitrātes.i.in cordibus suis diiudicātes alios, Sibi,esse, Superiores.i.digniores apud deū.& hoc, Inuicem,alter.s.alterū reputet dignior ē. Nō ita hoc debemus æstimare vt nos æstimare fingamus,sed vere æstimem⁹ posse aliquid esse occultū in alio,quo nobis superior sit, & si bonū nostrū quo illo videmur superiores esse nō sit occultū. Nō quę sua. Hic docet quomodo vitent cōtentionē, & inanē gloriā, & quomodo arbitrētur alios superiores.s.si cōsiderauerint non sua bona, Sed aliorū.q.d.vt hęc p̄dicta faciant, Nō sint cōsiderantes,singuli quę sua sunt bona vel mala,Sed quę aliorū sunt. Illa enim prædicta possunt illi facere qui nō sua tantū attendūt, sed q̄ aliorū sunt, vt Christus qui pro aliis tanta tulit, neq; vlla res officiosum istud obsequium facit libēter impēdi,nisi cū cogitamus quanta pro nobis tulerit dn̄s. Vnde admonens subdit, Hoc.n.sentite in vobis,q.d. Ad patientiā & humilitatē vos inuito, & vt quæratis quę aliorū sunt nō vestra,&.vt hoc seruetis,exemplū Christi assumite. Hoc.n. sentite in vobis.i. debetis sentire in vobis Quod & in Christo Iesu,fuit,vt sicut Christus non attēdit quæ sua sunt,sed vestra,in eo qđ carnem

Margin letters: D (top right), E (mid right), F (lower right). Marginal note left: Augu.de 83.quæst.

A assumpsit, & sine peccato cũ esset, peccata nostra suscepit, ita & nos ad eius imitationẽ inuicẽ onera nr̃a portemus. Qui cum in. &c. Hic ostẽdit in quo Christũ imitari debem⁹. s. in humilitate: sed anteq̃ humilitatẽ Christi ostẽdat, p̃mittit alta de Christo, vt hi in qb⁹ loc⁹ est abiectionis nõ dedignenẽ humiliari, cũ Christ⁹ adeo alt⁹ tantum sit humiliatus, cui⁹ altitudinẽ ostẽdit dicẽs, Qui Christ⁹ cũ, nõ dico accepisset, sed Esset in forma dei patris. i. in plena essentia & æqualilate patris. Arbitratus est. i. certissime sciuit, Se esse æqualẽ deo patri, Non faciens Rapinã. i. nõ vsurpãdo q̃ nõ suũ esset vt diabol⁹ fecit, & primus homo. Sed Christ⁹ nõ vsurpauit æqualitatem dei, quia vere erat æqualis per naturã. In ea erat æqualitate, in qua nat⁹ erat. Erat enim Christus æqualis patri, nat⁹, nõ fact⁹. Ideo nõ erat illi rapina, quia natura erat illi æqualis a quo genitus est. Vel, Nõ est arbitratus esse se æqualem deo, secundũ humanitatẽ. s. qđ esset facere Rapinã. i. nõ suũ p̃sumere. Sed semetipsum. Ostẽsa altitudine subdit de humilitate. q. d. æqualis erat deo patri, Sed, q̃uis esset in forma patris, manẽs vtiq; qđ erat Exinaniuit semetipsum: quõ? nõ substãtiam euacuãs, nõ formã deitatis mutãs, Sed formã serui accipiens, nõ formã dei admittẽs. Forma serui accessit, nõ forma dei discessit. Exinanisse se ergo ab inuisibilitatis suæ magnitudine se visibilẽ demõstrasse, per formã serui susceptã, quasi. n. dignitate se exuit, dũ formã serui sibi vniuit forma dei. Et ne putares formã serui in eo. s. Xp̃o fieri, q̃ mortalẽ addit. Factus est, secundũ formã serui, qui erat infect⁹ secũdũ formã dei. Factus inquã, In similitudinẽ ho. i. mortalis & passibilis vt alii hoies. Per hoc ergo qđ homo fact⁹ est, & in similitudinẽ hoĩm, se exinaniuit, ipse est Christ⁹, & factor & fact⁹. Vide factorẽ, Oĩa per ipsum facta sunt. Vide factũ, in similitudinẽ hoĩm fact⁹. Videm⁹ ergo Christũ Iesum & deũ & hoĩem, & factorẽ rerũ, & factum in reb⁹: & creatorẽ hoĩs, & creatũ hoĩem. De⁹ Christ⁹ ęqualis est patri, tãt⁹ est quãt⁹ ille, talis est qualis ille: hoc est q̃ ille, non hic est q ille: quia ille pater, hic filius: sed hoc est quod ille, quia ille de⁹ & ille: ille oĩpotẽs & ille, ille immutabilis & ille. Ideo nõ rapina erat æqualis deo, quia natura erat nat⁹ & semper nat⁹. sicut est nat⁹ & semper nat⁹:

Margin notes:
Au. super Ioannẽ.
Augu. in ps. 130.
Idẽ. super Ioan.
Idẽ i ser. quodam.
Idem de ver. euãg.

(Margin letters A, B, C mark sections.)

& sicut semp nat⁹, ita semp ęqualis. Nō itaq; inęqualem D genuit, vel æqualitatē iā nato addidit, sed gignēdo eam dedit, quia æqualē nō imparē genuit. Nō igit̄ immerito scriptura vtrūq; dicit. i. & æqualē patri filiū, & patrē maiorē filio: illud propter formā dei, hoc propter formam serui: propter quē nō tantū patre, sed etiā seipso & spū sancto minor fact⁹ est, & etiā minoratus est paulominus ab ang. Ergo & hō fact⁹ est & pmanēs deus. Homo em̄ assumpt⁹ est a deo, nō in hoie cōsumpt⁹ est de⁹. ideo valde rationabiliter, & patre minor est homo Christus, & patri æqualis est idē ipse de⁹ Christus. Christ⁹. n. dei fili⁹ & de⁹ est & homo: de⁹ ab ęterno, hō in sęculo: de⁹, quia dei verbū: homo, quia in vnitate psonę accessit verbo, aīa rationalis & caro. Cū. n. esset vnic⁹ dei fili⁹ non gratia sed natura, vt esset etiā plen⁹ gratia fact⁹, est & hominis fili⁹, vn⁹ dei fili⁹, idemq; hois fili⁹, nō duo filii dei, de⁹ & hō, sed vn⁹ dei fili⁹: de⁹ sine initio, hō a certo initio. Sicut. n. nō auget̄ numer⁹ psonarū cū caro accedit aīę, vt sit vn⁹ hō, sic nō auget̄ numer⁹ personarū cū hō accedit verbo vt sit vn⁹ Christ⁹. Legit̄ itaq; de⁹ homo, vt intelligam⁹ huius psonę singularitatē, nō vt suspicemur in carnem mutatā diuinitatē. Nō. n. in illa susceptione alterum eorum in alterū cōuersum & mutatū est: nec diuinitas q̄ppe in creaturā mutata est, vt desisteret esse diuinitas, nec nec creatura in diuinitatē mutata est, vt desisteret esse creatura. Et habitu. q. d. Factus est in similitudinē hoim, & etiā suo. Habitu. i. sua cōuersatione, Inuentus est, alicui volēti experiri, vt alius Homo, quia comedit, bibit, sedit, &c. Vel ita, Habitus in ea re dicitur, q̄ vt habeatur accedit F vel accidit. Veruntamen hoc interest, quia q̄dā eorū quæ accidūt vt habitū faciāt nō mutātur, sed ipsa mutant in se integra & inconcussa manētia, sicut sapiētia accidēs homini nō ipsa mutat̄, sed hoiem mutat, quē de stulto sapiētem facit. Quędā vero sic accidūt vt mutēt, & mutent̄, vt cibus qui amittēs suā speciē in corpus vertitur, & exilitatē atq; languorē in robur atq; valentiā cōmutat. Tertium genus est cū ea quę accidūt nec mutant ea, nec mutare solent, nec quibus accidūt, nec ab eis ipsa mutātur, sicut anulus in digito posit⁹, qd gen⁹ rarissime inuenit̄. Quartū genus cum ea quę accidūt mutantur non a sua natura, sed quodammodo formātur, & aliā speciē & formā accipiūt,

A vt eſt veſtis quę deiecta atq; depoſita non habet eam formā quā ſumit induta. Induta enim membris accipit formam quā nō habet exuta. Quod genus congruit huic operationi: Deꝰ. n. filius ſemetipſum exinaniuit non ſuam formā mutās, ſed formā ſerui accipiēs: neq; cōuerſus aut trāſmutatꝰ in hominē, amiſſa incōmutabili ſtabilitate, & in ſimilitudinē hominum factus eſt ipſe ſuſceptor verū hominem ſuſcipiendo. Hic enim ſimilitudo veritatem exprimit, Et habitu inuentus vt homo, id eſt homo habendo hominem. ſ. & inuentus eſt vt homo eis quibus in homine apparuit. Quod dicit vt homo, tale eſt, quale & illud, quaſi vnigeniti a patre. Veritatē enim exprimit. Habitus autem iſte non eſt ex primo genere. Non enim manēs in ſe natura hominis, naturam dei mutauit, nec ex ſe- Aimo Auguſt.

B cundo. Non enim mutauit homo deum, & mutatus eſt ab illo, nec ex tertio. Nō enim ſic aſſumptꝰ eſt homo, vt nec ipſe mutaret deum, nec ab ipſo mutaretur: ſed potius ex quarto. Sic enim aſſumptus eſt vt commutaretur ineffabiliter & excellentius atq; coniunctius, quam veſtis cum ab homine induitur. Nomine ergo habitus ſatis ſignificauit qualiter dixit, In ſimilitudinē hominū factus, qa nō tranſmigratione in hominem: ſed habitu factus eſt, cum indutus eſt hominem, quem ſibi vniens quodammodo atque conformans immortalitati æternitatiq; conſociaret. Non ergo oportet intelligi verbum mutatū eſſe ſuſceptione hominis, ſicut nec membra veſte induta mutantur, quanuis ſuſceptio illa ineffabiliter ſuſceptum ſuſcipiēti copularet. Habitus ergo eſt ſuſceptio hominis, quaſi veſtis quæ non

C mutat, quod veſtitur ad commendationem maioris humilitatis. & ait, Et Humiliauit ſemetipſum, tam altum, Factus obediens, patri, non ſolum ſuſtinendo conuitia & opprobria, ſed etiam Vſq; ad mortem. Quanta humilitas? humiliauit ſe Chriſtus vſq; ad incarnationem, vſque ad mortalitatis humanæ participationem, vſq; ad diaboli tentationem, vſq; ad populi irriſionem, vſq; ad ſputa, & vincula, & alapas, flagella, vſq; ad mortem. Et ſi parū eſt hoc, aliquid de genere mortis addēdū eſt. Mortē aūt, nō quālibet, ſed crucis, q̄ ignominioſior eſt. Ecce habemꝰ humilitatis exēplū ſuperbię medicamentū. Quid ergo intumeſcis homo? O pellis morticina, qd tēderis? O ſanies Idem in ſer. quod.

fœtida quid inflaris? Princeps tu⁹ humilis, & tu ſupbus? D
Caput eſt humile & membrum ſuperbū? Abſit. Propter
qđ. Oſtēdit humilitatē Chriſti q̄ maxime in paſſione ap-
paruit, nūc incipit de claritate ei⁹ ſecundū hoīem q̄ ab ei⁹
reſurrectione ſumpſit exordiū. Vt.n. Chriſt⁹ reſurrectio-
ne clarificaret̄, pri⁹ humiliatus eſt paſſione: humilitas, cla
ritatis eſt meritū: claritas, humilitatis eſt p̄miū. ſed hoc to
tum factum in forma ſerui. In forma enim dei ſemper
Ambroſi. fuit, & erit claritas. Quid ergo inquantum humilitas me-
reat̄, oſtēdit hic vt magis hāc appeteremus calcata iactātia.

[Propter qđ & de⁹ exaltauit illū, & donauit illi nomē
qđ eſt ſuper omne nomen, vt in noīe Ieſu omne genu fle
ctatur, cæleſtiū, terreſtiū, & infernorū, & oīs lingua cōfi-
teat̄, qa dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.]

Propter quod. ſ. quia tam humiliter Chriſtus paſſus eſt E
moriendo, Et deus, pater Exaltauit illum, donando im
mortalitatē, impaſſibilitatem. Exaltauit ergo ſecundum
humanam naturam quæ glorioſior facta eſt in reſurre-
ctione, in quo & natura diuina poteſt dici exaltata ſecun-
dum oſtentionem, quia cœpit ſciri quod erat: ſicut in aſ-
ſumptione infirmitatis dicitur exinanita, quia non appa-
Auguſt. ruit quod erat. Et donauit, per gratiā Illi, homini Chri
ſto Nomen quod eſt ſuper omne nomen. i. honorificen-
tiam. ſ. quod vocatur de⁹. hoc & ante reſurrectionem ha-
buit: ſed poſt reſurrectionem quod erat, in euidenti poſi-
tum eſt vt ſcirent homines & dæmones: & tunc res dicit̄
fieri quando innoteſcit, quod ergo a conceptione accepe-
rat, dicitur ei donatum poſt reſurrectionem propter ma-
nifeſtationem. ſed quęritur, cui donauerit, vtrum homini F
Quęſtio an deo. Homini donauit nomen quod eſt ſuper omne no
auguſtini men, non deo: neq; enim cum in forma dei eſſet, non ex-
cōtra ma- celſus erat, aut non ei genua flectebāt, cęleſtia, terrena, &
ximinum inferna. Sed cū dicitur, Propter quod illum exaltauit, ſa
tis apparet propter quid exaltauerit. i. propter obedientiā
vſq; ad mortem crucis. In qua ergo forma Chriſtus cru-
cifix⁹ eſt, ipſa exaltata eſt: ipſi donatū eſt nomē qđ eſt ſu-
per omne nomē, vt cū ipſa forma ſerui, nominet̄ vnige-
nit⁹ dei fili⁹. Hoc ergo illi datū eſt vt hoī ſecundū quē fa-
ctus eſt fili⁹ obediens vſq; ad mortē, qđ iā habebat idem
ipſe dei filius, de⁹ de deo nat⁹ ęqualis patri. Nūquid enim

A antequã resurgeret, imo etiã antequam homo fieret, non erat altus dei fili⁹, dei verbũ, de⁹ apud deũ. Donauit ergo secundũ hoiem Christo scdm carnẽ mortuo, resurgenti, ascendenti? Vt in noie Iesu oẽ genu flectat, cęlestiũ terrestriũ, & infernorũ. i. vt imperio eius subiici fateant Angeli: & hoies, & dęmones. Sedet eñ Christus ad dexterã patris post resurrectionẽ & ascensionẽ. Factũ est hoc, iã nec videmus, sed credimus, & legim⁹. Vñ & eo ipso quo erat filius Dauid Christus, fact⁹ est dñs Dauid. Illud eñ quod natũ est ex Dauid, ita honoratũ est vt esset domin⁹ Dauid: ergo in carne quã accepit ĩ qua mortu⁹ est, in qua & ascendit, & sedet ad dexterã patris: in eadẽ ipsa sic honorata, sic clarificata, & in cælestem habitũ mutata: & fili⁹ est Dauid, & dñs Dauid, qui est dñs cęlestiũ, terrestriũ, Augusti.

B & infenorũ. Vel ita quibusdã videt, homini datũ est nomen qđ est super oẽ nomẽ, qđ nullo genere, nulla ratiõe conuenit. Hoc est eñ donũ patris. i. esse filiũ: & nomẽ ei⁹ super omne nomẽ, hoc est esse deũ, qđ non per solã appellationem sed per naturã est super oẽ nomẽ: hoc nomẽ nõ est datũ hoi. Si eñ secundũ quod hõ erat hoc accepit, tunc ipse dei filius de⁹ sibi dedit hoc nomẽ. Quare ergo pater dicitur dedisse quod diuinitas filii poterat homini pstare Sed forte dicet qa a deo patre sunt oĩa. ideo ipse dicit dedisse. Si ergo a patre oĩa, quare nõ dicat cũcta filio suo p generationẽ dedisse cũ sibi æqualẽ genuit? Itẽ donatũ illi significat qui se exinaniuit, qui formam serui accepit. Sed nunqd poterat exinanisse hõ res infirma? Nunquid in forma dei erat añ incarnationẽ? Quod si nõ erat, nõ accepit Ambrosi.

C formã serui, nec se exinaniuit: quia qui erat in forma dei se exinaniui t formã serui accipiẽs: ergo hoi nõ est donatum nomẽ dei, sed ei qui æqualis est patri qui se exinaniuit, cuius sunt oĩa a patre. Illi donauit, deus pater, Nomẽ quod est sup oẽ nomẽ. i. esse deũ per naturã, qñ ab eo plenus deus natus est. Quõ ergo dicit apl's Propter qđ exaltauit & donauit illi nomẽ, quia post crucẽ manifestat qđ a patre cũ gñaretur accepit. Cũ autẽ a creatura cœpit sciri illius maiestas, illius diuinitas post crucẽ, passionem, & resurrectionẽ reuelata est hominib⁹. Vt ĩ noie Iesu oẽ genu flectat, cælestiũ, terrestriũ, & infernorũ. Hic aperit cui datũ sit nomẽ dei. Cui omnis creatura flectit genua. i. Augusti.

deo. Sed forte dicitur qđ homo adoptiōe deus esset, & sic D
Christus ex parte verus de⁹, & ex parte adoptiu⁹ erit Adoptiuo aūt deo nō flectit genua creatura, sed deo vero causa creaturę, Constat autē Christū verū deū esse, cui flectitur genu nō adoptiuū. Tandem in fine, Omnis lingua, bonorum & malorū cōfiteať spōte vel inuite, Quia dn̄s noster Iesus Christus in gloria dei patris. i. ęqualis patri, quod hic quidā negant. Quomō potest fieri vt homo sit
August. in gloria dei patris, etiam si adoptiuus deus sit, homo in gloria dei patris nō potest esse? Nā hoc ei cōpetit qui natus est de deo: quia in gloria dei patris esse, est nihil differe ab eo, vt vna gloria sit patris & filii per naturā, per cōmunē substantiā & virtutē, Caue qualiter intelligas virorum illustriū, Ambrosii & Augustini verba præmissa, ne sibi contraire putentur. Scito ergo quia est donatio natu- E
ralis, & est donatio gratuita, Naturali donatione dedit pater nomen quod est super omne nomen deo filio non homini. i. Christo secundum quod deus, non secundum quod homo: nec fuit aliud dare, quam sibi æqualem generare. Gratuita vero donatione dedit homini Christo, non deo: quia Christus non inquantū deus, sed inquantū homo per gratiam accepit nomen dei, nec per gratiam adoptionis, sed per gratiam vnionis, vt non sit adoptiuus deus, sed verus deus cui flectitur omne genu.

[Itaq; charissimi mei sicut semper obedistis, non in pręsentia mea tm̄, sed multomagis nunc in absentia mea cū metu & tremore vestrā salutē operamini. Deus est em̄ qui operať in vobis, & velle & pficere p bona voluntate.
Omnia aūt facitę sine murmuratiōibus & hęsitatiōib⁹, vt F
sitis sine querela, & simplices filii dei sine rephensiōe in medio nationis prauę & peruersę, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbū vitę cōtinentes ad gloriā meā in die Christi, quia nō in vacuū cucurri, neq; in vacuum laboraui. Sed & si æmulor supra sacrificium & obsequiū fidei vestrę, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.]

Aimo. Itaq;, &c. q. d. quia Christ⁹ hūilis, ita per obedientiā exaltatus est. Itaq; fratres mei, in fide & dilectiōe, Sicut semp obedistis, dn̄o & mihi. ita nunc obedite, Nō in pręsentia mea tantum, seruientes, Sed multo magis nūc

A in absentia mea, quia minus subuenio vobis, & Operamini. i. opibus mereamini, & Pręparate vestrã salutẽ. i. vitam ęternã. & hoc Cum metu animi & tremore corporis. i. magno & manifesto timore, nõ pręsumptione, Vel cum metu. i. cũ humilitate nõ superbe, quia qui timet semper humilis est ne cadat: Et tremore, manifesto. De⁹. n. q. d. ideo timẽdũ est, quia nõ vos sed deus operaẽ, & hoc, Deus enim est qui operaẽ in vobis, & velle bonũ. & perficere bonũ qđ vultis. & hoc Pro bona volũtate sua, nõ pro meritis nostris. Nos ergo volum⁹, sed deus opatur in nobis & velle: nos opamur, sed deus in nobis operaẽ & opari: hoc nos expedit & credere & dicere, quia pium est & verũ, vt sit humilis confessio & totum detur deo. Perproprium enim arbitriũ nisi dei gratia adiuueẽ, nec ipsa bona B voluntas in hoĩe esse potest. Omnia aũt, Adiungit hic patientiam hũilitati. q. d. nõ solũ cũ metu operamini sed etiam Omnia facite sine murmuratione. i. nõ negligẽter & indeuote. Et sine hęsitationibus, vt nõ hæsitetis pati Christo, sed prõpti sitis: ita oĩa facite Vt sitis sine querela, quantum ad proximũ, vt. s. proximus de vobis nõ possit conqueri: & quantum ad vos, sitis Simplices, non duplices vt qui duobus dominis seruire volunt. Contra quod dictum est, Non potestis deo seruire & mammonę. Simplices, dico, sicut Filii dei. Sicut deus simplex est, ita & filii eius puto ac simplici animo debent incedere: & etiam quantum ad exteros estote Sine repręhẽsione, vt non sit in vobis quod pateat repræhensioni. & hoc ideo hortor, C quia estis In medio prauę natiõis, per opa. & Peruersę, per diuersas sectas. i. malorũ, qui rectũ ordinẽ deprauant & peruertunt: qui dicũtur natio, quia nõ sunt renati ex aqua & spũ sancto. Inter quas lucetis. i. lucere debetis doctrina & vita. i. ad hoc estis cõstituti vt luceatis, & ideo decet vos esse sine repręhẽsione. Lucetis, dico, Sicut luminaria, fixa in cęlo lucẽt In mũdo, sic & vos sol mũdi estis quos illuminat lux vera, & hoc ideo qa estis Cõtinentes verbũ vitę. i. qa estis vasa euãgelii, sicut illa dicũẽ cõtinere rationẽ vitę animalis. Luminarib⁹ bene sanctos cõparat. Sicut enim stellas cęli nõ exstinguit nox, sic mẽtes fidelium adhęrãtes cęlo sacrę scripturę nõ obscurat mũdana iniqtas. Et sicut illa quicqđ agatur in terra etiam si qui men-

Au. de bono pseue.

Au. ad Iulianum,

Aimo.

A Cito, adeo necessarium est vt veniat. & adeo attentus est erga vos, Mittere, dico. Vt & ego bono animo sim his cognitis quæ circa vos sunt: sicut vos eritis bono animo cognitis his quæ circa me sunt, ideo illum & non alium volo mittere. Etenim. i. quia Neminem habeo, nunc, Tā vnanimē. i. qui ita concordet meę voluntati in hoc negotio, Qui, ita, Syncera affectione pro vobis sollicitus sit. hoc eñ tēpore multi cum apostolo mercenarii erant, filii vero vel pastores nulli nisi Timotheus. Et vere, Omnes enim quęrunt in vobis Quę sua sunt, nō quę sunt Iesu Christi Negligētes. n. erant de disciplina & conuersatione fratrū. Non. n. deuoto animo prædicabant. sed ꝓpter propria lucra. Hi sunt mercenarii q sunt tolerandi, quia eadē habēt in ore quę & pastores, qui vtiq; sunt diligēdi. Fures vero Ambrosi.

B & latrones qui occidunt, sunt cauendi. Experimētū autē q. d. hunc mittā ad vos, vos autē cognoscite in vita & doctrina, Experimentum ei⁹. i. ipsum quē nos experti sum⁹ & bonū cognouim⁹. Quoniā, ipse obediēs mihi Sicut fili⁹ patri mecū seruiuit, deo In euāgelio, in quo potui experiri eū. Et quia expertus sum, Hunc igit̄ spero me mittere ad vos, mox vt videro, quē exitum sint habitura quæ circa me sunt. Confido autē in dño, qm̄ & ipse cito veniā ad vos. Hæc manifesta sunt, aperta perstringam⁹ vt ī obscuris immoremur. Interim autē existimaui necessariū, fore Mittere ad vos Epaphroditū fratrē meum, in fide, Et cooperatorē, in prædicatione, Et cōmilitonē, in aduersis. Vestrum autē apostolū. i. doctorē, Et ministrū necessitatis meę, qui mihi necessaria ministrauit, & ideo mittere volui, Sunt e- Aimo.

C tiā aliæ causæ. s. Qm̄ quidē desiderabat vos omnes videre & mœstus erat, nō de se, sed de vobis pro eo dolētibus, & hoc est quod subdit, Propterea quod audieratis eū infirmitatē. i. verberatū ministratione, vñ dolebatis. Nā &c. quasi quis diceret, cur mœstus erat, quia audierāt illū infirmatū. s. cū possent decipi. Respon, Quia non solū fama, sed etiā in ipsa re infirmat⁹ est, & ita cōfirmaret̄ audit⁹ eorū magis ac magis, & dolor augeret̄ nisi cito ad eos veniret. & hoc est quod subdit, Nā & infirmatus est, nō vtiq; ex verberatione, sed ex ægritudine. & hoc Vsq; ad mortē. i. ad mortis periculū, Sed deus misertus est eius, sanando eum, Non solum autem eius, verū etiam & mei, vel Nostri, qb⁹

Ambro. eum seruauit. In hoc misertus est mei Ne haberem tristi- D
tiam, de morte, Sup tristitiã, de infirmitate, q̃ nocebat vo-
bis. Et quia deus misertus est eius & nostri, Ergo festinan-
tius, quam esset propositum, Misi illum, ad vos, vt viso illo
iterum gaudeatis, pro cuius absentia tristari vos noui.
Et ego sine tistitia sim, quam habebam de vobis tristibus.
& quia misi eum, Itaq; excipite illum cum gratia, vt per
bona opera ostendatis vos gaudere de eo. Gaudeo, dico,
quod sit In domino. i. quod sit spirituale, Et quia eiusmo
di est, Cũ omni honore habetote. Absoluta sunt hæc, nec
egent interpretatione. Et debetis, Q. m̃ ꝑpter opus Christi
i. vt faceret opus quod Christus docuit, & fecit qui venit
ministrare & non ministrari. Accessit vsq; ad mortẽ. i. pe-
riculo mortis: non coactus, sed ex voluntaria deliberatio-
ne. Tradens animam. i. vitam suam Vt impleret id quod E
ex vobis deerat erga meum cfficinm, rem quippe dedistis
sed qui mihi ferret de vobis, non erat.

CAPVT III.

DE cętero fratres mei gaudete in dño, eadẽ vos scribere mibi quidem non pigrum, vobis autẽ necessariũ. videte canes, videte malos operarios videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio qui spiritu seruimus deo, & gloriamur in Christo Iesu & non in carne fidutiam habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis circuncisus octaua die ex genere Israel de tribu beniamin, Hebræus ex Hebręis, secundũ legem Pharisęus secundum æmulationem persequens ecclesiam dei: secundum iustitiam que in lege est conuersat⁹ F sine querela.] De cętero. Hucusq; cõtra tribulationes maxime exhortatus est eos, decætero cõtra pseudo apostolos monet ne legalia ab eis recipiant, sed fidẽ Christi solã sufficere credant. Et incipit hic agere de synceritate fidei quasi de tolerantia & quibusdam aliis. Hucusq; monui De cætero. i. deinceps, O fratres mei, in fide, dico Gaudete in domino. i. gaudium omnis boni habeatis In domino non in carnalibus obseruantiis. Hoc quidem pręsens dixi vobis, sed Eadem scribere vobis, quæ pręsens dixi scilicet vt in domino tantum gaudeatis, Mihi absenti quidẽ non est pigrum, vobis autem necessarium est, contra instã

A tes pseudo, ideo dicit necessarium scribere quæ præsens dixerat, quia scriptura diutius manet quam prolatio. Videte, & vt in dño gaudeatis, Videte. i. cognoscite illos eẽ canes, non ratione: sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantes. Hæc est enim canũ natura vt cum quib⁹ habent consuetudinẽ siue boni, siue mali sint, non ad eos latrent, insolitorum autem personis visis etiam innocẽtibus irritentur. Bene ergo cõparat canibus, quia sicut canes magis sequuntur consuetudinẽ quã rationẽ, ita pseudo apostoli consuetudinẽ legis tenẽt, & contra veritatẽ irrationabiliter latrant, & mordent. Et Videte. i. cognoscite illos esse Malos operarios. Mali operarii sunt qui zizania errorum superserũt generoso semini euangelii, quibus frumẽta enecant. Videte. i. cognoscite illos esse, nõ dico circũcisionẽ, sed

Augu. de gra. n. t.

B Cõcisionẽ, cõcisi sunt quia a Christo cæsi sunt, & alios cædunt. i. separant. Nos eñ. q. d. bene hos nomino concisionẽ & non circuncisionẽ, Nos enim, fideles tantũ Sumus vere circuncisio. Credentes eñ circuncidũt cor suũ, vt amputata erroris nebula aspiciãt & cognoscant deum creaturę. Nos, inquam, Qui. s. ea seruitute quæ grece Latria dicitur, Seruimus deo, & hoc non in carne, sed Spiritu. i. ratione ab omnibus expedita, quia spiritus regit, caro domatur. Carne. n. seruit deo, qui de rebus carnalibus sperat placere deo. Cũ vero caro ipsa ad bona opera spiritui subditur, spiritu seruimus deo qui carnem domamus vt spiritus obtẽperet deo. Spiritus. n. regit, caro regitur, nec spirit⁹ bene regit, si non regatur. In nonnullis codicibus inuenimus scriptum, Ita q spiritui deo seruimus. Per hoc no-

An. de tri. Aug. i ser. quodam.

C tat spiritũ sanctũ esse cui latria exhibet. s. seruitus soli creatori exhibẽda. Alia aũt seruitus qua per charitatem iubemur seruire inuicẽ, quę Græce dicitur Dulia. In pluribus etiam codicibus Latinis, in Græcis vero omnibus vel pœne omnibus, reperitur ita scriptum, Qui spiritui dei seruimus. Attende etiam cum non dixerit, nos habemus circuncisionem, sed Nos sumus circuncisio, sic accipi, hoc voluit significare apostolus, Nos sumus iustitia. Circũcisio enim iustitia est. Magis autẽ cõmendat quod dicit, dicendo, Nos esse circũcisionem. i. iustitiam, quam dicendo nos esse circuncisos, i. iustos: sic tamen vt cum iustitiã dicit esse

iustos esse intelligam⁹. Et gloriamur in Christo Iesu, ma D
xime, q̃a nostra gloria tm̃ Xp̃us est. Et nõ sumus haben-
tes fiduciã.i.spẽ salutis, In carne.i. in carnali circũcisione
Aimo. vel in Genere. Respexit quosdã in carne fidẽtes, ipsi erant
Au.i eodẽ q̃ de circumcisione carnis & aliis carnalibus obseruantiis
necnõ etiã de genere gloriabanẽ. Et ne videaẽ apostolus,
non posse fidere in carne, & cõtẽnere quod non habet; sub
dit. Quanquã ego habeã.i.habere possim, confidentiam
in carne, siqua esset, & vere possim, quia plus aliis, & hoc
est quod subdit, Si quis alius, a me qui vos decipit, Videẽ
confidere inc arne, quasi inde iust⁹ sit. Ego magis videor
debere confidere quam illi pseudo, quia Ego sum circun-
cisus octauã die, a natiuitate mea. q.d. nõ maior circunci-
sus sũ. sed habeo circũcisionẽ octaua die, vt lex Moysi præ
cipit hominem.s. octaua die circũcidi cultello petrino. In E
nuẽs quod post tẽpus vii. dierũ in octauo.i. in æterno die
a Christo petra perfecte circũcidemur ab omni corruptio-
ne pœnæ & culpæ, & sum Ex genere Israel.i. nõ proseli-
tus, non aduena ad populũ dei, sed a parẽtibus natus Iu-
dæis, & sum de minori tribu, sed De tribu Bẽiamin, quę
nõ fuit de cõcubinis, q̃ tribus adhæsit nõ recedẽs a templo
quando facta est separatio in seruo Salomonis. Tunc eñ
tribus Iuda q̃ erat regia, & tribus Beniamin, & trib⁹ Le-
ui quæ erat sacerdotalis remanserunt simul non receden-
Augustl. tes a Hierusalẽ & a tẽplo, & ego natus Ex Hebræis, parẽ
tibus, sum, Hebræ⁹. q.d. nõ deuiaui a gẽte mea. Nota quod
Hebræi dicuntur pro Abrahęi mutata litera ab Abraham
vñ origo trahiẽ, non ab Eber. Hoc aũt Augustinus retra-
ctat ita, dicens, Quod dixi ex Abrahã cœpisse gentẽ eorũ F
est quidẽ & hoc credibile, vt Hebręi velut Abrahæi dicti
esse videantur. Sed ex illo verius intelligantur appellati q̃
vocabatur Eber, tanquam Hebræi. Et sum Secũdũ legem,
in qua egregius fui, Pharisęus.i. non cõtẽptibili plebi am
mixt⁹, sed nobilitate ab aliis segregat⁹ atq; primari⁹. Prima
rii.n. q̃dã & quasi ad nobilitatẽ iudaicã segregati erãt, nõ
cõtẽptibili plebi mixti, qui dicebantur Pharisæi. Nã dicit
hoc verbum quasi segregationem interpretari, qui sicut la
tine egregius dicitur, quasi a grege separatus, & fui Secũ
dum ęmulationem.i. dilectionem legis, Persequens eccle-
siam dei. Quicquid enim erat quod legi meę aduersariũ vi
deretur impacienter ferebã, acriter insequebar. Hęc apud

A Iudęos erat nobilitas, sed apud Christum quęritur humilitas. Ideo ibi iste Saulus dicebatur a Saule cuius erat procera statura, hic autē Paulus. i. modicus dicitur. & secūdū Iustitiā, nō verā, sed Quæ in lege est, quæ manus cōprimit, non animū, q̄ timore, non amore seruire facit. Conuersatus sū sine querela. i. sine clamore de sine facto. Nota quod dicit se secundū iustitiā legis conuersatum, idē tamē alibi ait, In quibus & nos ambulauim⁹ aliqñ in desideriis carnis, faciētes voluntatē carnis & eramus natura filii iræ Talis iustus erat secundū legē. malum erat talē iustitiā sectari, quia quod in eo fuit sine querela, hoc de illo magnā faciebat querelam. [Sed quę mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus propter Christū detrimēta. Veruntamē existimo omnia detrimētū esse propter eminentē sciēuā Iesu Chri Augustī.

B sti domini mei, propter quē omnia detrimentū feci, & arbitror vt stercora vt Christum lucrifaciā, vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex legę est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex deo est iustitia in fide ad cognoscendum illū, & virtutē resurrectionis eius, & societatē passionis illius, cōfiguratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionē quæ est ex mortuis, nō quod iam acceperim, aut iam pfectus sim.] Sed quæ mihi &c. Hæc omnia p̄dicta habui. Sed quæ mihi fuerūt ante Christum Lucra, vt signa veritatis, Hæc sum arbitratus, si post veritatem sequerer, Esse detrimenta. i. quicquid boni est deterentia. & hoc Propter Christum. i. ne aduentum Christi ostenderem, vel nondum factum esse, vel superfluum. Ambrosī.

[Inania enim erant hęc omnia & impedimenta ne acce-

C deretur ad gratiam. Veruntamen. q. d. non solum propter Christum habendum, ita arbitratus sum, Veruntamen. i sed etiam si ipsum nō possem assequi. Aestimo omnia detrimentum esse, propter hoc solum. i. Propter scientiā domini nostri Iesu Christi. i. quam de Christo habemus, Eminentem cæteris scientiis vel quæ eminet in eo plusq̄ in aliis, Vel ad eundem sensum potest hæc litera iungi, cū priori versu quasi dicat hæc omnia prædicta legis habeo. Veruntamen. i. sed tamen non partim, sed Omnia existimo esse detrimenta. & hoc Propter eminentem scientiam id est Christi domini, hoc non mutatur. Propter quem Christum, ho norandum. i. propter Iesu Christi dilectio-

nem & honorē Non solum ęstimo ea detrimenta, sed D
Etiam feci, docendo & spiritualiter viuendo, vt aliis appareret Omnia, esse Detrimentum, & quod plus est Arbitror, illa legalia non tantum esse detrimenta bonorū, sed etiam Vt stercora, quia inquinant iam obseruantē. & hoc ideo vt in futuro Christū lucrifacerem. i. Christum habeā præmiū. & hic Inueniar, rationabiliter attēdenti mēbrum In illo, capite. i. sim membrum illius ei charitate copulat⁹, quod aliter nequit fieri, nisi illa existimē vt stercora. Quo modo autem potest in illo esse vt mēbrū, subdit. Inueniar dico: Non habēs meā iustitiā, quę ex lege est. Illa est iustitia qua quis pœnas timet, non amat iustitiam. Quisquis. n. timuerit, & suis virib⁹ legē iplere putauerit, & fecerit quod iubet lex nō amādo iustitiā, sed timēdo pœnam, fit quidē scdm iustitiā q̄ ex lege ē iust⁹. de q̄ iustitia alibi dr̄. Suā volē E
tes iustitiā cōstituere iustitiæ dei. i. grāæ nō sūt subiecti. Sed si ex lege iustitia est, quomodo est tua? Nūquid tu tibi im posuisti legē? Deus legem dedit & imposuit, Deus te legi suæ obtemperare pręcipit, sed & tua est, quia de lege præsumis tua voluntate te legem posse implere, existimās qa illa legalia manibus operaris. Non habens meā, dico, Sed illam. iustitiam Quę ex fide Christi, quæ impetrat a deo, quæ tollit timorem & dat amorem, quam deus solus operatur in nobis. Melius est enim iustum esse, quam hominē esse. Si ergo hominem te fecit deus, & iustū te facit quod melius est: non tu te, sed sine te fecit te, non enim adhibuisti aliquem sensum vt te faceret. Qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te, fecit te nescientem, volentem iustificat: & cum iustitia vera sit ex fide, quid ergo opus est lege? F
Omnino tollenda est secundum verbum legalium figurarum. Quæ iustitia ex fide est ex deo, non est ex nobis, & si fides nostra sit & iustitia, hæc scilicet ens in fide. Sicut enī ex fide nata est, ita existere nō habet nisi in fide. Deīde subdit cōmēdationē fidei p multa q̄ facit. Facit. n. & in alia vita cognoscere deū pfecte q hic fide credit, & habere resurrectionē, quæ nostra resurrectio est virtus & efficacia resurrectionis Xp̄i, & in hac vita habere societatē Christi, in patiēdo nisi enī p fidē nemo tāta pateret. & Cōfigurationē mortis ei⁹, vt. s. moriat pro Christo si opus fuerit, sicut ipse pro nobis. & hoc est quod ait, Fide, dico, valente ad co

Aimo.
Augusti.

A gnoſcendum illum, perfecte, in futuro. Hoc videtur dicere de fide nō habente tempus operādi, quę tantū ad hoc valet, Et valente ad virtutē reſurrectionis eius. i. ad verā reſurrectionis efficientiā, q̄ eſt virtus & effectus reſurrectionis Chriſti. & in hac vita Valet ad ſocietatē paſſionū eius. i. ad hoc vt ſocii ſimus Chriſti in patiendo. Quę ſocietas Eſt ex charitate, hoc dicit de fide habēte tēp⁹ operandi. inueniat, dico, in illo, ego dico Cōfiguratus morti eius, vt. ſ. moriar pro illo ſi opus ſit, imitator mortis eius & paſſionis. Vel ita, In fide ad cognoſcendū. q. d. qui in lege putat ſe iuſtificari, nō agnoſcit Chriſtū: ſed ego volo iuſtificari in iuſtitia q̄ ex fide eſt, quae ex deo eſt, q̄ eſt in fide. Ad quid? Ad cognoſcendū illū. i. vt ego agnoſcā illū. ſ. cur natus, cur paſſus. Et ad cognoſcendū Virtutē re- Aino

B ſurrectionis eius. i. vt agnoſcā q̄ eſt virtus reſurrectionis ſuae. ſ. iuſtificatio credentiū. Ex illius. n. reſurrectione iuſtificamur, tanq̄. n. a petra circūcidamur, Reſurrexit enī Chriſtus, Propter iuſtificationē noſtrā, vt iuſtos nos faciat. Et agnoſcā Socios paſſionis eius. i. fructū qui venit ex ſocietate paſſionū ei⁹. Illā ergo bene noſcit, qui per eā ad cęli gaudia puenire credit. Ego, dico, Cōfigurat⁹ mortis eius, hoc nō mutatur. Si quomodo. q. d. q̄ro iuſtificari ex fide, & cōfigurari morti eius Chriſti. Ego, dico, tētās Si quomodo hoc ideo dicit, quia difficile eſt. Occurrā deo, retribuens ei q̄d mihi retribuit. ſ. calicē paſſionis. Vnde propheta, Quid retribuā dn̄o pro omnibus, &c. Ego, dico, pro hoc Venturus ad reſurrectionē, verā & glorio-

C ſam. Vel tentans, Si quomodo, &c. In aera Chriſto, in iudicio, q̄d tantū ſanctorū eſt prius veniens Ad reſurrectionē verā, Quę eſt, non inter mortuos, ſed longe Ex mortuis. Qui aūt licet oēs reſurgant in die iudicii, ſoli tamen iuſti glorioſe mutabuntur, & occurrent dn̄o in aera deportati ab angelis. Impii vero manebunt in terra, quouſq; percipiant terribilem ſententiā iudicis. Et ne videatur ſuperfluū apoſtolū tot pati, cū fidem & alia bona habeat, ſubdit, Nō quod; q. d. merito iam pro illa gloria tantum laboro, quia non dico Quod iam acceperim, aliquid glorię: quia ſi aliquid glorię accepi, nihil eſt ad cōparationē futurę, Aut ſiquid iam, accepi de cognitione Chriſti: nō dico q̄ in illa Iam perfect⁹ ſim. & ſi ita eſt de me, q̄d de

aliis? Hoc dicit de se, ne illi quos in hac epistola laudat, & D
in quorũ fide & deuotione se gaudere testat, vt homines
inflatione extollãtur: sed laborẽt addere vt ipse facit, qui
tant⁹ est. Si.n. ipse qui tãta p̃ditus est dignitate adhuc de-
esse sibi ad p̃fectionẽ cõfite t, quãto magis sibi elaborãdũ es
se sibi intelligere debẽt, vt iustificationũ merita & perfe-
ctionis metã adipiscantur. Nemo ergo fideliũ etsi profe-
Augu. in cerit, dicat, sufficit mihi. Qui enim hoc dixit, hæsit in via
lib. sent. ante finẽ, quẽ currẽs intuebatur apostol⁹, & de sua imper
Prosperi. fectione cõfitebatur, aliud in se intuẽs, aliud alibi quærẽs.
Per fidem enim ambulat, nõ per speciẽ. Vel ita. q.d. ideo
tento, Si quomodo occurram ad resurrectionẽ, quia nõ
est verũ quod Acceperim iam, virtutem resurrectionis,
aut quod iam perfectus sim in cognitione dei.

[Sequor aũt si quo modo cõprehendã in quo & cõpre- E
hẽsus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me nõ arbitror cõ
prehendisse. Vnũ aũt, q̃ quidẽ retro sunt obliuiscẽs: ad ea
vero quæ sunt priora extendẽs meipsum ad destinatum
p̃sequor ad brauiũ supnæ vocationis dei in Chr̃o Iesu.]

Sequor aũt. q.d. nõ accepi, nec p̃fect⁹ sum, sed Sequor,
nõ passibus corporis, sed mentis affectibus & vitæ mori-
bus, vt possim esse p̃fect⁹ iustitiæ possessor, q̃ recto itinere
de die in diẽ sp̃ũali renouatione proficiens iã p̃fect⁹ sum
factus eiusdẽ iustitię viator: p̃fectus. n. erat viator, sed nõ-
dum ipsius itineris p̃fectione p̃uentor. Ideo ait, Sequor,
proficiendo, tentãs Si quomodo cõprehendã. i. si aliquo
modo potero perfecte cognoscere Christũ q est summa
beatitudo. Ecce quãta est fides q̃ tã grande petit. Cõpre-
hendã, dico, in eo modo cognitionis In quo deprehen- F
sus sum a Christo Iesu, vt. s. videã eum sicut est, sicut ipse
me videt sicut sum. Vel ita. Comprehendã, dico, nõ meri-
Ambrosi. to meo, sed in eo In quo cõprehensus sum, a dñó. i. per
misericordiã dei, per quã a p̃icientia dei requisitus inuen
tus sum. Vel ita. q.d. cõprehendã, dico, in eo modo vidẽdi
In quo, etiã nunc cõprehensus sum a dñó Iesu, vt. s. videã
eum in ea claritate in qua mihi apparuit in via, quando
me comprehendit. Fratres, &c. Illud quod dixerat, eui-
dentius aperit: & quid illud sit, quod nõdũ cõprehendit,
sed sequitur vt comprehendat, determinat: & quasi mirã-
tibus illis, quid dicat cum ait, nõ accepi, nondũ perfectus

A sum.ait, Fratres.q.d.recte dico,sequor vt cōprehēdā,qa Ego,qui melius noui q̄ vos,vel alii, Nō arbitror me cōprehendisse,quicquid alii putēt de me. Ego nō arbitror de me cōprehendisse,vnū.s. Multa quidē habeo, Vnum aūt nōdū habeo,hoc vnū. Vna etiā dicit in Psalmo, Vnā petii a dño. & quasi diceretur, Quid ergo agis apostole? nōdum apprehendisti? nondum perfectus es? Quid ergo agis? Quid mihi imitandū proponis? inquit, Quę quidē retro sunt. Vel ita, Nō arbitror me comprehendisse. Hic distingue,nō cōprehendi. Vnū aūt,de me vobis assero,q̄ Ego obliuiscens ea quidē quæ retro sunt, ad ea vero quæ priora sunt me extendēs,& persequor,&c. Vel ita,ab illo loco Fratres.q.d.nō cōprehēdi. Et vere, quia o Fratres, nec arbitror me cōprehēdisse,sed persequor: nō vtiq; tria B vel duo, Sed vnū, summū bonū: qd vere est vnū, in quo sunt omnia bona. Hoc est illud vnū de quo Philipp⁹ ait, Dñe ostēde nobis patrē, & sufficit nobis. Persequor,dico, qualiter? hoc modo: obliuiscens quidē.i. dans obliuioni, Quæ retro sunt.i.terrena quę reliqui. Ad ea vero q̄ sunt priora.i. ad cælestia quę terrenis priora sunt, Extendēs me,tota intentione & desiderio nōdū habitę rei, Extendebat.n.se ad cęlestia secundū intentionē, nō secundum peruentionē,nō secundū apprehensionē,sic & nos nō relabamur vnde iam trāsiliuim⁹,nec remaneam⁹ in illis in quę iā venimus,curramus,intendamus. In via.n.sumus, non respiciamus retro: sed in anteriora extendamus intentione & desiderio. Vita n. Christiani boni,secūdū desideriū est. Quod aūt desideras,nōdū vides,sed desiderā C do capax efficiaris,vt cū venerit quod desideras,implearis. Sicut.n.si velles implere aliquē sinū,& nosti quā magnum est quod dabitur,extendes sinum vel sacci,vel vtris vel alicuius rei,& extendendo facis capaciorem: sic deus differendo rem,extendit desideriū: desiderando, extēdit animū: extendendo,facit capacē. Desideramus ergo quia implendi sumus. Hæc est vita nostra vt desiderādo exerceamur: tantū aūt nos exercet desideriū sanctum, quātū desideria nostra amputabimus ab amore seculi. Ideo dicit, Obliuiscens quæ retro sunt.i.cuncta temporalia, & Extendēs meipsum ad ea q̄ sunt priora,appetēs æterna. Extēsio.n.illa est appetitio terrenorū, Vel ita, Obliuiscēs

August.

Idē 1 lib. cōf.

Idem in ps. 80.

Ambrosi. q̄ retro sunt.i.merita iam pręterita priora.s.acta,non qa D
mala sint,sed quia parua ad meritũ collocãdũ:sed ad potiora extensus est,vt semper proficiat in meli⁹. Vnde subdit, Ad ea vero q̄ sunt priora meipsum extendẽs.i.priora
Augus. mala. Ad ea vero quæ sunt priora meipsum extendẽs.i. ad promissa bona. Præterita.n.mala post tergum oportet ponere,vt in ea q̄ nobis promittuntur intendamus. Ergo nec ex p̄terita vita, nec ex p̄senti delectari debemus: reuocandus est animus a recordandis cũ quadã delectatione p̄teritis malis,& cũ q̄dã cõcupiscẽtia fruẽdi ne redeam⁹ corde i Aegyptũ, Vitã igit̃ p̄teritã malã obliuiscere, si te delectauit aliquando vanitas, non modo te delectet. Persequor,dico,eousq; donec veniã ad destinatũ p̄miũ.s. Ad brauiũ.i. ad præmiũ quod est mihi destinatũ & promissum a deo,vel ad quod proposui me currere. Brauiũ, E
dico, Supernæ vocationis dei in Christo Iesu.i.æternæ vitæ,ad quam in supernis dandam vocat me deus per filium suum Iesum Christũ, & ideo digna est res & certa.

[Quicũq; ergo perfecti sumus hoc sentiamus, & si qd aliter sapitis,& hoc vobis de⁹ reuelabit. Verũtñ ad qđ p̄uenim⁹,vt idẽ sapiam⁹,& in eadẽ p̄maneam⁹ regula.]

Quicũq; ergo.q.d. & qa ego ita curro,& ita de me sentio.s.quod adhuc perfectus sum:ergo & vos Philippenses hoc sentite,sed se eis enumerat,dicens, Quicunq; ergo sum⁹ perfecti,cursores,vel viatores,cõparatione aliorum, Hoc sentiam⁹.q.d.nõ loquor imperfectis, quibus
Augu.in Ps.130. nõ valeo loqui sapientiã,qui adhuc lacte potantur,nõ solido cibo pascunt:sed illis,dico,qui iã dicũtur esse pefecti: F
qui manducant solidũ cibũ,quia intelligũt ęqualitatẽ verbi cum patre:sed nõ sic vidẽt adhuc, quomodo vidẽdum est facie ad faciẽ. Certa.n.fides vtcunq; inchoat cognitionem.
Augu.de trinit. Cognitio enim perfecta nõ perficitur,nisi post hãc vitã,cũ videbimus facie ad faciẽ. Hoc ergo sapiam⁹ vt nouerimus tutiorẽ esse affectũ vera q̄rendi,q̄ incognita pro cognitis p̄sumẽdi. Sic ergo q̄ram⁹ tãq̄ inuẽturi.& sic inueniamus tanq̄ quæsituri. De credẽdis,nulla infidelitate dubitemus:de intelligendis,nulla temeritate affirmem⁹. In illis authoritas tenẽda est, in his veritas exquirenda. Et sciendũ,q̄ iustitia qua iustus ea fide viuit,nũc vera iustitia est. Quæ licet nõ immerito in aliquibus iustis pro

A huius vitę capacitate perfecta dicatur, tamē est parua ad illā magnā quā cœperit æqualitas angelorū. quā qui nōdū habebat, & propter illā q̄ iā inerat, pfectū: & propter istā q̄ adhuc deerat impfectū se esse dicebat: minor ista iustitia facit meritū, maior illa, p̄miū. Ideo qui istā nō sequitur, illā nō assequitur. Vnde ait, Quicunq; perfecti sumus. i. pfecti currim⁹. Hoc sentite qđ nōdū perfecti sumus vt illic perficiamur, quo pfecte adhuc currim⁹: vt cū venerit qđ pfectū est, destruat̃ qđ ex parte est. i. iā non ex parte sit, sed ex toto: quia fidei & spei res ipsa q̄ videatur succedet. Charitas vero q̄ in his trib⁹ maior est nō aufeset̃, sed augebit̃ & implebit̃. In qua plenitudine, illud p̄ceptū charitatis implebit̃, Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, &c. Nā cū est adhuc aliquid

Augu. in lib. sen. Prosp.

Augu. de pfecta iustitia hoīs

B carnalis cōcupiscentiæ, nō oīno ex tota aīa diligit̃ deus. Caro aūt nō dicit̃ cōcupiscere, nisi q̄a carnaliter aīa cōcupiscit. Tūc vero erit int⁹ sine oī pc̄tō, q̄a nulla lex erit ī mēbris repugnās legi mētis. Tūc prorsus toto corde, tota aīa, tota mēte diliget deū, qđ ē sūmū p̄ceptū. Cur ergo nō p̄cipit̃ homini ista pfectio, q̄uis eā in hac vita nemo habeat? Nō. n. recte currit̃, si quo currēdū est nesciat̃. Quomodo aūt sciret̃, si nullis p̄ceptis ostēderet̃? Et siqđ. q. d. ita sētite sicut dixi: & si hoc feceritis, hoc vobis dabit de⁹ Quod si quid modo aliter sapitis quam sapiendum sit, id futuro quia modo per speculum videtis. & hoc Reuelabit vobis deus, quia clare faciet cognoscere, & se & alia omnia quæ obscure modo videtis. Vel ita, quasi dicat, ita sentite vt dixi. Et siquid aliter sapitis, id est imperfecte

C de deo & aliis. Et hoc, quod modo aliter sapitis, & de deo, & de omnibus, id est etiam hanc imperfectam cognitionem Vobis deus, per spiritum sanctum reuelauit. Vel ita, quasi dicat, ita sentite, vt dixi, Et siquid aliter sapitis, quam sapiendū si sit, vt paruuli sensu, id ē si perfectā cognitionem de Christo vos habere putatis, si surrepit vobis quod aliquid magni sitis: & hoc idem male vos sapere, per misericordiam suam Vobis reuelabit deus, similiter & de aliis errorib⁹. Probata vita vos liberabit, nō statim æternū brauiū dabit. Hoc, inquā, faciet si humiliter sapietis, & de vobis senseritis. Qui. n. ī pace catholica manet, Et siquid aliter sapitis q̄ oportet, de⁹ humili reuela-

Idem in Psal. 130.

bit. Si autem illud superb⁹ defendit & pertinaciter astruit D
cōtra pacē ecclesiæ, deus abiicit: quia superbis resistit de⁹,
humilibus dat gratiam. Veruntamen, modo, quasi dicat
imperfecti sum⁹, aliter sapimus modo: Sed tamē, neces-
se est Vt oēs de illo Idem sapiamus, credēdo Ad quod
peruenimus, fide & scientia, & etiam opere compleamus.
Vnde subdit, Vt in eadem regula .i. rectitudine viuendi
Permaneamus, & sic reuelabit deus quod aliter sapim⁹.
Ambrosi. Vel ita, ab illo loco. Et siquid .q.d. ita sentite, vt dixi. Et
siquid aliter sapitis .i. siquid melius ad cultum dei excogi-
taueritis, & hoc donum dei esse sciatis: quia Hæc reuela-
bit deus vobis. sed ne qua præsumptio inde oriretur, sub-
dit, Veruntamen .q.d. & si aliter sapitis, Veruntamen,
teneamus Id ad quod peruenimus, vt .s. idem sapiamus:
& in eadem regula fidei, & doctrinę, & vitę Permanea- E
mus. hoc est, non extra regulam disciplinę sapere, sed qđ
commune sit & modestum in euāgelica veritate, & in his
scilicet fide, & regula viuendi. [Imitatores mei estote
fratres, & obseruate eos qui ita ambulāt sicut habetis for-
mam nostram. Multi enim ambulant quos sępe dicebam
vobis: nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi,
quorum finis interitus, quorum deus venter est, & gloria
in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem
conuersatio in cælis est. Vnde etiam saluatorem expecta-
mus dominum nostrum Iesum Christum, qui reforma-
bit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori cla-
ritatis suę, secundum operationem virtutis suę qua etiam
possit subiicere sibi omnia.] Estote imitatores, o fratres.
Aimo in fide & dilectiōe: vt sicut ego credo, operor & doceo, ita F
& vos faciatis, & si me præsentem non habetis, Obser-
uate .i. diligenter inspicite & imitamini eos Qui ita am-
bulant, sicut habetis formam nostram .i. imaginē vitę no-
Ambrosi. strę .s. qui ita credunt, viuūt, docent. Sicut ego .i. mihi si-
miles imitamini. Vult illos esse sollicitos ne prauorū ho-
minū subtilitate capiant. Et notēt quēcunq; qualiter con-
uersetur & doceat, vt his iungantur in quibus sensus ma-
gistri sui agnouerūt. Multi .n. &c. q.d. dico vt eos obserue-
tis qui ita ambulāt, Multi .n. sunt, qui aliter Ambulāt, nō
sentiētes nobiscū de legis abolitione: sed legē cū euange-
lio tenendam esse prædicantes. Quos sæpe, dum præ-

A sens eram apud vos, Dicebam inimicos crucis Christi. Nunc autem idem dico, & flens, tum pro illorũ perditione, tũ pro simpliciũ subuersione. Illos inimicos crucis esse dicit, quia qui carnales obseruãtias inducũt, crucẽ supfluam asserunt, Quorũ finis, est ętern⁹ Interitus. i. in fine eorũ, erit eis ęterna poena, Quorũ deus est ipse venter eorũ, Quicquid faciunt, pro vẽtre faciunt, quasi ipsum ventrẽ colentes, Hoc enĩ ab hoie colit, quod caeteris plus diligitur. Vnde quia deus maior est in oĩbus reb⁹ & melior, plus oĩbus diligendus est vt colatur. Illi aũt ventrem deum faciũt, qui ita laborãt de edẽdis, quasi in esca eis sit salus. vel venter deus sit Et gloria, alia litera est, In pudẽdis ipsorũ. i. ipsi gloriant in pudẽdis circũcisis. Qui tales sapiunt, Hoc est enĩ terrena sape. s. in talibus gloriari. Au. in lib. sentẽ. prosperi. Ambrosi.

B Qui aũt spũalia sapit, in fide, & spe, & charitate gloriat. Vel ita, Quorũ deus venter est. i. escas quę ventri sunt, deũ faciunt, dũ eas iustificare hoĩes dicũt. & Gloria eorũ est in cõfusione ipsorũ. i. in talibus, vñ cõfundi & erubescere possunt, dũ per aĩalia se iustificari credũt. Vel, Gloria eorũ tẽporalis est In cõfusione ipsorũ. i. perducet eos ad confusionem ęternã, Qui terrena sapiunt, quia in terrenis nil nisi qđ vident intelligũt legalia, nõ spũaliter sed terrene intelligentes. Nostra aũt conuersatio. q. d. illi ita praue ambulãt sed Nostra cõuersatio, & si adhuc simus in terra, Est in cęlis, vbi est spes vera. i. viuendo & intelligendo similes angelis: ꝑpter quod praeter cõmoda quae iam habem⁹, deũ expectam⁹. & hoc est quod subdit, Vñ Aimo. Ambrosi.

C etiam dominũ nostrũ Iesum Christũ saluatorẽ, animarũ iam, & quandoq; corporũ Expectam⁹, venturũ. Qui cũ venerit, Reformabit. q. d. hoc de eo Expectam⁹, qđ sicut iam reformauit animas, ita reformabit corp⁹ Humilitatis. i. deiectionis Nostrę, qđ per mortẽ in puluerẽ & vermes humiliamur. Reformabit, dico ita quod erit Configuratũ corpori claritati eius. i. assimilabitur corpori ipsi⁹ in claritate quã habuit ĩ trãsfiguratiõe vł in resurrectiõe. Quod vtiq; facere potest Scdm operationẽ. i. potentiã operandi Qua possit, non solum corpus reformare, sed etiam Subiicere sibi omnia, id est hoc potest facere secundum potentiam operandi, qua sibi subiecit omnia. & quia reformabit corpus nostrum. Aimo.

CAPVT IIII. D


Taq; fratres mei chariſſimi & deſiderantiſſimi, gaudiũ meũ & corona mea ſic ſtate in domino chariſſimi. Euchodiã rogo & Syntucen depcor, idipſum ſapere in dño. Etiã rogo & te Germane cõpar, adiuua illas q̃ mecũ laborauerũt in euangelio cũ Clemẽte, & cęteris adiutorib⁹ meis quorum noĩa ſunt in libro vitæ. Gaudete in dño ſemper, iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnib⁹ hominibus. Dñs em̃ ꝓpe eſt. Nihil ſolliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione cũ gratiarũ actione petitiões vrę innoteſcãt apd̃ deũ. Et pax dei q̃ exuperat oẽm ſenſũ, cuſtodiat corda vr̃a & intelligẽtias vr̃as in Chr̃o Ieſu.]

Itaq; fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi. i. quos videre multũ deſidero. Vel Deſideratis. i. qui me valde videre deſideratis: qui eſtis Gaudiũ meũ. i. de quorũ fide & opere gaudeo. Et corona mea, in futuro. i. per quos etiã in præſenti lætificor, & in futuro coronabor. Diſcipulus em̃ in agone victoribus dign⁹ erit corona magiſtri. Sic ſtate in dño, ſicut me & mihi ſimiles ſtare ſcitis: vel ſicut eſtis modo, & tunc eritis Chariſſimi. Euchodiã, &c. q. d. oẽs moneo, ſed ſpecialiter Euchodiã rogo & Syntucẽ deprecor, quia plus de ea timeo. Sapere idipſum, quod dico nõ aliud: q̃a illud qd̃ dico, Eſt in dño. i. ſecundũ dñm. Has etiã mulieres ſpecialiter rogat, quia hę religioſę prędicatores ſuſpicere ſolebant. & o Germane, propriũ nomẽ qui es Cõpar. i. coadiutor meus in euangelio prædicando, Etiam te rogo adiuua, confortando illas prędictas moratas mulieres, ne deficiant. Quæ in euangelio mecum laborauerunt, mihi miniſtrãdo neceſſaria. & etiam Cũ Clemẽte & cęteris coadiuorib⁹ meis, laborauerũt miniſtrãdo etiã eis neceſſaria. Quorũ noĩa. i. merita & prę mia qui veritatẽ tenẽt, Sunt ſcripta in libro vitę. i. in pdeſtinatione dei: quia ſi diſcreti ſunt meritis, diuerſas manſiones habebunt in æterna domo pro diuerſitate meritorum. Vñ in domo patris mei manſiões multæ ſunt. Liber vitæ eſt pdeſtinatio dei in quo oẽs ſaluãdi pſcripti ſũt. Et eſt ſenſus, Nolite o Philippẽſes grauiter ferre qd̃ oẽs vos in epiſtola ſingulatim nõ noĩaui, quia etſi in ea non eſtis ſcripti, in libro tñ vitę cõtinemini. Gaudete in dño ſem

Ambroſi. E F Ambro.

A per, Lętat⁹ in fide & in operib⁹ eorũ apostolus vt alacriores sint optat eos in hoc studio proficiẽtes, gaudere in domino semp. & ideo iterat vt se in eis vera affectiõe gaudere ostẽdat. q.d. nomina eorũ sunt in libro vitę. & vt idem esse vobis certissime credatur, Gaudete, nõ ad horã: sed Semper: nõ in seculo, sed in dño. i. omne, vnde gaudendum est, statuite in dño, nõ extra. Sicut eñ hõ non potest duobus dominis seruire sic nemo potest in seculo gaudere & in dño. Amicus eñ huius mũdi, inimicus dei reputabitur. Multũ inter se hęc duo genera differunt gaudiorũ suntq; oĩno cõtraria, nec simul in eodẽ esse possunt. Vincat ergo gaudiũ in dño, donec finiat̃ gaudiũ in seculo. Illud semper augeatur, hoc semper minuat̃, donec finiatur Quid est seculi gaudiũ? breuiter dico. Seculi lętitia est im- Augus. Augu. de ver. euan.
B punita neqtia. s. luxuriari, ĩ spectaculis nugari, ebriositate ingurgitari, turpitudine foetere, nihil mali pati. Ecce gaudium seculi, nec castigari fame, vel timore, vel morbo, vel aliq̃ aduersitate: sed oĩa in rerũ abũdantia, in pace carnis, in securitate mẽtis male agere. Ecce gaudium seculi. Magnę ergo mĩæ est nequitiã inpugnitã nõ relinq̃re, ne gaudiũ sit in seculo: & ne cogat̃ in extremo gehẽnę dãnare, modo flagello dignat̃ castigare: bonũ est nobis vt subueniat castigãdo. Ergo Gaudete in dño, nõ in seculo. i. in veritate, nõ iniquitate: in spe ęternitatis, nõ in flore vanitatis. & hoc adeo nobis est necessariũ: q̃d Iterũ dico, gaudete in dño, nõ vt quędã alia semel. Ideo hoc facite, qa hęc est Modestia, & rectus mod⁹ vt in dño sit oẽ gaudiũ & hęc Modestia, sit Vestra & p vos sit Nota oĩbus ho-
C minib⁹ vt p vos alii discant hoc. Vel ita. Gaudete, dico, & Vestra modestia, morũ. i. rationabilis cõuersatio sit oĩbus hominibus. s. fidelibus & infidelib⁹: fidelibus, vt imitent̃: infidelibus, ne possint rep̃hendere & aliqui cõuertantur. Exẽplo eorũ vult alios acquiri. Cũ eñ lucebũt opa illorũ non deerunt qui imitent̃ bonum illorũ: & debetis facere quod monui, quia Dñs prope est. i. paratus dare quicquid opus est in spiritualibus vel temporalibus. & Ideo nihil, id est de nulla re Sollicititi sitis, id est timidi. i. sepo sita mundi sollicitudine promissa dei præ oculis habete. Sed in omni oratione & obsecratiõe, id est in prece quæ communiter fit pro quibuslibet hoĩbus, & de quibuslibet Ambrosi.

rebus,vel simpliciter,vel cum adiuratione. Petitiones ve D
stræ,de reb⁹ necessariis quas vultis impetrare: facite Cũ
gratiarũ actione. Qui eñ vult aliquid impetrare, gratus
debet esse de preteritis. Et ille,inquã,petitiones Innote-
scant apud deũ.i.ita sint vehementes,nõ tepide,vt ad deũ
perueniant.i.cópleantur. Distingue. Oratio & obsecratio
cõmuniter fiunt ab aliquib⁹ pro se vel aliis,& de quibusli
bet rebus. Petitio est de rebus nominatis necessariis. Vel
ita, Petitiones vestræ innotescant, vobis esse Apud deũ
per tollerantiã,non apud hoïes per iactantiã. Non eñ sic
est accipiendũ tanquam deo innotescãt esse apud deum.
Hæc notitia fit assiduitate orationis & vigiliç. Vel, Inno
tescant,angelis qui sunt Apud deũ,vt quodãmodo eas of
ferant deo,& de his consulaŧ, & quod deo iubẽte implen
dum esse cognouerint.hoc nobis vel inuidenter,vel laten E
ter reportent. Vnde & angelus loquẽs hominibus,ait. Cũ
oraretis,orationẽ vestrã obtuli deo. Ad oïa quippe scien-
da sufficit deo sua perfectio.habet tamen nuntios.i.ange
los,non qui ei quod nescit annuntiant: nõ eñ sunt vlla q̃
nesciat, sed bonũ eorũ est de operibus suis eius consulere
voluntatẽ. & hoc est quod dicunŧ nonnulla nũtiare: non
vt ipse ab eis discat, sed vt ab illo hic per verbum ei⁹ sine
corporali sono nuntiẽt, etiam quod voluerint ab eo missi
ad quos voluerit: totũ ab illo per illud verbũ eius audiẽtes
.i.in eius veritate inuenientes quid sibi faciendũ, quid,q-
bus,& quãdo nuntiandũ sit. Nõ ergo dicitur angel⁹ ora-
tiones istas nostras offerre deo quasi deus tũc nouerit q̃d
velimus,vel quo indigeamus,qui omnia antequã fiant,si-
cut & postquã facta sunt nouit. Sed quia necesse habet ra F
tionabilis creatura obtemperans deo, temporales causas
ad æternam veritatẽ referre,siue petendo quid erga se fiat
siue consulẽdo q̃d faciat: in quo & contestatur q̃d non si-
bi ipsa sit bonũ quo beata fiat,sed incõmutabile,cui⁹ par
ticipatione etiã sapiẽs efficiŧ. Et pax dei.q.d.vos moneo
vt petatis & dñm, siue quo humanus labor inutilis est,o-
ratio vt præstet effectũ. & hoc est quod ait, Et pax dei q̃
exuperat oẽm sensum.i.intellectũ,& vtiq; nostrũ, non eo
rum qui semper vident faciem patris.i angelorum. Vel si
nec ipsos excepisse intelligitur angelos, ita dictũ esse acce
pimus: quia pacem dei qua ipse deus pacat⁹ est, sicut eam

Augu. ad p̄bam in lib. de orãdo deo.

Augu. in eodem,

Augu. de gra.n.t.

Augu. in enchi.

A deus nouit, nec nos sic eam possumus nosse, nec vlli angeli, superat enim omnem intellectum praeter suum. Et est sensus, Pax dei quę exuperat omnē sensum. i. deus qui est summa pax quae nec cogitari potest, & ideo extra eum nullo opus est. Custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. i. voluntates & intellectus vestros, ita vt extra ipsū nichil intelligatis vel appetatis. Nota quod praemisit de assiduitate & vigilātia orationis. & post subdit de custodia pacis, quia adhibita assiduitate orationis, tunc demum pax custodit corda in Christo. hoc ideo dicit, qui cum deo habent pacem, non timent mentem aduersam. [Decętero fratres, quaecunque sunt vera, quęcunque pudica, quaecunque iusta, quaecunque sancta, quaecunque amabilia, quaecunque bonae famę, si qua virtus, si qua laus disciplinae haec cogitate, quę
B & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, Hęc agite, & deus pacis erit vobiscum, Gauisus sum autē in domino vehemēter, quoniā tandē aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis, Occupati autem eratis, Nō quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare, Vbique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum, in eo qui me confortat. Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi meae.] Decaetero. Hactenus contra persecutores, & pseudo prędicatores monuit. In conclusione quę ad perfectionem sunt exponit. q, d. hucusque monui ad tolerantiā & ad cautelam. Decaetero autem o fratres, moneo vos ad hoc. Cogitate. i. i memoria versate, Hęc, quae ad per
C fectionē pertinent. s. Quęcunque sunt vera, quęcūque pudica i. quaecunque ad verā sunt fidē, tum quia in eis est veritas, tum quia per ea pudicitia cum deo seruatur. Quaecunque sunt Iusta ad proximum, Quaecunque, sunt Sancta. in propria vita, & vt minus dicatur Quaecunque, sunt Amabilia i. digna amari, vt modestus incessus, humilis sermo, & huiusmodi. & Quaecunque, sunt Bonae famae, quia ita decet illos sanctos esse, & iustos, & vt de eis non habeatur mala opinio, sed bona, vt prosint aliis. Nobis enim nostra vita necessaria est, aliis fama nostra. Proinde quisquis a criminibus flagitiorum vitā suam custodit, sibi, benefacit. Quisquis autem etiam famam in alios, misericors est. Quę bo Augu. ad Iulianum

næ famæ' sunt.dico, Siqua tamen virtus est in eis, D
vel siqua laus disciplinæ Christianę. Non enim curanda est bona fama de viribus, vel de scientia mundi, vel de aliis secularib⁹. Vel ita distingue, vt hoc, Siqua laus referatur ad famam. & hoc, Siqua virtus, referatur ad alia prædicta, hoc modo, Cogitate quęcunque sunt vera &c. siqua virtus est in eis. Et cogitate quęcunque bonę famæ, siqua laus disciplinæ, est in eis: hoc, inquam, cogitate Quæ omnia Didicistis, me vos docente: & accepistis, vt digna teneri. Itē hæc ideo cogitanda sunt, quia Et audistis, ab aliis. & audistis per vos Esse in me, hoc igitur agite, non solum cogitate. sed actu implete. De⁹ dator pacis erit vobiscum, id est adiuuans vos hæc facere.
Ambrosi. Gauisus autem, hic commemorat quod sibi sæpe necessaria miserunt, Vnde alacritatem suam propensiorē E
factam ostendit, quia in quo negligentes facti fuerant adhibita solertia iterauerunt, vt memores facti apostoli sui fructus ei mitterent in horreo cęlesti condendos, quasi dicat, Ad futura vos hortor. De prętеritis autem Gauisus sum vehementer, & hoc in domino, non in dono propter donum. Vnde, Quoniam tandem post, scilicet post multa tempora. Aliquando, scilicet in aliquo tempore, quia non omni poterāt. Refloruistis, id est iterum sicut olim floruistis ministraudo mihi necessaria: quę ministratio dicitur flos, qui in fructus ęternę vitę euenit. Vel Repullulastis, a simili arborum, quia sterilitate aruerāt, & quia marcuerant. Refloruistis, dico, ita vt ostenderetis vos Sentire misericordi compassione, quod pungebāt me: Sicut & olim sentiebatis. Sentire, dico, Pro me, id ē ad meā humilitatē, quia mihi pdest nr̄a cōpassio. Hęc cōmemorare valet ad incitationē, ne aūt viderēt aliqua mala cā itermisisse, addit, Occupati aūt. q. d. mō refloruistis, sed Añ eratis occupati. i. īpediti aliquibus aduersis. Quod aūt gauisus sum. Nō quasi dico ppter penuriā. i. quasi p rebus meā penuriā cōsolātibus. i. vt de penuria tristis, de ipsius gaude ā supplemēto. Ondit qđ nō sui cā in hoc opere eorū gaudet, sed ppter profectū eorū. Nā de hmōi nec tristari solet, nec gaudere. Vn̄ subdit, Ego. n. didici. i. in cōsuetudine habui, Sufficiens esse semper. i. cōtentus his In quibus sum, quia scio humiliari, quia inde non fran-

A gor: Et abũdare, quia inde nõ erigor. Et institutus sum, a deo nõ per me, qualiter debeã me habere. Vbiq;.i. in omni loco corã principibus, vel quibuslibet Et in oĩbus .i. in omni gñe rerũ.i. institutus Sũ satiatus, ita vt non noceat satietas. Et esurire, ita ne deficiã. Et penuriã pati, quia nec de penuria cõtristor, nec de abundãtia exulto, sciens quia abundantia frequenter extollit, & penuria tolerata diuitias cęlestes acqrit Oĩa, &c. q.d. nõ solũ scio ista sed etiã possum exequi eo confortãte q me docuit. & hoc est quod ait, Oĩa possum facere in eo.i. per eius auxiliũ, Qui me confortat.i. in Christo qui mihi possibilitatem tribuit. Veruntñ.q.d. pro rebus datis non gaudeo quib⁹ carere possem. Veruntñ bñ fecistis, quãtum ad vos, quicquid iustum est facitis. & Communicantes, vestra bona

B Tribulationi meę. Inde gaudet inde pascitur. quia illi bene fecerunt: non quia eius angustia relaxata est. Augu. in lib. cõfes.

[Scitis autem & vos Philippenses quod in principio euangelii quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis. Non quia quęro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia, & abundo, Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quę misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrũ secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro, gloria in secula seculorum amen. Sa

C lutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime autẽ qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.] Scitis autem, vos mihi communicauistis, sed alii non. & hoc est quod ait, Scitis autem & vos Philippẽses quod in principio euãgelii qñ profectus sum in Macedoniã nulla mihi ecclesia cõicauit tp̃alia, nisi vos soli. Hęc memorat, vt talibus operibus quasi laude dignis magis studeant. Non communicauit, dico, In ratione dati & accepti, vt scilicet rationabiliter consideraret, quod deberent dare carnalia qui accipiebant spiritualia. Nisi vos soli, dico, qui non solũ quãdo vobis p̃dicaui mihi cõmunicauistis, Sed etiã Thessa- Ambrosi.

lonicã mihi semel & bis misistis necessaria in vsum, pter D
Augu. de pastorib⁹ quē nihil querendū est. Nō qa. q. d. dico vos bene fecisse, nō vt ego impleat, sed vt vos inanes nō sitis. & hoc est qd ait, nō ideo dico hoc, Quia qro datū. i. vt expleat datis rebus, Sed reqro fructū. i. bonā & rectā volūtatē bonæ operationi adiunctā. Non. n. tam gaudet subuentum esse suæ necessitati, quā illorū gratulatur fœcunditati. Discerne inter
Aug 1 lib. conf. datū & fructū, datū est, res ipsa quæ datur, vt nummus, potus, cibus, & huiusmodi. Fructus autem, opera bona, & recta voluntas datoris. Vñ dominus in euāgelio non ait simpliciter, Qui recipit iustum vel prophetā, sed addit, in nomine iusti vel prophetæ, suscipere prophetam vel iustum datū est in nomine iusti, vel prophetę, hoc facere, fruct⁹ est Heliam pauisse leguntur coruus & vidua, sed per coruum qui non in nomine iusti, dato pascebatur, per viduam fructu, quę sciebat quod hominē dei pasceret, & propter hoc E
pasceret. Non igitur quæro datū, sed fructū donationis, abundantē in ratione vestra. vt. s. pro opere misericordię, ratio vestra habeat gratiā spiritus sancti. Abundante, vero dicit, quia hoc est bonum, vñ bona proueniunt. Vel ita. Requiro fructū abundantem in ratione vestra. i. vt fructus iustitiæ vestræ abundans sit, cum rationē deo reddetis de factis vestris. Habeo autē. q. d. nō qro datū, sed Tamen habeo oīa q misistis. Et abūdo, nō invno vt alio egeam, sed Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, muneribus, Quæ misistis mihi in odorē suauitatis, quia ista quæ misistis placent deo, vt odor suauissimus. Comparatur enim orationi quæ est incensum dei. Vnde dicitur, Date eleemosinam, & ipsa orabit pro vobis ad dominū. Misistis illa, dico. s. Ho F
stiam acceptā, placentem deo, quia hæc est hostia, qua dat vobis vincere hostes, quam accepit deus placide. De⁹ autē. q. d. vos me repleuistis, De⁹ autē meus impleat omne desideriū vestrū. q. d. vt mihi fecistis, ita fit vobis. Impleat, dico, Secundum diuitias suas. i. secundū quod diues est, & plus potest dare, quam quis mereatur. Impleat, dico, non in terrenis, sed In gloria, ęterna. & hoc In Christo Iesu per quem omnia. Vel ita Impleat, dico, Quod est in gloria quæ est In Christo Iesu. i. in gloria Christi. Gloria enim Christi est implere desideria suorum Deo autem. q. d. de⁹ impleat. Inde autem ei gratiæ agātur. & hoc est quod ait,

A Deo autem & patri nostro. sit Gloria, vsq; In secula seculorum, Amen. Salutate omnem sanctum. Sanctum, dico, In Christo Iesu. q. d. quod sanctum est a Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres, Salutant omnes sancti, maxime autem qui de domo Cæsaris sunt. Omnes significat propensiorem affectum habere circa illos. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit Cum spiritu vestro. i. cum ratione vestra, vt sana sit semper, & in spiritualibus abundet Amen.

Argumentum in Epistolam ad Colossenses.

COlossenses, & hi sicut Laodicēses sunt Asiani, & ipsi prçuenti erant a pseudo apostolis. Nec ad hos accessit ipse apostolus, sed & hos per epistolam corrigit. B Audierãt enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit. Ergo apostol⁹ iã ligatus scribit eis ab Epheso per Tychicum diaconem, & Onesimum acolythum.

CAPVT I.

PAVLVS apostol⁹ Iesu Christi per voluntatem dei, & Timothę⁹ frater, his qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax a deo patre nostro. Gratias agim⁹ deo & patri domini nr̃i Iesu Christi semper pro vobis orantes, audiētes fi- C dem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quam audistis in verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mūdo est, & fructificat & crescit, sicut in vobis ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu.]

PAVLVS Apostolus. Hanc epistolam scribit apostolus Colossensibus. Colossenses autem sunt Asiani, quibus non ipse apostolus prædicauit, sed eius discipuli

Archippus,& Epaphras. Archippus vero in eos ministe- D
rium acceperat: Epaphras autem ab eis oriundus ab apo
stolo instructus,doctrinam Archippi confirmauerat. Ar-
chippo ergo prædicante,& prædicationem eius Epaphra
Ambrosi. confirmante,gratiam Christi didicerant. Superuenerunt
autem pseudo apostoli qui eos euertere nitebantur,carna-
les obseruantias prædicantes,& philosophicis disputatio-
nibus simplicitatem eorum irretire conantes. His igitur su
peruenientibus,& carnales obseruantias prædicātibus, in
dubium illis venerat,quibus potius credendum esset, Vñ
Paulus,cuius auctoritas celebris erat,quasi medi⁹ iudicat
quę potius sint tenenda,scribens eis ab Epheso. Describit
autem Christum & eius beneficia,ostendensquomodo suf
ficiens est ad omnia. Carnalia vero prorsus improbat, vt
deinceps syncere fidem Christi teneant. Instruit etiam il- E
los moraliter,confirmans quicquid illi,scilicet Archippus
& Epaphras,docuerant. Et est intentio ei⁹ in hac epistola
confirmare Colossenses in eadem fide & doctrina, quam
a discipulis eius acceperant,& non in aliquo præter Chri
stum spem ponendam esse docere. Modus tractandi talis
est, Solito more salutationem pręmittit,qua præmissa, de
bonis eorum gratias agit,& fidem & dilectionem eorum
commendans,orat vt perficiantur in Christo, cuius bene
ficia & primatum secundum vtranque naturam commen
dat. Deinde sui ministerii dignitatem commemorans,mo
net ne per philosophiā vel legis cęrimonias seducti,a Chri
sto recedant. Tandē & omnes simul& separatim secūdū
ætates,& sexus & conditiones,moraliter instruit. In fine,
Archippum commonet,solicitum fore suscepti ministerii. F
Præmittēs autem salutationē,ait, Paulus, Cognito omni-
bus nomine. Apostolus Iesu Christi: nota omnibus di-
gnitate. Recte hic apostolum se nominat,quia etiam his a-
postolus erat,quibus per discipulos suos prædicauerat. Ec
ce auctoritas dicendorum. Apostolus,dico, non per iram,
sed Per voluntatem dei,quod non pseudo sunt., Et Timo
theus frater,qui est vir magnæ authoritatis. hæc scripsit,
His fratribus qui sunt Colossis,& sanctis,& fidelibus. i. &
maioribus & minoribus. & quod ipsi sunt sancti & fide-
les,hoc est, In Christo Iesu. i. per gratiam Christi, nō vi
legis, Et inscribendo prius salutat hoc modo, Gratia sit

A vobis.i.remissio peccatorũ, Et pax,mẽtis & reconciliatio ad deũ,A deo patre nostro.Gratias,&c. Ostẽdit bona esse quæ receperũt dũ gratias pro eis agit,dicẽs, Gratias agim⁹ deo patri:quia. n.de⁹ & pater est,& potest,& vult. Patri,dico, Dñi nr̃i Iesu Christi, per quẽ nobis oĩa bona præstant. Nos,dico,etiã Semper orãtes pro vobis,vt crescatis in melius. Audiẽtes.Ecce hic ostẽdit vnde gratias agit,Et est ordo,Gratias agimus Audientes fidẽ vestrã,esse In Christo Iesu,qua creditis Christũ deũ & hominẽ esse: Et,audiẽtes Dilectionẽ quã habetis,nõ vtiq; otiosam, sed operis exhibitione prouenientis ex ea ostensam in oẽs sanctos,& hoc nõ pro humana laude,vel pro terreno emolumẽto:sed Propter spem.i.rem speratam, Quę,tamẽ modo nõ apparet,sed Reposita est vobis, ab

B ęterno reddẽda In cęlis.Et quasi q̃reret,quomodo ergo tã latẽs speratis subdit, Quã,vt certã haberetis, In verbo audistis,qđ vtiq; tenendũ est:quia est verbũ Veritatis euangelii.i. & plene verũ,& bonũ nuntium.Ne ergo alibi illã spem q̃ratis,quã prius intellexistis: Quod,euangeliũ non vos primi habuistis,sed per alios. Peruenit ad vos, nec soli habetis.Vnde subdit, Sicut,&c,quasi dicat,peruenit ad vos,dico,ita pure & vere Sicut, per me & alios venit in vniuersum mundum. Et,adhuc est manens In vniuerso mundo,quasi dicat,nõ est vobis minus factum, quam aliis ecclesiis. Et,cũ sit in mundo euangeliũ, Fructificat ibi,id est homĩes fructificare facit per bona opa Et crescit.i.excrescere facit augmẽto sciẽtiæ,& numero fidelium.& nõ id facit per hoc quod alii plus habeant, quam

C vos :sed ita hoc facit Sicut est in vobis. & ideo nihil debetis superaddere. Est in vobis,dico, Ex ea die,qua primum per Archippum Audistis,credendo:& Cognouistis , discernendo. quasi dicat , non superuenientes,scilicet pseudo audistis & cognouistis:sed per primos,scilicet per dilectissimum fratrem nostrum Archippum & Epaphram. Quid audistis? scilicet Gratiam dei in veritate, id est quod totum sit vere ex deo. Sicut,&c.quasi dicat,ita a prima die audistis veritatẽ ab Archippo, Sicut,postea Didicistis veritatem esse ab Epaphra,prędicationẽ achippi cõfirmãte:vel in ore duorũ vel triũ,&c, Epaphra,dico, Charissimo conseruo nostro , quia nobiscũ p̃dicator est.

Qui est fidelis minister Christi Iesu.i.a Christo electus, D
vel qui dona Christi ministrat, vel Christo offert bonorũ
operũ vestrorũ sacrificia. & hoc nõ pro rebus vestris, sed
Pro vobis.i.pro salute vestra, quia salutẽ vestrã desiderãs,
cœpit adiuuare archippũ. Qui etiã manifestauit nobis di
lectionẽ vẽstam, habitã ad deũ & pximũ, fũdatã eẽ In spũ,
nõ in carnę, quia pro spũalib⁹ nõ pro carnalib⁹ diligitis.

[Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessam⁹ pro vobis orantes, & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapiẽtia & intellectu spiritali, vt ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificãtes, & crescentes in scientia dei, in omni virtute cõfortati secundũ potentiã claritatis ei⁹, in oĩ patiẽtia & longanimitate cum gaudio gratias agentes deo & patri, q dignos nos fecit in patrẽ sortis sanctorũ ĩ lumine.] E

Ideo & nos. Supra dixit se orare p illis Ecce hic ostẽdit quid orat. q.d. quia tales estis, Ideo & nos ex qua die audiuimus, hoc de vobis Nõ cessamus pro vobis orãtes. & postulãtes, quasi pro meritis q̄ pro vobis exhibemus, Vt impleamini in agnitione volũtatis ei⁹.i.plene cognoscatis quid deus velit, & quid nõ, & hoc per partes exeq̄tur.s.impleamini In omni sapientia rerũ, quæ sunt actiuæ vitæ, Et intellectu spũali.i.cognitione spiritualiũ rerũ quę sunt contẽplatiuę vitę. Et magnũ est vtiq; plene scire q̄d de⁹ velit in oĩbus rebus actiuę & cõtẽplatiuę vitę. Impleamini, dico, ita Vt, postea, ambuletis bene operãdo.i. agatis opera bona, digne deo.i.ita vt deceat deum, scilicet vt faciatis prout diuini honoris dignitas exigit. Vel digne deo, id est ita vt scitis digni eo præmio, ita scilicet, am F buletis Per omnia, negotia actiuæ vitæ & contemplatiuę. Placẽtes deo & in oĩ bono ope fructificãtes, in maius: & per hãc vitę puritatẽ Crescentes in sciẽtia dei.i.in cognitione deitatis. Incremen tũ operũ eorũ cum scientia fieri vult vt nõ ignorẽt fidei suę spem.i.rẽ speratã quã crederẽt. Tũc.n. firmi & stabiles erũt, si aduertant q̄ pro fide promissa sunt. In omni, &c. Oramus vt ita impleamini & promoueamini, & post hãc promotionẽ oram⁹ ne relabamini. Vos, dico, confortati, a deo in omni virtute.i.in castitate, & cęteris. Cõfortati dico, secundum potentiã claritatis eius.i.ab eo qui vos illuminare potuit. Vel ita, Cõ

Ambrosi.

A fortati dico, secundum potẽtiã claritatis eius.i.secundum quod ille bene potest vos confortare qui est claritas patris .i.filius. vel secundũ ꝙ vobis claram cognitionem dedit. Vos,dico,manẽtes In omni patientia contra aduersa habita. Et in longanimitate,diutini laboris. & hoc Non ex tristitia,vel ex necessitate,sed Cũ gaudio gratias,&c. Hactenus dixit vnde gratias egit,& quid orat eis. Hic iã incipit ostendere ꝙ lex non prodest,sed nocet: & Christ⁹ sufficit ad oĩa bona: qđ possunt scire ex eo, qa ipse & alii apostoli qui in legalib⁹ fuerãt,eis dimissis ad Christũ cõfugerant.q.d.pro vobis oramus. Vos,dico, Gratias agẽtes deo & patri,qui sol⁹ potest recreare,quia de⁹: & vult, quia pater.qui etiã vos,gentiles,sicut nos iudęos Fecit dignos in partem sortis sanctorum.i.in participationẽ hæ-
B reditatis,quæ sorte datur sanctis.i.diuina voluntate. Voluntas enim dei in humano genere sors est. apud quem non est iniquitas,sed oĩa facit per iustitiã,& si occultã,per quã hęreditas ęterna datur,quibus vult. Vnde & ipsa hæreditas sors dicitur,quę non meritis sed electione diuina datur, sanctis. s. patriarchis & prophetis,& ideo p gratiã nõ per legẽ q̃renda est. Per gratiã.n.dignatus est aduocare & inducere gẽtes in promissionẽ Iudæorũ. Dico quod nos fecit dignos: & hoc nõ in lege,sed in lumine,i.per eũ q̃ est lumẽ de lumine,cui⁹ grã illuminãtur: qđ lex nõ potuit pstare.vel, Dignos nos fecit,ponendo nos In lumine,in clara cognitione,a qua deuians cadit in tenebras. Augu.in ps.30. Ambros.

[Qui eripuit nos de potestate tenebrarum,& transtu-
C lit in regnum filii dilectionis suæ,in quo habemus redẽptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis ,primogenitus omnis creaturę: quoniã in ipso condita sunt vniuersa in cælis,& in terra visibilia & inuisibilia. Siue throni,siue dominationes, siue principat⁹, siue potestates,omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes,& omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesię: qui est principium primogenitus ex mortuis,vt sit in omnibus ipse primatũ tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum,pacificans per sanguinẽ crucis ei⁹,siue quę in terris,siue quę in cęlis sunt.]
Qui eripuit nos,&c.q.d. Qui ita dignos nos fecit quod

in baptismo, Eripuit nos similiter & vos, De potestate D
tenebrarũ.i.ignorantiæ peccatorum,dęmonũ qui vere do
Augu.in minabantur nobis. Diabolus enim & angeli ei9 captiua-
Psal.5. uerant prædestinatos ad dei gloriam, a redemptore autẽ
nostro foras missi qui dominari infidelibus solebant in-
trinsecus,fideles oppugnant extrinsec9,sed nõ expugnãt.
Et transtulit,nos de mundo, In regnum filii.i.vt essem9
Augu.sup regnum filii.De quo ipse dicit, Regnum meũ non est de
Ioannẽ. hoc mundo. Non ait non est hic, sed non est hinc,quia
peregrinat̃ quidẽ in mundo, sed est in mũdo. Regno.n.
suo dicit, de mũdo nõ estis,sed ego elegi vos de mũdo.
Erãt de mũdo, qñ ad mũdi principẽ pertinebãt. Vel ita,
Eripuit nos de potestate tenebrarũ.i. de inferno in quo
tenebamur a diabolo tam ex proprio,q̃ ex delicto Adæ.
Et transtulit,nos, In regnum.i. quando attollẽs nos de E
imo tartari,induxit in cælũ cum vero filio suo. Iam enim
credentes qui fixa mente deuoti sunt,exeuntes de seculo,
duce dextrę patris angelo,inducuntur in cælũ. Filii dico,
Dilectiõis suę,quos.i.diligit. Ita & nos per eum diliget:
sine eo odiosi erim9. Attẽde diligenter ꝙ dicit, Filii cha
An.in 15. ritatis suę. Si charitas qua pater diligit filium,& patrẽ di
de ci. dei. ligit fili9, ineffabiliter communionẽ demõstrat amborũ,
quid conuenientius,q̃ vt ille proprie dicatur charitas,qui
spiritus est communis ambobus? Alioquin si in illa trini-
tate solus spiritus est charitas,profecto & filius nõ solius
patris, sed etiam spiritus sancti filius inuenitur. Non
enim dixit filii sui, quod si diceret: verissime diceret:
sed ait, Filii charitatis suę. Filius ergo est etiã spirit9 san
cti,si nõ est in illa trinitate charitas dei, nisi spiritus san- F
ctus:qđ cũ sit absurdissimũ,restat vt nõ solũ ibi sit chari-
tas spũs sanct9,sed propter illa de qbus satis disserui,pro-
prie sic vocet̃. Quod vero dictũ est, Filii cha.suæ.nihil
aliud intelligat̃ q̃ filii sui dilecti,q̃ filii substãtię suę. Cha-
ritas.n.patris eius natura atq; substantia est,vt sæpe dixi-
mus,& ideo filius charitatis eius,null9 est aliud q̃ qui de
substãtia ei9 est genitus. In quo habemus,&c.q.d.transtu
lit nos in regnũ filii,per quẽ & redemit nos.& hoc est qđ
ait, In quo,filio,nos Iudęi, Habemus redemptionem.
Augu.de Aliter nõ iremus in cęlũ,Redẽptio est destructa potestate
trini. diaboli,facultas libertatis,q̃ vobis est data suo illius san-

D guine qui nullū habuit peccatū. Vt quia diabolus illo merito tenebat quos peccati reos conditione mortis obstrinxit, hos p eū merito dimitteret, quē nullius peccati reū immerito pœna mortis affecit. Hac iustitia vict⁹, & hoc vinculo vinctus est fortis, & ideo nō est opus aliis hostiis: qa per eū, Habemus redemptionē & remissionē peccatorū Cotidie si peccamus, & nō est opus aliis. & bene hęc per eū fuit, qa ipse est, Qui est imago dei patris. i. plene similis patri, & de patre. Imago ergo patris est, quia de ipso est, & nihil distat ab ipso. Nō ita homo est imago dei. Homo. n. est imago dñi imitādo, sed nō qualis imago est fili⁹ Aliter. n. est imago dei in filio, aliter in hoīe: sicut aliter est imago regis in nummo, aliter in filio. Nos sum⁹ nūm⁹ in quibus imago dei est: Christ⁹ est fili⁹, q hoc est qd pa-

Augu. de decē cop.

Augu. ad Ianuariū.

E ter. Nulla imago dei coli debet, nisi illa q̄ hoc est qd ille. nec illa pro illo, sed cū illo. Imago dei, dico, Inuisibilis. i. incōprehensibilis, nec cœpit cū creatura, immo ipse Primogenit⁹ oīs creaturę. i. ipse solus, & ante omnē creaturā est genit⁹. Alia sunt creatura ante quę oīa ipse est genit⁹. Hic ostenditur coætern⁹ patri. Et vere genit⁹ est ante omnem creaturā, quia In ipso. i. per ipsum, Vniuersa condita sunt. Ecce hic ostendit coomnipotēs patri, & ita in nullo filius minor est patre. Vniuersa dico, q̄ sunt In cęlis & in terra visibilia, vt sol & luna. Et inuisibilia, vt angeli & aīæ. Sunt throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates, etiā hæc altissima, per eū facta sunt. Oīa, prorsus, Per eū creata sunt, q̄ a etiā elemēta. vnde oīa. Et in ipso sunt. i. ipso authore viuunt. Vel, Oīa per ipsum

F creata sunt, & ita per ipsum, qd ante erāt vita in ipso. Vel ita, Per ipsum oīa creata sunt, & oīa In ipso sunt. i. eum nō excedūt, quia immēsus est, & ideo extra substantiā ei⁹ esse nō possunt. Et ipse, nō modo ęternitate, & potētia, sed etiā dignitate, Est ante omnes, nullus est ei æqualis, etiam secundum quod homo est. Et sicut oīa creauit: ita Et ipso constant omnia. Qui omnibus secundū diuinitatē infusus omnia sustinet & regit. Et cū talis sit ipse secundū etiā hominis naturā, Est caput corporis sui. s. ecclesię q̄ vnita est Christo gratia & natura vt capiti. Dum igit dicit caput corporis. i. ecclesię, qa ita se habet ad ecclesiā, sicut caput ad corpus. Prouidet. n. ecclesię, & regit eā,

Augu. de agone christianorum. & in ipso sunt omnes spirituales sensus ecclesię, vti in capite omnes sensus corporis. Sicut. n. aīa totū corpus nr̄m animat & viuificat, sed in capite omnibus sensibus sentit, ideoq; capiti cuncta subiecta sunt ad operandū: illud aūt supra locatū est ad cōsulendū, quia ipsius aīæ quæ cōsulit corpori, quodāmodo personā gerit caput: ibi. n. oīs sensus apparet: Sic in vniuerso populo oīm sanctorū, tanq̄ vni corpori, caput est homo Christus, quos oēs ab Abel vsq; ad vltimū iustū sapientia dei illuminat, quæ plenus fuit in Christo. Aliter. n. cæteri sapiētes sunt, aliter homo Christus qui ipsius sapientiæ per quā fiunt sapiētes quicūq; homines, nō solū beneficiū habet, sed etiā personā gerit, veritate ipsius & gratia plenus, & ideo oīm qui de plenitudine eius accipiunt, caput est. Ex quo apparet, q̄ sapientia dei. i. verbum nō sic assumpsit illū hominem vt cæteros, sed multo excellēti⁹, multoq; sublimi⁹, quomodo ipsum solū assumi oportuit, in quo sapiētia hominib⁹ appareret, sicut eā visibiliter decebat ostendi. De cæteris. n. sapientib⁹ recte dici, qd̄ habeant in se verbū dei per quod facta sunt, omnia: sed de nullo eorū recte dici potest, Verbū caro factum est. Homo ergo excellentius assumptus, quasi personam sapientiæ dei gerit, vt caput, in quo omnes sensus, personā animæ quę totum corpus viuificat. Sed cum ecclesia ab Abel cœperit, quomodo homo Christus caput est eorum qui tunc fuerunt? Bene, quia ipse Qui est principium ecclesię, secundū diuinitatem. i. fundator ecclesiæ, quia omnes custos qui ab Abel vsque ad vltimum iustū generantur virtute diuinitatis & misericordiæ suæ dono illuminauit. Secundum humanitatem etiam potest dici principium ecclesiæ. Quia super fidem humanitatis eius fundata est. Et bene, Ipse est caput & principium id est rector & fundator, quia ipse est Primogenitus ex mortuis. Prim⁹ mortuorū ad immortalitatem resurgēs. Sicut enim natus est ante omnia de deo, vt omnia crearet: sic iterum de virgine natus homo primus resurrexit, vt q̄ creauerat restauraret, vt semp sit prim⁹ & princeps. Vnde subdit, Vt, per hoc Sit ipse in omnib⁹, tā priorib⁹, q̄ sequentib⁹, Tenēs primatū. i. dominiū, quia potest alios suscitare. Et bū primatū habet, non solū q̄a primogenitus est, sed etiā q̄a Cōplacuit trinitati, Oēm pleni- D E F

Ambrosi.

A tudinem inhabitare, & per eum recõsiliari omnia.i.placuit trinitati, qđ in ipso oĩs plenitudo scientiæ & virtutũ nõ modo esset, sed habitaret. Et reconciliaret oĩa.i. Iudęos & Gentes. Attende ꝙ plenitudo recte dicitur in ipso esse & manere, quia oĩa potest per se vt nihil exceptum sit. qđ per eum nõ possit pręstari. Vñ ait, Sicut pater vitã habet in se, sic dedit & filio vitã habere in semetipso. Sicut eñ suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. & sic ostendit pfectus deus esse. Oĩa, dico, tendẽtia In ipsum, q est lumẽ verũ & ęternũ.i. ęterna veritas Vel. Reconciliari in ipso, oblato deo placuit per ipsũ reconciliari oĩa. Et ipse est, Pacificans.i. pacificauit nõ gratis non per aliã hostiã, sed Per sanguinẽ crucis eius.i. per mortẽ crucis eius, q̃ est turpior mors. pacificauit dico,
B Siue quę in cęlis, siue in terris sunt.i. cęlestia & terrestria quia patet hoĩ introitus in cęlũ, Vel, Quæ in cælis sunt .i. sanctos, q iã sunt in cęlo, & Quę in terris.i. sanctos, q adhuc in ista vita sunt. [Et vos cum essetis aliquando alienati. & inimici sensu in operibus malis, nunc aũt recõciliauit ĩ corpore carnis eius p mortẽ, exibere vos sanctos & immaculatos & irrepħensibiles corã ipso, si tamen pmaneatis in fide fũdati & stabiles & immobiles a spe euãgelii quod audistis, quod prędicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in possessionibus pro vobis, & adimpleo ea quę desunt passionũ Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundũ dispensationẽ dei, quæ data est mihi in vo
C bis, vt impleã verbũ dei: mysterium quod abscõditum fuit a seculis & generationib⁹, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias glorię sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes glorię, quem nos annunciauimus corripiẽtes omnem hominem, & docentes in omni sapientia vt exhibeam⁹ omnem hominem perfectum in Christo Iesu, in quo laboro certando secundum operationem eius, quem operatur in me in virtute.]

Et vos cũ, &c. quasi dicat Et vt specialiter loquar. Et vos, o Colossenses, pacificauit & conciliauit deo, E.tm.i. quamuis essetis, Aliquando alienati a deo.i. nihil cũ deo

habentes, Et inimici,cõtradicendo & hoc, Sensu, quia D
putabatis bene agere. Vel secundũ aliam literã potest le
gi,quod idem valet. Cum essetis aliqñ & inimici sensus
.i.cõsilii eius, quia nõ receperũt quę per Moysen mãdauit
deus deuotis idolis suis. Vos,dico,degẽtes actu In operi-
bus malis. Nunc aũt.q.d. Aliquãdo tales eratis: Nũc aũt,
& in hoc tẽpore gratiæ non in alio, reconciliauit vos re-
missiõe pctorũ, In corpore carnis eius.i,fragilitatis eius
.i.in corpore suo passibili & mortali. & hoc, Per mortẽ
eius. Reconciliauit dico, Exhibere vos,ad hoc.i. vt tan-
dem exhibeat.i.repręsentet vos Sanctos, virtutibus, Et
immaculatos,a peccatis. Et,vsq; adeo quod Irrepræhẽ
sibiles,quia tunc nihil mali erat in eis. Irrepræhensibiles
dico, Corã ipso,qui omnia videt. Vel repræsentet, Co-
ram ipso,quia tunc ei pręsentes eritis, videntes eum sicut E
est facie ad faciẽ,de quo diffidendũ non est. Si enim mor
talis & mortuus potest reconciliare, iam immortalis po-
test omnia facere. Si tamẽ &c. Hic monet quod in fide
Christi & spe perseuerẽt. Ideo eñ tot & tanta dixerat de
Christo,vt ponãt spẽ in eo solo,in quo omnia bona sunt,
non alicui elementorũ,vel angelorũ se subiiciendos putẽt
Hic enim solus colendus, & ad hũc non est æstimandus
quisq̃.q.d. Exhibeat vos dico, Tamen, hac conditione,
Si permanetis in fide fundati.i.firmi,non fluctuãtes. Et
stabiles,vt per vos non recedatis. Et imobiles,alio impel
lente a spe Euangelii.i. si estis stabiles in spe præmii,&
ab ea immobiles,quę promittitur in euangelio. Si hęc fe
cerint,exhibebunt eos deo. Aliter enim non prodest eis F
Ambrosi. Christus. Quod euangelium tenere debetis, quia Audi-
stis.i.intellexistis,& prius est reuerti. Melius est viã verita
tis non agnoscere,q̃ post agnitã retroire. Quod,euange
lium Prędicatum est,& manet, In vniuersa creatura q̃
sub cęlo est.i.in vniuersis hominibus qui sunt noua crea
tura quotquot vbicunq; sunt. Vel ita, Pręedica. in vniuer
sa creatura noua,hoc non mutatur. Quæ,tñ noua crea-
tura modo Est sub cęlo,adhuc peregrina,sed tandẽ per-
ueniet ad gloriam. Cuius, euangelii prædicandi, Ego
Paulus factus sum minister, & ita potestis scire quod ve-
rum est. Qui nũc, Ephesi positus in carcere pro euange
lio, Gaudeo in passionibus, quia nõ credentes proficiũt,

A Quas sustineo, Pro vobis, confirmandis in veritate euãgelii Et adimpleo ea passionũ Christi q̃ desunt. Suas passiones dicit esse Christi: qa nrę passiones, q sumus Christi mẽbra, Christi sunt. Quasi eñ vnus hõ vna psona est caput cũ corpore. i. saluator cũ saluãdis. Si ergo in mẽbris Christi es, quicquid pateris ab eis qui non sunt in mẽbris Christi, deerat passionibus Christi. Ideo additur, qa deerat, mensurã implens, non superfundens. Tantũ pateris quantum ex passionibus tuis inferendũ erat vniuersæ passioni Christi: qui passus est in capite nostro, & patitur in membris suis. Ad cõmunẽ hanc quasi rempublicã nostram quisquis pro modulo suo exoluit quod debet, & pro possessione virium nostrarũ quasi canonẽ passionũ inferimus paratoria plenaria nostra passionum non erit, Augu. in psal. lxi.

B nisi cum seculum finitũ erit. Vel, Ea pass. Christi. i. quæ Christus sustinuit, vel quę sustinere pręcepit, quæ adhuc, Desũt adimpleo. i. parat⁹ sũ pati. & hoc nõ in meis, Sed in carne mea. Vl, desũt nõ ĩ carne ipsi⁹ Chri, Sed in carne mea. Et hæc patior, Pro corpore eius, multiplicãdo, quod Est ecclesia. q. d. non de alio corpore dico nisi de illo quod est ecclesia, Cuius, corporis, Ego factus sum minister, vt ei ministrem spiritualia. Minister, dico. Secũdum dispensationem dei, quæ data est mihi in vobis. i. ad hoc factus sum minister, vt ei demũ dispensem actu per gratiam apostolatus mihi crediti a deo in vobis. Vel ita, Cuius, euangelii, Ego factus sum minister, secundũ dispensationem dei. i. secundũ gratiã apostolta⁹ mihi a deo

C dispensati. Quæ data est mihi in vobis. Tantum est eñ quod a meis discipulis pręedicatũ est vobis, quantũ si a me ipso. Ministrũ euangelii inter Gentes, a deo per Christũ factum se esse dicit. Ad q̃d añt ostendit. s. Vt mysteriũ, a deo susceptum per idoneum seruitium, Impleatur, quod ignotum cum a seculis fuit. s. mysteriũ natiuitatis ex deo, & natiuitatis ex Maria, & saluationis Gentium & totius operis Christi. Vnde subdit, Vt imple. q. d. Data est mihi dispensatio ad hoc, Vt imple. & impletum ostẽdam, Verbum, id est dispositionem vel ordinationem Dei. i. quod deus p̄ordinauit de vobis Gentibus. vos. s. per Christi incarnationẽ saluari. Hoc dicit. ne videatur salus non esse promissa Gentibus. Quod verbum est Mysterium. i.

Au. in lib. confes. occultum. Quia si erat notum in principio erat verbum, D
nusq̄ erat lectum, verbū caro factum est &c. quæ ad sacramentum incarnationis pertinent. Vnde, Abscōdisti hęc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Quosdā eñ Platonicorum libros ex Græca lingua in Latinā versos vidi, & ibi legi, non quidē his verbis, sed hęc quidē omnino multis & multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat verbum, & verbū erat apud deū: sed quod verbū caro factū est, nō legi. Indagaui quippe in libris varie dictū q̄ filius sit in forma patris: sed quod exinaniuit se, non habetur in illis. Recte ergo illud verbū dicit mysteriū. i. occultum. Quod absconditū fuit a seculis. i. a principio seculorum: & absconditū fuit. Generationibus, omnibus, nō cuidam parti tantū, nisi cui per spūm sanctum reuelauit. Nunc aūt. i. in tēpore gratię. Manifestatū est, non oībus, E
Sed sanctis eius, humilitate paruulis. Nec his omnib⁹ plene innotuit, sed his tantū, Quibus voluit deus, & ex sola gratia, Notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius. i. copiosam gloriā tam digni sacramenti, in quo sunt multa .s. fides, remissio, iustitia, dona spiritus sancti, futura beatitudo: & ideo dicit diuitias, sacramenti dico, existentis, In Gentibus: qd, sacramentū, Est Christus in vobis, Gētibus. i. illud sacramentū est Christi incarnatio per quam saluantur Gentes. Ita est in vobis, vt Sit spes glorię. i. vt p eum speretis gloriā sine lege. Quā. i. qualē Christum, Nos, Apostoli Annūciamus, qd sine lege saluat Gentes. Nos dico, Corripientes. i. arguentes, non solū vos, Sed omnem hominē, qui deuiat a veritate quā nouit, Et docentes omnē hominē .s. eos qui ignorāt veritatē. Vel cōtradicentes corripimus & cōuincimus, & obedientes docemus. docentes dico, In omni sapientia, non sumus cæci vt pseudo: sed docemus, In omni sapientia. Vera sapientia est in disciplina dominica. s. cū Christus agnoscitur: quod Apostolus magna cum diligētia agere testatur, vt erudiens hominē in hac sapiētia, consūmatū exhibeat eum deo. Vnde subdit, Vt exhibeamus. i. offeramus deo in sacrificiū, Omnē hominē, tam Iudęū q̄ Gētilē. Perfectū, nō in lege. Sed in Christo Iesu. i. in intellectu mysterii Chri. In quo. i. in qua re. s. vt oīs sit pfect⁹ in Christo. Et laboro certando, cōtra rebelles, Secundū opera- F

A rationē eius quam operatur. In me virtute, miraculorum, i. certo contra perfidos adiuuantibus me signis virtutum, per quæ vita infidelitatis comprimitur, vt qui verbis cōtradicunt, virtuti cedant quasi dicat. Labori meo adiūgit de⁹ miracula ad confirmationem.

CAPVT II.


Olo.n.vos scire qualē sollicitudinē habeā pro vobis, & pro his qui sunt Laodiciæ, & quicunque non viderūt faciem meam in carne. vt cōsolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellect⁹ in agnitione mysterii dei patris & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapiētię & sciētię abscōditi.] Volo enim
B q.d. Ideo hoc refero de me vobis, quia Volo vos scire qualem sollicitudinē habeam pro vobis, vt ea intellecta quæratis in Christo perfecti fieri. & recte ait, Pro vobis. Non enim minus, pro his quos non vidit sollicitus erat, quā pro his quibus præsens prędicauit, nec minori effectu diligebat quos non viderat, q̄ cęteros apud quos erat. Et nō solū pro vobis, sed etiā pro his, Qui sunt Laodicię, quia & hi a pseudo apostolis pręuēti erāt. & pro his adiacentibus vobis. Quicunq; non viderunt faciē meā in carne, & si sciētiam audierūt, Et ad hoc intendo vt ipsi vobiscū consolentur corda sua, ipsi dico, Instructi in charitate, quā deus ad nos habuit, qui pro nobis filiū tradidit. hoc si quis attendit potest se in hac miseria consolari, quia perpendit calcata superbia, per humilitatē, ad patriam posse reuerti. Vitiorū Augu. de
C nāq; omniū, sup̄bia causa est. Ad hanc conuincendā atq; auferendā talis medicina cælitus venit, ad elatū hominē per superbiā Deus humilis descendit p misericordiā, gratiā clarā manifestamq; cōmendans in ipso homine. Quē tanta præ participibus suis charitate suscepit. Neq; eñ ipse ita verbo dei cōiunctus, vt ipsa coniunctione vnus filius dei, & idē ipse vnus filius hominis fieret, pręcedentib⁹ suæ voluntatis meritis fecit. Vnū eñ illū esse oportebat, essent autem plures, si hoc fieri posset, non per dei proprium donum, sed per hominis liberum arbitrium. Hoc ergo præcipue ad humilitatem nobis commendatur. Et instructi in agnitione dei. instructi dico, per hoc tentādo, In omnes diuitias plenitudinis & intellectus, i. in omnes copias in-

spi. & lit.

tellect⁹ plenitudinis, vt perfecte de diuinis & humanis in D
tellectum habeant, vt de anima, & de supernis spiritibus.
Aliter enim ad cognitionem dei nemo ascēdit. Ideo dicit
Diuitias, vt de omnibus intellectum plene habeant. Dico
Instructi, in agnitione dei, non dico quantum ad opera,
sed in agnitione mysterii dei, vt sciatis. s. quod est secretum
& a paucis cognitū, de essētia dei. Dei, dico, Patris Chri
sti Iesu, vt sciatis. s. quod alia persona est pater a filio, q̄uis
vnū & idē sit in substantia cū illo. Ad quam cognitionē si
tenditis, ad Christū tantū recurrite, quia ipse est In quo
sunt omnes thesauri. i. omnes copię, Sapientiæ, de diuinis.
Et scientiæ, de humanis. Sed absconditi, & ideo ne mire
mini si in Christo estis, & eas nondum inuenistis, qa nō
omnibus patent nisi his qui petūt & pulsant. Vel aliis nō E
mutatis, ita potest legi illud. Consolentur corda sua, dico
Instructi in charitate, & in omnibus diuitiis, Alia litera.
Augusti. de trini. Pleni. intellectus. Ad quid? Ad cognoscendum Christi, q̄a
est in Christo. Alia lit. i. verbū caro factum, per quod hu
Augus. de hoīe assū. miliatū superbi redimūtur, & cū lego verbum caro factū
est, in verbo intelligo verū dei filium, in carne agnosco ve
rum hominis filiū, & vtrūq; simul deū & hominē vnam
personam ineffabilis gratiæ largitate cōiunctum, & ideo
verbum caro factum quod est Christus Iesus habet the
sauros sapientię & scientię, Vnde subdit, In quo sunt om
nes thesauri sapientię & scientiæ absconditi. Hæc duo in
ter se ita distant vt sapientia de diuinis, scientia de huma
nis accipiatur. Vtrūq; in Christo agnosco. Et sapientiam
in eo quod verbum est apud deum, & sciētiam in eo quod F
nobiscum homo est. Omnia enim quę pro nobis verbum
caro factum temporaliter fecit & pertulit, ad scientiā per
tinent. Qꝫ autem verbum est sine tempore & loco, patri
coæternū, & vbiq; totū, ad sapiētiā refertur. Scientia ergo
nr̄a Christ⁹ est, sapiētia nr̄a, idē Xp̄s ē. Vn̄, Plenū gratiæ
& veritatis. Aliter totū secundū aliā literam, quæ est, Vt
consolationem accipiant corda eorum, cum fuerint instru
cti in charitate in omnes diuitias plenitudinis intellectus,
ad agnitionem mysterii in Christo Iesu. In quo &c. Vult
Apostolus animos eorum fouere in charitate, & vt prom
pti fierent per epistolam agnitionem recipere sacramenti
dei, in Christo aduertentes has esse sapientiæ & scientiæ

A diuitias, si agnoscatur Christus, in deitatis suæ plenitudine adorandus. Et est ordo, Ad hoc tendo, Vt corda ipsorum con. ac. quod erit cum fuerint Instructi, in charitate dei & proximi, & cum fuerint instructi, Ad cognitionem m.d. in Christo. i. in agnitionem Christi, in quo est omne mysterium. Omne enim mysterium sacramẽti dei in Christo est, vt qui eum cognoscit, omnium notitiam etiam habere videatur. Vnde addit. Ipsi dico per hoc tendentes. In omnes diuitias plenitudinis intellectus. Diuitię enim sapientię & scientiæ sunt, si Christus agnoscatur quia omnium potentiarum virtus in eo est. Ex eo ẽm habent omnes, quare & caput omnium dicitur, vt per ipsum omnes subsistere videantur. Vnde recte subditur, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Om
B nis enim ratio scientię totius creaturę supernæ vel terrenæ in eo est qui est caput & author omnium cælestium & terrestrium, vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat, nec sapientiam nec virtutem, quia agnouit eum in quo perfecta virtus est, perfectaque sapientia. Quicquid alibi quærit, hic perfecte inuenitur. Nam quid sapientius Salomone? quid prudentius Daniele? Quibus ideo præ cæteris deus sapientiam dedit, vt in Daniel & Salomone ostenderet in fidelibus, se authorem esse sapientiæ totius. Quod infideles non putant, quia non legunt in euangeliis & prophetis astrologiam: geometriam, & alia huiusmodi. Quę ideo despecta sunt a nostris, quia nihil ad salutem pertinent, sed magis mittunt in errorem, & a deo auocant, vt dũ his student disputationum ratiocinationib9 curam animę suæ
C non agant. Qui vero Christum nouit, thesaurum sapientiæ & scientiæ inuenit, quia id nouit quod vtile est. [Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonũ Nam & si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens & videns ordinem vestrum, & firmamentũ ei9 quæ in Christo est fidei vestrę. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati & superędificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.]

Hoc autē &c. Commendata sui mysterii dignitate, monet D
eos ne malorū colloquiis & astutia iniquitatis sensus eorū
recederet a Christo. q. d. volo vt sitis instructi, hoc autē di-
co vt nō solū tendatis ad ea q̄ nondū habetis, Sed vt ne-
mo, quantūcūq; sapiens vos decipiat, In sublimitate, vt vi
detur, quæ subtilitas vel sublimitas non est nisi Sermonū.
i. nisi in verbis. Quia sapientes mūdi arte quadā, minutiis
disputationū irretire gestiunt animas simpliciū, vt traditio
ne mundanarū rerū abstrahant eos a spe quæ est in Chri
sto, Nam & si. q. d. Ne decipiat, dico, & recte, video em̄ spi
Ambros. ritu, quod apud vos geritur. Et hoc est quod ait, Nam, & si
a vobis, Corpore absens sum, sed tū, Vobiscum sum spiri
tu. Sicut & spiritus Helisei fuit cum Iezi in via euntis ad
Naaman Syrum, vt acciperet sub nomine quæ ipse nō mā
dauerat, quanto magis Apostolus ea q̄ dixit poterat videre E
in spiritu? Maior enim gratia fuit in Apostolis q̄ in pro-
phetis. Ideo ait, Spiritu vobiscum sum. Sanctis enim da-
tum est in spiritu videre remota. Ergo sibi caueāt illi quo-
rum actus magistrum non latent, Vobiscū sum, dico, Gau-
dens & videns. i. quia video, Ordinem vestrū. i. quō vnus-
quisq; vestrū secundū ordinē suum viuit. Et, Videns fir
mamentū. i. stabilitatē Ei⁹ fidei vestræ quę in Christo, est,
non in lege. Per hoc promptiores eos facit circa euange-
lium, quia gaudere se dicit in dispositione conuersationis
illorum & fidei stabilitate, vt scientes vnde placeatur deo,
in eo flerent firmiores. Et quandoquidem bene statis, Si
cut ergo, fidei fundamento, Accepistis, bona enim fuit ac-
ceptio, Accepistis inquā Iesum Christum dominū nostrū F
ita, Ambulate, i. proficite non extra eum, Sed in ipso Am
bulate dico, vos minores, Radicati, i. actiua vita vt arborū
ad fructificandū. Et, vos maiores qui in contemplatione e-
stis, Super, alios, Aedificati. & hoc, In ipso. i. in tēplo dei.
vū. s. aliis loquatur. & ambulate, In actione gratiarum con
firmati in fide, ambulate, dico, Sicut & didicistis id est
sicut accepistis, nō aliter, & didicistis cognitione, & habe-
tis materiam gratiarum. Vos dico, Abundantes donis in
Ambros. illo. qui solus dat incrementum, & in hac ambulatione,
Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, terrenam,
per quam solent seduci, qui cupiunt prudentes iudicari in
mundo. & eadem significationem subdens, Per inanē
fallaciam. Terrena enim philosophia argutiis & subtili-

A tate minutiarum componitur, & decipit, dum verisimilib' causis & commentitiis rebus nil tam verum estimatur quã conspicitur, & intelligitur in elementis. quæ terrena philo sophia. Secundũ traditionẽ hominum, agentium. Secun dũ elementa mũdi, & non secundum Christum, in aliqua parte, i. non est a deo ordinata, sed ab hominibus tradita. Tradiderũt. n. philosophi quos homines vocat, deum nõ posse fieri creaturã, hominẽ nõ posse nasci de virgine, vel mortuũ reuiuere, considerantes elementa. i. has creaturas visibiles, in quibus ex cõmixtione seminis, animalia generantur, & quod moritur non iterum viuit. Ideo monet traditionem istã cauere velut inanẽ, & fallacẽ. Philosophiam dicit non a deo ordinatã, sed ab imbecillitate ratiocinationis humanæ quę potentiam dei intra conscientiam suam Aug. i ser. quodam.

B coarctat non aliter credens facere vel posse quã carnalis ratio suadet, quæ omnino cauẽda est, qa mundi cultrix est non dei, & a Christo retrahit in quo perfectio diuinitatis est, quia omnia habet q̃ pater. Vel dum ait, Secundum elementa illos tãgit, qui quasi prudentius exponunt idola dicentes. Iuno est aer. Neptun' est mare Ideo cũ diceret, Secundum Philosophiã & inanẽ fallaciã, addit, Secũdũ elementa mundi, quasi admonens non qualescunq; adoratores simulacrorũ, sed quasi doctiores interpretatores signorũ, cauendos esse. Vel fallaciam appellat quod de lege dicũt pseudo prædicatores, & illa dicitur inanis, quia in hac falsitate nulla est vtilitas, quod solet esse aliquando in falsis. Philosophiam dicit ea quibus hoc ꝓbare volunt, quod

C afferunt, Et est sensus, Videte nequis vos decipiat, trahẽdo ad legis obseruantias, Per prophetiam. i. per rationes conquisitas ad probandum vel improbandum, quod de lege dicitur. Et per inanem fallaciam. s. per illud quod probatur. Nequis decipiat dico, agens, Secundũ traditiones hominũ, i. legalia. post exhibitam enim veritatem, lex nõ est traditio dei sed hominum, & agens Secundum elementa mundi id est secundum literalem sensum, qui & de mũdanis est. Et non secundum Christum. [Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione

christi consepulti ei in baptismo, ĩ quo & resurrexistis per D
fidem operationis dei qui suscitauit illum a mortuis. Et
vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis ve-
stræ conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta,
delens quod aduersus nos erat chirographum decreti qd
erat contrarium nobis.] Quia in ipso, Christo, Inha-
Augus.ad Dardanũ bitat plenitudo diuinitatis omnis, id est omnino inhabi-
tandi, vt etiam personaliter sit ei vnitus quod non est in
aliqua creatura. Deus quidem vbiq; præsens est, & vbiq;
totus præsens, nec tamẽ vbiq; habitans, sed in templo suo
tantum & capitur habitãs ab aliis amplius ab aliis min⁹,
sed de solo capite nostro dicitur. Quia in ipso inhabitat
plenitudo diuinitatis. & hoc, Corporaliter, nõ hoc ideo
dicit, quia corporeus sit deus, sed verbo translato vsus est, E
quia in templo manufacto olim nõ corporaliter, sed vm
Augu.sup Genesim brabiliter habitauit. i. præfigurantibus signis. Omnes enĩ
illę obseruantię vmbræ fuerunt futurorum. Non ergo q̃a
diuinitas corpus sit, sed propter vmbrarum cõparationẽ
legaliũ, dixit. Corporaliter. i. completiue, quia in illo im-
plentur omnia, vt quodammodo sit corpus & impletio:
vmbrarum legis, id est significationum illarum ipse sit ve
ritas. Sicut ergo ipsæ figurę translatiue non proprie dictę
sunt vmbrę: Ita cum ait plenitudinem diuinitatis in Chri
sto habitare corporaliter, translato verbo vsus est. Qui er
go dicit carnales obseruantias necessarias, dicit Chri-
stum non esse corpus vmbrarum, nec Deum ad omnia
Augus.ad Dardanũ sufficientem. Vel certe ideo dicit. Corporaliter, quia
in Christi corpore quod sumpsit de virgine tanquam in F
templo habitat deus. Quid ergo interest inter caput &
membra cætera, quæ etiam templum eius sunt? quia in
capite nostro habitat omnis plenitudo diuinitatis, ita
quod omni gratia plenus est, sed non ita habitat in san-
ctis, sicut & in nostro corpore inest sensus singulis mem
bris, sed non quantum in capite. Ibi enim auditus, vi-
sus est, & olfactus, & gustus, & tactus. in cæteris au-
tem solus est tactus. Ita in Christo habitat omnis pleni-
tudo diuinitatis, quia ille est caput, in quo sunt omnes sen
sus. in sanctis vero quasi solus tactus est, quibus datus
spiritus ad mensuram. Præterea est aliud quo intersit
plane inter illud caput, & cuiuslibet membri excellenti-

A am, qui singulari quadam susceptione hominis factus est homo ille vna persona cū verbo. De nullo enim sanctorum dici potuit vel potest, pel poterit, verbum caro factū est. Nullus sanctorum qualibet pręsentia gratiæ, vnigeniti nomen accepit. Vt quod est ipsum verbum ante secula, hoc simul cum assumpto homine diceretur, & est summa omnis intelligentię talis In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter .i. veraciter & solide. Et estis. q. d. In eo habitat diuinitatis plenitudo. Et in illo, qui ita plenus est. Vos estis repleti, donis spiritus sancti, quod non sunt elementa. In credentibus enim spirit⁹ sanctus habitat, quod elementis concedi non potuit, quia indignum erat inuisibilem & incorporeū habitare in substātia visibili & inuisibili. Audiant ergo & veniant cultores elementorum & credant in Christum vt fiant maiores eorum quos nunc colūt. Ideo ait, In illo repleti estis, qui creditis in Christo omnem plenitudinem habitare: quod negantes contra Christum sunt. Qui, Christus, Est caput, non modo hominum, sed etiam Principatus & potestates, angelicæ. Et vos ergo replere potest, qui supernos ciues replet. In quo. Monuit ne per prophetiam a Christo recedant, nunc monet ne a pseudoapostolis seducti cęrimonias legis recipiāt, quasi dicat, estis repleti in illo, In quo, nō solum donis repleti estis, sed etiā, Estis circuncisi, id est purificati ab errore & mundo. Circuncisi, dico, Circuncisione non manufacta, id est opere humano: vos dico manentes, In expoliatione corporis carnis, id est, expoliati a corpore secundum quod erat carnis

C id est carni subiectum, carnis seruiētes desideriis: sed modo secundum quod spiritus, spirituale, spiritui seruiendo, id est in spiritu estis seruientes non in carne, a terrenis ad cælestia, ab humanis ad diuina, ab errore ad diuinitatem conuersi. Vel ita, Estis circuncisi, circuncisione non manufacta, sicut fiebat legalis circuncisio. s. nō facta, In expoliatione cutis. Alia litera, Carnis, qa ibi. s. in carnali circūcisiōe nihil fit nisi qd̄ cutis auferť. In eodē sensu pōt legi litera nr̄a sic, nō manufacta, In, expoliatiōe corporis carnis. i. corporis qd̄ est caro Nō igiť duas res ītelligi voluit, quasi aliud sit caro, aliud corp⁹ carnis: sed qa corpus multarū rerū nomē ē, q̄rū nulla caro ē, qa nō oē corp⁹ ca Augu. de trinitate.

ſo eſt. Nō, inquā tali circuncisione circuncisi eſtis, Sed in D
circuncisione Ieſu Chriſti.i.circuncisione ſpirituali, vbi
oīa vitia amputata ſunt, quia ſolus Chriſtus facit Con-
ſepulti. Itē, Hoc in Chriſto cōſecuti eſtis, quia eſtis conſe-
pulti. In baptiſmo.i.ad ſimilitudinē ſepulturæ ei⁹, bapti-
zati.ſ.vt iam nō videantᷣ qđ fuerūt.ſ. veteres peccatores,
ſed noui iuſti: ſicut Chriſt⁹ in ſepulchro poſitus nō vide-
batur. In quo, Chriſto, Et reſurrexiſtis, in nouitate vi-
tę ambulādo. & hoc nō per aliud, Sed per fidē operatio-
nis dei.i.quā deus operatur in eis, Vel, Per fidē opera-
tionis dei.i.per fidē dei, de quo credūt qđ exēplo Chriſti,
ſuſcitabit illos. Vnde ſubdit, Qui ſuſcitauit illū.i. Chriſtū
A mortuis, hoc ꝑmittit ad probandū ꝙ reſurgent illi etiā
immortales. Vnde ſubdit, Et, per hoc, Vos etiā Gētiles
iam certitudine ſpei, Cōuiuificauit.i.ſecundū corpus & E
animā viuificauit. Cū illo chriſto.i.ad ſimilitudinē eius.
Conuiuificauit, dico, Cū.i.q̄uis prius Eſſetis mortui in
delictis, non ſentiētes mala veſtra. Delicta dicit, quod re-
liquerunt legē naturæ. Et mortui, In ꝑputio carnis ve-
ſtræ.i.in originali peccato, qđ ſignificat ꝑputiū. Vel ꝑpu-
tiū vocat delicta carnalia, & ponit ꝑputiū pro eo quod ſi-
gnificat.i.delicta carnalia, a qbus expoliādi ſum⁹. Mor-
tuos viuificat dico, Cōdonās vobis, gratis, Oīa delicta.
& originalia & ſuperaddita, qđ ſignū eſt qđ & pœnā tol
let. Et nō ſolū vobis Gentibus donauit delicta, ſed etiā no
bis Iudæis ꝑuaricationē, q̄ fuit ex lege, dimiſit. & hoc eſt,
ipſe dico, Delēs chirographū decreti.ſ.legis.i.memoriā
tranſgreſſionis quę erat ex decreto.i.ex lege, Quod, chi- F
rographum. Erat aduerſum nos, & cōſciētia eī veſtra,
& diabolus ad accuſandū nos nō erat memor tranſgreſ-
ſionis illi⁹. & ita hæc memoria erat aduerſum nos.ſ. no-
cens nobis, & nos cruciās. Sed & hoc in baptiſmo abluto
& deleto, nec cōſciētia nr̄a timet, nec diabol⁹ qđ obiiciat
habet. & nō ſolū chirographū decreti erat aduerſum vos,
ſed etiā ipſum decretū.i.vet⁹ lex. Vn̄ ſubdit. Qđ erat.q d.
chirographū decreti, dico Quod, etiā decretū.i.lex. Erat
cōtrariū nobis, cū nō adiuuaret, ſed ampli⁹ reos faceret.

August.

Hiero.

[Et ipſum tulit de medio affigēs illud cruci, & expo-
liās principat⁹ & p̄tātes, traduxit cōfidēter palā triūphans
illos in ſeipſo. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu

A aut in parte diei festi aut neomeniæ, aut sabbatorũ quæ sunt vmbra futurorũ, corpus autem Christi.] Et ipsum chirographũ vel decretũ, Tulit de medio, oím. i. de cõmuni, vt nullus credentiũ vel chirographum timeret, vel vltra legẽ obseruaret. Tulit dico, Affigens illud decretũ, Cruci, vt iã cesset cũ oia sacrificia legis carnalia in oblatione veri agni sunt adimpleta. Quis ergo illud restituit? q. d. nullus debet illud restituere, & sicut nos a lege & a legis præuaricatione liberauit: sic & patres antiquos ab inferno liberauit, nequis putet eos per legẽ saluatos. Et hoc est quod subdit, & ipse Expolians principatus, infernales, Et potestates, auferendo Abrahã, Isaac, & cęteros iustos, Traduxit, suos. i. l õge ab hoc regno ad cælos duxit: ipse dico, prius Confidenter, i. cum magna fiducia, cum

B spe victoriæ, vt deus homo sine peccato, Triũphãs. i. expugnãs illos, in cruce. s. infernales principes, quod nõ est in abscondito, sed Palã. Siquis. n. perfectionẽ ecclesiæ respicit, aperte videtur antiquus hostis victus. Triũphãs dico, In semetipso, oblato, nõ alio sacrificio. Morte sua q ppe vno verissimo sacrificio p nobis oblato, quicquid culparũ, vñ nos principatus & ptãtes ad luẽda supplicia iure detinebãt, extinxit. Vñ ergo accepit diabolus exterius ptãtem dñicæ carnis occidendæ, inde interior qua nos tenebat ptãtes eius occisa est. Vel ita, ab illo loco. Delens &c. q. d. vobis Gentibus cõdonauit oia delicta. Ipse dico, Delens, etiã Chirographũ decreti quod erat aduersus nos. Decretũ dei fuit quod Adę pręcepit, scilicet de ligno scien Au. de tri.

C tię boni & mali, ne comedas. Huius decreti violati chirographum. i. memoriã, deleuit deus qñ pctm̃ primi parentis per sanguinem abluit, & illa memoria erat cõtraria nobis, sed ipsam tulit de medio Affigẽs cruci. Vel chirographum dicit peccatũ Adæ, quod quasi cautionẽ contra nos tenebat diabolus. Decretum est sententia oĩbus hoĩbus aduersa, qua scilicet dictum est, Morte moriemini, sed illud chirographum dominus tulit. & hoc est, Condonauit nobis oia delicta. Ipse dico, Delẽs chir. qđ erat cõtra. nob. i. peccatum Adæ, cuius rei eramus. Chirographum dico, Decreti quod erat contrarium nobis, id est de quo data est sententia cunctis hominibus contraria. Et ipsum chirographum, Tulit de medio affigens illud cruci, non so

ſum alia. Niſi hoc & alia tolleret, nõ liberaremur a mor D
te, vel inferno. Dũ innocẽs occiditur, peccatũ crucifigit. i.
mortificatur. Crux enim nõ ſaluatoris mors eſt, ſed pec-
cati. Innocẽs. n. dũ occidit, reos illos facit quibus occidit:
ſed peccatũ humani generis occidit, p qd & principat⁹ &
poteſtates expoliat. Vnde ſubdit, Et expoliãs principatus
& poteſtates aĩabus quas tenebãt captiuas, quibus eos ex-
poliauit illarũ abluendo peccata. & expoliãs inquã, Tra
duxit, principat⁹ & poteſtates. i. ab eccleſia exterminauit,
ne fidelibus nocere poſſent, vt ante. Ipſe dico poſt crucis
triumphũ, Cõfidẽter & palã. ſ. cum angelicis legionib⁹
ad inferna deſcẽdẽs. Et triumphãs. i. vincẽs. Illos. ſ. prin
Au. cõtra cipes inferni. In ſemetipſo. i. p̃ſentia ſuę maieſtatis. Vel
Fauſtum. ſecundũ literã. Exuens ſe car. prin. & po. exemplauit fidu
tialiter triumphãs eos in ſemetipſo. Noĩe carnis hoc loco E
mortalitas intelligitur. iuxta illud, Caro & ſanguis nõ poſ
ſidebunt regnũ dei, Per hãc mortalitatẽ nobis inuidæ po
teſtates dominabãtur. Hac igitur immortalitate Chriſtus
in reſurrectione ſe exuens, diabolicas poteſtates quæ per
hãc mortalitatem dominabantur dicitur exemplaſſe, q̃a
in ſeipſo capite noſtro præbuit exemplũ, qd in toto corpo
re eius. i. eccleſia ex diaboli poteſtate liberanda, in vltima
reſurrectione complectitur. In ipſo quoq; vincuntur ini-
micæ nobis inuiſibiles poteſtates, vbi vincuntur inuiſibi-
Idem de les cupiditates. Fuſo enim ſanguine ſine culpa, omnium
agone culparum chirographa deleta ſunt, quibus debitores qui
Chriſtia- in eũ credunt a diabolo antea tenebantur. Vnde qui pro
norum. multis effundetur. Et quia hæc omnia in Chriſto nobis
Idem de donata ſunt, Ergo, deinceps, Nemo vos iudicet. i. dãna- F
bapt. par. biles faciat In cibo aut in potu, ſumpto vel non ſumpto
ritu Iudæorũ. Aut in parte diei feſti, non celebrata cum
lex præcipiat celebrari. i. nemo vos damnet, de hoc quod
nullam partem diei feſti obſeruetis. Verbi gratia. ſ. Aut
neomenię, aut ſabbatorũ, q̃ Omnia ſunt. Vmbra futu-
rorũ. i. aliqua ſigna a re pendentia: quæ in figura futurorũ
Idẽ cõtra tunc fiebãt, & erat peccatum non obſeruare quę præcipie
Fauſtum. bantur, & vnum ſolũ non obſeruatũ tũc damnabat. Nũc
aũt nõ eſt peccatũ, quia tũc erãt p̃cepta, nũc teſtimonia. Il
lud enim erat tempus ſignificãdi: hoc, manifeſtãdi. Ergo
ipſa ſcriptura quę tũc fuit exactrix operũ ſignificãtiũ, nũc

A testis est rerũ significatarum: & quę tunc obseruabatur ad pręnunciationẽ,nũc recitatur ad cõfirmationẽ.ergo non mãducare azymum per statutos.7.dies,tempore illo pec catum fuit:tempore autem isto,nõ est peccatum,sic & de cæteris. Tunc enim fuerunt ista pręcepta,nũc autem,testi monia & cõfirmatio veritatis. Hæc omnia fuerũt vmbra Corpus autem.i. veritas huius vmbrę, Est Christi.i.ad Christum pertinet,quia per eum impleta. Vel ista omnia sunt corpus Christi.i.significant corpus Christi,vel quod sumpsit de virgine,vel qđ est ecclesia. Et qa sunt vmbra,

[Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum quę non vidit,ambulans frustra inflatus sen- su carnis suę,& non tenens caput ex quo totũ corpus per nexus & coniunctiones subministratum & cõstructum

B crescit in augmentum dei. Si ergo mortui estis cum chri sto ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquã viuen tes mũdo decernitis? Ne tetigeritis,neq; gustaueritis,neq; cõtrectaueritis: q̃ sunt oĩa in interitu ipso vsu secundũ pce- pta & doctrinas hominum.quę sunt rationem quidẽ ha- bẽtia sapiẽtię in superstitione & humilitate,& nõ ad par cendũ corpori,nõ in honore aliquo ad saturitatẽ carnis.]

Nemo vos seducat volẽs.i.amãs suadere vobis ea, Quę nõ vidit.i.quę non intellexit.i. legis cęrimonias, quarum ignorationem ignorat.Seducat dico, in humilitate & re- ligione,angelorũ: quia videntur quasi nuncii dei per spe- ciem & humilitatem religionis. Et hæc sunt quibus pos- sunt homines facile seduci, & ille qui hoc facit, est Am- bulans frustra,quia quicquid agit perdit,quia sine Chri-

C sto rectore est. ipse dico, Inflatus.i.superbus sensu nõ ra tionis,sed Carnis suę.i.sensualitatis,qa nõ ĩtelligit aliud q̃ sensualitas capit. Vñ erubescẽdũ esset nõ tumẽdũ. Et,est Nõ tenẽs Christũ veritate & grã plenũ oĩm scripturarũ, Caput,cõtra qđ dicũt q legẽ pdicãt. Ex quo, capite.i.de cui⁹ plenitudine accipiẽdo, Totũ corp⁹.i.eccl'ia. Per ne- xus,charitatis. Et,p, Cõiũctiones,fidei,spei,& operũ,in qb⁹ fideles cõiũcti sunt,& similes, Subministratum,est. Et cõstructũ. Distingue, & redde singula singulis. Cõstru ctũ,ĩ vnũ, Per cõiũctiões.s.qa idẽ credũt,& eadẽ opant. Et subministratũ,in subseruiẽdo. Per nex⁹.i.p charitatẽ sine qua mẽbra nõ cohęrẽt,nec ĩuicẽ seruiũt nec viuũt.& sicut Crescit, virtutib⁹ & mẽbris, & hoc, ĩ augmẽtũ dei.i.q̃

Ambroſi. tum deus prouidit. Vel, In augmentum dei, dicit, quia D
quaſi augetur deus, hominib⁹ ab errore redeuntib⁹, ſicut
minuebatur deſerentibus. Qui.n. p errorẽ deſeruerãt deum
minuebant copias diuitiarum eius negando ſe eſſe eius.
Cum vero redeunt, incrementum faciunt deo, quia ex
perditis acquiruntur. Si ergo, vel autem. Hactenus monuit ſtantes ne ſeducerentur a pſeudo: nunc aggreditur illos qui aliqua de lege ſeruabant, ſub increpationis forma
dehortans eos a lege. q.d. vos ſtantes videte ne ſeducamini, ſed vos alii qui legalia recepiſtis, dicite, quare legẽ ſeruatis? & hoc eſt quod ait, Si ante mortui eſtis, non miſera a Chriſto, ſed fœlici morte, Ab elementis mũdi. i.
ſeparati a lege, quæ eſt inſtitutio puerorum qui mundana
petunt. Mortui dico, per hoc quod eſtis Cum Chriſto,
quid adhuc. ſ. veritate nota & recepta. Tanq̃ viuentes in E
mundo. i. vt Iudęi q̃ mũdo viuũt, & nõ deo, Decernitis,
ſeruando legalia, decernitis, dico, dicentes alii aliis. Iſta
ne tetigeritis, &c. Vel ita, Si ergo. Elementa dicit creaturas huius mundi. q.d. quia Chriſtus omnia delicta deleuit, ergo, per hoc quod vos Eſtis cum Chriſto. i. quia fidem Chriſti accepiſtis, Mortui eſtis. i. ex toto ſeparati a
peccato & ab elementis mundi. i. ab omni ſuperſtititione
& abſtinentia creaturarum mundi. Vel ita poteſt accipi,
Cũ Chriſto. i. ſicut Chriſt⁹: vt ſit ſenſus, Si, inquit, Mortui eſtis, a peccato, & Ab elementis cum Chriſto. i. ſicut
Chriſtus, Quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis, a quibuſdam ſuperſtitioſe abſtinendũ? quia ſi prius
dũ eratis ignari hoc faciebatis, cur veritate propalata idẽ
facitis? Decernitis dico, dicentes iſta, Ne tetigeritis, vt cadauer, vel locum in quo ſederit mulier mẽſtruata. Neq; F
guſtaueritis, vt porcum, vel piſces non habentes ſquamas.
Neque contrectaueritis, quodam ſtudio & delectatione,
quaſi dicat, non debetis hoc decernere. Quæ oĩa ſunt,
ducentia in interitum. i. ducũt in mortem, In ipſo vſu. i.
ſi quis vtatur eis Iudaice, vt ab his abſtineat, illis vtatur,
credens inde iuſtificari. Iſta dico iam exiſtentia, Secundum pręcepta & doctrinas hominum, nõ dei. Poſtquam
enim veritas venit, iam non pręcipit deus hęc ſeruari, ſed
Phariſęi & authoritate hæc pręcipiunt, & rationibus docent. Nõ ergo ideo dicuntur eſſe in interitũ, qd̃ verũ ſit ea

A esse mala, secundum quod a deo praecepta sunt: sed ideo vsus illorum & cultura interimit, quia sunt praecepta & doctrinę hominum non dei, exibita veritate. Quae sunt quid habētia rationem.i.speciem, Sapientiae, quia prętē- dunt superstitionem, & humilitatem. Vnde subdit, In su pstitione.q.d.p hoc habent speciē sapiētię, quia Sunt in superstitione.i.in religione quae supramodū est. Et, quia sunt In humilitate, quia humiles se ostendunt, qui illa ob seruant. Et, quia sunt, Non ad parcendū corpori, quia dicunt se non parcere corpori. & sunt Non in honore a- liquo, quia dicunt se non curare de honore humano. & quia non sunt, Ad saturitatē carnis, quia multa sibi sub- trahunt, alios gulosos dicunt. Vel ita, Quae sunt quidem habentia sapientiae rationem. Haec legalia habent ratio-
B nem sapientię, nō in veritate, sed In superstione.i.in fal sitate quę est superabūdans vbi nulla vtilitas est.s.per mū danam sapientiam. & sunt, In humilitate, non illa quae virtus est, sed sicut ex Gręco intelligitur, quia mens sentit humilia, id est vilia & terrena, id est in dilectione animę sunt. Et, sunt, Non ad parcendum corpori, quia & in illis obseruationibus multus labor est. qui est inanis. & non sunt In aliquo honore, dei scilicet, cuius consilium irritum dicitur: nec sanctorū: quorum fides destruitur. & non sunt Ad saturitatem carnis, quia multa eis subtra- huntur. Vel ita, Quae sunt quidem habentia rationem Hierony. sapientię, id est putant se habere rationem sapientię, qui illa tradunt. ideo quia illa traditione sunt In superstitio-
C ne, id est insimulata religione, quia traditioni humanę no men religionis applicant, vt religio appelletur, cum sit sa- crilegium: quia quod contra authorem est sacrilega men te inuentum est. Simulata ergo ibi est religio vt videātur vera quae falsa sunt. & illa traditio vel religio Est in hu- militate, quia mentes in terra humiliat, ne erigantur ad superna. Et, est Non ad parcendum corpori, id est ob- est corpori, cuius caput est Christus, id est ecclesiae. & Nō est in honore aliquo, illis, quia truncati sūt a capite Chri sto, toto se dantes mundo, & explentes sensum carnis. vn de subdit, & est Ad saturitatem carnis, Sagina enim car nalis sensus est, traditio humana, quae hoc dicit sufficere quod carnis tradit prudentia.

CAPVT III. D


Igitur si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, nō quę sup terram. Mortui eñ estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria, Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscētiam malā & auaritiā. q̄ est simulacrorū seruit⁹. 3

Igitur &c. q. d. quia mortui estis ab elementis, & qa hec non valent, Igitur si, iam Cōsurrexistis. i. animo & corpore resurrexistis: animo, in re, corpore, in spe. & hoc, Cum Christo. i. a simili Christi. Quęrite, & cogitate, non carnalia: quę signanť per carnales obseruātias Sed quæ sursum sunt, non loco sed merito excellētię suę, ne in huius mūdi parte figamus animū, quo vniuerso nos exuere debemus. ideo dicit, Quærite quæ sursum sunt. s. spūalia, quę sunt, vel gloria æterna, vel quæ ad eā ducunt quæ sursum sunt dico, Vbi Christ⁹ est sedens in dextera dei .i. regnans in æqualitate patris, & ita, in summa est excelentia, & p hoc certū est, q̄d per eū ad excelsa peruenire potestis. Quęrite dico, q̄ sursū sunt: inuēta aūt iocūda habete. Et hoc est q̄d subdit, Sapite, intelligentia & charitate quę sursum sunt, Non quę sup terrā sunt .i. nō q̄ fundātur in terra, quia ab his mortui estis. Vñ subdit, Mortui eñ. q. d. ideo quę sursum sunt quęrite nō q̄ sup terrā, quia Mortui estis, mūdanis & caducis. Et vita vrā, mō, Abscōdita est oībus hic pegrinātib⁹, sed maxime carnalib⁹, atq3 terrenis, & ideo q̄renda est. Abscōdita est dico, Cū Christo, qui est vita vestra: q̄ vita est In deo, patre, cum quo Christus idē est. Cū aūt Christus, q est Vita nostra apparuerit. i. reuelabiť vobis, vt eundē cū patre deū videatis Tūc & vos, vobis & aliis. Apparebitis, entes, Cum ipso in gloria, Attēde in his verbis apl̄i explicari illa duo quę in euangelio dn̄s ait. Tēpus amatorū mūdi, dicens, semper esse paratū tēpus vero suū & suorū nondū esse paratū. Tēpus eñ glorię nr̄æ nondū venit, qa nondū venit ęstas. i. Christi aduētus, vbi discernanť arbores fructuosæ a sterilibus: sed gloria amatorū mūdi scmp est pata, Ideo

Margin notes: E (beside "non carnalia"); Augu. de q̄s. 83 (beside "re debemus"); Ambrosi. (beside "Mortui estis"); F (beside "Abscōdita"); Aug. sup Ioannem (beside "ęstas").

A Apostolus ait, Vita vestra abscondita est, hoc est tēp⁹ ve strū nondū aduenit, sed tēpus terrena amantiū semp est paratū. Et addit, Cū aūt Christus apparuerit. Ac si dice ret, hoc est tēpus vestrū. Cū ergo nobis insultāt amatores seculi, dicamus, qđ Christus dixit, quia ꝑpter nos ipse di gnatus est hoc dicere, Tēpus vestrū semp est paratū, tēp⁹ meū nondū aduenit. Mortificate. Post rōnes de plenitu dine Christi ostēsas, gñalis exhortatio ad oēs de morib⁹ subdit, vbi monet ne ad priorē cōsuetudinē redeāt. q. d. ap parebitis cū Christo in gloria. & hoc sit, Ergo mortifica te mēbra vestra. i. partes veteris hoīs, s. peccata. Oīa pecca ta simul sunt quasi vnū corpus: singula, sunt mēbra. Vel, Mēbra. i. mēbrorū concupiscētias. Quæ sunt super terrā .i. terrenis & carnalibus dominant. s. Fornicationē &c. Ambros.

B Describit delicta, quæ mēbra appellat, vt post acceptā ve ritatis rationē bonæ vitæ operā darent. Multum eñ obest scire rationem veri, & non eā factis exequi. Qui eñ scit voluntatē domini sui, & nō facit, vapulabit multis. Forni catio est omnis cōcubitus præter legitimū connubiū. Im munditiā, quę est contra naturā. Libidinem. s. ardorem, per quaslibet turpitudines discurrentem. Concupiscen tiam malā, de aliena vxore vel, de alia re. Et auaritiam quæ si non corpus, tamen animam cōtaminat. Quæ est idolorum seruitus, id est tam fugienda sicut idololatria, cui simile & par vitiū est, quia reb⁹ etiam pro deo seruit. Sub vno autem nomine duo pessima & impia vitia pro hibet, idololatriam & auaritiam. & recte idololatrię com parat auaritiam, quæ nō est dispar malitia, quia radix est

C omnium malorum, & pœne vno explentur opere: quia si cut idololatria vni deo nititur auferre gloriam, nec solus nomen deitatis habeat: ita auarus in dei res se extendit, vt solus vsurpet quæ de⁹ omnibus fecit. Vtraq; igitur deo inimica sunt, quia negant deo quæ eius sunt.

[Propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis in quibus ambulastis aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignatio nem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos vete rem hominem cum actibus suis, & induentes nouū eum q renouat in agnitionē dei scdm imaginē eius q creauit

cum, vbi non est Gentilis & Iudęus: circuncisio & pręputium, Barbarus & Scytha, seru⁹ & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordię, benignitatem, humilitatē modestiam, patiētiam, supportantes inuicem & donātes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatē habete quod est vinculū perfectiōis & pax Christi exultet in cordibus vestris in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbū Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docētes & cōmonentes vosmetipsos in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, oīa in nomine dñi nostri Iesu Christi, gratias agentes deo & patri per ipsum.] Proter quę. s. prędicta mala. Venit ira dei in filios diffidētiæ. i. incredulitatis. Quid ergo erit de eis quos ignorantia non excusat. q. d. graui⁹ punient. In quibus, vitiis. Et vos aliquando, vt alii Ambulastis, & ideo turpius est, si modo reditis ad eadem. Ambulastis dico, Cum viueretis. i. cum vitā esse putaretis In illis. Hęc memorat vt se euasisse gaudeant, & decætero sibi caueāt. Vñ subdit, Nunc autē. q. d. olim ambulastis in illis. Nūc autem, cum Christū recepistis. Et vos, vt omnes alii fideles, deponite non solū supra dicta grādia vitia, sed etiam Omnia, alia. s. Irām, quæ est subitus animi motus. Post maiora prohibet minora, ne videantur hęc non esse periculosa: addit, Indignationē, de alio sublimato: Malitiā, effectum irę. s. indignationis. Malitia eñi est qua quis molitur damnum alicui: Blasphemiā, in fratrem vel deum: Turpem sermonē vel turpiloquiū, deponite De ore vestro, & si in corde sit conceptus. Quid per singula? Nolite mentiri inuicem. s. alii aliis. Sunt qui non habent consuetudinem ebrietatis, qui tamē aliquādo inebriantur: sicut sunt q non habent consuetudinē mentiendi, & tamē aliquando mentiuntur, sic & in aliis fit. Prohibet ergo aliquando mentiri, & pręcipue mentiri assidue, Dico nolite mentiri: vos dico, Expoliantes vos veterē hominē. i. habitum peccatorū. Cum actibus suis, vt nec actus peccati interdum assit. Homo eñi ve⁹ nihil est aliud q̄ vita vet⁹,

Margin notes: D; E; Ambrosi.; F; Au. cōtra. Faustū. 4

A quæ est in peccato, in quo secundum Adam viuitur. Et induentes, habitu virtutum q non caret actibus Nouũ hominem. i, rationalem mentem. Qui nouus Homo renouatur in agnitione dei, magis & magis crescit, & acquirit cognitionem dei. & illa renouatio fit Secundũ imaginẽ. i. in imagine Illius. i. in ratione quę est imago dei. Qui creauit eũ, i. nouum hominem in agnitionem sui Satis ostendit vbi homo sit creatus ad imaginem dei, quia non corporeis lineamentis, sed forma quadam intelligibilis mentis. Sicut. n. post lapsum peccati homo in agnitionẽ dei renouat secundum imaginẽ eius qui creauit eũ, ita in ipsa agnitione creat⁹ est, antequã delicto veterasceret. vnde rursus in eadem agnitione renouatur. Vnde supra, Renouamini spiritu mentis vestrę, Si ergo spiritu mentis renouamur, & ipse est nouushomo q renouatur in agnitione dei nulli dubiũ est, non secundũ corpus, nec secundũ quãlibet partẽ animi, sed secundũ rationalẽ mentẽ, vbi est agnitio dei, hominem esse imaginem dei, vel factum ad imaginẽ dei. Ista autem renouatio reformatioque mentis dicit fieri, vel secundũ deũ, vel secundũ imaginẽ dei, sed ideo dicitur secundũ deũ, sicut in epistola ad Ephesios legitur, ne secundum aliam creaturam putetur fieri, secũdũ imaginẽ dei, ideo, vt in ea re intelligatur fieri. Hęc renouatio vbi est imago dei. i. in mente nõ quod sit alia imago secũdũ quã sit alia q̃ renouatur, sed ipsa, sicut dicimus aliquẽ fidelẽ q de corpore abscedit, mortuum esse secundum corpus non secundum spiritum, quia corpore vel in corpore mortuus est, non aĩa vel in aĩa, Sic aliquis dicitur pulcher vel fortis

Augu. sup Genesim.

B

C secundũ corpus, non secũdũ animã. Et nota quod alia est imago ista quæ renouatur ĩ agnitionẽ dei, alia est imago illa, ad quã factus est primus homo non mulier. Vnde supra ad Corinthios, Vir est imago dei & gloria, mulier autẽ gloria viri. Illa imago. s. est, vt quomodo ex vno deo omnia, ita ex vno homine omnes homines essent. Hæc autem imago quã de agnitione dei dicit creari, & ĩ fœmina est sicut in viro. Vel ita, Secundũ imaginẽ. q. d, dico vt expolietis veterẽ hominẽ, & induatis nouũ. & hoc quod dico, est Secũdũ imaginẽ eius q creauit eũ, s. nouũ hominem. i. secundum rationẽ quę est imago dei. q. d. aliud non moneo vos nisi quod ratio vestra suadet. Hęc est imago ad quam

deus creauit hominē.s.vt rationalis esset, & cęlestia sēmp D diligeret. Vbi.s.in quo nouo homine. Non est mas & fœmina.i.discretio masculi & fœminę. Secundū corpus eñi sunt masculi, & fœminæ, sed secundū spiritū mētis, nō, in quo renouamur, secūdū imaginē creatoris, & in eo, Non est Gētilis & Judęus.i. exceptio vel acceptio Gentilis vel Iudęi. Nullus eñi vt indignus excipitur, nec aliquibus effi cit vel proficit apud deū, quod de his vel illis nati sunt. Neque ibi est Circuncisio & pręputiū.i. nō aliqui ibi sunt di gniores eo quod ipsi hæc habeāt, vel eo minus digni quia nō habēt, & ibi non est Barbarus & Scytha, seruus & lyber i. non propter ista aliquis ibi dignior est, vel minus dignus Et est sensus, In nouo homine nulla exterior diuersitas a - licui ꝑiudicat.s.nec sexuū, nec nationū, nec obseruationū, nec linguarū, nec conditionū, Sed Christus, est Omnia E i. omnes partes noui hominis, sunt opera Christi. Et, ipse Christus est In omnibus, fidelibus, qui per eū noui sunt. Induite ergo. q.d. Et quia Christus est omnia & in omnibus. Vos ergo, o Colossenses qui estis Sicut.i. vere, Electi dei.s. quos deus ab æterno elegit. Et sancti, sacramētorum participatione, Et dilecti, a deo.i. quia iam sancti estis, & quia dilexit deus vos, Induite viscera misericordiæ.i. affectū pietatis erga oēs. Deinde subditur executio mīæ cū additur, Benignitatem, animi ad benefaciēdum parati: Et humilitatem, vt sitis humiles corde & habitu, & Modestiam, vt in omnibus modum seruetis: & Patientia, in aduersis tolerandis. Supportantes inuicem, vt alter alterius onera portet. Et donantes vobismetipsis, si aduersus aliquem habet querelam.i. si alter alterum offendit, nō F solum non iudicet, sed & donet. Sicut & dominus donauit vobis, ita integre & pure. Et vos, condonate aliis. In cuius rei sacramento lauit Christus pedes discipulorum, & dixit, Exemplum dedi vobis vt & vos similiter faciatis. Inuicē itaqꝫ nobis delicta donem⁹, & ꝓ nrīs delictis inuicē orem⁹, atqꝫ ita quodāmō iuicē pedes nr̄os lauem⁹. Et nota q̄a vt lucrū possint hr̄e ad hæc eos faciēda monet, q̄ meritū collocāt apd deū. Ab illicitis abstinere facit timor, veret.n. ne mala faciēs pœnis subdat. Hæc q̄ nūc faciēda monet ad ꝑfectū meritorū ꝑtinēt, ex volūtate.n. fiūt nō ex necessitate. Qui ergo ab illicitis abstiet, laudē habet, q vero

(Margin notes: Ambrosi. — Angu. sup Ioannem)

A a licitis se temperat, laudem habet & præmium. Super omnia autem. q. d. Hæc omnia seruate. Super omnia autem hæc charitatē habete. i. studiosius omnibus aliis petite charitatem. Magis enim est studendum ei virtuti, quæ maior omnibus est Vel, Habete charitatem, quæ est Super omnia hęc. Ipsa est enim eminentior via quæ supereminet scientiæ & omnibus præceptis. Hæc est vestis domini inconsutilis desuper contexta. Inconsutilis, ne aliquando dissuatur quæ ad vnum puenit, quia charitas, in vnū oēs colligit. Habete charitatē dico, Quod donū. s. charitas est, Vinculum perfectionis. Cętera, eñ perfectum faciunt, charitas etiam omnia ligat, ne abeant. Et pax Christi. i. quam Christus habuit in se, & haberi præcepit, vel quam inter deum & hominē fecit, Exultet in cordibus vestris. i. sit in B cordibus vestris causa exultationis. quod vtiq; erit, si habeat charitas, q̄ verā habet pacē, quā puro corde custodit. Pax. n. dici pōt, & si nō habet charitatē. Charitas vero semper secū habet pacē, quam facit. In qua, pace. Vocati estis per eā positi, In vno corpore, ecclesię. Pax eñ necessaria est ad vnitatē corporis quā facit charitas. & de his omnib⁹ Grati estote deo docentes, & vos & alios quam ignoratis per vos. Et cōmonentes vosmetipsos, de scitis, vt doctrina fiat illis qui nesciunt, & cōmonitio illis qui sciunt, sed pigri sunt. Docentes, dico, & commonentes de his q̄ continētur In psalmis, qui de moribus agunt. Et in hymnis qui de laudibus dei agunt. Et canticis spiritualibus, q̄ sunt de æterno bono. & his docti & commoniti, Estote cantantes dño. i. ad honorē dñi. & hoc non solū labiis. Sed C in cordibus vestris. i. cum, intellectu, vel attende. & hoc, In gratia. i. in consideratione beneficiorum dei. Per qd autē hęc possint in serie p̄misit, dicens, Verbū &c. q. d. vt prudēter doceatis, & cōmoneatis, Verbū Christi habitet in vobis abundanter. s. In omni sapientia. s. vt omniū scripturarum intellectum habeatis. Omne &c. Quia prę cepit supra deum laudari in corde, & verbis nunc & factis nomen dei laudari & exaltari hortatur, vt sic verba nostra & opera careant reprehensione, vt magnificetur dominus, cuius magisterio inuituperabiles sunt discipuli quasi dicat docete & commonete. Et prætera, Omne quodcunque facitis in verbo aut in ope-

Ambros.
Augu. sup Ioannem
Ambro.

re facite, In nomine domini nostri Iesu Christi.i. ad glo D
riam Christi, non vestram, & non solũ quę facitis verbo
vel opere, Sed etiã omnia, sint ad gloriam Christi.i.etiã
cogitationes, & si alia aliqua sint. Vel ita, Quodcunq; fa
citis in verbo aut in opere, facite, Omne.i.pfectum, deo
attribuẽdo, & hoc est quod aperit subdens, facientes. Om
nia in nomine domini Iesu Christi.i.ad gloriam Christi.
Ambrosi. vos dico tunc vere Agentes gratias, nõ legi, sed Deo &
patri p ipsum, Christũ, per quẽ dedit deus omnia. T sic.n.
agimus gratias deo per Christum, si modum pręceptorũ
eius custodiamus. [Mulieres subditę estote viris sicut o-
portet in domino. Viri diligite vxores vestras & nolite a-
mari esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia: hoc
enim placitum est in domino. Patres nolite ad ĩdignatio-
nem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. E
Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad ocu
lum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplici
tate cordis timentes deum. Quodcũq; facitis, ex animo
operamini, sicut domino & non hominibus: scientes q̃ a
domino accipietis retributionem hęreditatis. Dño Chri-
sto seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod ini
que gessit, & non est personarum acceptio apud deum.]
Mulieres, de moribus omnes monuit, hucusq; cõmuniter
nunc transit ad singularia præcepta monens diuersos se-
paratim, vt inuicem sibi seruiant, non solum obediẽdo vt
mulieres viris, & filii parẽtibus, & serui dominis, sed etiã
consulendo vt viri mulieribus, partes filiis domini seruis.
Hæc est.n.pax domestica, & cohabitantiũ ordinata a deo
Augus. in concordia, & clara iustitia, vt.s.qui excellunt ratione, ex- F
lib. sentẽ. cellant dominatione. Hanc concordiã docet dicens, Mu
prosperi. lieres subditæ estote viris, sicut oportet.i.itã perfecte sicut
Augu. sup deus mandauit. & hoc, In domino nõ cõtra dominũ. Et
Genesim. vos viri diligite vxores vestras, & nolite esse amari.i.acer
Ambrosi. bi. Ad illas, Per hoc rigorem dominii emollit, vt potestate
qua prævalet quis in dominatu vxoris, non nimis seuere
vtatur. Et vos Filii obedite parentibus per omnia, hoc em
placitum est, i, placet deo si per omnia obeditis, ita tñ.si in
dño Obeditis. Et vos Patres nolite prouocare filios ve-
stros ad indignationem, contra vos. Vel, Ad iracundiã.
Alia litera. Vt non pusillo animo vel pusillanimes fiãt.s.nõ

A potentes diutius pati. Modestos p̄cipit patres filiis, ne coar ctati ab illis delinquant in illos, & deum offendant. Ira. n. inconsiderata res est, ita vt aliq̄n nec sibi parcat qui irascitur. Et vos, Serui obedite per oīa, sed non contra dominū, Dominis, nō dico spiritualib⁹ tātū, sed etiā carnalibus, qui secundū carnē dominantur. Vos dico, Non ad oculū seruientes quasi hominibus, non deo Placētes, i, placere nolentes: sed seruite, In simplicitate cordis, i. pura intentione, vt quales estis in corde, tales extra sitis. Vos dico, Timentes deum, quē non potestis fallere. Et quodcunq; facitis, operamini, non quasi timentes pœnam ex deo. Sed ex animo. i. ex voluntate. Sicut dn̄o, seruiretis & nō hominibus, Eam. n. deus innocentiā probat, qua hō non metu pœnę fit innocēs, sed amore iustitiæ, Nā qui tantum timo

B re non peccat quāuis non noceat aliis, sibi tn̄ plurimū nocet, simulata innocentia, non est innocentia, simulata æquitas. non est æqtas, sed duplicatū peccatum, in quo est & iniquitas & simulatio. Operamini, dico, Scientes, quod pro hac humiliatione Recipiens a domino retributionē hęreditatis ęternæ, & præter alios dominos Domino, dominantium. s. Christo seruite, in his quæ iubet. Qui em̄, q. d. ita est seruiendum vt dixi, non pro crudelitate dominorū dimittendum, quia. Qui facit iniuriam, siue domin⁹ sit siue seruus, Recipiet id quod inique gessit, & hoc ideo, Quia non est personarum acceptio apud deum, nulli parcetur pro maioritate sua.

Aug. ī lib. sent. p̄sp.

CAPVT IIII.

C Domini quod iustum est & ęquum seruis pręstate, scientes q̄ & vos dominum habetis in cælo Orationi instate vigilantes in ea, in gratiarum actione orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysteriū Christi, propter quod etiam vinctus sum, vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos q foris sunt tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quō oporteat vos vnicuiq; respondere. Quæ circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister & conseruus in domino, quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra cum Onesi

mo chariſſimo & fideli fratre, qui ex vobis eſt, qui omnia D
q̄ hic agunt̄ nota faciēt vobis. Salutat vos Ariſtarch⁹ con
captiu⁹ me⁹, & Marc⁹ cōſobrinus Barnabæ, de quo acce-
piſtis mādata. Si venerit ad vos, ſuſcipite illū. Et Ieſus qui
dr̄ iuſt⁹, qui ſunt ex circūciſiōe. Hi ſoli ſunt adiutores mei
in regno dei, q̄ mihi fuerūt ſolatio. Salutat vos Epaphras,
qui ex vobis eſt ſeru⁹ Ieſu Chriſti, ſp ſollicitus p vobis in
orōnibus, vt ſtetis pfecti & pleni in oī volūtate dei. Teſti
moniū.n. illi phibeo q habet multū laborē pro vobis, &
p his qui ſunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. Salutat vos Lu
cas medic⁹ chariſſimus, & Demas. Salutate fr̄es qui ſunt
Laodiciæ & Nymphā, & q̄ in domo ei⁹ eſt eccleſiā. Et cū
lecta fuerit apud vos ep̄la hæc, facite vt & in Laodicēſiū
eccleſia legat̄, & ea q̄ Laodicēſiū eſt, vobis legat̄. Et dici-
te Archippo, Vide miniſteriū quod accepiſti in dn̄o, vt il- E
lud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote
vinculorū meorū. Gr̄a dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i vobiſcū. Amē.]

Dn̄i quod iuſtū &c. q.d. & vos Dn̄i p̄ſtate ſeruis quod
iuſtū eſt, pro ſeruitio. Et æquū, p naturā, vt. ſ. hoīes repu
tetis. Sciētes qm̄ & vos dn̄m habetis in cœlo, quaſi nō im
potētē, & ideo talia exigite qualia vultis a vobis exigi, ita
faciūt viri iuſti. Boni. n. ex fide viuētes, etiā adhuc ab illa
ciuitate peregrinātes, qui īperāt, ſeruiūt eis, quib⁹ vident̄
imperare: qa nō cupiditate imperāt dn̄andi, ſed officio cō
ſulēdi, & bn̄ficia prouidēdi. Orationi. q. d. ſingulatim di
uerſos monui. Cōiter aūt oēs vos moneo, Inſtate oratio
ni vigilātes in ea, quaſi dicat etiam nocte inſtate, vel Vi-
gilantes. i. nō pigri. In ea oratione facta de futuris. Vos
dico manentes in actione gratiarum de præteritis. inſtā- F
te, dico, Orantes ſimul & pro nobis, vt deus aperiat no-
bis oſtium ſermōis, id eſt os meum faciat apertum, quod
ad hoc datum eſt vt inde pdeat verbū. Os aūt apertū eſt
qn̄ multa & magna dicit. & ad quid velit ſibi aperiri os,
oſtendit dicēs. ſ. Ad loquēdū myſteriū Chriſti, id eſt ad
exponendum illud, quod eſt ſecretum de Chriſto, id ē na
tiuitatem, paſſionem, &c. Propter quod, opus, ſcilicet
quia Chriſti ſecreta expono, Vinct⁹ ſum. Dico apiat mi-
hi os ad loquendū myſterium, & ita loquendū Vt mani-
feſtē aperte Illud, quod abſcōditū eſt infidelib⁹ Ita, con
ſtāter & diſcrete, Vt oportet me, q Apoſtol⁹ ſum, L oqui,

Auguſ. de ver. euāg.

A Vos etiã ipsi, In sapiẽtia dei quã habetis, Ambulate.i. proficite vsq; Ad eos,illuminãdos. Qui sunt foris.i.extra ecclesiã. Caute cõuersandũ est inter pfidos ne scãdalizent,ne fiat eis occasio blasphemãdi, & ne incitentur ad psequendũ. Sapiẽter ambulate dico, Nõ impedientes sed redimentes tempus.i.aliquibus modis pręparãtes opportunitatẽ pdicandi eis: & habito tempore, Sermo vester semper sit in gratia.i.talis vt gratus sit auditoribus. Vel, In gr̃a,pdicãda,nõ in lege & sit. Cõditus sale, sapiẽtiæ: ita, Vt sciatis quomodo oporteat vos respõdere vnicuiq; quia aliter idiotæ,aliter literato,& aliis personis aliter & aliter respondẽdum est. Omnia aũt quæ circa me sunt.i. tribulationes quę vndiq; sunt, vel quę non pertingũt vsq; ad animam: Nota faciet,& ideo non fuerit opus scribi.
B Tychicus per hunc creditur misisse epistolam, Charissimus frater,in fide. Et fidelis minister,in prædicatione. Et conseruus,in aduersis. & hoc, In domino.i.propter dominum. Quæ,ego, Misi ad vos ad hoc ipsum .i. ad simile aliquid.i. Vt cognoscat quæ circa vos sunt. Cauete ergo vobis,magis sibi cauere debet qui se videt cognosci. Misi dico, Cum Onesimo charissimo nostro & fideli fratre qui est ex vobis, qui.s. & Tychicus, Oĩa nota facient vobis,q̃ hic agũtur. Salutat vos Aristarch9, cõcaptiuus meus.i.particeps & socius laborũ meorũ. Et Marc9 cõsobrin9barnabę:de quo,marco vł barnaba, Accepistis mãdata, ista.s.qđ discessit a me, & ideo nõ recipetis illũ: sed Si mõ venerit ad vos excepistis illũ. Vł accepistis mãdata.s.q̧ rediit ad me. & iõ, Si venerit ad vos,exci.illũ.
C Et Iesus,salutat vos, Qui dicit iustus.qui.s.isti prędicti, Sunt ex circuncisione,& idem tamen mecum asserunt de gratia. Hi soli, de Iudæis, Sunt modo adiutores mei in regno dei, prædicando. Qui mihi, posito in tribulatione, Sunt solatio, vicem meam supplendo. Salutat vos Epaphras,qui ex vobis est seruus Christi Iesu,non legis. Semper sollicitus pro vobis in orationibus, in quib9 pro vobis orat, Vt stetis,id est perseueretis. Perfecti & pleni in omni voluntate dei, scilicet velitis omnia quæ deus vult, & nihil adiungatis præter ea quæ deus vult. Et vere sollicitus est pro vobis. Testimonium enim, illi Perhibeo,q̧ habet multũ laborẽ pro vobis, nõ solũ orãdo, sed

A CAPVT I.



AVLVS & Syluan⁹ & Timothæus ecclesiæ Thessalonicẽsium in deo patre nostro & domino nostro Iesu Christo, gratia vobis & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationib⁹ nostris sine intermissiõe, memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei domini nr̃i Iesu Christi, ante deum & patrem nostrum.]

B PAulus & Syluanus, &c. Hãc epistolam scribit Apostolus Thessalonicensibus. Thessalonica Metropolis est Macedonię, q̃ est prouincia grecorum. Thessalonicenses ergo sunt Macedones, qui facile ab Apostolo conuersi, nec per tribulationes, nec per pseudo prædicatores potuerunt moueri a fidei veritate. Hos collaudat apostolus, eo quod in accepta gratia permanẽtes ad profectum pręmii virtutibus aucti sunt meliora sectãdo. Tãtæ enim fidei imbiberant spiritum, vt spe futurorũ etiã ciuib⁹ suis nõ credẽtibus, pericula deuoto animo pro nomine Christi sustinerent. Erant tamen inter eos aliqui otiosi & curiosi: aliqui etiã de resurrectione min⁹ sentientes, & ideo nimis temere de morte amicorũ dolẽtes: aliqui etiã eorũ erant fornicatores. Hos ergo in hac epistola corrigit apostolus, & pfectos monet nõ credere aduersis pseudoapostolis, & vt alios corrigant. Scripsit aũt ab Athenis. Et est intẽtio apostoli in hac epistola prauos & icorrectos corrigere, & bonos ad perseuerãtiã aliorũq; correctionẽ cohortari. Mod⁹ talis est, De more suo salutationẽ pmittit: qua pmissa de bonis eorũ gratias agit: cõmemorãs nõ solũ fidẽ & opera, sed etiã cõuersionis modũ & malorũ sustinentiã. & ad perseuerandũ magis eos prouocet, de suis quoq; laboribus, & euãgelii veritate, & prudẽti inter eos cõuersatione, & q̃to affectu eos desideret videre, interserit Deinde prauos, vt a luxuria, & otio, & curiositate contineãt, obsecrat: & mortuos resurrecturos cõfirmat. Circa finẽ moralis est istructio. Pręmittit aũt salutationẽ, dicẽs.

Aimo

Ambrosi.

C Aimo

Paul⁹,& Syluan⁹,& Timotheus. Hi coadiutores fuerũt D
apl'i in illis est instruẽdis, & in profectu illorum pariter
gaudebát, & ideo noĩb⁹ illorũ pscribit salutatio, sed sen-
sus & verba epistolę soli⁹ apostoli sunt. Hi, inquã, scribũt
Ecclesiæ Thessalonicensium, cógregatę In deo patre &
domino Iesu Christo. q.d. qd est ecclesia in vnitate fidei
cógregata, est deo patre, operante, & Christo eius filio, &
ante alia salutát in hũc modũ. Gratia, sit Vobis & pax.
Exposita, ne exponas, ne actũ agas. Post salutationẽ pri-
mum confirmat bonos de profectu illorũ, referẽs gratias
Ambrosi. deo a quo sunt omnia bona, hoc modo. Gratias agimus
deo semper pro omnib⁹ vobis, quia sunt bona quæ in vo
bis sunt, & a deo sunt. Nos, dico, Facientes memoriã ve
stri in orationib⁹ nostris, vt persistetis in bono. Orationib⁹ E
dico, habitis sine intermissione, certarum horarum. Vn-
de autem gratias agat, ostendit, subdens. Nos, dico, Me-
mores operis, id est cõfessionis Fidei vestrę. Proprium
enim opus fidei est confessio, Et laboris, vestri, quem ha
buerunt pro se & pro proximis: Et charitatis, habitæ in
deum & proximũ. Et sustinentię, habitę cõtra mala quę
sustinentia est Spei, quia eam facit spes glorię. Nõ enim
tanta mala possent sustinere, nisi spes eos cõfirmaret quæ
spes non frustratur, quia est Domini nostri Iesu Chri-
sti, qui bene potest & vult implere. Spei, dico, existẽtis an-
te deum & patrem nostrum, quia ita certi estis, ac si iam
videatis eum, & ita eos animat. Vel, Ante deum, existit,
qa ei bene placet, nõ ad aspectũ hoim. & eo auctore est.

[Scientes fratres dilecti a deo electionẽ vestram, quia F
euangeliũ nostrũ nõ fuit ad vos in sermone tantũ: sed &
in virtute & spũ sancto, & in plenitudine multa, sicut sci-
tis quales fuerim⁹ in vobis propter vos. Et vos imitatores
nr̃i facti estis & dñi, excipiẽtes verbũ de tribulatione mul
ta cũ gaudio spũs sancti, ita vt facti sitis forma omnibus
credẽtib⁹ in Macedonia & Achaia. A vobis. n. diffamat⁹
est sermo dñi nõ solũ in Macedonia & in Achaia, sed &
in omni loco fides vr̃a q̃ est ad deũ profecta est, ita vt nõ
sit vobis necesse qcq̃ loq. Ipsi. n. de nobis annũciát qualẽ
introitũ habuerim⁹ ad vos, & quõ cõuersi estis ad deũ a si-
mulacris seruire deo viuo & vo, & expectare filiũ ei⁹ de
cęlis quem suscitauit ex mortuis Iesum, qui eripuit nos ab
ira ventura.]

A Scientes.q.d.de his agimus gratias deo quia scimus quod dilexit vos, & elegit sola gratia. & hoc est quod ait, Agimus gratias deo. Scientes o Fratres dilecti a deo electionem vestrã.i.dilecti & electi estis a deo: quod per hoc scimus quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone ac oris locutione tantum.i.in ostẽsione verborum, sed In virtute miraculorũ, quia multa fecit apud eos miracula, doctrinam eius confirmantia. Et in spiritu sancto, quia per me recepistis dona spiritus sancti: & nõ parce, sed In plenitudine multa. Hoc ideo dicit, vt in nullo videantur sibi minores ecclesiis Iudæorũ: & gaudeant in dono dei qui participes illos facere dignatus est promissionis Abrahæ. Sicut, &c. q. d. ita istud diuinũ scimus. s. quod estis a deo electi, Sicut, vos Scitis, istud visibile. s. Quales.i.quam afflicti Fuerimus in vobis.i.inter vos. & hoc Propter vos.i. pro vestra salute.q.d.p hoc etiã quod nos passi sumus: in exemplum vobis patet quod deus & vos dilexit & elegit. Et vos.q.d. nos passi sumus in exemplum vobis, Et vos facti estis imitatores nostri & domini, qui sustinuit crucem Probra enim & iniurias a ciuibus suis tolerarunt spe futurorũ, vñ ęmuli dicũtur apostolorũ & ipsius dñi, qa & dominus eadem a Iudæis passus est & Apostoli dominũ sequẽtes psecutiones passi sunt gaudẽtes, qa habiti sunt digni pro noĩe dñi cõtumelias pati. Vos, dico, Excipiẽtes verbũ in tribulatione multa, nrã. s. & vrã, qa tribulatio nõ fecit vos dimittere verbũ. Excipientes, dico, Cũ gaudio spũs sancti, quod. s. fecit en vobis spũs sanctus. Imitatores nri facti estis, Ita vt sitis facti forma.i. exẽplũ cõfessionis & doctrinę Oĩbus crẽdẽtibus, qui sunt In Macedonia & Achaia, quod exẽplo vrõ nõ timẽt cõfiteri. Et vere forma facti estis oĩbus. A vobis.n.diffamatus.i.diuulgatus ẽ, Sermo dñi .i.ab exẽplo patiẽtię vrę hoc pcessit, quod alii verbũ dei apte pdicãt. Diuulgatus est, dico, qa nõ solũ In Macedonia & in Achaia, sed in oĩ loco adiacẽti vobis & vicino, nõ solũ sermo, sed fides vestra.i.professio fidei, Profecta.i. profes- sit, Quæ, fides est, Ad deum, tantum, vt est in martyribus quod non est fides, est minus profectorum qui & quæ mundi sunt, cogitant. Processit, dico, Ita vt non necesse sit nobis quicquam loqui, de vobis, ad alios incitandos. Ipsi enim de vobis, id est omnes alii, annũciant qualẽ in-

Aimo

B

Ambros.

Aimo

C

Ambros.

A sollicitudine, pro aduersis quæ sustinuimus, & propterea Habuimus fiduciam, non in aduersis qui fragiles sumus: sed In deo nr̄o loqui ad vos euãgeliũ dei, sic & vos facite. Cõfidite. s. in deo non in vobis. Nos dico, Antequã, ad vos veniremus Passi, multa, Et contumeliis affecti in Philippis sicut scitis. Ecce antequã veniremus ad vos & post passi sumus, vt nõ liceret confidere in nobis, & ita esset labor noster inanis. Hanc pressurã quã nunc memorat passus est in Philippis propter spiritũ phitonẽ quam a puella deiecerat. Vel ita, Hoc de introitu modo scitis, qa Non fuit inanis. i. propter nulla mala cessaui loqui verbũ dei, qd est signũ deuoti & fidelis prędicatoris. s. ne in pressura loqui verbum dei timeat. Inanis eñ est ille qui terrore pręsenti, formidinẽ patitur prędicandi. Nõ fuit inanis Ambrosi.
B dico: Sed, licet Ante, essemus Passi & contumeliis affecti in Philippis sicut scitis, & apd vos In multa sollicitudine. i. multũ solliciti: nec tamen extimuim⁹, Sed habuimus fidutiam in deo nostro loqui ad vos euangelium dei Per hæc de se releta, & per illorũ bene cœpta monet illos permanere in patientia. Exhortatio enim. Hic contra pseudo apostolos videtur incipere, cõmemorans de euangelii veritate, Deinde de sua inter eos prudenti conuersatione. q. d. merito habuim⁹ fidutiã in domino, quia Exhortatio nostra. i. prędicatio qua exhortamur alios. Nõ est De errore. i. de mẽdacio, sed de veritate. Neq; de immunditia, sicut sunt carnales obseruãtiæ post Christũ, vel vsus mulierũ. & quorũdam aliorum: quę quidã prędicabant. Neq; in dolo. i. in fraude, & astuta hypocrisi: etiã Aimo.
C veritas est quãdoq; in dolo quando. s. nõ amore veritatis & vtilitate auditorũ prædicatur, sed vt gloria, vel aliquod lucrum acquiratur. Non in dolo, dico, Sed potius Ita, vere & pura intentione Loquimur sicut probati, & electi Sumus a deo, ad hoc Vt crederetur nobis, sicut fidelib⁹, Euangeliũ. Loqmur, dico, Nõ quasi hoĩbus placẽtes. i. placere q̃rẽtes, qa nec speciẽ placẽtis habem⁹. Sed, placẽtes Deo, qd Probat corda nr̄a. i. pbata facit, vt sibi non hoĩbus placeam⁹, qd nisi ipse operat̃ in nobis, vitare neqm⁹. Quas eñ vires nocẽdi haberet hũanæ gl'ię amor nõ sentit, nisi qui ei bellũ indixerit: qa & si cuiq; facile est laudẽ nõ cupere dũ negat̃, difficile est tñ ea nõ delectari Au. in lib. sentẽ, pro speri.

cum offert. & vere non quæro hominibus placere. Nec D
enim aliquando fuimus in sermone adulationis, per quod alii placent hominibus, Sicut scitis. & vere non est in dolo prædicatio nostra, quia Neque in occasione auari, non dico in auaritia: sed nec feci nec dixi etiam in quo esset occasio auaritiæ & inde Deus testis est, mihi qui nouit corda, hoc enim non ita patet. Auaritiam non sectamur, nec gloriam. & hoc est. Neque etiam sumus quærentes gloriam ab hominibus, neque a vobis, neque ab aliis, sed a deo tantum. In hoc tangit pseudo apostolos, qui se potius quam doctrinam domini commendari volebant.
Ambrosi. Apostolus autem qui gloriam non ad præsens, sed in futuro quærebat, se humilem faciebat, vt dei prædicatio exaltaretur Cum possemus. q. d. dico quod non in occasione auaritiæ prædicauimus, Cum. i. quamuis possemus quod non pseudo. Esse vobis oneri, vt nobis ministraretis necessaria. Possemus, di B
co, Vt Christi apostoli. In tantum grauat pseudo causam, vt se abnuere dicat cum liceret illi subsidia requirere, ad comprimendum illos, quibus non facultas erat, nec pudor poscendi. Apostolicæ autem potestatis debitum vocat onus, propter pseudo apostolos, qui illud indebite vsurpantes impor tune a plebibus exigebant. Sed facti. q. d. nihil horum quærimus: Sed, potius Facti sumus paruuli. i. humiles, In me
Aimo. dio vestrum. i. communiter ad omnes vos. & hoc pro bono: & ita sollicite fecimus Tanquam si nutrix foueat filios suos, non alienos. Alienos enim quandoque nutrit mulier pro mercede, non ex amore: proprios vero ex dilectione. Ideo congrue ait, Tanquam si nutrix foueat filios suos, in hoc enim notatur labor, & humiliatio, & dilectio, quia non pro mercede fit. Hoc autem ad intelligendam charitatem suam erga eos se di F
xisse significat, dicens, Ita, nos in toto labore nostro desiderantes, non vestra, sed Vos. i. vestram salutem Cupide volebamus tradere vobis, non solum euangelium dei, sed & etiam animas nostras, pro assertione euangelii. & hoc ideo Quoniam charissimi nobis facti estis, fidem dei recipiendo, & vos bene nobis applicando. & recte dico quod facti sumus paruuli sicut nutrix. [Memores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangelium dei Vos testes estis & deus, quam sancte & iuste & sine querela vobis qui credidistis affuimus: sicut scitis qualiter vnumquemque vestrum

A sicut pater filios suos deprecantes vos & consolantes testifi
cati sumus vt ambularetis digne deo, q vocauit vos in suũ
regnũ & gloriã. Ideo & nos gratias agim⁹ deo sine inter
missione, qm cũ accepissetis a nobis verbũ auditus dei: ac
cepistis illud nõ vt verbũ hominũ, sed sicut est vere verbũ
dei, qui operaẽ in vobis q credidistis. Vos eñ imitatores
facti estis fratres ecclesiarũ dei q̃ sunt in Iudęa in Chri-
sto Iesu, quia eadem passi estis, & vos a contribulibus ve-
stris, sicut & ipsi a Iudæis qui & dñm occiderunt Iesum
& prophetas, & nos persecuti sunt, & deo nõ placent, &
omnibus hoĩbus aduersanẽ, prohibentes nos gẽtibus loq
vt salui fiant, vt impleant peccata sua semp. Peruenit eñ
ira dei super illos vsq; in finẽ. Nos autẽ fratres desolati a
vobis ad temp⁹ horę, aspectu non corde abundantius fe-
B stinauim⁹ faciẽ vestrã videre cũ multo desiderio, quoniã
voluimus venire ad vos, ego quidẽ Paulus & semel & ite
rum, sed impediuit nos Satanas. Quæ est eñ nostra spes,
aut gaudiũ. aut corona gloriæ? Nonne vos añ dominum
nostrũ Iesum Christũ ęstis in aduentu eius? Vos enim e-
stis gloria nostra & gaudiũ.] Memores enim estis o
fratres laboris nostri & fatigatiõis. Hoc addidit, qa est la
bor sine fatigatiõe. Et recte dixi fatigatiõis & laboris, qa
Prędicauimus vobis euangeliũ dei opantes manibus no-
stris nocte & die, ne quẽ vestrũ grauaremus, accipiendo
aliquid ab eo. hoc etiã faciebat vt pseudo repelleret a pdi-
catione. Vos, n. q. d. ita ante cõuersionẽ nos habuim⁹ er-
ga vos sicut & post conuersionẽ. Vos estis. n. & testis est
de⁹ quã sancte, quantũ ad vos: Et iuste, quantũ ad proxi
C mũ, faciẽdo debita, Et sine q̃rela. s. nõ faciẽdo indebita,
Affuimus vobis qui credidistis, qñ adhuc erãt educãdi, &
ita hoc scitis Sicut scitis, hoc aliud. s. Qualiter vos de-
precãtes vnũquẽq; vestrũ. Deprecãtes, dico, Tanquã pa
ter filios suos. i. tanto affectu, quãto pater filios. Et cõlo
lãtes vos, si qs vestrũ de peccato, vel de alio sollicit⁹ erat.
Testificati sumus. i. sub testimonio ipsorũ sanctorũ adiu-
rauimus', Vt ambularetis, pficiẽdo, Digne deo, sequẽ-
tes in operibus voluntatẽ ei⁹. qd vtiq; debetis, qa ipse est
Qui vocauit, vocatiõe q̃ est secundũ propositũ. Vos, cum Augu.
essetis aduersi In suum regnum & gloriã. s. vt essetis de
regno suo quos hic regeret, & post in gloria coronaret.

Ideo.s.quia vocauit nos. Et nos, non solũ vos Agim⁹ D
gratias deo, quia hoc fecit deus. Agim⁹,dico, Sine inter
missiõe. Vocauit,dico, quia vos cito & firmiter recepistis
quod ita ait, Quoniã cum accepissetis a nobis verbũ au
dit⁹ dei.i.cum accepissetis solo auditu verbũ quod de deo
est. Vel. Verbum auditus dei.i.quod audiuimus a deo lo
quente in nobis. Vel,in quo auditur deus:cum,inquã,ac-
cepissetis Accepistis illud,non vt verbum hominũ.s.quasi
Ambrosi. a sapientibus esset, Sed sicut verbũ dei,vt vere est Tanta
enim deuotione susceperunt verbũ vt probarent se intelle
xisse dei esse doctrinã. Qui,deus Operat̃ in vobis,quo
tidie opera bona Qui credidistis, venturi per fidem In
idipsũ,qđ credidistis. Vos eñ, Multa dixit cõtra pseudo
hic iam monet ne pro sua vel apostolorũ tribulatiõe mo-
ueantur.q.d.in vobis operat̃.& hoc effect⁹ indicat. Vos E
eñ,o Fratres facti estis imitatores ecclesiarum dei quæ
sunt in Iudęa,ædificatæ In Christo Iesu.i. in fide & in-
stitutione ipsius Christi,imitatores facti estis,in hoc vtiq;
Quia eadem passi estis,& vos a contribulib⁹ vestris,sicut
& ipsi,qui in Iudęa sunt, Passi sunt a Iudæis,qui,Iudæi
adeo asperi fuerunt, Quod & Christũ dominũ occide-
runt,& prophetas,& nos, apostolos Christi persecuti sũt
Nos, dico,in quo putant se obsequi & placere deo, Et
tamẽ Deo nõ placent,& oĩbus hoĩb⁹.i.saluti omniũ ho-
minum Aduersantur prohibentes nos loqui gentibus,vt
salui fiant. Ideo hoc faciunt Vt semper impleant pecca-
ta sua.i.vt in peccatis permanendo ipsa peccata sua & pa
rentũ consummẽt:secundũ illud. Qui in sordibus est,sor
descat adhuc: & vindictã peccatis suis & parẽtum debitã F
Aimo. in se prouocent. Quadraginta quidẽ annos post passionẽ
domini dedit deus Iudęis ad pœnitentiã. Illis transactis
cum nollẽt credere cõpleta sunt peccata eorum. Vnde di-
xit eis dominus, Implere mensurã patrũ vestrorũ. Quan-
do autem hæc dixit apostolus, Hierusalem necdum erant
impleta peccata, sed cõpleta sunt venientibus Romanis.
Vnde subdit, Peruenit eñ.q.d.quod impleuerũt peccata
effectus indicat,quia Peruenit ira dei.i.vindicta dei, Su
per illos.s.opprimẽs illos Vsq; in finẽ. Ira dei est aduẽtus
Romanorum quando perditi sunt gladio, fame, pestilen
tia,captiuitate,quę ira durat eis vsq; in finem seculi, quia

A semp erũt captiui. Vel sicut qdã codices habẽt. Præuenit ira dei.i.vindicta dei ante venit in hoc seculo Sup illos, q̃ durabit Vsq; in finẽ, quæ ideo dicitur præuenire qa vindictã futuri iudicii in qua illi æternaliter puniantur, præuenit hęc tẽporalis pœna & post sequitur ęterna. Vel de vindicta interiori agit, qua deus puniuit eos excęcãdo.q.d. ideo Implent.i.consummant peccata, quia Peruenit ira i.vindicta cæcitatis Super illos, opprimẽs illos vt excæcentur. & hoc Vsq; in finẽ.i.vsq; in ęternã pœnã. Vel, Vsq; in finẽ seculi, quia in fine seculi conuertentur Iudęi, quando Abraham reuertetur ad pueros expectantes cum asino Nos autem. Hic commemorat quanto affectu eos videre desiderauerit.q.d. vos multa passi estis. Nos autẽ, o Fratres desolati a vobis.i.causa vestra, non nostra, Ad tẽpus.i

B antequam sciremus cõstantiam vestram. Nos, dico, remoti a vobis: Ore.i.sermone, Aspectu, i, præsentia corporis Non corde.i.dilectionis affectu.q.d. os & aspectus cessant quia vos alioqui non possum, nec videre, sed cordis affectus & sollicitudo nunquã cessat. Nos, dico, desolati Abundantius, quã si nihil pateremini, Festinauimus, & ideo state Videre faciem vestram propter maiorem instructionem, vt plene vos instruã, in quo vobis mala fierent. Festinauimus videre, dico, Cum multo desiderio, exhortandi vos. Et vere festinauimus, Quoniam quidẽ, nos omnes Voluimus venire ad vos. Ego quidẽ Paulus, qui pl⁹ aliis curo, Et semel & iterũ, volui venire, Sed Satanas, qui salu ti aduersatur, Impediuit nos. Ideo magis cauete & timete Aimo.

C quod deus permisit apostolum impediri, ne veniret ad eos Ad maiorem istorum est, si steterint eo absente. Quæ enĩ. q.d. ideo venire volui, vel ideo Satanas impediuit, qa Quę est spes nostra, hic in præsenti, Aut, in futuro quod erat Gaudium.s. præmium, quod erit commune omniũ bonorum, Aut corona gloriæ.s. præmium quod tantum erit victorũ. Nõne vos, si steteritis Ante dominum nostrum Iesum Christũ id est in beneplacito dei. Vel quia Vos, estis Ante dominũ nostrũ, bene firmati, Nonne, inquam, Estis. i.eritis, Corona nostra in aduentu eius.i. quando dominus venerit.q.d. eritis. Manifestũ.n. est quod perfectio discipulorũ gaudiũ & corona est magistrorũ. Hi sunt.n. qui labores fructuum suorum edituri sunt. Fructus enim ma- Ambrosi.

gistri est obediētia discipuli, cui⁹ bona cōuersatio, coronā D dat magistro iudice Christo. Et vere sic eritis corona nr̄a Em̄,i,quia & mō Vos estis gloria nostra, apud alias ecclesias, & estis gaudium, nostrum apud nos. Et si mō gloria nobis estis, quid eritis nobis apud verū iudicem?

CAPVT III.

PRopter quod nō sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis, & misimus Timothæū fratrem nr̄m & ministrū dei in euangelio Christi, ad cōfirmādos vos & exhortādos pro fide vestra, vt nemo moueat in tribulationibus istis. Ipsi, n, scitis quod in hoc positi sumus. Nā & cum apud vos essemus, p̄dicebam⁹ vobis passuros nos tribulationes, sicut & factū est, & scitis. Propterea & ego E amplius nō sustinēs nisi ad cognoscendū fidem vestram, ne forte tētauerit vos is q, tētat, & inanis fiat labor noster. Nunc aūt veniente Timothæo ad nos a vobis, & annunciāte nobis fidem & charitatem vestrā: & quia memoriā nostri habetis bonam, sp desiderantes nos videre, sicut & nos quoq; vos: ideo cōsolati sum⁹ fratres in vobis, in omī necessitate & tribulatiōe nostra per fidem vestrā, quoniā nunc viuimus, si vos statis in dn̄o, Quā, n. gratiarū actionē possumus deo retribuere p vobis in oī gaudio quo gaudemus propter vos añ deum nostrum, nocte ac die abundantius orātes, vt videamus faciem vestram, & cōpleam⁹ ea quæ desunt fidei vestræ? Ipse autem deus, & pater noster, & dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat F charitatem vestram in inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante deum, & patrē nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amē,] Propter quod, s, quia estis gloria nostra, vel quia sumus desolati pro vobis, Nō sustinentes amplius, ignorare statū vestrū, quia quasi pōdus erat, dum nescirē de cōstātia vestra, Placuit nobis solis, s, mihi &, Syluano Remanere Athenis, & misimus Timothæū fratrē nr̄m &, ministrum dei in euāgelio Christi, p̄dicādo. Ad confirmandos vos, addēdo siqu'd deerat vobis: Et exhortādos vos, vt in quibus eratis bonis, staretis. & hoc Pro fi-

A de vestra, defendenda, Vt nemo, vestrum Moueat, ab integritate fidei In tribulationibus istis transitoriis. Ipsi enim.q. d. Nemo debet mori propter tribulationes, quia ad hoc destinati sumus. quod ita ait, Ipsi.n.scitis quod in hoc.i.in ferendis tribulationibus Positi sum⁹, a Christo .i.destinati, Vel, In hoc,i,in tribulationibus Positi, stabi les Sumus, & vere in hoc positi sumus. Nam cum apud vos essemus, p̄dicebamus vobis nos passuros tribulatiões, sicut patet, & factum est & scitis, si nos prę sciuimus & nō fugimus, tunc & vos patimini qui hęc scitis. Propterea, s. quia & nos passi sumus, ne pro nobis terreamini, nō solū propter alia q̄ supra dixi. Et ego amplius, nō sustinēs ne scire quid agere t apud vos, Misi Timothęū, creatū ab a- Ambrosi.

B postolo t p̄m Ad cognoscēdū fidē vestrā, ne forte is qui tē tat.i.cuius officium est tentare, s, diabolus Tentet vos, i, deceperit, hoc de infirmis timendum erat. Et ne inanis fiat labor vester.i.quicquid boni hucusq̧ fecistis. Nūc aūt q.d.misi Timothęum ad cognoscendū fidem vestrā. Nūc autē veniēte Thimothęo a vobis ad nos, & annunciante nobis fidē & charitatē vestra, in aduersis.s. quod non pro vestris nec pro meis tribulationib⁹ moti estis a fide & cha ritate dei, & qa Habetis bonā.i.vobis vtilē Memoriā no stri.s.quod pro tribulationibus non viluimus. Vos, dico, Sēper desiderantes videre nos, pro exemplo, & vt de vo- bis gratularer, Sicut nos quoq̧, desideram⁹ Videre vos, ideo.s, quia annunciauit hæc non pro prę sentia eius: nosq̧ prius eram⁹ desolati, Consolati sumus.i.consolationē ac- cepimus.o Fratres in vobis, i.pro vobis, In omni necessi

C tate, i.penuria, Et tribulatione nostra, & quō dixerit p vo bis, exponit, subdens, s, p fidē vestrā quā audiuim⁹ firmā. Vel, Per fidē vestrā, iuro. Cōsolati sumus, dico, & vere. Quoniā nūc, in hac miseria Viuim⁹, quasi in cęlo essem⁹, Si vos statis, recti & firmi In dño.i,in fide dñi, Quā, n, q,d, vere cōsolati sum⁹.nā adeo, quod non dignas grates agere possum⁹. & hoc est quod ait, Quā enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis? Nihil enim est tam dignū quod sufficere possit ad cōpēsationē acqui- sitę salutis gentiū. Nos, dico, positi In omni gaudio quo gaudemus.q.d.quod non cito trāsit. Propter vos, stantes Ante deum nostrū.i.in beneplacito dei. Nos, dico, Nocte

& die orantes, vt videamus faciem vestram, & complea- D
mus ea quæ desunt fidei vestræ: quę olim non potuimꝰ do
cere vos, quia eratis paruuli. Orantes, dico, Abundantius
quam antea, quia modo plus posset addere eis. Nos ora-
mus videre vos: Ipse autem deus, qui potest, Et pater
vester, qui vult bonum: Et dominus Iesus Christus, per
quem omnia facit pater. Dirigat. i. faciat directam, & ab
impedimentis liberam Viā nostram ad vos. Siue autem,
venerimus siue non. Dominus multiplicet vos in nume
ro fidelium & virtutum, Et abundare faciat charitatem
vel veritatem Vestram inuicem inter vos: Et in omnes,
etiam inimicos: ita perfecte, Quemadmodum & nos in
vobis, abundamus charitate. Dico vt faciat charitatem ve
stram abundare, ad hoc s. Ad confirmanda corda vestra
ita vt sitis Sine querela. s. ne vos de malis conqueramini. E
Vel ita, innocentes sitis, ne quis de vobis possit conqueri,
& vt sitis In sanctitate. i. in virtutū consummatione. Per
hoc existentes Ante deum & patrem nostrum. i. in bene
placito dei, non ad aspectum hominum. Vos, dico, positi
mente, In aduentu domini nostri Iesu Christi cum om-
nibus sanctis. i. sicut faciunt omnes sancti. Vel existentes
Ante dominum nostrū. i. in beneplacito dei. vsq; In ad-
uentu domini nostri Iesu Christi, qui erit Cum omnibꝰ
sanctis, id est cum quibus veniet ad iudicium. Amē, qua
si dicat hoc vere erit.

CAPVT IIII.



Ecętero ergo fratres rogamus vos & obsecra
mus in domino Iesu, vt quēadmodum accepi F
stis a nobis quomodo oporteat vos ambula-
re & placere deo: sic & ambuletis, vt abunde
tis magis. Scitis enim quæ pręcepta dederim
vobis per dominum Iesum. Hæc est enim volūtas dei san
ctificatio vestra, vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat
vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione & hono
re, non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant
deum. Et ne quis supergrediatur neq; circunueniat in ne-
gotio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de his
omnibus sicut prędiximus vobis, & testificati sumus. Nō
enim vocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctifi-
tionem. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit: sed

A deum,qui etiam dedit spiritũ suũ sanctũ in nobis. De charitate autẽ fraternitatis,non necesse habuimus scribere vobis, Ipsi enim vos a deo didicistis,vt diligatis inuicem, Et enim illud facitis in omnes fratres, in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis,& operam detis vt quieti sitis,& vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris sicut praecepimus vobis, & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt,& nullius aliqd desideretis.] Decętero ergo. Hactenus patientiam perfectis in sua vel illorum tribulatione suasit,nunc de munditia minoribus suadet exhortans eos ad continentiam.q.d. quia abundamus charitate in vobis. Decętero ergo,o Fratres rogamus & obsecram⁹, Cõsuetudo est apostoli vt verba duplicet vel triplicet vnum habentia intellectum, sicut Aimo.
B hic. Rogamus,dico, In domino Iesu.i.si eum actatis, Vt.s. Ambulelis,perseuerando in bono,vt Etiam Abũdetis magis.i.magis ac magis crescatis in fide & bonis operibus. Ambuletis,dico, Sic,vtiq;, Quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare.i.viuere, & huius vitę cursum perducere,in his sine quibus non est salus, Et placere deo,in his quę consilio perfectionis adduntur. Ille enim placet deo qui fidem rectam, quam executione virtutum & perfectę operationis decorat. Vel secundum aliã literam quæ est, Sicut & ambulatis vt abũdetis magis, Et est ordo, Rogamus, vt ambuletis.subaudi, Quemadmodũ accepistis,audiendo & intelligendo, A nobis.i. a me,& a Syluano. Quomodo oporteat vos ambulare & placere deo,sicut & ambulatis,recte conuersando.& rogam⁹ Vt Ambrosi. Aimo,
C abũdetis magis,hoc non mutat. Scitis.n.q.d. ideo moneo vos abundare & placere deo,qa scitis Quę pcepta.i.quã honesta & quã vtilia Dederim vobis. Illa,dico, hominibus ostensa Per dominum Iesum., Author ipse commendat ea,& vere bona sunt. Hęc est enim voluntas dei, hoc est præceptũ dei,hoc est quod deus vult,quiavobis prodest nõ ipsi.s. Sãctificatio vestra.i.vt vos sanctificetis bñ operãdo:& Vt abstineatis.q.d.lõge remoti. Vos,qui Christu. estis, A fornicatione,omni.s.carnali & spirituali. ita abstineatis, Vt sciat vnusqsq; vestrũ suũ vas.s.corpus suum quod est vas animæ, Possidere,coercẽdo In sanctificatione,virtutũ, Et honore,ne inhonoretur aliqua turpitudine,

ſed ſicut ſtudet officiorũ ſuorũ vaſa mũda ſeruare, ita mẽ D
brorũ ſuorũ officinas ſtudeat p cõtinẽtiã honorabiles ex-
hibere. Vel ita, Vt ſciat.q.d.ita ab illicito abſtinete,vt nec
licito abutamini,Sed ſciat vnuſqſq; veſtrũ poſſidere vas.i
vxorẽ dominãdo ei. & hoc. In ſanctificatione.ſ.abſtinẽdo
a coitu, Et honore.ſ.nõ turpiter abutẽdo. Et poſſideat in
ſanctificatione,dico, & Non in paſſione deſiderii,vt nec
ſaltẽ deſideriũ,ſit quod eſt paſſio & lęſio animæ, Sicut &
gentes,faciunt,qbus nõ debetis eſſe ſimiles, quia ipſę ſũt,
Quæ ignorant deũ. Et hæc præcepta dedi Neqs,violen-
tia Supergrediaſ,neq; dolo circũueniat fratrẽ ſuũ in ne-
gotio,priuato vxoris,vel in quolibet negotio.Ideo abſtine
te ab his,Quoniam vindex eſt dominus de his omnib⁹.i
Aimo. de fornicatione,deſiderio,adulterio,vel fraude. Vidẽx eſt
dico,ſicut prędiximus vobis. Et teſtificati ſumus.i. ſub te E
ſtimonio ſcripturarum probauim⁹.Nõ enim,q,d,ideo ab
iſtis abſtinẽdũ eſt,quia, Nõ vocauit nos deus in immun-
ditiã,ſ,vt immunditię ſeruiamus,Sed in ſanctificationem,
i,vt ſancte viuamus.Et quia deus vocauit non in immun-
Ambroſi. ditiam,Itaq; qui hęc ſpernit,quæ prædixim⁹,Non homi-
nẽ,ſolũ Spernit,ſed deum: cuius præcepta ſunt. Qui loq
tur p os meum,qui etiam ad hæc ,peragenda, Dedit ſpiri
tum ſuum ſanctum in nobis,Ne ergo tantum auditorem
ſpernatis,qui in corpore ſubdito peccatis non habitat. Vel
Dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis, apoſtolis,vt ma-
ior eſſet nobis authoritas arguendi,cõtra cui⁹ authoritatẽ
agi, non eſt tutũ De charitate autẽ,q, d , de his prædictis
fuit opus vt ſcriberẽ vobis,ſed De charitate fraternitatis,
qua fratres diligatis, Nõ habuim⁹ neceſſe ſcribere vobis F
ideo nõ fuit neceſſe ſcribere. Eñ.i.qa, Vos ſi i pſi didici
ſtis a deo.i. præcepto ipſius Chriſti,dicẽtis,Mãdatũ nouũ
do vobis,Vt diligatis iuicẽ. Vel, Didiciſtis a deo,per in-
ſpirationẽ,vel per effectum,quia ipſe miſertus eſt nobis.
Et,ideo etiã nõ fuit neceſſe,Enim,i,quia vos Facitis illud
ſ.opus dilectionis In omnes fratres,q ſunt In vuiuerſa
Macedonia. Rogamus autẽ.q d. facitis opus dilectionis,
ſed tamen Rogamus vos,o Fratres vt magis abundetis.
in charitate.Et operã detis yt quieti ſitis,a curioſitate . Et
nota quod ait,Operã detis.q.d.difficile ẽ dimittere cõſue
tudinẽ,ſed cogitevos etiam Vt veſtum negotium agatis

A dimissis alienis,quod nobis vtile est in emendatione vitę vestræ, Et operemini manibus vestris,quod adiuuat vos quietos esse. Illud enim malum ex otio venit. & hęc faciatis ita, Sicut pręcipim⁹ vobis,& ideo operemini manibus, Vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis.q.d.ideo opus est agendū nō otiādū,quia & honestū est,& quasi lux ad infideles. Et nō desiderabitis rem alteri⁹, nedum rogetis vel tollatis aliquid.

[Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus,vt non contristemini sicut & cæteri qui spem nō habēt. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit,ita & de⁹ eos qui dormierūt per Iesum adducet cū eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi,quia nos qui viuimus,qui residui sumus in aduentu dñi non præueniemus

B eos qui dormierūt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archāgeli,& in tuba dei descēdet de cœlo,& mortui qui in Christo sunt,resurgēt primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aera,& sic semper cū dño erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.] Nolumus aūt vos &c. Post exhortationē de cōtinentia, & post correctionē a curiositate mortuos resurrecturos cōfirmat,& p Christi resurrectionē,& sua authoritate:quasi dicat, nō solum hæc prędicta volum⁹ vos scire,sed etiā nolum⁹ vos ignorare,iam De dormientib⁹.i. de mortuis,q̃ resurrecturi sunt. Vñ & mortuos recte dormientes appellat, qa quasi dormiētes integri,& cito de somno mortis resurgēt. Vt non cōtristemini,incōsolabiliter de morte amicorū, Si- (Aimo.)

C cut & cæteri.i.infideles, Qui spē nō habēt, resurrectionis & incorruptionis æternę. Ammonet nos apostolus, vt de mortuis charissimis nostis nō cōtristemur,sicut & cæteri qui spem nō habent. Non ait tantū, Vt non cōtristemini,sed addidit, Sicut & cæteri qui spem nō habent.i. resurrectionis. Necesse enim vt cōtristeris, sed vbi cōtristaris,cōsoletur te spes:nam ideo & dormiētes eos appellat scripturę cōsuetudo verissima,vt cū dormientes audim⁹,euigilaturos minime desperem⁹. Est ergo de mortuis eis q̃ diligunt quędā tristitia quodāmodo naturalis. Mortē quipp; horret natura, nec mors hoī accideret, nisi ex culpa præcedēti. Hinc igit necesse est vt tristes sim⁹ quan-

do nos morientes deserũt quos amam⁹. Quia & si in æ- D
ternũ nouimus eos non relinquere nos mãsuros, sed ali-
quantulum p̃cedere sequuturos: tamen mors ipsa quã na-
tura refugit cum occupat dilectũ, cõtristat in nobis ipsius
dilectionis affectum. Contristamur ergo in nostrũ mor-
tibus necessitate amittendi, sed cũ spe recipiẽdi. Inde an
gimur, hinc cõsolamur: inde infirmitas animũ afficit, hic
fides reficit: inde dolet humana conditio, hinc sanat diui-
na pmissio. Monere aũt potest quomodo dñs flebat mor
tuũ, & cõtinuo eo iubente victurũ: nõ mortuũ flebat quẽ
ipse suscitauit, sed mortẽ quam homo peccãdo cõtraxit. Si
enim peccatũ nõ p̃cessisset, sine dubio mors nõ subsecuta
fuisset. Secuta est ergo & mors corporis, quã p̃cessit mors
animæ. Mors animæ præcessit deserẽdo deum, & mors
corporis secuta est deserente anima. Hac deserit deũ vo- E
lens, hac coacta est deserere corpus nolens. Ac si illi dice-
retur, Recessisti ab eo quẽ diligere debuisti, recede ad eo
qđ dilexisti. Quis.n.vult mori prorsus? Nemo, & ita ne-
mo, vt Petro diceretur, alius te cinget, & ducet quo tu nõ
vis. Si nulla esset mortis amaritudo, nulla esset martyrum
fortitudo. Ideo non ait tantum, Vt non cõtristemini, sed
addidit, Sicut & cæteri qui spem non habent. Proinde
pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligẽtia
sepulturæ, monumentorum opulenta cõstructio, viuorum
sunt qualiacunq; solatia, nõ adiutoria mortuorum. Ora-
tionibus vero sanctę ecclesiæ, & sacrificio salutari, & elee-
mosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, nõ est dubi
tandum mortuos iuuari, vt cum eis misericordius agatur
a domino quã meruerant eorum peccata. Hoc enim a pa F
tribus traditum vniuersa obseruat ecclesia, vt pro eis qui
in oratione corporis & sanguinis domini defuncti sunt,
cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorentur, ore-
tur, ac pro illis quoq; id offerri cõmemoretur. Cum vero
eum commendendorum causa opera misericordiæ cele-
brentur, qs eis dubitet suffragari, pro qbus orationes deo
non inaniter erogantur? Non est ambigendum ista pro-
desse defunctis, sed talibus qui ita vixerunt ante mortem
vt possint eis hæc vtilia esse post mortem. Nã qui sine fide
operante per dilectionem, eiusq; sacramentis de corpori-
bus exierunt, frustra illis a suis huiusmodi pietatis impẽ-

De põpa exeqarũ

De adiutoriis mortuorum.

Quid psit qliter psit defunctis

A duntur officia, cuius dum hic essent fidei pignore caruerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes, sed etiã. Nõ ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis boni aliquid operãtur sui, sed eorũ ꝓcedẽtibus meritis cõsequẽtia ista reddũtur. Nõ enim actum est nisi cum viuere hic destitissent: & ideo istã finiens quisq; vitam, nisi quod meruerit in ipsa, non poterit habere post ipsam. Permittantur itaq; pia corda de suorum charorum mortibus cõtristari dolore sanabili: & cõsolabiles lachrymas fundãt conditione mortali, quas tamen reprimat fidei gaudium, qua creduntur fideles quãdo moriuntur, aliquando tandem a nobis abire, & ad meliora transire. Sit pro virib⁹ cura sepeliendi, & sepulchra cõstruendi, quia hęc in scripturis inter opera bona deputata sunt: nec solũ in corpo-

B ribus patriarcharum & aliorũ sanctorũ, sed etiã in ipsius dñi corpore laudati sunt qui ista fecerũt, Impleant igitur hęc hoĩes erga suos officia postremi muneris, & sui hũani lenimẽta mœroris. Verũ illa quæ adiuuãt spũs defunctorũ. s. oblationes, erogationes eleemosynarũ multo pro eis obseruantius abundantiusq; impendãt, Poterat. n. de⁹ hęc donare credentibus, vt nec istius experirentur corporis mortẽ: sed si hoc fecisset, carni quædam fœlicitas adderetur, minueretur aũt fidei fortitudo. Si. n. hoĩes mortẽ istã timerẽt, vt nõ ob aliud fœlices dicerẽt esse Christianos, nisi ꝙ omnino mori non possunt. Ac per hoc nemo propter vitã futurã ad Christi gloriã festinaret, sed propter mortis molestiã remouẽdã, & sic delicate quodam- *Augu. in libro de bapt. par.*

C modo crederetur in Christũ. Plus ergo gratię pręstitit fidelibus suis. Quid enĩ magnũ esset videndo nõ mori eos qui crederent, credere & se nõ moriturũ? Quanto maius est, quãto fortius, quãto laudabili⁹ ita credere, vt se speret moriturũ, quia sine fine victurũ? Vnde & cari eius superstites cõsolari queunt in tristitia mortis amici. Qui enim mirũ si cõtristaris, vbi corpus qđ viuit ex aĩa, fit exanime discedẽte aĩa? Qui ambulabat, iacet: qui loquebať, tacet: clausi oculi, lucẽ nõ capiũt: aures nulla voce patescunt: oĩa mẽbrorũ officia cõquieuerũt: non est qui moueat gressus ad ambulandũ, manus ad operãdũ, sensus ad percipiẽdũ. Nonne ista est domus quã nescio quis inuisibilis habitator ornabat? Discessit qui non videtur, remansit quod cũ *Augu. in serm. de ver. apo.*

dolore videatur: istaest causa tristitiæ, sed huius tristitiæ D
sit consolatio, quod sequitur, Si.n.&c.q.d.nõ inconsolabi
liter debetis cõtristari. Enim.i.quia, Credimus ꝙ Iesus
mortuus est, hoc videtur obesse resurrectioni. sed attende
quod sequitur, & resurrexit, & si hoc est, debem⁹ credere
ꝙ sicut Christ⁹ mortuus est & resurrexit, ita Et deus eos
qui dormierũt morte, Per Iesum adducet.i.in fide Iesu
Vel, Per Iesum, semper euntes.i.qui eum sequendo ve-
nerunt ad somnum mortis.q.d.nõ solũ illos qui viui inue
nientur, sed etiã mortuos de quibus dubitatis: nõ solũ su-
scitabit, sed etiam Adducet: & si incinerati sunt, tamen
Adducet, vt sint Cum eo, immortales, & in eadẽ beatitu
Aimo. dine. Miram rem ait apostolus, Christum enim qui iam
viuit, & resurgens a mortuis, iam nõ moritur, dicit mor-
tuum: & electos mortuos, dicit dormiẽtes. Christũ ergo E
appellat mortuũ, vt dum audim⁹ illũ mortuũ fuisse, & re-
surrexisse: nos quoq; sperem⁹ resurrecturos per virtutem
diuinitatis eius. Electos aũt ideo dicit dormiẽtes, quia ne-
mo tam facile potest sociũ excitare a somno, quam facile
omnes excitabuntur a somno mortis. Hoc.n.q.d. & ve-
re adducet. nam hoc ordine quod viui reperti, non præue-
nient mortuos, & si illos magis putatis cum Iesu adducẽ-
dos. & hoc est quod ait, Hoc enim dicimus vobis in ver-
bo domini, quia hoc deus nos docuit, Quia nos qui vi-
uim⁹ & q residui sum⁹ in aduentu dñi non præuenimus,
resurgendo, eos qui dormierunt, longo tempore.i. illi de
nobis qui viui inuenientur, & qui omnib⁹ præcedentib⁹
sanctis, vel qui erunt residui tormentis Antichristi, vnde
sunt dignissimi, nõ præuenient mortuos: adeo erit festi- F
nata resurrectio mortuorum. Et nota ꝙ ait, Nos qui vi-
uimus. Sic enim vidẽtur hæc verba apostoli sonare, quasi
apostolus suo tempore demonstrauerit diem iudicii ven
turum. Quocirca & Thessalonicenses legentes hanc epi
stolã, putauerunt tempore apostoli diem iudicii venturũ.
Vnde & alia scribit̃ epistola, vbi hortat̃ eos ne terreãt̃,
quasi instet dies dñi. In persona ergo electorũ loquit̃ qui
viui in corpore, inueniẽdi sunt in aduẽtu dñi: & se illis vl-
timis iõ cõmemorat, qa cũ eis vnũ corpus est, & apl̃i illis
vltimis similes sunt in passionib⁹. Et vere viui reperti nõ
p̃ræueniẽt mortuos in resurrectiõe, quin poti⁹ Mortui q

A in Christo sunt.i.qui in Christo iterum quiescũt, Primi resurgẽt,quod poterit Christus facere, Quoniã ipse dñs est:& ipse Descẽdet, In propria persona De cęlo,localiter. Vel, De cælo.i.de occulto. Descẽdet,dico,nõ humilis,vt prius: sed In iussu.i.imperio, id est iubens vt dñs: Et in voce,qua dicet,Surgite mortui. Voce,dico, Archãgeli,scilicet sui ipsi⁹ archangeli,vel angelorũ, quæ faciet resurgere mortuos:de qua voce addit, Et in tuba, Tuba nanq; erit magna vox angelorũ quæ dicit tubę, qa manifesta erit: vel ideo in tuba dicit descẽdere,quia manifeste veniet. Vnde, Videbit omnis caro salutare dei. Vel ideo ait, In tuba,quia quasi ad bellũ veniet sicut tuba in bellis sonat,quia tũc inimicos debellabit: & sicut tuba in festis sonat,sic amicos ad solennitaẽ æternę glorię inuitabit. Vox ergo illa erit quasi tubę suos excitans, & malos terrens: quæ tuba erit Dei,id est Christi. Vel, Dei,erit, quia ei de⁹ dabit efficaciã. Dico qd mortui resurgent primi, Deinde nos qui viuim⁹, & Qui relinquimur.i.illi qui de nobis viui erũt,& residui Antichristo. Rapiemur ab angelis, Simul cũ illis,qui nos præcesserũt ad requiẽ, In nubib⁹, quia nubes suscipiẽt eos, vel nos vt Christũ in ascensiõe nubes suscepit. Vñ ali⁹ interpres dicit, Rapiemur baiulis nubibus.rapiemur,dico, Obuiã Christo in aera,in ipso aũt raptu mors erit eorũ & resurrectio. Vt quasi aĩa p soporẽ egressa de corpore, eidẽ in momento reddat. Videt tñ apls q̃tũ ad verba ptinet, asserere quosdã in fine seculi aduenĩete Chro cũ futura est resurrectio mortuorũ,nõ esse morituros sed viuos reptos ĩ immortalitatẽ repẽte mutãdos: sed vellem in his verbis poti⁹ audire doctiores. Quęri.n.solet vtrũ illi quos viuos ĩueniet xps nũq̃ oĩno morituri sint: an ipso tẽporis pũcto quo rapiẽt obuiã Chro ad ĩmortalitatẽ mira celeritate sint trãsituri. Nõ.n. dicendũ est fieri nõ posse vt super aera in sublime portent in illo spatio, & moriantur & reuiuiscãt. Ad hũc aũt sensum quo ęstimemus illos quos hic viuos inuenturus est dñs in ipso paruo spatio, & passuros mortem, & accepturos immortalitatẽ, Apostolus nos vrgere videtur, vbi dicit, In Christo oẽs viuificabimur. Et alibi, Quod seminas nõ viuificatur,nisi prius moriatur. Cur autem nobis tã incredibile videatur multitudinem corporum in

Aimo

Ambrosi.

B

Aimo

Ambrosi.

August.

C

Augu.de ciui.dei.

Idẽ ĩ eod

aere quodãmodo seruate, atq; ibi protinus immortaliter, D
& incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus in ictu oculi futurã resurrectionẽ, & in membra sine fine victura tanta subtilitate, tanq̃ inextimabili velocitate rediturum antiquissimorum cadauerum puluerem? Nec ab illa sententia illos arbitramur futuros immunes qua dictum est, Terra es, & in terram ibis. i. in hoc ibis amissa vita, quod eras ante q̃ sumeres vitã. Hoc eris exaĩatus, q^d eras añq̃ esses aĩat^9. Nos ergo electi, Rapiemur obuiã Christo in

Augu. de ciui. dei.

aera. & sic. i. ĩmortales facti, Semp cũ dño erim^9. Q2.n. ait. Et sic semp cũ dño erim^9, non ita accipiẽdũ est, q̃si in aere nos dixerit cum domino semper mãsuros, quia nec ipse ibi manebit, sed ita, Et sic. i. habentes corpora sempiterna. Semper erimus cum dño, vbicunq; cum illo fuerimus. Habẽt aũt omnes animæ cum de seculo exierint E

An. super Ioannem

diuersas receptiones, habent gaudium bonæ, tormẽta malæ: sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudiũ ampli^9 erit, & malorũ tormẽta grauiora, qñ cum corpore torquebuntur. Itaq;, &c. q. d. quia omnes resurgemus & cum Christo erimus. Itaq; cõsolamini de morte amicorum, Inuicem, alter alterum, In verbis istis, tãtę spei. Pereat contristatio, vbi est tanta consolatio. Detergatur

Nota.

luctus ex animo, fides expellat dolorem. In tanta spe non decet esse triste templum dei, ibi habitat bon^9 cõsolator, ibi qui nõ fallit promissor. Quid enim mortuũ diu plangimus? inquies: quia mors amara est, sed per illam transiuit & dominus. Consolemur ergo nos sed dices, Potest non cõdolere cor humanum, defuncto charissimo? Imo F
melius cum dolet, sanatur cor humanum, quam non dolendo fit inhumanum. Maria enim dominum quærebat, & mortuum fratrem dolebat.

CAPVT V

DE temporibus autem & momentis: fratres nõ indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligẽter scitis, quia dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Cũ.n dixerint, pax, & securitas, tũc repẽtin^9 eis supuenier interit^9, sicut dolor invtero habẽtis, & nõ effugiẽt. Vos aũt fratres nõ estis in tenebris, vt vos dies ille tãq̃ fur cõp̃hẽdat. Oẽs, n. vos filii lucis estis, & filii diei.

A Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cęteri, sed vigilemus & sobrii simus. Qui.n. dormiũt, nocte dormiũt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt Nos autem qui diei sumus, sobrii simus induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis, quoniam nõ posuit nos deus in iram, sed in acquisitionẽ salutis p dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis.] De temporibus autẽ. q.d. de resurrectione indiguistis vt scriberem vobis sed De temporibus. i. aduentus dñi. i. an æstate, vel hyeme: an die vel nocte. & de Momentis. s. qua hora diei vel noctis vẽturus sit Christ⁹. Non indigetis, o Fratres, vt Scribam B vobis, quia nihil scriberẽ, nisi quod scitis. s. clam vẽturum & hoc est quod ait, Vos Eñi ipsi diligenter, iniquirendo scripturas, Scitis quia dies dñi. i. tempus aduẽtus dñi, qđ dicitur dies, nõ pro tẽpore diei, sed qđia tũc oĩa apta erũt. & dicit Dñi, quia hic est dies hominũ pro libitu suo agẽtium, sed tunc erit dei in virtute iudicantis Dies, inquã, ille ita improuisus Veniet, malis, tũc, qđ etiã in obitu cuiusque fit, Sicut fur, venit: non dico die, sed In nocte, cum latentius venit, & hoies dormiunt: tunc omnia surripit, vt qui diuitem se putabat dormiens, euigilãs nihil inueniat. Ita multi bene securi, nihil boni se habere tunc inueniẽt: propter hoc cœpit agere de tẽporibus vt moneret cauere sibi ne ita deprehendantur. Nõ ergo post quantũ tẽporis hoc futurũ sit sed quõ futurũ sit, op⁹ est scire: vt curant C filii lucis esse, & parato corde & vigilare, qui volunt ab illa hora sicut a nocturno fure conprehendi. Nam si ad cauẽdum hoc malũ. i. ne hora dñi tanquã fur inueniat imparatum, opus esset nosse tẽporũ spatia, non diceret apostolus non esse opus vt hoc scriberet, sed hoc potius scribendum esse iudicaret. Nũc autẽ nõ illis esse opus mõstrauit, quibus sufficiebat vt scirent imparatis atque dormientibus horam dñi sicut furẽ esse venturã, atque hoc sciendo vigilarent. Cũ eñi. q.d. vere sicut fur veniet, quia incaut⁹ veniet, & hoc est qđ ait, Cũ eñi. Carnales nõ arescẽtes præ timore & expectatiõe, sed madescẽtes prę libidine, Dixerint, pax est, nobis, tunc in p̃senti. Et securitas, de futuro:

Aimo.

Augu. in episto. ad Isichium

August.

Tunc repentinus eis superueniet interit⁹.i.subitanea per- D
ditio diei iudicii. Nam sicut in verbis prophetæ Danielis
inuenitur, regnabit Antichristus & ministri eius trib⁹ an
nis & dimidio, & interficient ab illo Helias & Enoch, si
cut in Apocalypsi habetur, tūc erit talis tribulatio, qualis
ante non fuit, nec post erit: & postea interficietur Anti-
christus a Michaele, & maxima pars suorum. Post mor-
tem vero Antichristi, quadraginta dies concedentur bo-
nis ad pœnitentiā qui titubauerunt in persecutione illa.
Ministri autē Antichristi gaudebunt illis diebus ducētes
vxores, & cōuiuia celebrātes. & ioca diuersi generis exer
centes ac dicentes, licet princeps noster mortu⁹ sit. modo
habemus pacē & securiatē: & cum talia dixerint, superue
niet eis interitus ita grauis & subditus, Sicut, est Dolor
mulieris, vel mulieri Habentis, vel habenti, In vtero, q̄ B
tamen euadit: sed illi non effugiēt pœnā æternam. Vos
autem. q.d. illis erit improuidus dies dn̄i, sed vobis nō, qa
Ambrosi. Aimo. Vos, o Fratres non ēstis in tenebris, ignorantiæ & infide
litatis, Vt vos dies illa tanquā fur cōprehendat, ad mor-
tem æternā. Et vere nō estis in tenebris, Omnes eñ vos
estis filii lucis. i. fidei: Et filii dei, id est virtutū. Fides ē lux
quę facit diē. i. habitū virtutū: contra tenebrę sunt infide-
litatis: nox, est habitus vitiorum. Vnde subdit, Et nō e-
stis, filii Noctis neq; tenebrarū. Hoc addidit, Ne quis pu
tet partim posse esse diei, & partim noctis. Nemo. n. duo-
Ambrosi. bus dominis seruire potest. Igitur non dormiamus, &c.
Cōmonet ne securi de nomine saluatoris negligenter a-
gamus. Ideoq; tribus nos propugnaculis. i. fidei, & spei, &
charitatis munit. q.d. & quando non sumus filii mortis. F
Igitur non dormiamus. i. in præsentibus torpeamus, Si-
cut cæteri, carnalibus deditι: Sed vigilemus & sobrii si-
mus. i. vigilet mens nostra attēdens hęc caduca. & sobrie
eis vtamur: non quasi bonis nostris, sed ad sustentationē
datis. Qui, n. q.d. vere nos qui nō sum⁹ filii noctis, nō de
bem⁹ dormire: qa illi Qui dormiūt, carnis torpore, No
cte. i. per noctē, Dormiūt. i, vitia & pctā sua traxerūt eos
ad hoc, vt obliti vitę æternę in istis qescant: Et qui ebrii
sunt, his tēporib⁹ immoderate vtēdo, Nocte ebrii sunt. i.
ex nocte vitiorū hæc habēt, illi per noctē hęc habēt. Nos
aūt q diei sum⁹. i. virtutib⁹ lucētes: nō solū vigilemus, sed

A Sobrii simus, moderate his vtentes, & ad pugnam cõtra hostes parati. Per hoc simus sobrii, quia Sumus induti loricam fidei & charitatis, & galeã spem salutis. Recte loricę fidẽ comparat & charitatẽ, & galeæ spẽ. Sicut em̃ lorica munit vitalia, ita fides & charitas vos muniunt cõtra appetitum terrenorũ. Si em̃ attendimus qđ Christus pro nobis passus est, & resurrexit, & nobis vitam parauit, qui sunt quasi coherẽtes hami fidei, si & charitati insistim⁹, nunquã mentes nostras vincet temporalis appetitus: sed etiã spes æternæ salutis ad superna tendens vt galea mẽtem obuoluit, nõ lędetur temporali appetitu. Quoniam nõ. q.d. vere per spẽ veniem⁹ ad salutẽ, Quoniã nõ posuit nos de⁹ in iram, sed in acquisitionẽ salutis. i. non posuit nos deus in fide & spe, vt habeamus irã. i. pœnã ęter-
B nam, sed vt acquiramus salutẽ bene operãdo. Non em̃ otiosis dabit̃ sal⁹. & hoc Per dominũ nostrũ Iesum Christum, sine quo, nec spes, nec salus, nec aliud nos iuuaret. Qui, Christus Mortu⁹ est p nobis, vt si dormiamus. i. si mortui fuerimus, Siue vigilemus, in carne viuam⁹, Simul cum illo. i. ad similitudinẽ eius iuncti viuamus. Propter quod. i. quia hęc spes est nobis. Cõsolamini, vos in hac miseria Inuicem, alii alios de morte suorum dolentes, Et ædificate, nescientes, Alterutrum. s. alius alium, Sicut & facitis, vt non minus post quam modo faciatis. Aimo.

[Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate pro-
C pter opus illorum, & pacem habete cum eis. Rogamus autẽ vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte nequis malumpro malo alicui reddat, sed semper quod bonnm est, sectamini in inuicem, & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim volũtas dei in CHRISTO IESV in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos.]

Rogamus autẽ. Hucusq; cõmuniter ad oẽs locut⁹ est, nunc ad subditos specialiter, moraliter eos instruens de honorificẽtia prelatis exhibẽda. q.d. omnes hoc facite qđ

dixi. Vos autẽ, minores Fratres, & si subditi sitis, Ro- D
gamus vt noueritis. i. ostendatis vos nosse Eos qui labo-
Aimo. rant inter vos. i. in regimine vestro & doctrina, Et præ-
sunt vobis, dignitate. & hoc In domino. i. ordinatiõe do
mini, Et, sui officii debito, Monent vos, vt pares ad re-
cta ita noueritis eos: Vt habeatis illos in charitate abun
danti⁹ cæteris, Vult vt ex charitate honorent presbyteros
necessaria eis ministrãdo, & reuerentiã dignitati exhiben
Ambrosi⁹ do. Quid. n. prodest honorẽ sine fructu habere? Sicut di-
Nota. uitię negligentiã pariunt salutis, ita egestas dum saturari
quęrit, a iustitia declinat. Ideo in alia epistola pcipit prę
byteros duplici honore esse honorãdos, Et, si quandoq;
grauiter increpant, vel puniũt, Habete pacem cum eis
ppter opus illorũ. i. scientes op⁹ illorũ hoc exigere qd fa-
ciunt. Rogamus. Hic ammonet prælatos vt subiectorũ E
improbitatem & impatientiã patienter ferant, dum in a-
liquo cõtra eos murmurant. q. d. hæc minores debent ma
ioribus facere. Vos autẽ, prælatos & maiores tamẽ Fra
tres rogam⁹, hoc Inqetos. i. curiosos, & girouagos, Cor
ripite, a quo qui cessat ne perdat quod illi dare solebant,
mercenarius est Et cõsolamini pusillanimes, contra ad-
uersa, vel desperantes pro peccatis. Et infirmos: in fide
Suscipite, vt medici ad saluandũ, & si in hoc officio ali-
quid vobis infertur, Patientes estote ad omnes, & nõ so
lum patiamini, sed etiã Videte ne quis malũ p malo ali-
cui reddat, q. d. nec bonũ pro malo subtrahatis, vt negli-
Augu. de gatis corripere. Tunc enim malũ pro malo reddit, si cor
cor. & ripiendus non corripitur, sed praua dissimulatione negli F
gra. gitur: Sed semper. s. in prosperis & in aduersis, Secta-
mini quod bonũ est. i. vtile, Sectamini, dico, Inter vos
inuicẽ & in oẽs, etiã non credentes: & nõ modo patiami
ni, sed etiam Semper gaudete, quicquid fiat vobis. Vn-
de alibi, In tribulatione gaudẽtes. vel hoc ad omnes ge
neraliter dicit, Semper gaudete, spe. & Sine intermissio
ne, certarum horarum Orate, etiam pro persequentib⁹.
Vel, Sine intermissioue orate. i. semper iuste viuite, & ę-
Aimo. terna desiderate. Iustus em̃ nunquã desinit orare, nisi de-
An. in ps. finat iustus esse. Sẽper orat q semp bene agit, Ipsum em̃
xxxviii. desiderium bonũ, oratio est: & si cõtinuũ est desiderium,
continua est & oratio. & In omnibu⁹, etiã in aduersis

A Gratias agite, deo, Hæc enim, omnia facere, Est voluntas dei. i. placet. deo. Voluntas, dico, Ostensa in Chisto Iesu, quia hoc docuit deus per Christū. Vel In Christo est, ostensa, hęc Volūtas dei, quia hæc fuerūt in Christo Iesu In quo nihil displicuit per Iesum Christum. Non tantum hic est ostensum, sed etiā factū, In oībus vobis. s. maioribus & minoribus, & qa volūtas dei est facere hæc, omnia ideo vos maiores qui per spiritū sanctū habetis donū intelligētię. Nolite extinguere spiritū. i. donū abscondere spiritus. quo merito & vos illud perderetis. Huic sensui concordat alia litera. s. Gratiam nolite celare, & vos subditi Nolite spernere, illorū Prophetias. Ecce quid dixit spiritum. Vel, Spiritū nolite extinguere. i. sicut spirit⁹ sanct⁹ ad horā quid reuelat, nolite prohibere loqui quod sentit.

B Quia deus qui os asinę aperuit, reuelat sępe minori quod melius est. Vel, Spiritū sanctū nolite extinguere. i. malis operibus a vobis excludere. Non hoc ideo dicit, quod spūs sanctus q vnius substātiæ est cū patre & filio extingui possit, sed quantum in ipsis est, extinctores eius merito vocantur qui sic agunt vt extinctum velint. Spiritum ergo sanctū qui datus est nobis, non quantū in se est, sed in nobis extinguimus, dum peccando a nobis fugamus. & Prophetias nolite spernere. i. siquis dicta prophetarum explanat, & ad ædificationē prędicat, nolite eum despicere, neq3 cōtennere, non tñ omnia indiscrete recipiatis: Sed probate. i. ratione discutite Omnia, probanda, sed certa eñ non egēt discussione, & Quod bonum est. i. quod bonum esse inuenitur. Tenete & abstinete vos ab omni specie mala. i.

Ambrosi.
Aimo.
Augusti.
Augus. ad bonif.

Aimo.

C ab omni re quæ speciē mali prætēdit, vt a praua expositione. q. d. siquis speciē mali prætēdit, & si non sit malum, nolite præcipitāter agere, Solet enim spiritus mundi fallaciter dicere bona, & inter hęc subinducere praua, vt per hæc quæ bona sunt, accipiantur & mala, ideo monet omnia probare, & quicquid sobrie & bene dictum fuerit retinere.] Ipse autē deus pacis sanctificet vos p omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine quærela in aduentu dñi nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui vocauit vos q etiā faciet. Fratres orate p nobis. Salutate fratres oēs in osculo sācto. Adiuro vos p dominū vt legatur epła hæc oībus sanctis fratrib⁹. Gra dñi nři Iesu Christi

Ambrosi.

vobiscum, Amen.] Ipse autē. q. d. ego prælatos & subdi- D
tos ita moneo, Ipse autē de⁹, dator Pacis. q. d. qui potest
Aimo. inquietudinē remouere, Sanctificet vos p omnia, quæ do
cui, ita. s. Vt spirit⁹ vester, de quo alibi, Renouamini spiri
tu mentis vestræ, q. s. est mens, quę seruit legi dei. Seruet
integer. i. ratio vestra Seruetur integra, nō cōsentiēdo car
ni. & hoc vsq; In aduētum dñi nostri Iesu Christi. i. vsq;
Ambrosi. ad finē vitę vestræ. Et anima. i. sensualitas seruet integra
seruiendo rationi. Et corpus, seruetur Sine querela, vt. s.
nihil agatis eius ministerio, vnde aliqs conqueratur. Hæc
tria, deo posuit, vt totus hō sit perfectus. Aliqñ. n. inquina
tur anima per cogitationē malā, & est mundū totū corp⁹
Aug. i lib. de perfec. ideoq; spiritū in homine mundū dicit esse debere. si autē
mala vita vel cogitatio intercedat. non erit integer spirit⁹
Et nota quod ait, Sine querela. non sine peccato. Aliud E
est em̄ esse sine peccato, quod de solo in hac vita vnigeni-
to dictū est, Aliud esse sine querela, quod de multis iustis e-
tiā in hac vita dici potuit, qa est qdā modus bonæ vitæ, de
quo etiā in ista conuersatione iusta querela esse non possit
Quis. n. queritꝰ iuste de homine q nemini malum vult, &
qbus fideliter cōsulit nec cōtra cuiusquā iniurias tenet li-
Au. i ser. symboli. bidinem vindicandi Vt veraciter dicat, Dimitte nobis, si
cut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Et tñ eo ipso quod
hic dicit, sine peccato se nō esse, declarat. In multis em̄ of-
fendimus omnes. Itē, nota quod tria posuit quibus homo
Aimo, constat. i. spiritum animā, & corp⁹. s. illud quo intelligim⁹
& illud quo viuim⁹, & illud quo visibiles & contractabiles
sumus quę rursus duo dicuntur, quia sępe anima cum spi-
ritu nominatur. Vel spiritu. ponitꝰ hic pro donis spiritusſ. F
Et est sensus, Ista sanctificet vos, Vt spiritus vester sit in
teger. i. vt gratia spiritusſancti quę data est vobis in baptis
Ambrosi. mo, Seruet, integra & incorrupta, ne vestro vitio & im-
mūditia corrumpatur, vel minuatur. vel fugetur. Nam a-
git homo quę odit spiritus sanctus, recedit ab eo eius gra-
tia penitus, vel minuitur. Et anima seruetur, munda, Et
corpus sine querela vsq; in aduentum domini nostri Iesu
Christi fidelis. q. d. oro vt sanctificet & sanctificatos ser-
uet, nec inde dubitandum est, quia deus est Fidelis. i. ver⁹
in promissis, Qui vocauit vos, ad vitā: Qui etiam faciet,
in vobis. i. perficiet opus gratię implendo promissa. Fra-

A tres orare p nobis. Salutate, ex nostra parte Fratres omnes in osculo sancto, non simulato, sed Sancto, quod est signum dilectionis. Salutate, dico, & epistolā ostendite. & inde Adiuro vos per dominum. s. Vt legatur epistola hęc omnibus fratribus sanctis. i. in baptismate sanctificatis. Vel, Sanctis. i. perfectis, vt inde proficiant, & vt in bonis operibus proficiatis. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit Vobiscum, Amen.

Argumētum in epistolam ad Thessalonicenses secundā.

AD Thessalonicenses secundam scribit epistolam apostolus, & notum facit eis de temporibus nouissimis, & de aduersarii deiectione. Scribit hāc epistolam ab B Athenis per Titum diaconem & Onesimum acolythum.

CAPVT I.



PAVLVS, & Syluan⁹, & Timothæus, ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo, gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo, gratias agere debemus semp deo pro vobis fratres ita vt dignū est, quoniā supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusq; C vestrum in inuicē, ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patiētia vestra, & fide, & in operibus, & persecutionibus vestris, & tribulationib⁹ quas sustinetis in exemplum iusti iudicii dei, vt digne habeamini in regno dei pro quo & patimini, si tamen iustū est apud deum retribuere retributionem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatione domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dātis vindictā his qui non nouerunt deum, & q non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi, Qui pœnas dabunt in interitu ęternas a facie domini, & a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis tuis, & admirabilis fieri in omnibus qui credi-

derũt qa creditũ est testimoniũ nostrũ supvos i die illo. In D
quo etiã oram⁹ semp pro vobisvt digneť vosvocatione sua
deus, & impleat omnẽ voluntatẽ bonitatis suæ, & opus fi-
dei in virtute, vt clarificetur nomen dñi nostri Iesu Chri-
sti in vobis, & vos in illo, secundum gratiam dei nostri &
domini Iesu Christi.]

PAVLVS & Syluanus, &c. Hanc epistolã itẽ scribit
Ambrosi. apostolus Thessalonicẽsib⁹. Orta enim apud Gręcos
grauiori tribulatione item monet eos ad patientiã, osten-
dens iustũ dei iudiciũ vt boni gloriam cõsequantur, & ma
li pœnã. Et quia in prima epistola quædam dixit de aduẽ
tu domini, de resurrectione mortuorum, vnde putabatur
diesdomini instare, nunc aliã scribit epistolã in qua idem
significat licet obscure, Nec enim aperte potest de abolitio
Aimo. ne Romani regni, & de antichristi apparentia & damna- E
tione, & de quorundã fratrũ inquietudine. Scribit etiã nõ
instare diẽ dñi, sicut occasione prioris epistolæ videbatur.
cum enim Thessalonicenses priorẽ epistolã legendo per-
uenissent ad illũ locũ, vbi dicit apostolus, Mortui in Chri
sto in aduentu eius resurgent primi. Deinde nos qui viui-
mus, qui resuscitati sumus, simul rapiemur cum illis, con-
turbati sunt nimiumq; perterriti, putantes vicinũ esse diẽ
dñi, & timentes ne damnarẽtur cum diabolo, eo quod tar
de ad fidem venientes imperfecti essent. Ideoq; hoc com
perto scripsit eis non imminere diem iudicii suo tempore
ne apostolus in hoc mentitus per omnia reprobaretur, vel
ne diabolus hoc expectãtib⁹ aliqua fraude illuderet. Cor-
rigit etiam asperius inquietos. Et est intentio apostoli in
hac epistola bonos & quietos ad patientiam monere, & F
inquietos corrigere, & quæ obscure in præcedenti epistola
dixerat hic aliquatenus aperire. Modus talis, Primũ salu-
tat, deinde gratias agit de bonis eorũ, postea monet ad pa
tiẽtiã & ad cõstãtiã. Inde asserit qđ aduẽtum Christi an-
tichrist⁹ pueniet, & aliqua aduentus Christi signa licet ob-
scura denuntiat, agẽs de abolitione Romani regni, & de
interfectione antichristi, circa finem vero vt curiosos, atq;
ociosos corripiãt obsecrat. Præmittit autẽ salutationẽ, di-
cẽs, Paul⁹, & Syl. & Timot. Isti tres sũt quorũ noĩe scribi
Ambrosi. tur hęc & prima epl'a, scribũt Eccl'e Thessalonicẽsium,
existẽti In deo patre nostro & domino Iesu Christo. Et

A ante alia salutat more solito, Gratia, sit Vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. hęc supra exposita sunt. Gratias, hic agit gratias deo de bonis eorũ, ne forte de tanto bono eorum quod ex deo habebant, extollerentur, tanquã a seipsis habẽtes. q. d. quod tenetis tenete, quia bonũ est de quo debemus semp gratias agere deo, & nunquã soluere possumus vt dignũ est. & hoc est quod ait, Fratres, semp debem⁹ pro vobis gratias agere deo, a quo hęc bona sunt, nõ a vobis. Agere, dico, ita Vt dignũ est, quia pro magis bonis magnę gratiæ agẽdæ sunt. Inde debem⁹ gratias agere deo, Q̃m fides vestra supercrescit. i. super hoc quod olim fuit crescit magis ac magis, non decrescit in tribulationibus. Et charitas vniuscuiusq; vestrũ abundat in vos Inuicẽ, vt. s. & q diligitur diligat alios, & mu- Augusti. de gra. & li. ar.

B tuis obsequiis charitatẽ ostẽdat. Crescit, dico, & Ita. i. intãtum crescit, Vt nosipsi, apostoli q non de paruo gloriamur, In. i. de Vobis gloriemur in ecclesiis dei, quibus de vobis damus exẽplũ. Videte ne sitis exẽpla defectus. De vobis gloriemur, dico, & maxime Pro patiẽtia vestra & fide, seruata In oĩbus psecutionibus, quæ sunt de loco ad locũ, Et tribulationibus. i. tormentis. Quas, tribulationes & persecutiones Sustinetis in exẽplũ iusti iudicii dei. i. q̃ tribulationes ostẽdunt, quid in iudicio futuro patientibus & inferẽtibus sit dandum. Si eñ tam seuere punit de⁹ peccata in pœnitentibus, quid faciet icuratis? Ideo dicit pręssuras iustorum exẽplum esse iusti iudicii dei, vt intelligat quod non parcet impiis tanquã sarmẽtis præcisis ad combustionem, qui non parcit iustis propter perficiendã pur-

C gationẽ. Vñ Petrus ait, Si initium a nobis, quis finis erit eis qui non credẽt? Et si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebũt? Sustinetis, dico, ideo Vt digni habeamini. i. inter alios gloriosi In regno dei. i æterna beatitudine, vel in ecclesia præsenti quam hic regit. & ideo dicit regnum dei, Pro quo. s. vt digni sitis, non solũ operamini bona, sed etiã Patimini, mala. Iusti iudicii, dico, Si tñ iustũ est, &c. quod cõstat esse. Non. n. ponitur hic, Si tamẽ p dubitatione, sed pro affirmatione. q. d. quoniã iustum est. Vñ alius interpres ait, Siquidẽ iustũ est. q. d. bene dico iusti iudicii, Siquidem iustum est apud deũ. i. in simplici & pura natura iustitię dei. hoc. s. Retribuere tribulationẽ, his Au. cõtra Faust. Aimo. Ambrosi.

qui vos tribulāt: & vobis qui tribulamini cū nobis requiē D
.i.æqualē nobis. Quid enim iusti⁹ quā vt q in seculo bonos deprimūt, & persecutionib⁹ affligūt, in futuro patiātur eadē quæ faciūt? Illi aūt sint in requie, qui magnā tribulationē passi sunt pro regno ęterno? Vel ita, Quas sustinetis, & agit de iudicio præsenti, quo sinit de⁹ malos affligere bonos & prosperari: bonos vero facit aduersa pati .q.d. gloriamur pro patiētia tribulationū quas sustinetis In exemplū iusti iudicii dei.i. ideo gloriamur, q a sustinetis ita vt sitis exemplū & documentū aliis, quod iuste iudicat de⁹ dū suos permittit affligi, & malos psperari. Vidēt eñ vos ex malis in meli⁹ proficere, illos & psperis deteriores esse: & ita estis eis exemplū ne fatigent dū corripiunt a deo q flagellat o.f.quē re. apud quē est iustū
Ambrosi. vt incipiat a domo ei⁹ iudiciū. Vnde Petr⁹ ait, Tēpus est E
vt incipiat iudiciū a domo dei, vt digni habeamini in regno dei pro quo & patimini. hoc nō mutatur. Si tamen, q.d. iusti iudicii, dico, quod & respectu pręsentium videri potest, dū boni meliores, mali deteriores efficiūtur: tamē hac conditione, dico, iusti iudicii. Si tamen iustum est apud deū retribuere tribulationem his qui vos tribulāt, & vobis qui tribulamini requiem nobiscū. q.d. iustum apparet iudiciū quo in pręsenti iudicat deus, si attendatur iudicium futurū: vbi manifeste oībus patet iustitia dei, dū reddet singulis secundū merita, per quod & præsentia iusta esse probantur finaliter. s. si iustū est dari his pœnā, vobis requiem. Si quis eñ finem hunc attendit, nō iniustū dicit esse bonos purgari, malos sordescere, sicut vtriq; ex vita F
sua meruere. Simile huic dicit Dauid, Existimabā vt cog. hoc, labor est ante me do. in. in. s. d. & in. in. no. e. sed tamē ex præsentibus videri potest. Vnde subdit. Veruntamen propter dolos pa. e. de. e. dū al. In reuelatiōe. Hic incipit ostendere quā horribilis tribulatio illis, & quā iocūda requies istis futura sit. q.d. iustum est illis dare pœnā, vobis requiem: qd vtiq; fiet, In reuelatione. i. in manifestatione
Aimo Domini Iesu, venientis De cælo, ad iudiciū Cum angelis virtutis eius, id est quorū ministerio virtus dei apparebit, dum bonos eligent, malos foras mittent: & tunc gloria his, & terror illis erit. Domini Iesu, dico, venientis, In flamma ignis, non quod sit flāma circundat⁹, sed


A per effectũ: quia inimicos exuret. Vel ideo dicit, In flãma ignis, quia ignis, quia ignis in mundo qui pręcedet eũ tantũ ſpatiũ aeris occupans, quantum occupauit aqua in diluuio: qui ardebit terram & craſſitudinē eius, & purgabit electos. Domini Ieſu dico, Dantis. i. inferentis vindictam, His qui non nouerunt deum. i. qui fidem non receperunt, vt pagani: & his Qui nõ obediunt euangelio: cui eſſet obediendum, quia Eſt domini noſtri Ieſu Chriſti. i. his qui non exequuntur quæ receperunt, vt hęretici, & falſi chriſtiani. Alii eñ ſunt qui neſciũt legem, alii qui ſciũt. Deinde aggrauat pœnas eorũ, ſubdens, Qui, vtriq; .ſ. ſcientes & neſciẽtes. Dabunt pœnas. i. ſuſtinebũt. Dare. n. ponitur aliquando pro ſuſtinere, ita & hoc, & congrue. Qui. n. patitur dat ei quē offendit pœnas quaſi gra- Aimo.

B tas. Dabunt pœnas, dico, nõ corporis & aĩæ diſſolutione terminales, Sed æternas in interitu, quia ſemper ſentiẽt pœnas, nõ tamen penitus deficient, ipſi dico tũc remoti, A facie dñi & a gloria virtutis eius, ne. ſ. videāt eũ & gloriã: quã. ſ. virt⁹ ſua dabit ſanctis. Et hæc p̄dicta fient, Cũ venerit Chriſt⁹ gloriari in ſanctis ſuis, ita. n. eos glorificabit quod glorioſus in eis apparabit. Ecce quę eſt gloria ſanctorum. Et, cũ venerit admirabilis. Fieri in omnibus, etiã minorib⁹ Qui crediderũt, etſi tempus operãdi nõ habuerunt. Ipſe enim clarus & mirabilis videbitur in credẽtib⁹: ſeuer⁹ aũt apparebit in incredulos, cũ eos pœnis ęternis coarctabit. Et eſt horũ verborũ breuis ſenſus. Veniet punire malos, & glorificare bonos, quia Credi- Ambro.

C tũ. q. d. ideo vobis tribulatis dabit reqē nobiſcũ, quia Teſtimoniũ noſtrũ in die. i. de die illo reuelationis dñi Creditũ eſt. i. quicquid dixim⁹ credidiſtis de illo die iudicii, & gloria bonorũ, & pœna malorũ. Vel, Teſtimoniũ noſtrũ creditũ in die illo. i. propter illũ diē vt tũc liberemini. Creditũ eſt dico, Super vos, id quãuis ſuper humanũ ſenſum eſſet. Vel creditũ eſt ita, quod erat Super vos. i. vobis dominans, nõ quęrentib⁹ rationē. In quo, etiam ordo verborum talis eſt, In quo, die, Vt dignetur vos vocatiõe ſua deus noſter. i. vt dignos vos iudicet de⁹ quos vocet ad regnum per gratiã. Oramus etiã ſemper pro vobis. Vel ita, In quo, i. pro cuius diei periculo vitando, etiam oramus Semper pro vobis, pro vitãdo eñ periculo illi⁹ diei Aimo

semper est orandum. & oram⁹, Vt dignetur vos vocatio- D
ne sua deus noster, hoc non mutatur. Et, etiã oramus vt
hic interim. Impleat omnem voluntatem bonitatis. i. vt
plene faciat vos velle omne bonum: & impleat in vobis
Opus fidei. i. confessionem quę proprie est op⁹ fidei. Im-
pleat in vobis dico, & hoc In virtute, constantiæ, vt. s. det
cõstantiã, qua habita a cõfessiõe nullo modo flecti possũt
Vel, Opus fidei, est omne bonũ quod fides exigit. Et est,
impleat Opus fidei. i. omnia bona sine quib⁹ fides mor-
tua est. & hoc, In virtute, perseuerãtię, vt. s. det vobis per-
seuerantiã vsq; in finẽ. Ita impleat, Vt clarificetur in vo-
bis, in hac vita, Nomẽ dñi Iesu Christi. celebri fama &
honore: Et vos, in futuro clarificemini In illo, & hoc
non secundũ merita vestra, sed Secundũ gratiã dñi nostri
Iesu Christi. i. plusq̃ digni: vel sicut hõ Christ⁹ clarificat⁹. E

CAPVT II.



Ogamus autem vos fratres per aduentũ do-
mini nostri Iesu Christi, & nostrę congrega-
tionis in ipsũ, vt non cito moueamini a vestro
sensu, neq; terreamini neq; per spiritum neq;
per sermonem, neq; per epistolã tanq̃ per nos
missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vl-
lo modo. Quoniam nisi venerit dissensio primum, & re-
uelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduer-
satur & extollitur supra omne quod dicitur de⁹, aut quod
colitur: ita vt in templo dei sedeat, ostẽdẽs se tanq̃ sit de⁹.
Nõ retinetis q̃ cũ adhuc essẽ apđ vos, hęc dicebã vobis.]

Rogamus aũt vos, Hucusq; dixit se pro eis gratias age-
re & orare: hic determinat de die iudici, obsecrãs eos ne F
leuiter & facile de aduentu domini quasi imminenti opi-
nionẽ recipiãt, vel terreãtur. q. d. non solũ pro vobis ora-
mus, sed etiã Rogamus vos, o Fratres per aduentũ dñi
nostri Iesu Christi, ad iudicium. i. si vultis vt vobis prosit
aduentus Christi venturus: Et per aduentũ nostræ con-
gregationis. s. omnium sanctorũ, id est si vultis esse in no-
stra cõgregatione. Congregationis dico, venturæ vel ten-
dentis In idipsum, id est ad Christum, vt ad corpus con-
gregẽtur aquilæ. Vel, In idipsum. i. in identitatẽ, vt men-
te & corpore vniamur qui modo in diuersum tendimus.
Quid rogam⁹? Vt non cito moueamini a vestro sensu.

A id est a puro intellectu.q.d.nec parum etiã titubetis si enĩ moueamini cito est q̃a nihil vobis infertur quod diu duret,quia temp⁹ prope est.Neq; terreamini.q.d.pro vicino periculo.i.quasi instet dies domini. Nõ terreamini dico, Neq; per spiritum, malignum.s. si malign⁹ spiritus quasi angelus lucis apparens in visione, hoc vobis persuadeat: Vel siquis dicat se per spiritum sanctum reuelantem hoc cognouisse quod dies iudicii immineat, nolite credere, neq; terreamini, Per sermonem,alicui⁹ pseudo apostoli qui hoc exponat de scripturis. Neq; per epistolã tanquã per nos missam.i.sub nomine meo missam. Solent enim tergiuersatores , vt fallant, sub nomine alicuius clari viri epistolam fingere,vt authoritas nominis possit commendare quod per seipsum recipi non posset.Quid per singu B lat Nequis vos seducat vllo modo, alio, etiã a prædictis terrefaciẽs vos,quasi Instet dies dñi. Nõ quin velit illos esse paratos vt habeant succinctos lumbos,& lucernas ardentes in manibus , expectantes quando reuertatur dominus a nuptiis. In quoenim quemq; inuenerit suus nouissimus dies:in hoc.n. comprehendet mũdi nouissimus dies:quia qualis in die isto quisq; moritur,talis in die illo iudicabitur.& ideo vigilare debet oĩs Christian⁹ne imparatum eum inueniat dñi aduent⁹. Imparatum autem inueniet dies ille, quem imparatũ inueniet vitæ huius dies vltimus.& ideo nõ ait,ne terreamini,vel seducemini:sed addit,Quasi instet dies domini, hoc dicit,ne ipsa perturbatione dum incauti inuenirentur curant ad orandũ diabolũ : qui hęc ideo agebat, vt sub Christi noĩe apparens, C faceret se adorari.quod vt non possit facere impudentissimus Satanas, tempus & signa aduentus dñi Apostolus rescribit,quia non prius veniet domin⁹ q̃ regni Romani defectio fiat,& appareat Antichristus.Et hoc est qđ subdit,Quoniam vbi.q.d.quidam volunt vos seducere quasi instet dies domini,sed non instat dies domini . Quoniã non veniet dominus ad iudicium, Nisi primum venerit discessio.i. nisi prius gens a Romano discebat imperio: non quod statim post veniat dominus. Occulte loquiť de destructione Romani imperii , ne forte si aperte hoc diceret,incitaret eos ad persecutionem ecclesiæ. Vel hoc dicit de spirituali imperio Romanæ ecclesię.Vel de disces-

Aimo

Ambrosi.

Augu.ad Hesichiũ

Ambrosi

August.

Aimo.

ſione a fide. Et eſt ſenſus, Nō veniet dominus ad iudiciū D niſi prius venerit diſceſſio eccleſiarum a ſpirituali obedientia Romanæ eccleſiæ, vel hominum a fide. Quidam codices habent. Niſi venerit refuga primum, quod nulli dubium eſt de Antichriſto eum dixiſſe quem refugam vocat vtiq; a domino deo. Si enim hoc de omnibus impiis merito dici poteſt, quāto magis de iſto, quem etiam deſcribēs ſubdit, Et, niſi Reuelatus, id eſt manifeſtatus, Fuerit, cuiꝰ ſpes iā præcedit Homo, non deus totus, Peccati ſeruus author, & fons, id eſt Antichriſtus qui eſt Filius perditionis, id eſt diaboli qui perdit homines, per quem perditio venit in mundum, cuius filius dicitur Antichriſtus: non per naturam ſed per imitationē. Vel, Filius perditionis dicitur, quia ipſe perdendus eſt, & alios perdens. Qui aduerſatur, Chriſto & membris eius. Vnde Antichriſtus dicitur, & Extollitur. i. effert ſe, Super omne quod dicitur deus, vel falſa opinione, vt dii gētiū: vel beneficii gratia, vt ſancti. Aut quod colit, vt deꝰ trinitas. extollitur dico: ita, Vt ſedeat in templo dei. i. in eccleſia. Vel, In templo a Romanis deſtructo, quod Iudæi tunc reædificabūt. Naſcet quidē Antichriſtꝰ in Babylone de tribu Dan, iuxta quod Iacob ait, Fiat Dan coluber in via, & Ceraſtes in ſemita: & cum venerit Hieroſolymā, circūcidet ſe dicēs Iudæis, ego ſum Chriſtꝰ promiſſus, tūc cōfluent ad eū oēs Iudæi, & reædificabūt tēplū a Romanis deſtructū, ſedebitq; ibi dicēs ſe eſſe deū. Vel ita, Nōnulli nō ipſum principem tantum, ſed vniuerſum corpus eius. i. ad eum pertinentem hominū multitudinem ſimul cum ipſo principe ſuo, hoc loco intelligi volunt: rectiuſq; dici putant, ſicut & in Græco eſt non in templo, Sed in templum dei ſedeat. i. quaſi ipſe cum ſuis ſit templum dei qā eſt eccleſia: ſicut dicit ſedet in amicū. i. vt amicꝰ. Sedeat dico, Oſtendens ſe tanq̄, ipſe, Sit deꝰ. Nā ſicut in Chriſto oīs plenitudo diuinitatis habitauit: ita in Antichriſto plenitudo malitiæ & omnis iniquitas habitabit, quia in ipſo erit caput omnium malorum, ſcilicet diabolꝰ, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. [Et nūc quid detineat ſcitis vt reuelet in ſuo tēpore. Nā myſteriū iam operatur iniqtatis, tm̄ vt q̄ tenet nūc teneat, donec de medio fiat.] E F

Augu. de ciui. dei. Aimo

Nōne, &c. q. d. ita debetis credere vt ſcribo vobis, quia

A olim vobis idem dixi: & hoc est quod dicit sub interrogatione, Nonne retinetis? quod hęc eadem q̃ nũc vobis in epistola scribo, Cũ adhuc essem apud vos, p̃senti sermone, Dicebã vobis, de aduentu Antichristi, & de die iudicii. Et quid.q.d. hæc retinetis, Et etiã, quid nunc detineat, Antichristũ.i. quid sit in mora eius, quę sit causa dilationis eius, quare nondũ veniat, Scitis, scilicet quia nondũ est discessio. Detineat, dico, ita tamen Vt reuele-t̃ .i. vt manifest⁹ fiat In tempore suo, id est sibi cõgruo, & a deo disposito.s. postq̃ facta fuerit discessio, & ideo recte ait, suo tepore. Completa enim accessione ad Romanum imperium, & ad Romanæ ecclesiæ obedientiam aderit discessio ab vtro q̧ imperio, qua impleta aderit iniquus.i. Antichrist⁹. Similiter impleto tempore misericordię, quo Aimo. Berenga.

B plenitudo gentiũ intrat ad fidẽ, reuelabitur discessio a fide qñ refrigescet charitas multorũ abũdabit iniqtas & tũc veniet Antichrs, & sic instabit dies dñi. Nã mysteriũ.q.d. vere reuelabit̃ in suo tpe, qa iã in nõ suo Mysteriũ iniquitatis.i. secreta iniquitas Operatur.i. mali & ficti q sunt in ecclesia, q.d. iã in ipsis initiis accessionis inuenit̃ iniqtas: sed mystica.i. pietatis nomine palliata, vt velint haberi ministri Christi, cũ sint pseudo. Vel ita. Vere reuelabit̃ Nam, diabol⁹ iam operatur Mysteriũ iniquitatis. Mysteriũ gręce latine dicitur occultũ & secretũ. Mysteriũ ergo iniquitatis appellat interfectionẽ sanctorũ & persecutionem, quã inferebat Nero & princeps eius fidelibus Christi quorũ iam factũ quasi Antichristi videbat̃. quod ideo appellat̃ mysteriũ, quia iam tũc diabol⁹ occulte per August. Aimo. Augusti.

C Neronẽ & alios operatur occidẽdo martyres, sicut tunc aperte operatur⁹ est per Antichristũ interficiẽdo Heliam & Enoch aliosq̧ plurimos. Istud mysteriũ iniquitatis cœptum est a Nerone, qui instigãte patre suo diabolo, zelo idolorũ interfecit Apostolos, Et sunt Nero & alii vmbra futuri.s. Antichri, sicut Abel & Dauid fuerũt figura Chri Ambrosi.

Tantũ vt q tenet &c. Quia illos scire dixit qd detineat, aperte non exponit: & ideo nos qui nescimus quod illi sciebant peruenire cum labore ad id quod senserat Apostolus, cupimus nec valem⁹ pręsertim, quia & illa quę addidit hunc sensum faciunt, obscuriorem Quid enim est? Iam mysteriũ operatur iniquitatis tm̃, vt q tenet nũc te- Augu.de ciuitate dei.

neat,donec de medio fiat. Ego prorsus q̄d dixerit me fa- D
teor ignorare, suspiciones tamē hominū quas legere vel
audire potui nō tacebo. Quidā suspicātur hoc de imperio
dictū fuisse Romano, & ideo apostolū nō id aperte scri-
bere voluisse ne calumniā.s.incurreret ꝙ Romano impe
rio male optauerit, cū speraretur æternū: vt hoc quod di-
xit, iam.n.mysteriū operatꝰ iniqtatis, Neronē voluit intel
ligi, cuiꝰ iā facta velut Antichristi videbātur. Vnde nōnul
li ipsum resurrecturū & futurū antichristū suspicāt. Alii
vero nec occisum putāt, sed potius subtractū, vt putaretur
occisus, & viuū occultari, in vigore ipsiꝰ ætatis in qua fuit
cū crederet extinctꝰ, donec tēpore suo reuelet & restituat
in regnū. Sed multū mira mihi est hæc opinantiū tanta
p̄sumptio. Illud tamen quod ait, Vt qui tenet, &c. nō ab-
surde de Romano imperio credit dictū donec tolat. vt sit E
sensus, Tantū hoc restat anteq̄ reuelet iniquus ille, Vt
qui tenet nūc Romanū imperiū Teneat.i. qui modo im-
perat imperet. Donec de medio fiat.i. de medio mundi
tollat illa potestas, quia oēs vndiq; Romā quasi ad caput
cōfluebāt. Vel ita, Tātum, hoc restat, Vt, qui tenet nūc,
fidē, Teneat, donec, ipsa, De me. fiat.i. donec ipsa refri
gescat. Vel ita, Tantū, hoc restat, Vt qui nūc tenet, id de-
tinet illum.s. accessio ad fidē Teneat.i. detineat donec de
medio fiat.i. donec ipla tollatur de medio. Vel ita, Tā-
tum, hoc restat, Vt qui tenet nūc.i. detinet illū.s. iniqui-
tas quę nūc occulta est, Teneat.i. detineat. Donec, iniq-
tas q̄ modo est mystica Fiat de medio.i. aliquid de com-
munibus, vt nō erubescat homo adulterari, furari, & alia F
huiusmodi facere: sicut nec ambulare nec loqui. Vel ita,
Augu. de ciui dei. Quidam putant hoc esse dictū de malis & fictis qui sunt
in ecclesia tandiu donec perueniāt ad tantum numerum
qui de Antichristo magnum faciant populum, & hoc di-
ctum esse mysterium iniquitatis, quia videtur occultum,
& de hoc dictum esse, Quid detineat scitis, & cæte. ait,
Vt qui tenet non teneat. Dicunt Apostolum hortari fide-
les vt in fide quam tenent tenaciter perseuerent, donec
exeat de medio ecclesię mysterium iniquitatis, quod nūc
occultum est, Et est sensus, Tātum hoc superest agendū
Vt qui tenet nunc, fidem, Teneat.i. firmiter in ea perse-
ueret: Donec myst. inqtatis. De medio fiat.i. donec q mo

A do in ecclesia ficti sunt ab eadem manifeste recedant. de qualibus Iesus ait, De nobis exierunt, sed ex nobis non erant. Siut ergo ante fidē exierunt multi hęretici de medio ecclesiæ: ita nunc aperte inde exibūt oēs qui non ad Christum, sed ad illum Antichristū nouissimū pertinebūt. Vel ita, Tantum, hoc restat, Vt qui tenet nunc. i. detinet illum. s. discessio q̄ nondū facta est. Teneat. i. detineat, donec ipsa discessio Fiat de medio. i. manifeste appareat.

[Et nunc reuelabitur ille iniquus, quem domin⁹ Iesus interficiet spiritu oris sui & destruet illustratione aduent⁹ sui, eum cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodigiis mendacib⁹ & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt: eo ꝙ charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Ideo B mittet illis deus operationem erroris vt credant mendacia, vt iudicentur oēs qui nō crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis fratres dilecti a deo: ꝙ elegerit vos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide veritatis, in qua & vocauit vos per euāgelium nostrū in acquisitione gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaq; fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostrā. Ipse autem dominus noster Iesus Christus & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonā in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.]

Et tunc. s. iam reuelata discessione a deo vero, & refri- C gerata multorū charitate, ex abundantia iniquitatis quasi parata sibi sede, Reuelabitur. i. manifestabitur, Ille iniquus. s. Antichristus qui nec modo nec tunc est timendus quia sequitur. Quem dn̄s Ies⁹ interficiet spiritu oris sui. i. virtute spiritus sancti qui dicitur spiritus oris sui q̄a ab eo procedit. Vel, Inter. e. sp. o. s. i. pręcepto & virtute. s. potētia iussionis suę, siue per se occideret eū siue per Michaelem. Aimo. Occidetur autem vt doctores tradunt in monte Oliueti in papilione, & in solio suo in illo loco cōtra quē dominus ascendit ad cęlos. illo autem interfecto non statim veniet Christus, sed vt ex libro Danielis intelligitur, concedentur electis ad pœnitentiam dies. xlv. quātum domi-

nus post futurus sit penitus ignoratur. Et quomodo tene D
bræ solis fugantur præsentia: ita & dominus, Destruet,
eum, scilicet Antichristum cum omnib9 membris suis di-
cens, Ite maledicti in ignem æternum. Destruet dico, Il
Aimo. lustratione aduentus sui.i. in claro aduentu suo. Cuius,
Antichristi aduentus est, Secundum operationẽ Satanę.
Quia diabolo instigãte & cooperante q illũ possidebit to
tum faciet, non tamen sine sensu vt phrænetici qui culpã
non habẽt de malis: ita si vexaretur a diabolo tanq̃ phræ
neticus non ei imputaretur quicquid ageret. Et illi9 aduẽ
tus erit in omni virtute humanæ potestatis & diuitiarum
Et signis, minorib9, Et prodigiis maiorib9, Sed mẽ
dacibus. Quia p magicã artẽ nõ verã faciet illa, & p phã-
tasiam deludet homines, sicut Simon Magus delusit illũ
qui putans eũ occidere arietem decollauit pro eo. Et ideo E
etiam mendacia dicitur, quia mẽdacia confirmant .s. illũ
esse deũ. Ambigi ergo solet vtrum vel ideo dicta sint mẽ-
Augu.de ciui.dei. dacia quia non vera vt videntur sed phantastica erunt.i.
quia mortales sensus per phantasmata decepturus est: vt
quod non facit facere videatur. Vel ideo, qa & si vera sint
Augusti. dei permissione, ad mendacium trahent. Tunc enim sol
uetur Satanas, & per illũ Antichrist9 in omni sua virtute
mirabiliter quidem sed mẽdaciter operabitur. Et, erit ad
uentus illius In omni seductione iniquitatis his qui per-
eunt, quia minis, blanditiis, & omnibus aliis modis sedu-
cet eos qui perditioni dediti sunt. Eo.i. ideo, Quod nõ
receperunt charitatem veritatis.i. Christi, in quo implen-
tur promissa omnia.i. ideo quia nõ receperunt Christum F
qui charitatem omnibus ostendit, & veritatem impleuit
Non receperunt charitatem dico, Vt salui fierent.i. qua
Aimo. saluarentur recepta. Et ideo.i. quia non receperunt veri
August. tatem, Mittet illis deus.i. permittet venire ad eos. Ope-
ratiõem erroris.i. eum qui est ipsa malitia, quia est pater
omnis malitiæ & iniquitatis, Vt credant mẽdacio.s. qd
Antichristus sit deus, Vt omnes qui non crediderũt veri-
tati.i. Christo qui vere deus est, Sed consenserunt iniq-
tati, Antichristi tandem aperte, Iudicentur, qui interim
occulte iudicantur: Vnde ait, Mittet illis deus &c. Quia
deus diabolũ ista facere permittit, iusto ipse iudicio, quan
uis faciat ille iniquo & maligno consilio: proinde iudica

A ti seducentur,& seducti iudicabuntur: sed iudicati iudicio dei oculte iusto & iuste occulto, seducentur. Seducti autẽ iudicabũtur nouissimo manifestoq; iudicio per Christũ iustissime iudicaturũ & iustissime iudicatũ, Nos aũt.q.d. De illis ita fiet. vos aũt venietis ad salutẽ, qa recepistis veritatẽ. Vnde gratias agimus deo. Et hoc est quod ait, Nos autem fratres dilecti a deo debemus agere gratias deo sẽper pro vobis, eo Quod, ab æterno, Deus elegit nos,& vos, Primitias, fidei, vt.s. non in periculoso tempore vltimo, sed in primitiua ecclesia crederemus in Christũ atq; fidem confiteremur. Elegit dico. In salutem ęternã. Vel, Elegit nos, apostolus, Primitias, omniũ credẽtium, quia apostoli primum crediderunt. & hoc, In salutẽ omniũ gẽtium. Nos & vos dico positos, In sanctificatione spiritus Occultũ iudiciũ qd merito vni⁹ peccati cadit in aliud. Aimo.

B sancti, quia spiritus sanctus in baptismo sanctificat. Et in fide veritatis.i. Christi. per quid autem ad fidem venerint, subdit dicens, In quã, fidẽ: sicut gratis elegit nos ab æterno: ita Et, gratis, Vocauit nos auersos, Per euangelium nostrũ. Vocauit dico, In acquisitionẽ dñi nostri Iesu Christi.i. vt per fidem acquiratis gloriã quam habet Christus. Vel, In acquisitionẽ dñi nostri Iesu Christi.i. vt sitis acquisitio in qua Christus glorificetur Itaq; .q.d. quia hęc bona sunt nobis, & non instat dies dñi, Itaq; fratres state, immobiles in fide. Et vt stetis, Tenete traditiones quas, a nobis Didicistis, vsq; ad intellectũ. Siue per sermonem pręsentem, siue per epistolã nostrã. Ipse autem.q.d. Ego moneo vos. Sed ipse deus noster Ies⁹ Christus & deus pater, eius & Noster, qui dicitur deus,

C potentia qua creator est vniuersorum: & pater, affectu.i. dulcedine charitatis, Qui dilexit nos dando filium suũ pro nobis. Vnde subdit, Et dedit consolationem æternã id est Christum qui est consolatio nobis contra miseriam huius seculi,& in futuro. Vel, Dedit consolationem ęternam, promittendo regnũ cælorum. Et dedit spem bonã, scilicet quod de isto exilio ad patriam veniemus. & hoc. In gratia, id est per gratiam, quam dedit, speramus. Vel hęc omnia dedit nõ merito nostro, sed In gratia, sua. Ipse inquam qui iam tot fecit, Exhortetur corda vestra. id est voluntates, Et affirmet, contra impugnatores, in omni opere bono & sermone bono.

CAPVT III. D


E cætero fratres orate pro nobis vt sermo dei currat & clarificeť sicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hominib⁹. Non enim omnium est fides. Fidelis autem domin⁹ est qui confirmabit vos & custodiet a malo. Confidimus autem de vobis fratres in domino quoniã quæcunq; prę cipimus & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat cor da vestra in charitate dei & patientia Christi. Denunciamus autẽ vobis fratres in noĩe dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis Ipsi enim scitis quẽadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatiõe do cte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerim⁹ potestatem, sed vt nosmetipsos for mam daremus vobis ad imitandũ nos. Nam & cum essemus apud vos hoc denunciabam⁹, vobis quoniam si quis non vult operari, nec manducet, Audiuimus em̃ inter vos quosdã ambulãtes ĩquiete, nihil operãtes, sed curiose agẽtes. His autẽ qui eiusmodi sunt denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, vt cũ silẽtio operantes, suũ panem menducent. Vos autẽ fratres nolite deficere bene facientes. Quod si quis nõ obedierit verbo nostro per epistolã, hunc notate, & nõ cõmisceamini cũ illo vt confundatur. Et nolite quasi inimicũ existimare, sed corripite vt fratrem. Ipse autẽ deus pacis det vobis pacẽ sempiternam in omni loco. Dominus sit cũ omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, qđ est signũ in omni epistola. Ita scribo. Gr̃a dñi nostri Iesu Christi cũ oĩbus vobis. Amẽ.] E F

De cætero, o, fratres orate pro nobis, vt sermo dei. i. euangeliũ qđ dedit de⁹ nobis, vel qđ de deo agit, Currat, sine impedimento ad omnes gentes vt multi velociter cõ uertantur, Et clarificeť. i. clarus & intelligibilis fiat hominibus, Currat dico, Sicut & apud vos, cucurrit. Orandum esse hortatur vt dignetur deus doctrinã suam infatigibili cursu dirigere & transfundere per ora apostolorũ in aures adientiũ, & ab auribus in corda vt compesceret & sedaret seditiones malorũ hoim. Vñ subdit, Et vt libe

Ambrosi.

Aimo.

A remur ab hominibus.s.a pseudo ne nos seducāt, vel nobis insidias tendant: Importunis,i, improbis in disputādo. Et malis,quia falsa pdicāt. Vel, Vt liberemur ab importunis hominibus,id est infidelib⁹ qui resistunt verbo veritatis,nec stant in portu quietis. Et malis, scilicet qui persequunť fideles. Ideo dico liberamur, Enim.i.quia Nō omniũ est fides.i.nōdũ acceperũt oēs fidē p me q acceptu ri sunt. Vel ita,Vere īportuni sunt & mali. Non,n,omniũ illorũ est. Fides.i.omnes importuni nō habent fidē, qa eo rum nullus fidē habet,sed est error quod tenent,sed vos q habetis fidē confirmabit deus,Vñ subdit, Fidelis autem. Vel ita,Nō.n.q.d.Ideo hortor vos orare vt sermo dei cur rat & clarificeť qa Nec etiāvobisorātib⁹,Oīm ē fides,i,nō oēs sũt credituri, sed tm̃ pordinati in vitā æternā prædesti B nati in adoptionē filiorũ.Ideo autē deus p orationes credētiũ,nondũ credētes credere facit,vt ostēdat quia ipse facit,Nemo est em̃ tā imperitus,tam ingenio tardus, qui nō videat deũ quod rogari se præcipit,vt faciat. Et sciendum quia posse habere fidem sicut posse habere charitatem natura est hominũ,habere autē fidē sicut charitatē gratia est fideliũ,sed cũ voluntas credendi aliis præparatur a deo, discernendũ est quid veniat de misericordia eius, & quid de iudicio,Vniuersæ viæ dicunť m.&.v. Inuestigabilesigi tur sunt,& misericordia,qua gratis liberat,& veritas,qua iuste iudicat. Fidelis autem.q.d.Orate vt liberemur. De⁹ autē qui fidelis est.i.verus in promissis,Confirmabitvos, ne importuni decipiant.Et a malo custodiet vos. Confidi C mus autem.q.d.Hæc omnia vobis diximus non puto fru stra. Sed cōfidim⁹ de vobis,o,fratres in dño,q in vobis operabitur. Quoniā quęcunq; pręcipimus,vobis, Facitis & facietis. Vt aũt hoc sit, Dominus dirigat corda vestra.i.voluntates.i.si quid,torpitudinis in vobis est,auferat Volũtates dico dirigat,vt existant In charitate dei.s.quā deus dat,vel vt deum diligatis. Et patiētia Christi.s. vt patientes sitis sicut & Christus fuit. Denunciamus autē. Incipit hic de curiosis & ociosis monens bonos vt eos corripiant.q.d.quod præcipimus facietis,sed q noluerit facere,excōmuniceť. Et hoc est quod dicit,Denunciamus autem vobis,o fratres in nomine domini nostri Iesu Chisti i.per Iesu Christi authoritatem præcipimus, vel in hono

Augus.ad vitalem.

Aug.i lib. sentē. pro speri.

re Christi, quia honor Christi est si morbida ouis exclu- D
ditur. Vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinate. i. non cõmunicetis eis qui ambulant inordinate. i. aliter q̃ ordo naturę exigit. Et, ambulante Non secundum traditionem quam acceperunt a vobis. i. non secundum doctrinã qua tradidimus eis. Ipsi enim. q.d, Ideo debetis vos subtrahere, quia Vos ipsi scitis quemadmodum. i. in quibus Oporteat imitari nos, & cũ illi hæc nõ faciant, debetis vitare eos. Et vere oportet imitari nos, qa boni sumus: quod ita ait, Quoniam nõ inquieti fuimus Inter vos, neq; gratis. i. sine labore proprio, Manducauimus panem, sumptũ, Ab aliquo. Vel ita, Ipsi enim scitis q.d. Vere non ambulãt secundũ traditionẽ nostrã. Ipsi enim scitis quemadmodũ oporteat imitari nos. i. quõ me habui in quo imitand⁹ sum, quod in illis non videtis. q.d. E
non est vt exponam vobis eam traditionẽ, quia eam scitis scilicet. Quoniam. i. quod Non inquietus fui inter vos vt illi qui aliena negocia curãt vagãtes hac & illac. Nec gratis panem mand sumptũ, Ab aliquo: sed fuimus In labore, contra gratis. Et fatigatione. q.d. ille labor fuit vsq; ad fatigationem, Nos dico, Nocte & die operantes, contra hoc quod supradixit ab aliquo. Operantes dico, Ne quem vestrum grauaremus, & ne quis diceret eum ideo nõ accepisse, quia nõ haberet potestatẽ, subdit, Nõ, ideo non accepimus, Quasi non habuim⁹ potestatem accipiendi, cum isti multomagis debent viuere de labore suo qui non habẽt hanc potestatem. Nõ ideo inquam nõ accepimus, Sed, ideo, Vt daremus nosmetipsos formã F
vobis ad imitandũ nos, id est vt imitaremini nos, & otiũ dimitteretis. Ecce pro alia causa hic, quam apud Corinthios abstinuit. Hic enim pro exẽplo dando abstinuit, ibi pro repellendis pseudo. Et notandum quia non solũ verbis docebat, sed hortabaẽ & factis. Idonei enim magistri est ea quę verbis docet operibus implere. Et si eñ manifesta vera esse non ignorentur quę docentur, tamen si negligi cœperint a magistro, nõ facile proficiẽt audiẽtibus. Magis eñ opera suadẽt q̃ verba: ideoq; magis pconiis remunerandi sunt q̃ negligentib⁹ magistris de solis verbis proficiũt, Apostol⁹ ergo forma erat his q̃ tenues erãt substantia in plebe, vt discerent libertatẽ suam non amittere.

A Vñ& Salomõ, Raro, inquit, inferes pedẽ ad amicũ tuum ne satiatus tui oderit te. Qui.n. frequenter ad alienam mẽ sam conuenerit ocio deditus, aduletur necesse est pascenti se, cũ religio nostra ad libertatem homines aduocet. vñ subdit, Nã &c, q.d. Operabar inter vos ad exemplum ve strum. Et vere, sic enim faciendum docebam. Et hoc est quod ait, Nam & cum essemus apud vos, hęc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari non manducet. Dicũt quidã de operibus spiritualibus hoc Apostolũ præceptisse. Alioquin si de corporali opere hoc diceret in quo vel agricolæ vel opifices laborant, videretur sentire aduersus dominũ q in euangelio ait, Nolite solliciti esse quid manducetis, sed superflue conãtur & sibi & cæteris caliginem obducere, vt quod vtiliter charitas monet, Augu. de ope.mo.

B non solum facere nolint, sed nec intelligere, cum multis aliis locis epistolarum suarum quid hinc sentiat Apostolus apertissime doceat. Vult enim seruos dei corporaliter operari, vnde viuant, vt non compellantur egestate necessaria petere, nec est contra illud quod prædictum est, Nolite solliciti esse quid mand. Non enim hoc ideo dictũ est vt ista non procurent quãtum necessitati sat est. Vnde honeste potuerint, sed vt non ista intueantur, & non propter ista faciant quicquid in euangelii pręconio facere iubent. Audiuimus enim, Hic ostenditur ratio, cur laboris sui mẽtionem fecerit. q.d. hoc ideo ꝑcipio, quia Audiuimus eñi inter vos quosdã ambulantes inquiete, nihil operantes, sed de alienis, Curiose agentes hoc modo merentur pasci, quod factũ abhorrret disciplina dominica. Eorũ eñi Ambrosi.

C deus venter est qui fœda cura necessaria sibi prouident. Augusti.
His autem qui eiusmoni sunt denunciamus, & obsecramꝰ in dño Iesu Christo, vt cũ silentio.s. non rumorosi Operãtes manducẽt panem suum.i. proprii laboris, ne autẽ hac occasione ministrare cessarent pauperibus, addidit, Vos autem fratres nolite deficere benefacientes pauperibus, quia & si operentur, possunt tamen nõnullis indigere, & ideo monet ne illi qui habebãt vnde seruis dei necassarir ꝑberẽt, hac occasione pigrescerent. Non, n, in reprehẽsianẽ venit q humanus est in largiendo sed hic qui cũ possit laborem ferre ociose vult vitam agere. Quod si quis. q.d. Pręcipimus vt operenť &c. Quod, i, sed: Siquis nõ obedie

A PAVLVS &c, Hanc epistolã scribit apostolus Timo Hierony.
theo. Timothe⁹ aũt iste fuit fili⁹ mulieris fidelis, patre
Gẽtili pcreat⁹, & cũ nõ esset circũcisus, & esset ipse Gẽtilis
huic dabãt bonũ testimoniũ fratres qui erant Lystris & Io
conii. Hunc voluit Paulus proficisci secum, & ideo circun Aimo.
cidit propter Iudæos qui erant in illis locis, Eratq; erudi- Ambros.
tus tã diuinis scripturis q̃ liberalibus artibus. Hunc aposto-
lus creauit episcopum, & ideo eum cõmonet vt sollicitus
sit ĩ ecclesiastica ordinatione. Timotheo. n. in Asia relicto
episcopo scribit Paulus de episcopali officio. s. quõ pseudo
apostolis resistat, & quõ ecclesiã instruat, quales presbyte-
ros & diacones ordinet, quales viduas honoret, quõ in ec
clesia se habeat, vel quõ eã regat. Et est intentio Apostoli
in hac epistola instruere Timotheũ de episcopalis digni
B tatis officio, Modus talis. Primo salutat eũ, deinde monet,
vt pseudo apostolis resistat, postea instruit de episcopali of
ficio docens quales debeat ordinare presbyteros & diaco-
nes, & quales debeant esse mulieres eorũ, deinde quales vi
duas recipere debeat, postea de modo correctionis ĩstruit
eũ. In fine autẽ monet vt vitet prophanas nouitates, præ-
mittit vero salutationem dicens, Paulus apostolus Chri-
sti Iesu, Nomen dignitatis pręponit, vt hac authoritate Ti
mothæus munitus, resistat pseudo apostolis. Apostolus di-
co, Secudũ imperiũ. i secundũ iussionẽ & voluntatẽ Dei Aimo.
patris Saluatoris nostri & Iesu Christi, & spei nostræ. s.
per quem speramus gloriã. qui ergo Apostolo resistit, im-
perio dei patris qui ĩ saluat, & Christo ex quo est spes glo-
rię, repugnat. Salutem autẽ refert ad patrẽ & spem nostrã
C ad Christũ, ideo quia pater dedit nobis salutẽ p filium suũ
quẽ dignatus est mittere nobis, & p spiritũ sanctũ quẽ no
bis tribuit in baptismo & aliis sacramentis, Per Christum
vero habemus spẽ. i. expectationẽ futurorũ bonorũ, quia
sicut ille resurrexit a mortuis, & ascendit ad cælos, ita per
ipsum speramus resurrectionẽ, & ad gloriam æterne bea-
titudinis ascensionẽ. Paulus, in quã scribit, Timothæo di
lecto filio suo in fide, & ante alia salutat in hunc modum.
Gratia & misericordia & pax, sit tibi. A deo patre &
Christo Iesu domino nostro. Attende quod in hac saluta-
tione tria ponit q̃ ei optat, cũ in aliis tãtũ duo posuerit. Mi
sericordia hic accipit quod in aliis epistolis dicit gratia. I

remissio peccatorũ. Pax est tranquillitas animi & prgliba D
tio ęterne pacis. Hãc cõmuniter omnibus optare solet. gra
tia vero quã hic addit episcopis optat.i. donatio spũs san
Ambros. cti, quo ministri dei armant. Sicut rogaui te. Post saluta
tionẽ prius de pseudo repellendis incipit hic, legem adhuc
tenendã docentibus. q.d. Timothęe ita.s. fac Sicut roga
ui te, quasi cõparẽ, nõ dico pcepi quasi minori, quod facit
Aimo. apostolus propter affectũ charitatis, & vt formã humilita
tis illi ostenderet. Ita ergo & non minus q̃ rogaui facito.
Quid rogaui? Vt remaneres Ephesi, ad ordinãdã ecclesiã.
Ephesus est ciuitas metropolis Asię, Cũ irẽ in Macedoniã
Ideo rogaui te ibi remanere, Vt denunciares quibusdã, di
scretis a catholica fide, tã doctorib⁹ q̃ minoribus Ne do
ctores Aliter docerent, q̃ nos, Neq; subditi, Intenderent
fabulis, Iudæorũ, q dicũt duas mulieres fuisse primo homi E
ni Euã, & alterã ex qua dicũt multos filios esse natos, qđ nũ
quã sacra pagina narrat. Vel fabulas hic dicit doctrinã il
lorũ q legẽ cum gratia prędicant esse necessariã. Quod.n.
dicũt de lege fabula est non res. Ideo episcopus coepisco
Ambros. pum suũ obsecrat, ne pateret Iudęos iudaizantes aliter do
cere populũ q̃ ipse tradiderat, nec subditos, Intẽdere fabu
lis eorũ & genealogiis, qb⁹ narrãt se eẽ de genere Abrahę
& Dauid quasi eis salus debeat. Vel qbus narrant Christũ
non esse de Dauid. Genealogiis, dico, Interminatis, i. q̃ si
August. ne termino sunt, vel prohibitis a deo. Hæreticus quidẽ ini
micus legis & prophetarũ, existimat apostolũ hoc loco di
uina eloquia fabulas appellasse, sicut & alibi, cum ait, pro
phanas & aniles fabulas deuita. Quis ita nisi hęretic⁹ mul F
tũ cæcus erraret? Cur ergo ipse idẽ fecit, si hæc esse aniles
fabulas indicauit? Cur dicit Abraham duos filios habuit,
& alia huiusmodi. Sed melius dicit quod Iudęi pter legiti
mas scripturas habent traditiones suas non scriptas, quas
memoriter tenent, & alter in alterum loquendo transfun
dit, quas deuterosin vocant, vbi dicunt duas vxores deũ pri
mo homini creasse, ex quibus texunt genealogias īfinitas,
parientes infructuosissimas quæstiones. Illas autem dicit
fabulas. i. fictiones & excogitationes, ad quas etiã ptinebãt
August. illa de qb⁹ dñs ait, Irritũ fecistis pceptũ dei, vt traditionẽ
Aimo. vestrã seruetis, vbi arguit Iudæos quod de parẽtibus nõ, ho
norãdis impietatẽ docerent filios suos. Moses aũt dicit, Ho

A nora patrem tuũ,& matrem tuã: Vos aũt dicitis, Si dixerit homo patri vel matri corban, qđ est donũ quodcunq; est ex me tibi profuerit: & vltra nõ dimittitis eũ quicq̃ facere patri suo vel matri, rescindentes verbũ dei per traditionem vestrã, & huiusmodi multa facitis. Vbi euidenter Christ⁹ ostendit, & illam dei esse legẽ quã prophan⁹ iste blasphemat, & Iudæos habere suas traditiões es a libris propheticis & legitimis alienas, quas appellasse apostolũ fabulas prophanas & genealogias interminatas nõ hæreticus sed catholic⁹ lector intelligit. Quæ, fabulę, Magis parãt quæstiones. i. lites: Quã ędificatiunẽ iustitię; Dei. i. nõ ędificãt hoies in iustitia dei, Quæ, ædificatio iustitiæ est, In fide. Finis autem. Vel, Enim. q. d. Vere est in fide ædificatio iustitiæ dei, qa ex fide est spes, & inde est chari-
B tas, quæ est adimpletio legis. Et hoc est quod dicit, Finis eñ &c. Vel ita, Finis aũt. q. d. docent & intendũt fabulis & genealogiis, sed finis & adimpletio legis est charitas. quare nõ est opus aliis. Et hoc est quod dicit, Finis autẽ p̃cepti. i. impletio & consummatio Est charitas. Finis dicitur termin⁹. Finis etiã dicitur cõsumptio. Finis quoq; dicitur impletio & cõsummatio. Aliter. n. dicit, finit panis, aliter finitur tunica, aliter finit hic vel ibi ager: finit panis manducãdo, finit tunica texẽdo, & ibi sonat finis & illic: sed panis finitur vt cõsummatur, & tunica vt cõsummet: panis finitur vt nõ sit, tunica & pfecta sit. Sic ergo charitas est finis, id est perfectio præcepti, id est præceptorum omnium, quorum impletio est dilectio, & ea geminata est, scilicet dei & proximi. Totam enim magnitudinem Aimo
C & amplitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet charitas, qua deum proximumq; diligimus, quę radix est omnium bonorum. Vnde in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ, Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonũ euoluere, omnia scripturarũ secreta penetrare, tene charitatẽ vbi pendent omnia, quia finis omniũ est dilectio Dei & proximi, nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermissum est, Cũ enim præcurrat dilectio Dei, & sequatur dilectio proximi, de dilectiõe tua nihil dictum videtur. Sed cum dictũ est, Dilige proximũ tuũ sicut teipsum, simul & tui abs te dilectio prætermissa

Augu. de doct. chr.

non est. Ille aũt sancte & iuste viuit qui ordinatam habet dilectionẽ, ne aut diligat quod nõ est diligendũ: aut nõ diligat quod est diligendũ: aut æque diligat quod minus vel amplius diligẽdum est, aut minus vel amplius diligat q͂d æque diligendum est. Omnis homo inquantum peccator est, nõ est diligendus: inquantum vero homo est, diligendus propter deum est. Deusvero propter seipsum, & deũ q̃sq; amplius debet diligere q̃ seipsum. Itẽamplı⁹ alı⁹ homo diligendus est quam corpus nostrũ, quia propter deũ omnia ista diligenda sunt: sed cum omnibus prodesse nõ possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Omnium igitur hęc summa est, vt intelligatur legis & omnium diuinarum scripturarũ plenitudo, esse dilectio rei qua fruendum est, & rei quæ nobiscũ ea re frui potest. i. dei & proximi. Præcipitur em̃ de⁹ diligi & proximus. vt aũt quisq; se diligat alio speciali pręcepto nõ est opus. Charitas ista amor dei & proximi est. Amor huius seculi cupiditas dicitur, minuitur cupiditas charitate crescente. Cupiditas ergo refrenetur, charitas excitetur. Quia charitas est finis præcepti. i. ad charitatem refertur omne p̃ceptũ, quod vero timore pœnę vel aliqua intentione carnali fit, vt nõ referatur ad charitatẽ, nõdũ fit queadmodũ fieri oportet, quanuis fieri videatur. Tunc ergo & pręcepta & cõsilia recte fiunt, cum referuntur ad diligendum deum, & proximum propter deum. De corde, &c. Hic diffinit charitatẽ & nõ alibi, vt nec vbiq; nec nusquã diffinita sit. q. d. charitas est finis pręcepti. Qualis charitas? procedens De corde puro. i. de puro intellectu, vt nihil nisi deus diligatur. Et, de Conscientia. i. spe, Bona. Cõscientia hic ponitur pro spe. ille enim se ad id quod diligit peruenturũ esse desperat, cui malę cõscientię scrupulus inest. Ille em̃ sperat qui bonã cõscientiã gerit, quẽ vero pungit mala conscientia retrahit se a spe. Addit. Et, de Fide non ficta. i. simulata, in qua. s. quis nõ sibi quælibet fingit, sed catholica. Vel, fide non ficta. i. fictili & fragili, sed contra aduersa forti. [A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores, nõ intelligentes neq; quę loquuntur, neq; de quibus affirmant.

D

Augu. in p̃s. 31.

E

F

Idẽ i eod

A Scimus autē quia bona est lex si quis ea legitime vtatur: scientes hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis,& non subditis,impiis & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorū concubitoribus,plagiariis,mendacib⁹, & periuris,& siquid aliud sanæ doctrinę aduersatur,quę est secundum euāgeliū glorię beati dei quod creditū est mihi. Gratias ago ei qui me cōfortauit in Christo Iesu dño nostro,quia fidelē me existimauit ponēs in ministerio. Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus,sed misericordiam dei consecutus sum,quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit aūt gratia dñi nostri cum fide & dilectione,quę est in Christo Iesu. Fidelis sermo, & omni acceptione dign⁹ ; q̄a Christ⁹ Iesus venit in hūc
B mundū peccatores saluos facere,quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum,vt in me primo ostēderet Chrs Iesus oēm patiētiā ad informationē eorū qui credituri sunt illi in vitā æternā. Regi aūt sclorū immortali inuisibili soli deo honor & glia i scla sclorū.amē]

A quib⁹. Improbat hic aduersarios qui legalia tradebāt dicēs, A quibus.i.fide,spe,& charitate. Quidā aberrātes cōuersi sunt in vaniloquiū,de legalib⁹ putantes ea seruari debere post Christū,nesciētes mysteriū legis,& prophetarū.s. q vsq; ad Christū seruari debēt. Illi.dico, Volentes esse doctores legis,qd deteri⁹ est. Nō intelligentes neq; ea q loquūtur.i. quę affirmāt. Neq;,ea De quib⁹.i. per quæ Affirmāt,vt sint testimonia prophetarū. Vel ecōuerso.s. Nō intelligētes neq; quæ loquūtur, ad proban-
C dū q intendūt. Neq; de quibus ea affirmāt .i. q probare intendūt. Siqñ.n.de praua & falsa opinione sua rephendi & cōuinci cœperint ad defendendū id qd leuissima temeritate & aptissima falsitate dixerūt, de sanctis libris multa verba pronūciāt volentes esse legis doctores,cū tñ non intelligāt q loquunt vel de quibus. Et ne videret legē incusare,addit. Scim⁹ aūt.q.d.illi nō intelligūt: nos Aūt, intelligimus.nā vt hoc in aliquo ostēdatur. Scimus quia lex bona est,Secundū eos vero qui carnaliter tantū intelligunt non est bona,quia bona tantum est, Si quis,iustus vel iniustus, Vtat ea legitime.i.spiritualiter sicut ipsa docet,vt.s.per eam agnoscat morbū,& q̄rat medicū. Legiti- Au. [illegible] Genesim

Ambrosi. me etiam vtitur, qui scit eam ad tempus datā, & sub Christo deseri. nā iustis per remissionē non est op⁹ lege a qua liberi sunt per Christū. Et ne iterū videatur eam inducere subdit inde. Sciētes, etiā Hoc qđ nō illi sciunt. s. Quod iusto nō est lex posita. i. imposita vt supra eum sit, vt ei dominet. In illa. n. est poti⁹, q̄ sub ipsa & cū ipsa, quia amic⁹ iustitiæ est, cui⁹ inimicus est qui pœnæ timore non peccat. Amic⁹ vero qui ei⁹ amore nō peccat, & tunc vero timet peccare. Vel, Nō est lex posita iusto. i. data pro iusto, qa nō ex ea iustus est sed ex fide, & cū iust⁹ sit ex fide, qd ei est necessaria lex? sed ideo data est, vel vt reum puniret, vel peccare volentē coerceret: iustus tamē & si ea nō egeret, vtitur, vt sic esset in authoritate aliis, & futura attestaretur factis. Quomodo autē bona est lex si non iusto est D

Augu. de spi. & lit. posita? Sed sciendum quia iam iustus nō eget pædagogo, sed iniust⁹ vt fiat iustus. & lege legitime vtēdi multiplex est mod⁹, vt scd̄m aliud iust⁹ & scd̄m aliud iniust⁹ recte dicat legitime vti lege. Iniust⁹. n. lege legitime vtit cū intelligēs quare sit data, eius comminatione tanq̄ pędagogo perducitur ad gratiā per quā iustus fiat. Iust⁹ vero etiā ea legitime vtitur, cum eam tenendo imponit iniustis, vt cum in ipsis cœpit inolitę cōcupiscentię morbus incentiuo prohibitionis, & cumulo præuaricationis augeri, confugiant ad iustificantē gratiam, & per eam suauitate iustitię delectati pœnam literæ minantis euadant. ita non sunt cōtraria nec inter se repugnant hęc duo. s. quod lex bona est eaq; legitime vtitur iustus, & tamen iusto posita non est, quia non ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei. Lex non est imposita iusto, dico, Sed iniustis, qui cōtra legē naturę agūt Et nō subditis, deo, cum bene monerētur a ratione. Qui aūt sint iniusti & nō subditi, per partes exponit, dicens. s. Impiis, contra deum, Et peccatoribus, in se, & in proximum. Et sceleratis, quib⁹ scelus per se placet. Et contaminatis, qui vel fauore aliquo, vel timore cōsentiūt. Vel, Peccatorib⁹, in se: Sceleratis & cōtaminatis in proximū: Patricidis & matricidis, quia lex naturæ in his obsoleuerat, literis est reformata eis coercendis: Et homicidis & fornicariis, & masculorum concubitorib⁹, plagiariis, qui plagas cuiuslibet generis inferunt proximis: Mendacib⁹, periuris, & siquid aliud est, quod aduersatur sanæ doctri- E F

A næ.s.morali & legi naturali. Quæ,sana doctrina est nõ cõtra, Sed secundũ euangeliũ. Omnis enim veritas concordat euangelio, Euangelium dico, Gloriæ beati dei.i. quod prædicat vel dat gloriam. Quod,euangeliũ, Creditum est mihi, vt fideli. Gratias ago. Hic ostẽdit mala sibi fuisse in lege:bona vero ea demissa.s ꝙ fidelis est, & positus est in ministerio. vnde fortis est. q. d.creditum est mihi euangelium.Vnde, Gratias ago ei qui me confortauit id est qui mẽtem meam roborauit quæ prius impossibile putabat esse q̃d de domini potestate & gemina natiuitate & resurrectione & spe prædicabatur: sed corroborauit me adeo vt hęc credam,& vt nec mors nec vita separet me a Christo. Confortauit dico, In Christo.

B Iesu domino nostro,inde gratias ago,qa certa pręscientia, Existimauit.i.præuidit, Me fidelem,in ipso, cũ sub lege fuissem infidelis. Ipse dico, Ponens me in ministerio,prædicandi euangelium.Sed vtrum hæc fuerunt mihi per legem?nõ, quia ego sum, Qui prius.s.dum essem sub lege,fui blasphem⁹ in deum, Et persecutor,sanctorum, & Contumeliosus, comprehensis inferens contumeliam, Sed cõsecutus sum misericordiã dei.i.remissionem per,dei misericordiam, nõ per merita mea de eo.s. Quod ignorans feci.i.de pctõ q̃d ignoranter cõmisi. Vel ita vt de causa notetur.q.d. misericordiam consecut⁹ sum eo facilius quia Ignorans feci.Consequuntur misericordiam dei & qui scienter peccant vt Dauid,& qui ignorãter quod facilius ignoscitur,Ego dico degens, In incre- Augu.in Ps.50.

C dulitate,dum sub lege erã.Sub lege enim ignorãtia erat, & ideo incredulitas: modo cõtra.s. fides & cognitio veritatis. Ecce patet quia nõ ex leuitate dimisit priora. Superebundauit autem.q.d. nõ solũ misericordiã remissionis cõsecut⁹ sum,sed fidẽ & dilectionẽ & gratiã diuersorum donorum.Et hoc est quod dicit, Superabũdauit aũt gratia domini nostri Iesu Christi, qua dona diuersa dedit, Cum fide & dilection .i. cũ perfectione fidei & dilectionis.Nõ eñ sine fide & dilectione misericordiã cõsecut⁹ est, quia nulli datur remissio peccatorũ sine fide & dilectione. Superabundauit aũt dicit,quia maiora bona fuerunt q̃ olim mala.Vel ita, Superabũdauit gratia domini nostri Iesu Christi,cũ.i, In fide & dilectione quę

est in Christo Iesu, non in lege. i. quia nō solū peccata dimisit, sed etiā fidē & dilectionē dedit, de quibus nulli est ambiguum, quia Christus Iesus venit in hunc mundū, tā miserū, quasi passibilis cum aliis. Ad quid? Saluos facere pecc. quoscūq;, etiā paruulos, qa etsi a baptizatis nati sunt, carne tamen nati sunt nō spiritu, nō eo qđ renouat. Nulla causa veniēdi fuit Christo domino nisi peccatores saluos facere. tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Si venit de cælo magnus medicus, magn⁹ per totum orbem terræ iacebat ęgrotus. Ipse ęgrotus gen⁹ humanū est, quod totū perierat, ex quo peccauit vn⁹, in quo erat totū: sed venit vnus sine pctō, qui saluos faceret a peccato. Venit enim filius hoīs q̄rere & saluare quod perierat. Venit per quod homo erat. Nā p qđ deus erat semper hic erat, quid dixit, Cęlū & terrā ego impleo. ergo & in mūdo erat & venit. Hic erat per diuinam maiestatē, venit per humanā infirmitatem. Quare venit? peccatores saluos facere, Non eum de cælo ad terrā merita nostra, sed peccata traxerūt. Vnde, Et vocabis nomē eius Iesū. Quare? Audi. Ipse eñ saluabit populū suum. Vnde? a peccatis eorū. Nūquid ad istū populū pertinent paruuli? pertinēt plane. sic credite cum ista fide paruulos ad gratiā Christi portare. Quid mihi dicis? san⁹ est? nō habet vitiū, quare cū illo curris ad medicū, si nō habet vitiū? Si sanus esset nō clamaret Iesus, Sinite paruulos venire ad me, q venit peccatores saluare facere, Et sermo, iste est, Fidelis, i. ver⁹, Et dign⁹ acceptione. i. acceptabilis, q a vtilis est: & nō vna tm̄, Sed omni, qa hic & in futuro saluat corp⁹ & aīam: sed corp⁹ in futuro, aīam hic & in futuro. Vel, Sermo, iste est Human⁹. Alia litera, vt nō dicā diuinus, qa si hō qui hospitio suscipit hoīem human⁹ dicit, quāto magis hūan⁹ est q in seipso suscipit hoīem: & iō sacramēti hui⁹ sermo quāuis sit diuin⁹, recte tamē dicit esse hūanus. Fidelis (inquā) vel hūanus sermo est iste. s. quia Iesus venit in hūc mundū tam miserū. Peccatores saluos facere. Quorum. i. inter quos, Ego, qui in lege fuerā Sum primus, i. maxim⁹, peior enim oībus sum, qa persecutor quo nō erat peior. Nemo eñ acrior inter persecutores: ergo nemo peior inter peccatores. Prim⁹ ergo erat nō ordine tpis, sed magnitudine iniquitatis. Sed ideo miam consé

[Margin: D; Augu. de ver. apo.; E; F; Idē i eod]

A cutus sum vt Iesus ostēderet in me primo.i. maximo peccatore. Vel, Primum.i.maxime ostenderet in me. Vel, Primum.i.ante, Ostenderet in me,quam in aliis persecutoribus. Quid? Omnem.i.perfectā Patientiā,qua sustinuit tantum, & in posterū nullā reseruat iram sicut in piis quos diu patitur. Ostēderet dico, Ad informationē eorum qui credituri sunt illi.i. vt mei exēpli forma præbita,nullus desperet de immanitate sceleris qui credit illi. Quid eñ faciet amico, qui hoc fecit inimico? Credituri sunt dico,tendentes In vitā æternam.i.vt habeant vitam æternam. Regi autē seculorum.q.d. prædicta fecit nobis deus,sed pro prædictis sit honor, a creaturis. Et gloria, in essentia. Cui? Regi sec.i.trinitati, Immortali.i.immutabili, Inuisibili.i.incōprehensibili, Soli deo.i.qui solus Au.cōtra.
B est deus natura,& solus creat,quod de ipsa trinitate intelligitur non de solo patre,vt quidā volunt.quia non ait,soli patri sed soli deo. Vnus enim & solus deus nobis prædicatur,ipsa trinitas & vnigenitus:quippe secundū quod est deus apud deum, & spūs sanctus in sua natura est immortalis & inuisibilis. Et nota quia de solo deo qui est ipsa trinitas,non est dictū soli inuisibili, cum sint etiā quædam creaturę inuisibiles. Sed inuisibili soli deo, quia sūt dii falsi inuisibiles, & ideo dictum est inuisibili deo. Est enim quędā creatura inuisibilis,non tñ deus est nobis: & ideo dictū est, Inuisibili soli deo,vt sit ordo,sit Honor & gloria soli deo in.i. qui solus deus est inuisibilis, nō q solᵘ est inuisibilis, Inuisibilis ab hoībus est deᵘ in natura
C secundum illud, Deum nemo vidit vnq̃:quod de ipsa substantia summa summeq; diuina & incōmutabili vbi pater & filius & spiritus sanctus vnus & solus deus est, per sanam fidē intelligitur, Visiones autem illę patribus exhibitæ per creaturā commutabilē Deo incōmutabili subditam factæ sunt non propriæ sicut est,sed significatiuæ,sicut pro rerum causis & tēporibus oportuit. Videtur eñ deus cū vult & sicut vult non sicut est,sed quali specie vult apparere. In futuro autē videbunt eū sicut est.i. sanctam trinitatē quę est vnus verusq; deus immortalis,inuisibilis in sua substantia, Pater igitur & filius & spiritus sanctus vnus deus est,& rex seculorum omnium.s. pręteritorum pręsentiū & futurorū, homo vero assumptus a verbo ex

Maximinum.

August. de trini.

eo tempore rex est futurorũ ex quo assumptus est a verbo D
nam pręteritorum seculorũ non fuerat rex ille homo qa
non erat. Sit Honor, inquã, Et gloria in secula seculorũ
Amen. [Hoc præceptum cõmendo tibi fili Timo-
thæe secundũ præcedentes in te prophetias, vt milites in
illis bonam militiã habens fidẽ & bonã cõscientiã Quã
quidam repellentes circa fidẽ naufragauerunt, ex quibus
est Hymenęus & Alexander, quos tradidi Satanę vt di-
scant nõ blasphemare.] Hoc pręceptũ, Postq̃ demõ
strauit quę & quanta sint beneficia dei patris & Christi
erga peccatores, quomodo populũ imbuat disciplina ec-
clesiastica ostendit. q. d. quia oĩs salus est a Christo, nõ ex
lege ideo O Timothæe tibi, quasi ituro ad bellum, hoc
Pręceptum cõmendo, quasi non licet tibi dissimulare: cõ-
mendo dico secundũ præcedẽtes In te prophetias. i. secũ E
dum sciẽtiã prophetarũ quę in te fuit anteq̃ ordinat⁹ epi
scopus esses. Vel secundũ qđ spiritus sanctus ostendit mi
hi de te. Quid præcipio? Vt milites, actu. i. in Illis, pro-
phetiis exponendis, & opere implendis, Bonam. i. vtilẽ
multis, Militiã. i. consuetudinẽ docendo te & alios, &
perficiendo opere quod pręadicas ore, qui bene potes face
re. Tu dico, Habens fidẽ, rectã, Et bonã conscientiam,
ne docens erubescat malæ vitę conscius. Erubescibile eñ
est aliud agere, & aliud pręadicare. Quã, conscientiã bo-
nam, Quidã, flagitiis, Repellentes naufragauerunt, a-
lios, & secũ iungentes Circa fidem. s. prope, sed non in-
Aimo.: tra. i. etiam fidẽ perdiderunt. Naufragiũ dicitur nauis fra
ctio. & sicut ille substantiã suã perdit qui naufragiũ patit
& insuper ipse perit: ita qui bonã conscientiã repellunt, B
fidei veritatem perdunt, & insup pereũt æternaliter. Ex
quibus. s. pseudo doctoribus qui fidẽ perdiderũt, est Hy-
menæus & Alexãder, Noĩa propria ponit vt ambiguum
secet. Quos tradidi Satanę. i. vtrunq; excommunicaui,
sic & tu excõmunica. Et nota quod ait tradidi Satanæ, qa
illo ad corruptionẽ hominũ vtebatur illa potestas aposto
lica. Pręuaricatores enim angeli cum principe suo diabolo
recte dicuntur procuratores vel actores diuinę prouiden
tiæ, & diabolus magistratus huius mundi dicitur, sed ma-
gistratus sub tanto imperatore non facit, nisi quantum illi
permittitur: & procuratores actoresq; huius mundi nihil

A facit nisi quantum dominus finit:ideo ait, Tradidi Satanæ vexandos,quia nihil potest Satanas, nisi permissus qui vexat sibi datos. Tantæ autē potestatis erat Apostolus tantamq; gratiā habebat, vt recedentes a fide solo verbo traderet diabolo. Traditio autem hęc est quia cōmotus Apostolus blasphemiis eorum sententiam protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus est vt aduersos adeo accipiat in potestatem, audita sententia corripit eos quod ideo facit Apostolus non vt pereant,sed vt Sic correcti, Discant non blasphemare: & intelligāt se ideo pœnis astringi qui blasphemauerunt. Vnde in euangelio dominus dicit inter cætera, Iam noli peccare ne deterius tibi contingat ostendens causam peccati,aliquando infirmitates inferri corporibus,& quia ministro diabolo fiūt,
B declarauit dn̄s dicens inter multa,Hæc autem cum sit filia Abrahæ quā alligauit Satanas decē & octo annis, nonne oportuit solui a vinculo die sabbati? Ideo Ap̄ls ait,Quos tradidi Satanę vt,p hoc, Discāt nō blasphemare,vt hoc mō excludat a Satana regnū Satanæ. Nulla eñ creatura est, siue q̄ i veritate manet dās gloriā deo,siue q̄ in veritate nō stetit quęrēs gloriā suā,q̄ velit nolit diuinæ prouidētiæ nō seruiat:sed volens,facit cū ea q̄d bonū est:de illa vero que hoc nō vult,fit q̄d iustū est,nec tñ ei rependitur q̄d de ipsa iuste fit,sed quo aīo ipsa facit:quia neq; liberā voluntatem rationali creaturę deus negauit, & tamen potestatem qua iniustos iuste ordinat,sibi retinuit. Augustl.

CAPVT II.

C 

Obsecro igitur primum omniū fieri obsecratiōes,oratiōes,postulatiōes gratiarū actiones pro omnibꝰ hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate cōstituti sunt, vt quietam & tranquillā vitam agamus in omni pietate & castitate.]

Obsecro igitur primum omniū fieri &c. Hactenus egit de pseudo apostolis,hic de orationibus atque Timothæo hæc verba dirigēs in illo omni ecclesiæ formam tradidit, quomodo debeat missarum solennia celebrare, & pro oībus suppli-

care. Quasi dicat, quia Christ⁹ venit saluare peccatores, D
& quia in hoc militare debes, igitur doce orare vt impe-
Ambrosi. tretur quod faciendum est. Et hoc est. quod ait. Obsecro
Augu. igitur. Vel, Exhortor primo omniũ, id est ante omnia,
Fieri obsecrationes, vel precationes, orationes, postula-
tiones, vel interpellationes, gratiarũ actiones. Ordo missę
hic ostendit, quod est speciale gen⁹ oratiõis. Obsecratio-
nes vel precationes sunt oĩa illa quæ fiũt iuxta & ante cõ-
secrationem. i. quicquid præcedit in missarũ solẽniis, vsq;
ad illũ locum vbi incipit sacerdos cõsecrare mysteria cor-
Aimo. poris & sanguinis dñi. Obsecrationes igitur vel præcatio-
Augu. ad nes accipimus quas facimus in celebratione sacramento-
paulinũ. rum, anteq̃, illud quod est in dñi mẽsa incipiat benedici.
Orationes sunt quas fundit sacerdos in ipsa cõsecratio-
ne eucharistiæ. i. cum benedicit & sanctificatur quod est E
Aimo. in domini mensa. Postulationes vel interpellationes sunt
Augusti. cũ populus benedicitur ab episcopo, qui super eũ inuocat
nomẽ dñi: quod tractũ est ex veteri testamẽto. Per Moy-
sen enim dicit dñs sacerdotibus, Inuocabitis nomẽ meũ
super filios Israel, & ego benedicam eis. Vel postulatio-
nes sunt, quãdo quasi debito aliquid postulatur, vt qđ hic
geritur in ęterna vita perficiat. Gratiarũ actio est de per
actis, quæ totũ concludit quasi totum sit a deo, vt benedi-
camus domino. Vel obsecrationes sunt adiurationes pro
rebus difficilibus, vt pro cõuersione impii & pro remouẽ-
dis malis. Orationes sunt, vt quãdo iam cõuersis virtutes
& bona orantur. Gratiarum actiones sunt de oĩbus, Hæc
inquã fieri obsecro Pro oĩbus hominibus, generaliter vt F
sequamur clementiã dei, qua vult. i. cõsulit, & hortatur o-
mnes saluos fieri, & si secundũ iustitiã quosdã reprobat.
Vnde Hieronymus ait, In his qui pereũt ostendit iudiciũ
vt saluatis misericordiã. Vel, Pro omnibus hominib⁹. i.
pro hominibus omnis generis: & specialiter pro Regib⁹,
& si mali sunt. Et, pro Omnibus qui constituti sunt in
sublimitate, vt ducibus & comitibus, & si mali sint, quia
ex omni genere hoĩm colligenda est ecclesia, & de his q
fastu & superbia seculari a fide & humilitate videnť obet
rare. Quare autẽ pro regibus & sublimibus orare velit,
reddit causam subdens. Vt quietatẽ. q. d. ideo pro princi-
pibus, etiam malis volo fieri orationes, quia hoc etiã no-

A bis pderit, ad hoc, Vt agam⁹ vitã quietã, a persecutione, Et trãquillã. i. sine inquietatione aliqua quod prodest teneris in ecclesia. Agamus dico, In omni pietate, i, in cultu & religione diuina, Et castitate, i. in integritate fidei, Ad hoc enim nobis necessaria est pax illorũ, Vtimur & pace Babylonis q̃diu pmixte sunt ambę ciuitates. s. Hierusalẽ & Babylonia, ex qua ita per fidẽ populus dei liberatur vt apud eam interim peregrinetur. Ideo apostolus admonuit ecclesiam orare pro regibus & omnibus sublimibus eodem spiritu sancto afflatus, quo & Hieremias qui misit epistolã Iudæis q erant in Babylone vt orarent provita regis Nabugodonosor filiorumq; eius, & pro pace ciuitatis, inquiens, quia in pace illorum erit pax vestra. Hoc autem figurate significabat ecclesiam in omnibus sanctis ei⁹ qui B sunt ciues cælestis Hierusalẽ seruituram sub legibus seculi huius, ideoq; Apostolus eam monet pro eis orare vt quietam vitam agant. In pace em̃ principum quies & regimẽ seruatur ecclesiarum. Nam in bellis tranquillitas dissipat tepescit pietas, districtio soluitur, qua soluta, infirmorum castitas violatur. In pace Babylonis pax nostra est, vtique temporalis quæ bonis & malis cõmunis est, dũ, inter Babylonios tenemur captiui, quib⁹ & seruire iubemur & tributa reddere, sicut filii Israel sub Babyloniæ regibus seruiebant. Pax aũt nostra propria, & hoc est cũ deo per fidem, & in æternum erit cũ illo per speciẽ. Et ne quis putaret hęc nõ esse facienda pro his per quos patit ecclesia, addit. [Hoc enim bonum est & acceptũ coram saluatore nostro Deo: qui omnes homines vult saluos fieri, & C ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, vn⁹ & mediator Dei & hoim homo Christ⁹ Iesus, qui dedit redemptionẽ semetipsum pro oĩbus. Cuius testimoniũ tẽpibus suis confirmatũ est, in quo posit⁹ sum ego prædicator & Apostol⁹. Veritatem dico, nõ mẽtior, doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, leuãtes puras man⁹ sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cũ verecũdia & sobrietate ornãtes se, & nõ intortis crinib⁹, aut auro, aut margaritis, vel veste p̃ciosa, sed qđ decet mulieres pmittentes pietatem per opa bona. Mulier in silẽtio discat cũ omni subiectione. Donare aũt mulieri non permitto, neq; dnãri in

Augu. de ciui. dei.

Augus. de catechizãdis rudi.

Nota.

virum sed esse in silentio. Adam enim primus format⁹ est, D deinde Eua, & Adam nō est seductus, mulier autem seducta in prçuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.] Hoc enim bonū est, &c. q.d. Ideo moneo orare pro illis omnibus, quia Hoc. s. pro omnibus orare, Est bonum. i. vtile ecclesiç, Et acceptū. i. gratū Coram deo, cū mēbra Christi ex omni genere hominum sint colligenda. & vt tolleret disparationē, addidit. Saluatore nostro. q vult oēs hoīes, sicut & nos, Saluos fieri, & venire ad agnitionē veritatis, i, Christi q est via, veritas, & vita. Si deus qui omnipotēs dicit oēs hoīes vult saluos fieri, cur non implet hæc eius voluntas? sed in hac locutione sensus & conditio latet. Vñ Petrus ait, Omnis scriptura indiget interpretatione. Vult ergo deus omnes saluos E fieri, si accedāt ad eum, Non. n. sic vult vt nolentes saluentur: sed vult eos saluari, si & ipsi velint. Aliter non vllū excepit a salute & cognitione. Vel ita, Cū legit quod vult omnes homines saluos fieri, quāuis certū sit nobis non oēs saluos fieri, non tñ ideo debem⁹ omnipotētissimç dei voluntati aliquid derogare. Non est. n. credendus omnipotēs aliquid voluisse fieri quod factū non sit, sed ita intelligere debemus quod scriptum est. Vult omnes homines saluos fieri. i. nullus fit saluus nisi quē vult, non quod nullus hominū sit nisi quē saluū fieri velit, sed quod nullus salu⁹ fiat nisi quē velit, & ideo rogandus vt velit, quia necesse est fieri, si ipse voluerit. Sic etiam intelligimus & illud, Qui illuminat omnes homines, nō quod omnes illuminet, sed qa nullus illuminatur nisi a deo. Et illud similiter intelligitur F Oēs in Xp̄o viuificant, qa sine eo nulli viuificāt, Vel ita, Qui vult oēs saluos fieri, nō qd null⁹ hominū esset quē saluū fieri nollet, q virtutes miraculorū facere noluit, apud eos quos dicit acturos fuisse pœnitētiā si fecisset, sed vt oēs hoīes omne genus hominū intelligamus, p quascūq; differētias distributū. Et est sensus. Vult oēs homines saluos fieri. i. de omni genere hominū, quia Iudços, gētes, reges priuatos, diuites, pauperes, doctos, indoctos, & si quid aliud differentiarū est in hominibus colligit ecclesia. Isto locutionis modo dominus vsus est, vbi ait Pharisæis, Decimatis mētam, & rutam, & anetum & omne olus. i. omne ole

Augusti.

Ambrosi.

Augu. in Enchiri.

firmamentum veritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu: apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.]

Si quis aūt. q.d. oportet domui suę esse bene pPositum. Siquis aūt pesse nescit domui suæ, minori: de qua & familior cura sit, Quomodo habebit diligētiā ecclesię dei,
Aimo q̄ maior est vbi tot & alieni sunt? nullo mō Nō neophytum. i. rudē nouiter renatū, nouiter cōuersum. hoc tā ma-
Hiero. nifestū testimoniū pauci custodiūt. Nam heri catechuminus, hodie pōtifex est: heri in theatro, hodie in eccclesia: vespere in circo, hodie in altari: dudū fautor histrionum, E
Ambrosi. nūc cōsecrator virginū. quare aūt nō neophytū, supponit. Ne elatus in superbiā, præ cęteris digniorē se putás noui-
Hiero. tate potestatis inflatus quasi eo indigeat religio: Incidat in iudicium diaboli. i. ruat per arrogantiā sicut diabolus. Nescit. n. momētaneus sacerdos humilitatē & modos psonarū, vel seipsum cōtinere: nō ieiunauit, nō fleuit, nō se correxit, nō pauperibus erogauit. in arrogantiam, quę est ruina diaboli incidūt, qui puncto horæ necdum discipuli fiunt magistri. Oportet aūt illū testimoniū habere, nō solum a fidelibus, sed etiā Ab his qui foris sunt. i. ab infidelibus. Hæc clausula congruit principio. s. irreprehensibilē eū esse oportet, nō solū a domesticis, sed etiā ab alienis. s. Iudæis, Gentilibus, hæreticis, vt qui religioni detrahunt, eius vitæ detrahere nō audeant. Qualis ergo descriptus F
est oportet episcopū esse, vt Nō incidat in opprobriū. i. in contemptum apud infideles vel fideles. Et, sic incidat in Laqueū diaboli. i. in odiū, & in alios diaboli laqos. Diacones, &c. Hic describit quales debeant esse diacones. de presbyteris tacere videtur, sed nomine episcopi eos comprehendit. Nisi. n. episcopos pro presbyteris acciperet, nō de eis dimitteret, descendens ad diacones, de quibus ait,
Aimo Diacones, oportet esse pudicos, Non bilingues, vt qui seminãt discordias. Nō multo vino deditos. i. ebriosos Nō turpe lucrū sectãtes, vt qui frequenter hoc agūt. Turpe lu-
Ambrosi. crū est emere, & pluris vendere. Turpe est huic professio-

A ni q̄stibus studere: Habētes mysteriū fidei.s.vt sciāt ꝙ de fide aliis est occultū. Illos dico,manētes In cōscientia pura,& hi aūt probentur primū:quia non simpliciter ait hi, sed ait,& hi.in hoc innuit episcopos probandos esse. Et sic.i.tales inuenti.s. Nullum crimen habētes ministrent. Mulieres, Loquens de diaconis interserit de mulieribus ordinandorū,docēs quales debeāt esse. Ait ergo, Mulieres,ordinandorū, Similiter,oportet esse Pudicas,mēte & corpore Nō detrahentes,vt sæpe faciūt mulieres: Sobrias,fideles in omnib⁹,dictis & factis:quia si malę sunt, viri eis regendis necessarii nō sunt tollēdi. Et nota quod cum sanctum præcipit creari episcopum & diaconū,vtiq; plebē nō vult disparē esse:iuxta id qđ dn̄s ait,Sancti estote,q̄m ego sanct⁹ sum. Ideoq; etiā mulieres quę in infimo Ambros.
B gradu sunt,vult esse sine crimine vt mūda sit ecclesia.sed Cataphrygę occasiōe horū verborū,q̄a.s.vbi de diaconis agit,de mulierib⁹loquit,dicūt diaconas debere ordinari. qđ cōtra authoritatē est. Diacones,post interpositionem de mulieribus,iterū de diaconis dicit, Diacones sint viri vni⁹ vxoris,quā deus decreuit hoī cū qua benedicit, non cum secūda. Qui bene p̄sint filiis suis, & domib⁹ suis.i. familiis,quia tales bene ministrabunt in ecclesia,qđ vtiq; magnū est. Qui enim bene ministrauerint acquirēt sibi gradū, excellētiorē.s. vt episcopi fiant. Bonū.s. vtilē sibi & aliis hominibus,& multā fiduciā,æternę gloriæ,& hoc In fide.i.per fidē Quę est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothęe sperās me cito venire ad te. tamē hęc q̄ scribo adeo sunt necessaria. Si aūt tardauero,scribo hęc,
C Vt scias quomodo oporteat te conuersari, secundū diuersitates singulorū. In domo dei, Ideo caute in ea agendū est,qa dom⁹ dei est, Quæ est ecclesia.s. multorū cōuocatio ad vnius dei cultum:tāto cautius in ea agendū est, qa ibi multi sunt, Ecclesia,dico,dei viui,& ita in illis est vita, q̄ est colūna veritatis.s. in se bene sustinēs veritatē ne corruat,licet tribuletur. Et firmamētū.i.fulcimentū iam nutātibus & ruituris.quod patet,quia pro Christo tot sustinet. Et,in ecclesia Sacramētū.i.Christ⁹ secūdū deitatem occult⁹.Sacramentū.n.dicit res occulta.i. mysteriū. Aimo
Sacramentum ergo hic appellatur verbū patris, quod in natura diuinitatis in qua patri est æquale,inuisibili ma-


Aimo net. & hoc sacramẽtum est causa Pietatis.i.totius sanctę D religionis, & veræ culturæ: & ideo cautius seruãda est ecclesia. & hoc sacramentũ Est magnũ, quia magnitudinis eius nõ est finis. Et manifeste magnũ, quia apparuit per prædicationẽ, & per multa miracula. Quod, sacramentũ, & si sit inuisibile in se, Manifestatũ est, ecclesiæ. Ne ergo sis ei negligẽs pro qua tantũ fecit. Manifestatũ, dico,

Ambro. in carne assumpta. Sacramentũ qđ est Christ⁹ in carne, dicit manifestatũ. Nat⁹ eñ homo fili⁹ dei, q in secreto erat apud deũ, opere & prædicatiõe declarauit se creaturę. Et est sensus, Manifestũ est in carne.i.operib⁹ & virtute in carne ostẽsis claruit qs esset q erat in carne. & Iustificatũ est in spiritu.i.sanct⁹ & iust⁹ ostensus est, quia de spũ

Au. super Gene. sancto cõceptus est. quod etiã Apparuit angelis, qui ex eo profecerũt, quod hic factũ est. Non eñ in deo tm̃ in- E notescit angelis qđ absconditũ est, verumetiã hic eis apparet cũ efficit atq; propalatu. Ideo dicit apparuisse an-

Ambro. gelis homo Christ⁹, non iã in forma humilitatis, sed in potestate. qui eñ prius humilis visus est per carnẽ, deuicta morte in maiestate apparuit, qui natus vt homo, non erat tantũ homo, vt agnoscẽtes angeli mysteriũ qđ prius latuit declaratũ in carne, genu illi flectẽtes, quasi gratias agant, quia veritatẽ didicerũt. Prędicatũ est gentib⁹. Ecce itẽ magnũ, & Creditũ est, manens In mũdo, vt perfidia mũdi veniã erroris mereri nõ possit: sicut dñs dicit de Iudæis, Si non venissem & locut⁹ eis fuissem, peccatũ nõ haberent: nũc aũt excusationẽ non habẽt de peccatis. Et Assumptũ est, de hac mortalitate in gloria, vt sit super F omnem creaturam habens nomen quod est super omne nomen, cui flectitur omne genu.

CAPVT IIII.



Piritus aũt manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedẽt quidam a fide, attendẽtes spiritib⁹ erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi, loquẽtiũ mẽdaciũ, & cauteriatã habentiũ suã cõscientiã, prohibentiũ nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatẽ. Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur enim per

A verbum dei & orationem. Hęc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu enutrit⁹ verbis fidei & bonæ doctrinæ quam assecutus es. Ineptas autẽ & aniles fabulas deuita. Exerce autẽ teipsum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio ad modicũ vtilis est. Pietas aũt ad omnia vtilis est, promissionẽ habens vitæ q̃ nunc est, & futurę.]

Spiritus autẽ. Quæ sibi spiritus sanct⁹ reuelauerit ad instructionem & cautelã ecclesiæ non tacet, dicens futuros pestiferę doctrinæ viros vt pręmonita ecclesia sit sollicita ne ab huiusmodi hominibus circũueniatꝛ. q. d. ita digna est domus dei, Sed spiritus sanctus manifeste dicit mihi in corde, Quia in nouissimis temporibus, contra q̃ modo amplius vigilandũ est, Quidã. s. notabiles, Discedẽt a fide, vnde supra, nisi venerit discessio primũ, & ideo Ambrosi.

B curam domus dei ne deponas, cũ adeo sit sublimis, vt supra dictũ est. Discedẽt quidã, dico, Attẽdẽtes, quasi cupide, Spiritibus erorris, q a in illis maligni spirit⁹ loquũtur, Et doctrinis, nõ qdẽ hoĩm, sed Dęmoniorũ. i. hoĩm dæmonia habentiũ. Hoĩm, dico, Loquentiũ mẽdaciũ in hypochrisi. i. in simulata religione vt magis decipiãt. Et habentiũ suã cõscientiã cauteriatã. i. corruptã praua cogitatione, & adustã igne malę concupiscentię, & signo mẽdacii aperte notabilẽ, vt omnes caueant. Est em̃ cauteriũ vel cautere, ferrum, a cauẽdo dictũ, quo corrũpitur & vritur cutis: & vt de multis mẽdaciis quæ in hypocrisi loquuturi sunt, aliqua exẽpli causa ponanꝛ, subdit. Prohibentium. q. d. loquentiũ. Mendaciũ, dico, vt hoc. s. Prohibentium Aimo.

C nubere. i. nuptias celebrare, quas dicunt esse institutas a malo authore. & præcipientium Abstinere, a cibis, quasi immũdus: nõ causa castigationis corporũ, sed vt videantur abstinentes & boni. Quo, cibos, non vt illi mẽtiũtur principes tenebarũ cauere, sed Deus creauit, hæc doctrina dei est, illa dęmoniorũ est. Creauit, dico. Ad pcipiendũ cum gratiarũ actione. i. vt homo propter quem omnia creata sũt perciperet, & inde gratias ageret. Creauit ad percipiendũ, dico, Fidelibus, & his qui nouerunt veritatẽ. i. his qui bene credũt de cibis, & qui quod credũt intelligũt, qd non oẽs, Veritatẽ, dico, hanc. s. quia Omnis creatura dei bona est in sui natura. Et nihil reiiciendũ est qd percipiꝛ, i. qd solet pcipi, Cũ actiõe gratiarũ. Te- Au. cõtra Faustũ.

stamento veteri vbi cibi quidẽ carniũ prohibent, non est D
contraria ista sententia. Ibi eñ quædã aĩalia dicta fuerunt immunda, non natura, sed significatione. Vt verbi gratia si de porco & agno requiratur, vtrunq; natura mundũ est quia oĩs creatura dei bona est. Omnia q̃ppe quæ natura lia sunt in ordine suo; bona sunt: quadã tamẽ significatione agnus mundus, & porcus immundus dicitur. Et vere nihil reiiciendũ est. Sanctificatur eñ, cibus, ne diabolus per eum noceat. i. sanctus fit cibus & salubris, non noxi⁹ animæ vel corpori Per verbũ dei. i. per filiũ, per quẽ creauit pater, Et orationẽ, Verbũ eñ sanctificat, & oratio impetrat. Diabol⁹ vero per cibũ tẽtat, Hæc, quæ dixi de creaturis & de nuptiis, Præponẽs. i. anteponẽs. Vel, Præponens. i. publice ponẽs, Fratribus bonus eris, re & opinione, Ministri Christi Iesu, q bene potes hoc facere. Tu, E
dico, enutritus ab aliis Verbis fidei & bonæ doctrinæ, in moribus, Quã, etiam studio assecut⁹ es ab infantia, hæc

Aimo. præpone. Ineptas autẽ fabulas, vbi nec aptitudo est: Et inanes. s. quæ sunt sine fructu, & si ibi videatur esse ratio vt in legalibus, Vel, Aniles. s. quas solẽt anus narrare iuuenculis, Deuita. Et quia nõ sufficit illa vitare nisi vera cõfirmet, addit, Exerce autẽ. q. d. illa p̃pone fratibus, sed Exerce teipsũ ad pietatẽ. i. ad cultũ & religionẽ oĩpotẽtis, & opa miĩę, Nã, &c. q. d. ideo de pietate moneo, q̃a Corporalis exercitatio, in qua te fatigas, ieiunãdo, vigilando abstinẽdo quę sunt frena carnis, Ad modicũ est vtilis, ni

Ambrosi. si huic addatur pietas, Ad hoc eñ tantũ valet, vt quædã faciat vitari vitia, quib⁹ vitatis careat pœna illis debita, sed F
nõ omni. Pietas autẽ quę operaẽ bona fratribus, valet ad promerendũ deũ. Oĩs eñ sũma disciplinę Christianę in pietate & miĩa est quã aliquis sequens si lubricum carnis patiẽ, sine dubio vapulabit, sed nõ tamẽ p̃ibit. Siquis aũt solũ exercitiũ corporis habuerit, perẽnas pœnas patietur Nota quia ex his verbis daẽ intelligi q̃d vigiliis, ieiuniis & operationibus Timothæ⁹ exercebat se nõ adeo intẽtus operibus miĩæ. Pietas aũt. q. d. exercitio corporis parũ vtilis est, sed Pietas, qua. s. aliquis saluti oĩm studet, Est vtilis ad oĩa, in hoc. s. quem, Habẽs. i. quia habet pietas, Promissionẽ vitę q̃ nũc est, vt hic bonis abũdet sp̃ũalib⁹, & tẽporaliũ sufficiẽtiã habeat. Et futurę, vt in futuro vi

A tam habeat æternã. Vñ dominus in euãgelio ait, Accipiēt in hoc seculo septies tantũ.i.multiplicationē diuitiarũ, & gloriç & in futuro seculo vitã aternã. Nõ em̃ nos deserit etiam in tēporalibus necessariis: sicut ipse ait, Primũ quçrite regnũ dei & hæc oĩa adiicient̃ vobis. Ideo ait, Habens promissionē vitæ, quæ nunc est, & futuræ.s.habens hic diuitias & gloriã, & in futuro vitã æternã. Vñ Salomon in Cãticis, Lçua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit̃ me. Vñ etiã alibi, de ipsa sapiētia idē ait, In dextera ei⁹ anni vitç, & ĩ sinistra ei⁹ diuitiç & honor. Augu. in psalmo 164. Au. in eo.

[Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc em̃ laboram⁹ & maledicimur, quia speram⁹ in deũ viuũ qui est saluator oĩm hoĩm, maxime fideliũ. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiã tuã contēnat: sed exemplum B esto fideliũ in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide in, castitate. Dũ venio attēde lectioni, exhertationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiã quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiã cũ impositione manuũ presbyterii. Hęc meditare, in his esto, vt profectus tu⁹ manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc em̃ faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.]

Fidelis.q.d. pietas habet promissionem vitç huius & futuræ. & iste Sermo, de pietate est Fidelis.i.verax. Et omni acceptione dign⁹, qa vtilis est qd̃ in me ostendo. In hoc em̃. Vel, Autē, intēdētes qd̃ pietas habet promissionē vitæ huius & futuræ, Laboramus & maledicimur .i. opprobria patimur.s. quia speram⁹ In deum viuũ.i. sicut C de⁹ promisit qui dat vitã, Qui est saluator omniũ hoĩm. cũ iumētis em̃ saluat carnales corporali salute, q solē suũ facit oriri super bonos & malos. Saluator est oĩm. dico, & Maxime fideliũ, quos saluat hic & in futuro scd̃m corpus & aĩam. Prçcipe.q.d. fabulas deuita, exerce te ad pietatē & Prçcipe, sciētib⁹, Hęc, eadē.s.vt fabulas vitēt, & se exerceãt, Et doce, nesciētes vt similiter faciãt, & hęc ita mature fac, qd̃ nemo contēnat adolescētiã tuã, sed esto exemplũ fideliũ, vt vidētes tuã cõuersationē exēplo tui ꝓficiant. Esto exemplũ, dico, In verbo, vt tuo exēplo caute loquãt̃ & In cõuersatione, honesta inter alios: In charitate, dei & proximi: In fide & castitate, mētis & corporis. Monet eũ vt profect⁹ ei⁹ ꝑ oĩa exemplũ esset aliis, vt in adolescē- Ambros.

te mirabilis videretur & grauis disciplina, vt actus eius D excusarent ætatem, & non quasi iuuenis sed quasi senior haberetur: & erubesceret maiores natu, si nō se exhiberēt iuxta formā huius conuersatione & moribus graues. Vt autē hęc possis seruare, Dum venio attende lectioni, vt scripturas intelligas, Et, post lectionē attende Exhortationi, iā volentiū, Et doctrinæ, nescientiū quod debes

Aimo quia ad hoc constitutus es, & Noli negligere gratiā, episcopatus, Quæ in te, quæ tibi data est per prophetiam.i. sanctorū electione, in qua ex pręteritis videnť dicere qua-

Ambrosi. lis futur⁹ sit. Prophetia ergo est qua eligitur quasi doctor futur⁹ idoneus: ne ergo facias eam irritā, ne inobediēs sis

Aimo. his quib⁹ caput inclinasti. Vel prophetiā hic vocat inspirationem Spiritussancti, per quā pręsciebat quid de hoc & de cæteris esset acturus. Ideo ait, Quæ data est tibi per E prophetiā, quia prophetię spiritu reuelāte cognouit apostol⁹ Timothæū esse dignū episcopali honore. Data est p prophetiā, dico, Cum impositione manuū presbyterii, pro presbyterorū. singulare pro plurali posuit, quia min⁹ tribus esse non possunt, & vocat presbyterū episcopū. Vel ideo singulariter dicit presbyterii, quia vnus imponit manum cęteris assentientibus. Manus aūt impositiones sunt quibus adduntur verba mystica, quib⁹ confirmať ad hoc opus electus authoritatē accipiens, teste cōscientia sua, vt audeat vice domini sacrificia deo offerre, Vel secundum aliam literā, Cum impositione manuū presbyterii, quia presbyterium est causa cur man⁹ imponant. Vel quia impositio manuū dat presbyteriū ordinato, & Hæc, præ- F dicta ad officium tuū pertinētia Meditare, quia ad hæc elect⁹ es. In his esto.i. hæc exequere assiduo actu, ita s. Vt profectus tuus manifestus sit omnibus.i. vt nullē ignoret te omnibus proficere: & vt proficias. Attende, non dico doctrinę & tibi, Sed tibi & doctrinæ.i. primum, qualiter viuas, & deinde qualiter doceas. Et insta in illis, q̄ tibi & aliis valent. Hæc enī faciens & teipsum saluū facies, & eos qui te audiunt.

CAPVT V.

SEniorem ne increpaueris; sed obsecra vt patrē, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Viduas honora, quę

A verę viduę sunt. Siqua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primo domnm suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram deo. Quæ autem vere vidua est & desolata speret in deum, & instet obsecrationibns & orationibus nocte & die. Nam quæ in delitiis est, viuēs mortua est. Et hoc pręcipe vt irreprehēsibiles sint, Si quis autē suorū & maxime domesticorū curā nō habet, fidē negauit, & est infideli deterior Vidua eligatur nō minus sexaginta annorum, quę fuerit vnius viri vxor: in operibus bonis testimonium habēs, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tributationem patientibus subministrauit. si omne opus bonum subsecuta est.] Seniorem.q.d. & si instandum sit, tamen cum discretione. & qualiter seniorē s. ętate vel moribus. Ne increpaueris, proprietatis honorem, ne indigne ferens se a iuniore correctū magis exasperet, quam proficiat. S.d obsecra vt patrē, vt facilius suscipiat ammonitionē. Potest enim commonitus vereri, ne postea corripiatur, quod turpe est seniori. Senior tamen stultus, vt ait beatus Gregorius, vehementer est increpand⁹. Iuuenes, obsecra, Vt fratres. s. cum affectu dilectionis, vt videntes amoris causa se cōmoneri, facilius se corrigant.

B

Ambrosi.
Aimo.
Ambrosi.

Anus vt matres, vt cū miti sermone doceantur, & sic honorifice proficiant, Iuuenculas, vt sorores, vt prōpte possint bonę cōuersationis suscipere disciplinam. & hęc fac In omni castitate, vt nec nutus cōtra eas fiat. In alloquio iuuenculorū recte iuuenis de castitate mouetur. Viduas C quæ, tamē Verę viduę sunt. i. sicut a viro ita a mūdi amore destitutę. Honora, sumptib⁹ ecclesiæ sustentādo, & solatiis fouēdo. Siqua autem. q.d. veras viduas honora: nō tamen omnes veras, sed potius Siqua, vera Vidua habet filios aut nepotes, primū discat regere domū suam, in quo probabit, vt tunc demū digna sit vidua ecclesię nuncupari. Præire eñ debent merita, vt debitus honor tribui videatur. Et mutuā vicē reddere parentib⁹, qui eā aluerunt. ideo debet hoc facere. i. quia hoc. s. paruulos regere, nō solū in ecclesia seruire acceptū est corā deo. Quæ aūt q d. quæ habet filios, eos regat. Quæ autē vera vidua est & desolata. i. non est habēs domū, Speret. i. sperare debet, In deo. i. recipi debet in ecclesia, Et instet. i. instare

debet Obsecrationibus,quæ sunt pro remotione totius D
mali, Et orationibus,quæ sunt pro adeptione bonorum
Nocte ac die. Nā si aliter facit,mortua est: Vñ subdit,Nā
&c. &debet esse irreprehēsibilis tm̄, & addidit,Et hoc pręcipe,&c.
Ambrosi. Vel ita, Quæ autē,Viduā filiosvel nepotes habētē nō facile admittēdā ad stipēdia ecclesię docuit,quia& si
pie & sollicite domū suā gubernauerit,iustum est & necesse vt propinqui sui ei necessaria ministrent. Si vero desolata est & vera vidua,suscipi debet in ecclesia. Quę autem
vera vidua sit describit,&hęc est diffinitio verę viduę.q.d.
verā viduā recipe.hęc Autē,vera est, Quę vere vidua est
& desolata sperat in deū,& instat obsecrationib⁹ & orationib⁹ nocte & die,Vere vidua & desolata,vel a suis cōtēpta sperat in deo. Vidēs enim se ex nulla parte habere
suffragiū toto animo deuota deo,de quo solo sperat auxilīū vitę & salutis. Nā,&c.q.d.illa q̄ sperat & instat,vera E
vidua est,nā alia nō. & hoc est quod ait, Nā quę in delitiis,huius mūdi est, Viuēs,cōmuni vita,Mortua est,in anima. Viduā talē esse debere significat,vt ostendat se,ideo secundas nuptias contempsisse vt instaret disciplinæ dominicę si n. sub nomine viduę delitiis vel luxurię vacet,viuēs
mortua habenda est,quia genus imposturæ est honorē viduę habere velle, & nō obsequi deo,& aliud profiteri, cū
profiteatur religionē, Et,his viduis, Pręcipe, hoc vt non
sint in delitiis, Et vt sint irreprehensibiles, quia non est
eis occasio mundi tantā diligētiā actuumvel morū. Viduā
vult habere,vt reprehēdi nō possit. Amota eñ a spe mundanæ cōuersationis & corporis curādi officio, ad deū se
contulit,vt probabilē agat vitā sublatis enim occasionib⁹ F
mundi q̄ aditus solēt aperire peccatis,potest bona conuersatio incolumis permanere. Siquis autē.q.d. Vera vidua,si
domū habet,eā regat,si autē hoc negligit,infideli deterior
est. & hoc est quod ait,Si qs autē nō habet curā suorū &
maxime domesticorū,vt sunt patres,&fratres,&huiusmodi. Fidem denegauit operib⁹,& si,nō verbis. qa proximū
nō diligit,Et est deterior infideli,quia hic nondū veritatē
nouit vel promisit. Et nota quod ait domesticorū,qui tam
domestici cuiq; sunt vt parentes filiis,vel parentibus filii
Ideo ipse magister sanctorum insinuans quod a piis filiis
cura impēdēda est patētib⁹,de seipso exēplū constituit qui

A de cruce matrē Ioanni cōmēdauit, & alterū pro se quodā modo filiū ei prouidit. Vidua, vt iam dictū est vera & desolata, Eligatur, q̄ ecclesię pascatur alimoniis. & si hui⁹ ętatis sit. s. non minus quā Sexaginta annorum, in qua ętate extinctus est fomes libidinis, & Quæ fuerit vxor vnius viri, propter supradictū sacramentum, In operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, fideliter, Si hospitio recepit, pauperes, Si lauit pedes sanctorum, prędicatorū, quos tunc suscipere periculosum erat. Faciamus hoc inuicē humiles, quod humiliter fecit excelsus. Magna est in hoc cōmendatio humilitatis, & faciunt hoc sibi inuicem fratres etiā in ipso opere visibili, & qui manu non faciūt corde faciunt. multo etiā melius est vt etiā manib⁹ fiat, nec dedignetur quod fecit Christ⁹ facere Christianus Qui, n,
B ad pedes fratrū inclinatur, ei in corde vel excitatur, vel si iā inerat confirmatur humilitatis affectus. & Si subministrauit patientibus tribulationē, in carcere, vel huiusmodi Quid per singula? Si omne opus bonum subsecuta est, humiliter. [Adolescentiores autē viduas deuita Cum enī luxuriatę fuerint, in Christo nubere volunt, habentes dānationē, qa primā fidē irritā fecerunt. Simul aūt & otiosæ discūt circuire domos, nō solū otiosę, sed & verbosæ & curiosę loquētes q̄ nō oportet. Volo aūt iuniores nubere, filios pcreare, matres familias esse, nullā occasionē dare aduersario maledicti gratia. Iā, n, q̄dā conuersæ sunt retro post Satanā. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt nō grauet ecclesia, vt his q̄ veræ viduæ sunt sufficiat. Qui bn̄
C psunt presbyteri duplici honore digni habeant, maxime qui laborant in verbo & doctrina, Dicit. n. scriptura, Nō alligabis os boui triturāti. Et dign⁹ est operari⁹ mercede sua.] Adolescentiores autē viduas, quarū sanguinis feruet. Deuita. i. nota castitates earū nō vsq; adeo cures vt eas ecclesię alimoniis sustētādas suscipias. Prohibet adolescētulas viduas in hac suscipi pfessione, lubricæ, n, ętati facile credi nō debet. Cum. n. q. d. ideo deuita. quia hoc sępe cōtingit. quod Cum luxuriatę fuerint. i. cum post votū continētię luxuriosæ vixerint in cibis & in aliis, i. cum in deliciis egerint vitam In Christo. Nō, dico, nubunt, sed Nubere, volūt. q. d. tunc non sit peccatū nubere. Ipse, dico, Ha Ambros.

Augusti. bentes damnationem, pro fracta fide voti. Vñ subdit, quia D Primã fidẽ. i. votum, vel in voto violato baptismi fidem. s. quam in baptismo professę sunt, irritam fecerunt volendo etiã nubere. In coniugali quippe vinculo, si pudicitia ser-

Au. cõtra Iulianum de sancta viduitate. uatur, dãnatio non timetur, sed in viduali cõtinentia & virginali excellentia, virtus muneris amplioris expetitur, qua expetita, & electa, & voto oblata, iam non solũ capessere nuptias, sed etiã si non, nubat nubere. velle damnabile est. V ouẽtibus. n. virginitatẽ vel viduitatẽ, non solũ nubere sed etiã velle dãnabile est. quod vt demonstraret apostolus, nõ ait, Cum luxuriatæ fuerint, in Christo nubunt, sed nubere volunt. Habẽtes. inquit. Damnationẽ, & quare subdit, quia Primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo tamen volendo vt voluntatẽ quæ a proposito cecidit appareat esse damnatã, siue sequãtur nuptiæ, siue desint. Dãnãtur. n. propositi fraus, damnatur fracta voti fides, damnãt tales, quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt, & omnis huiusmodi similes sunt vxori Loth, quę retro aspexit. Simul autẽ. q. d. non solũ retro respiciunt, sed Simul, cum prędictis malis, Et otiosæ discunt circuire domos non solum otiosæ sed & verbosæ & curiosæ, loquentes q̃ non oportet. s. turpia, religioni nocentia. Ne ergo hęc mala contingant, Volo iuniores, viduas Nolite, quod bonũ E

Ambrosi. est, & Filios procreare, & hoc item bonum est, & Matres familias esse, & hoc itẽ bonũ est, & quare hoc dixerit, pandit, subdens, & sic Nullã occasionẽ maledicti. i. maledicẽdi, Dare aduersario. i. infideli, quod est ei in Gratia. i. qd aduersario gratum est. Ei. n. gratum est de nobis male lo-

Augus. ad Iulianum qui, & non sine causa volo ita. Iam. n. quędã, tales post votum continentię, Conuersæ sunt retro post Satanã. i. ab excellẽti illo vidualis vel virginalis castitati proposito, in posteriora respiciendo ceciderunt, & interierunt, & ideo huiusmodi non sunt recipiendæ, sed Si quis fidelis habet viduas, iuuenes In domo, sua, Subministret illis, quæ necessaria sunt, Vt non grauetur ecclesia. q, d. si aliunde non haberẽt, ecclesia daret eis, nõ tñ reciperent in ecclesia. Nõ grauet, dico, ecclesia, Vt his q verę viduæ sunt sufficiat illud quod habet ecclesia. Qui bene, de honore presbyterorum hic agit. q. d. illud quod dixi de viduis, obserua. & hoc etiam pręcipere de presbyteris, vt Presbyteri qui bene pręF

A sunt, vita & doctrina Digni habeantur, a subditis, Duplici honore, vt. s. spiritualiter eis obediant, & exteriora mini strent. Boni enim dispensatores & fideles, non solum ho nore sublimi pręueniri debent, sed & terreno, vt non contristentur indigẽtia sumptuum, & gaudeant obedientia spi ritualium. Instantior enim fit, si nõ humilietur inopia, & crescit in illo authoritas, cum videt se etiã in præsenti labo ris sui fructũ percipere, nõ vt abundet, sed vt non deficiat Tanta enim merces debet esse euangelizanti regnum dei vt nõ contristetur, nec extollatur, Necessitatis ergo est acci pere vñ viuitur, charitatis est pbere, non tamen venale est euangelium vt pro his prædicetur. Si em̃ sic vendunt, magnam rẽ vilipendunt. Accipiant ergo sustẽtationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino. Nõ Ambrosi.
B em̃ a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charita te euãgelii seruiunt, sed tanquam stipendium datur, quo vt possint laborare, pascantur. & ille duplex honor exhibendus est quidẽ omnibus presbyteris, sed Maxime, his Qui laborant in verbo. i. in exhortatione scientium & doctrina nescientium. Deinde de exteriori honore probat authoritate scripturæ, subdens, Dicit enim scriptura, Non alligabis os, vel, Infrenabis boui trituranti, s, prædicatoribus id est prohibebis prędicatoribus sumere necessaria. Et, vt dominus in euangelio dicit, Dignus est operarius mercede sua. Vnde vires reparet in labore. [Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant, Testor coram deo & Christo Iesu
C & electis angelis, vt hęc custodias sine pręiudicio nihil faciens in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequẽtes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium. quosdam autem subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.] Aduersus autem, quia solet qui corripit non amari, & ideo habita occasione facile accusatur, contra hoc monet, dicens, Aduersus, autem Presbyterum noli accipere accusationem, nisi Sub

duobus aut tribus testibus. Duo sufficiunt, si a deo probata sunt. hoc ideo dicit, quia non facile est accusãda persona tam alti ordinis, vt sit vice Christi. Peccantes autem. i. hoc testimonio, scilicet duorum vel trium conuictos peccasse. Vel Peccantes, qui manifesti sunt, Argue coram omnibus vt cæteri, scilicet presbyteri vel subditi Timorē habeant, Christum dominū, & Paulum seruum eius audiamus. Dominus dicit in euangelio, Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum. Apostolus dicit, Peccantes coram omnibus argue, controuersia hic videtur. Apostolo suo contrarium locutus esse videtur dominꝰ, sed non est, quia & in illo ipse locutus est. Christus ergo vtrunque dixit, vnum ore suo, alterum ore sui præconis. Verum ergo est aliquando illud esse faciendū, aliquando illud. Sed discernere debemus quando illud, & quando illud. Aliquando enim debes corripere peccantē inter te & ipsum solum, vt dominus in euangeilo ait, Aliquando coram omnibus vt cęteri timeant illud, & si aliquando illud, aliquando illud fecerimus concordiā scripturarum tenebimus, atque in faciendo non errabimus. Sed dicit mihi aliquis, quando faciam illud, quãdo illud? Intendite & videte quid quãdo facere debeamus, sed vtinam facere pigri non simus. quando in te peccauerit, corripe eum inter te & ipsum solū. Quare? quia in te peccauit. Quid est in te peccauit? Tu scis quod peccauit. Quãdo ergo in te peccauit, id est quando tu scis quod peccauit, tunc secreto argue: ne si publice argueris, non sis corrector sed proditor: vt iustus Ioseph de Maria fecit solus suspicans adulterium. Quãdo autem palam peccatur, palam arguendum est, vt autem presbyter nō accusetur. Testor coram deo, patre Et Christo Iesu, qui iudicabit, Et angelis eius electis, ad hoc vt separent bonos a malis, Vt hæc custodias quę pręcepi, & quæ sequuntur: & Sine præiudicio, id est prę examinatiōe Nihil facias, a iustitia Declinando in aliam partem. quasi dicat, ante quam aliquid facias pręexamina, & ab examinatione non declines in aliud quā examinatio inuenit. & post hęc omnia Manus nemini cito imposueris id est non cito ordines, sed sępe proba. & si sapiens, & si religiosus videatur, & si inconsiderate ordinas, Neq; communica-

Au. i ser. euan.

Aug. i eo.

D

E

A neris,cõſenſu, Peccatis alienis, quæ poſt ordinationem facit. Firmiſſima veritas hoc habet quod non niſi cõſenſione intelligẽda eſt communio peccatorum quam vetat apoſtolus,qua quis peccatis cõmunicat, ſi ea palpat, & cũ poſſit corrigere & corripere negligit. Et Teipſum, qui alios iudicas, Caſtũ cuſtodi. Noli,quia de caſtitate monuit hac occaſione immoderatam abſtinentiam prohibet quam ipſe inierat, quaſi dicat, dico, vt te caſtum cuſtodias,tamen Noli adhuc,ſicut prius Aquã bibere,ſed vtere modico vino,ſic eñ non nocet caſtitati. Vtere,dico, Propter tuũ ſtomachũ,vbi ſedes ægritudinis: Et frequẽtes infirmitates.ſ. ipſos acceſſus. Nunc ſpeciale ei cõſiliũ dat,vt eum ſalubri doctrina regat. Prudenter.n.deus ſibi ſeruiri vult,vt nõ nimietate debiles ſiãt,& poſt medicorũ ſuffragia requirant. Temperandum eſt enim vt ſi fieri po- Ambroſi.

B teſt cœptum obſequium gradatim proueh atur, poti⁹ quã per inconſiderantiam minuatur. Quorũdam hominũ, quia dixerat,ſine præiudicio nihil facias.determinat vbi præiudicium ſit neceſſariũ,& vbi nõ,diuidẽs bona & mala,immanifeſta & occulta.q.d.ideo opus eſt examinatione: quia ſicut ſunt quædã manifeſta q̃ nõ oportet examinari,ita quędã ſunt occulta, de quib⁹ ſine p̃examinatione nõ poteſt fieri iudiciũ,& hoc eſt qđ ait, Quorundã hominũ,&c. Vel ita cõtinua, Ideo bibe vinũ, quia & ſi non mox claruerit tua bona intentio,nõ tamen poterit abſcõdi,ſicut & in malis. Nam quorundam hominũ peccata manifeſta ſunt.Manifeſta dicit ea,de quib⁹ clarũ eſt quo animo fiant. & hęc Sunt præcedentia ad iudicium, quia Au.1 lib. de ſer.dei

C ſi iſta ſequitur,iudicium nõ eſt temerariũ. Quorundam aũt,peccata, Et ſubſequũtur. Vel, Subſequuntur,ad iudicium. Subſequuntur illa quæ occulta ſunt, quia nec ipſa latebũt ſuo tempore,ſed palã fient in die iudicii, ſic & de bonis factis intelligendũ eſt,vnde ſubiũgit. Similiter & facta bona,quædã Manifeſta ſunt, & nõ eſt opus probari, Et,illa bona Quę aliter ſe habẽt.i.nõ ſunt nota, Nõ poſſunt abſcondi,ſuo tempore. De manifeſtis ergo iudicem⁹. Occulta vero dei iudicio relinquamus,quia & ipſa abſcõdi nõ poſſunt ſiue bona ſiue mala ſint,cũ tẽp⁹ aduenerit quo manifeſtẽtur. Vel ita, Et agit tm̃ de p̃ſenti iudicio hominũ quod dicitur diſcuſſio.q.d.ideo opus eſt exa-

minatione, quia sicut quędā facta sunt manifesta, ita quę- D
dam occulta. & hoc est quod dicit, Quorundam hominū
peccata manifesta sunt, & hi nō sunt probandi. Pręcedē-
tia ad iudicium .i. ante nota q̄ veniant ad discussionem.
Quorundam autem peccata, specie religionis tecta sunt.
Et subsequuntur, iudicium, quia per discussionē apparēt.
Similiter, autem, Et facta bona, quædā Manifesta sunt,
& non est opus probari, Et, illa bona Quæ aliter se ha
bent. i. non sunt nota, Abscondi nō possunt, in discusio-
ne. & hęc probanda sunt.

CAPVT VI.


Vicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos oī
honore dignos arbitrētur, ne nomē domini
& doctrina blasphemetur. Qui autem fideles
habent dominos, non contemnant, quia fra- E
tres sunt, sed magis seruiant, quia fideles
sunt & dilecti, quia beneficii participes sunt. Hæc doce,
& exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis
sermonib⁹ domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundū
pietatem est doctrinæ: superbus est nihil sciens, sed lan-
guens circa quæstiones & pugnas verborū, ex quib⁹ oriū-
tur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ,
conflictationes hominum mēte corruptorum, & qui ve-
ritate priuati sunt existimantium quæstum esse pietatem.
Est autem quęstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil
enim intulimus in hunc mundum; Haud dubium, quia
nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta &
quibus tegamur, his contēti simus. Nā qui volunt diuites
fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & F
desideria multa inutilia & nociua, quæ mergūt homines
in interitum & perditionem. Radix enim omnium ma-
lorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt
a fide, & inseruerunt se doloribus multis.]

Quicunq;. Monet seruos non contemnere, sed venere-
ri dominos suos, dicēs, Et Quicūq;. & si sint iusti, & si sa
pientes sint. Serui sub iugo, infideliū, quib⁹ videnť supio-
res. Arbitrentur dominos dignos omni honore, bene ser
uiēdo eis. Sciendū est quosdā p̄dicasse communē oībus in
Augu. in lib. quæst. Christo esse libertatē, qd de sp̄uali libertate vtiq; verū est
nō de carnali, vt illi intelligebāt: ideo cōtra eos loquitur,

A hic Apl's iubens seruos dñis esse subditos. Non ergo exigant serui Christiani qđ de Hebræis dicit, Sex annis seruiant, & gratis dimittãtur liberi: qđ mysticũ est. & quare hoc pcipiat apostol⁹, subdit, Ne blasphemet nomẽ dñi, quasi aliena inuadẽtis: Et doctrina, Christiana, quasi iniusta & cõtra leges pdicet, sed potius per obsequia seruorũ fideliũ dñi infideles cõuertãtur. Qui aũt habẽt fideles dños nõ contemnãt eos, ideo qa Fratres sunt. i. in Christo pares. Sed magis seruiãt, quia fideles sunt & dilecti deo, Qui, dñi, Sunt participes, beneficii seruorũ psentis vel futuri. Hæc, de seruis, Doce, nescientes: Et exhortare, scientes, Si quis aũt aliter docet. s. vt oẽs sint liberi, Et nõ requiescit sanis sermonib⁹ dñi nři Iesu Christi, dũ ei obiicit Christũ dixisse, Reddite Cęsari q̃ sunt Cęsaris.
B Et itẽ. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et nõ acquiescit ei doctrinę nostrę. Quæ est secundum pietatem. i. quę nõ facit odiosam christianitatẽ: iste talis est. Superbus, superbia nõ ratio ducit eũ. & ideo elatus est nõ patiens se vinci, quippe cũ ad fauorẽ q̃rendũ in cõflictũ prorũpit, quod a mãsuetis & bonis vitatur. Et est Nihil sciens de his q̃ veritas habet, & non est efficax: Sed languẽs circa q̃stiones & pugnas verborũ. i. inexpeditus ad soluendũ, sed semper circa. Vnde recte ait, Languẽs, nõ eñ recusando fidẽ penit⁹ morit, nec ad veritatis scientiã cõualescit, sed quasi repetitis accessionibus languet circa q̃stiones & pugnas verborũ. Quęstio. n. erat an aliquis esset seruus, cũ oẽs ex eisdẽ patribus sint orti, & oẽs Christ⁹ redemit. Itẽ, verborũ pugnæ videbãt, qa dñs dicit, Si fili⁹
C vos liberauit, vere liberi eritis. Hęc. n. verba vident repugnare verbis apostoli, sed sensus cõcordat. Ex quibus. s. pugnis & quæstionib⁹ oriuntur Inuidię & cõtentiones, quia qui seruos habent, inuident & cõtendũt: & Blasphemię, in deũ, quia aliena tollit sibi, & Suspitiones malæ, quasi hãc libertatẽ finxerim⁹ ad lucrũ: & Cõflictiones, pseudoprædicatorũ cõtra alios. s. Hominũ mẽte corruptorũ, quorum. s. ratio corrupta est, Et qui priuati sunt a veritate. i. a vera rerũ cognitione, & scripturarũ intelligẽtia. Hominũ, dico, Existimãtiũ quęstũ esse pietatẽ. i. qui ideo opus pietatis faciũt. i. pręedicãt vt lucrũ temporale ab auditoribus accipiant, quia pro quæstu prædicãt, non pro Aimo

futuris. Est aũt.q.d.putant ꝙ pietas sit quæst⁹, sed pietas D
est longe alius quæstus: quia est quæstus magnus.s.ætern⁹
Pietas cum sufficientia quã habet,ille cui,sua parua suffi-
ciunt, quando homo plus non desiderat habere q̃ neces-
se est,quod decet. Nihil enim,nascendo, Intulimus in
hunc mundum, haud.i.nec. Dubium est, quia Nec mo-
Ambrosi. riendo Possumus auferre quid.i.aliquid de Mũdo. Vn-
de Iob. Nudus exiui de vtero matris meæ,nud⁹ reuertar,
&c. Habentes.q.d.& si nihil intulerimus, vel ablaturi si-
mus, nõ tamen omnino abiicienda sunt hęc temporalia
sed Habentes alimenta & indumẽta quib⁹ tegamur his:
contenti simus,quia qui vltra tendit,malum inuenit. Vn-
August. de subdit, Nam qui volunt,diuites fieri. Non, dico,qui
sunt diuites,sed qui volũt esse, Incidunt in tentationem
& in laqueum diaboli,ipso actu. Nõ est enim genus ma E
li quod nõ ex cupiditate aliquando proueniat, quia radix
Idem in est omnium malorũ. Et nota ꝙ hoc dicitur his qui volũt
ps,132. diuites esse,& nõ sunt. Illis aũt qui iam diuites sunt, aliud
dicitur in sequẽti.s.nõ superbe sapere,sed dare pauperib⁹.
& addit, Et,incidũt In desideria multa,quæ diuitiæ nu
triunt Inutilia & nociua,quod pei⁹ est. Et quomodo no-
cent ostendit,subdens, Quæ desideria,mergũt homines
in interitum,corporũ, Et perditionẽ,animarũ. Radix.n.
Idẽ super generalis Omnium malorũ est cupiditas, plus habẽdi q̃
Gene. oportet. Hac & diabol⁹ cecidit,& primi homines. Aliqui
libri habent, Radix omniũ malorũ est auaritia,quę pro-
prie est amor pecuniæ. Vnde & in gręco habetur philar-
gia. Si ergo auaritia habetur in libro quæ proprie est pe- F
cuniæ amor,cum radix omnium malorũ dicatur: species
ponitur pro genere, quod est cupiditas. Et alibi dicit scri-
ptura, Quod superbia est radix omnium malorũ quæ nõ
videntur cõuenire. Sciendum vero vtrũq; vere dictũ esse,
si peccatorum genera attendantur. Nullum enim genus
peccati est quod aliquando nõ proueniat ex superbia, nul-
lum quod aliquando non proueniat ex cupiditate. & est
vtique aliquis homo qui ex cupiditate sit superbus, & ali-
quis est qui ex superbia sit cupid⁹. Est enim homo qui nõ
esset amator pecuniæ,nisi per hoc putaret se excellẽtiorẽ
esse, & est qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc
maiores diuitias habere. Quam, cupiditatem, Qui-

A dam appetentes. Qui enim pecuniam appetit, cupere appetit. Errauerunt a fide, omnino Christũ deserentes. Et inseruerũt se dolorib⁹ multis. hoc cõstat in auaris qui tãto plures sollicitudinũ cruciatus sustinent, quãto ampli⁹ desiderãt, vel quę habitu transeũt, vel quę habere nõ possunt.

[Tu autem o homo dei hęc fuge. Sectare vero iustitiã, pietatem, fidẽ, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonũ certamen fidei, apprehẽde vitã ęternã. in qua vocatus es & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi corã deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimoniũ reddidit sub Pontio Pilato bonã confessionem, vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsq; in aduẽtum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens
B rex regum, & dominus dominantiũ, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilẽ, quem null⁹ hominum vidit, sed nec videre potest. Cui honor & imperium sempiternum, Amen.] Tuam, o Timothęe, quia Homo es. i. rationalis: & quia Dei, es, Fuge hæc. Nihil enim tam asperũ: tamq; pernitiosum, quam si vir ecclesiasticus, maxime qui sublimem tenet locum, diuitiis huius seculi studeat, quia nõ solũ sibiipsi, sed & cæteris obest, q̃bus contrariã dat formam. Sectare vero iustitiã, faciendo vnicuique quod ius exigit quod nõ cupid⁹ facit. Pietatem, vt egenti cõdescendas, quod non cupidus. Fidem veram. Qui verã fidem de deo habet, nõ cupit in miseriis fieri diues, nec pluris est ei mundus quã deus. Charitatem, dei & proximi qua penitus caret cupidus. Patien-
C tiam, mansuetudinem, quibus caret cupidus, quia nec patienter fert aduersa, nec alii est mansuetus. Certa. q. d. hæc in te habe pro aliis, ante Certa certamẽ. q. d. assidue certa. Certamen, dico, Bonũ, scilicet quod prodest aliis. quasi dicat, certamen tale certa, vt prosit aliis cum discretione factũ, Certamen, dico, Fidei, scilicet quod pro fide fit, & pro his omnibus. Apprehende vitã æternam. i. nõ quæras nisi vitam æternam. quod debes, quia in eam vocatus es, & non in aliud. & hoc est quod subdit. In quã, habendam, Vocatus es, &, etiam ideo debes, quia Cõfessus, es iam Coram multis testibus, vel in ordinatione, vel in prędicatione. Bonã confessionẽ, id est illud q̃d fi-

Ambros.

Ambrosi. des exigit, Præcipio tibi. Præcepta dat rectori ecclesiæ D
magna vigilantia atq; prouidētia. In Timotheo enī om-
nibus successoribus prospector loquitur.q.d.non solū ex-
Aimo hortor,sed etiam præcipio tibi corā deo, patre, Qui vi-
uificauit omnia,in quibus vita est,ita & te,& coram Iesu
Christo,vt eum imiteris. Qui,cum esset Sub Pōtio Pi-
lato reddidit testimonium.s. Bonam confessionē.i. im-
minēte morte nō negauit veritatē,sed qđ dixerat affirma-
uit.s.se consilium dei,quæ fuit bona & honesta confessio.
Præcipio,inquam,vt serues mandatum.i. illud quod de⁹
& ego tibi mandauimus. quod est Sine macula & irre-
prehensibile,quia lex domini est immaculata, nec etiam
habilis est reprehendi. Serues,dico, Vsq; in aduentū do-
mini nostri Iesu Christi.i. donec tibi adueniat Christus
Au.cōtra in morte. Quē,aduentū Christi, Suis.i.congruis Tē- E
Maxi. poribus ostendet,sanctis quibuscunq; Beatus & sol⁹ po-
tens,hoc nō de patre tantū intelligendum est, sed de deo
qui est ipsa trinitas,quæcunq; pater facit hoc & filius,si-
militer facit & spiritus sanctus. Deus ergo trinitas intel-
ligitur cum ait, Beatus & solus potens,solus enim ipse
beatus est & potens in se,qui etiā suos faciet bonos & po
tentes,& reges sui & dominos imperiorū. Vnde subdit,
Rex regum & dominus dominantium, qui solus per na-
turam habet Immortalitatē.i.immutabilitatem,& dabit
suis per gratiā. Et habitat lucem. Per simile hoc dicit.i.
ipse est lux cuius sui participes erunt. Lucem,dico, Inac
cessibilem,quia null⁹ eam accedet ad se,sed cui datur do-
no eius:quod intelligebat propheta, dicens, Accedite ad
eā & illuminabit,& ita inaccessibilis est lux illa,quia ipse F
est Quem nemo hominum vidit,ex se,sed deus fact⁹ vi-
det,cum de luce ageret:nunc de ipso deo loquitur,quia i-
dem est ipse & lux:sed nec videre potest homo in hac vi-
Idē i eod ta,post autem videbit. Nihil hic dictum est quod non cō-
ueniat trinitati,quia secundum veritatē trinitas vnus de⁹
est. Beatus & solus potens rex regum & dominus do-
minantium qui solus habet immortalitatē,quia solus per
naturam est immutabilis,quia nec cuiusquā gratia,sed na
tura sua nec potuit nec pōt aliqua cōuersione mutari, nec
potuit,nec poterit aliqua mutatione peccare. Cuicūq; ve-
ro creaturæ rationali p̄statur vt peccare non possit,nō est

A hoc proprie naturę, sed dei gratię. Solus ergo deus habet Augu.de immortalitatem, Et lucem habitat inaccessibilē, quā nec trinit. hō videt, nec videre potest, nec inde separatū filiū oportet intelligi, quia filius vita æterna est cum patre. & ideo recte intelligitur quē secundū naturā qua deus est nemo vi Augusti. dit, nec videre potest sed poterit aliqñ si de illis est, de q bus dicitur, Beati mundo corde, quoniā ipsi deū videbunt Cui, deo. i. patri, & filio, & spū sancto, est Honor, a creaturis, & Gloria, in se, Et imperiū, quia omnia potest, & hæc etiam suis dabit. & hoc in Sempiternū, Amen.

[Diuitib⁹ huius seculi præcipe non sublime sapere neq; sperare in incerto diuitiarū: sed in deo viuo qui prę stat nobis omnia abunde ad fruendū, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, cōmunicare, the B saurizare sibi fundamentū bonū in futurū, vt apprehendāt verā vitā. O Timothæe depositū custodi, deuitās prophanas vocū nouitates, & oppositiones falsi nominis sciē tię: quā quidā pmittētes circa fidē exciderunt. Gratia tecū Amen.] Diuitibus. Supra egit de his qui volūt diuites fieri, dicens eos incidere intentionē & laqueū diaboli. Hic agit de his qui diuites sunt monens non sperare in diuitiis, & quia dixit mala venire ex cupiditate, & cōtra suasit, ne viderentur diuites omnino abiecti determinat, q.d. licet cupidi incidant in laqueū diadoli, tñ nō sunt penitus abiiciendi diuites, sed potius pręcipe Diuitibus huius seculi, quia sunt & spirituales diuites. i. his qui in hoc seculo abundant pecunia. Quid? non diuites non esse, sed Non sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarum. i. C nō inde supbire, & in eis spē nō habere. quia īcertę sūt, Au. in ser. & ideo nō est superbiendū inde sed timendū. Nota quod de ver. nō expauit apl's diuitias, sed morbū diuitiarū. i. superbiā euāgelii. quæ est vermis diuitū. Grandis animus est qui inter diuitias isto morbo non tentat̃. magnus est qui nō se ideo magnum putat, quia diues est. Qui aūt ideo se magnū putat supbus & egen⁹ est, in carue crepat in corde mēdicat inflatus est nō plen⁹. Et ne se spē pdidisse arbitrent̃, quia dixerat, Neq; sperare in incerto diuitiarū, adiecit, Sed pcipe sperare In deo, viuo, Qui pstat nobis oīa abunde. s. sine diminutione Ad fruendū, in æternitate, nō mō August. ad vtendū in hac vita. Temporalia enim dat ad vtendū,

æterna ad fruendum: illa, vnde bona faciamus: ista, vnde D
boni efficiamur. Si vero quid faciant de suis diuitiis, quærant, præcipe, diuites, Bene agere, & Diuites fieri in operibus bonis. i. pręcipe illos bene operari, vt diuites sint in operib⁹ operibus. Et, præcipe illis Tribuere, sua. & hoc Facile, etiam, vel ita, & ad hoc sint faciles. & pręcipe illis Cõmunicare. i. communia putare quę habent, & Thesaurizare sibi fundamẽtum bonũ. i. virtutes firmas, non tantum opera. & hoc in futurum, id est in opus, non alicui⁹ præsentis, sed futuri boni. ad quod diuitiæ pręmittuntur, nõ perduntur: ita hęc pręcipe facere. Vt, id est cũ Apprehendant veram vitam. s. æternam quæ non est fugitiua & vana, vt hæc vita. Quid plura? O Timothæe, per nomen ammonet proprium reddens eum attentum. Custodi depositum, scilicet quod de⁹ & ego tibi commẽdauimus Deuitans, vt possis illud custodire Nouitates E
vocum, non omnes, sed Prophanas, quæ sunt contra religionem, vt est hypostasis, quę vox habet se ad personam & ad substantiã. Vnde & hæretici sub huius vocis multiplicitate inducere volebant tres esse substãtias. Aliæ vero
Aug. sup Ioannem nouitates non sunt vitandę, Sunt eñ doctrinæ religionis congruentes verborũ quędã nouitates, sicut ipsum nomẽ Christianum quod qñ dici cœperit scriptũ est, In Antiochia enim primũ post Ascensionem domini appellati sũt Christiani: sicut legitur in Actibus apostolorum. Aduersus etiam impietatem Arrianorum nouũ nomen patres homousion cõdiderunt, sed non rem nouã tali nomine significauerũt. Hoc eñ vocatur homousion, quod est vnius eiusdemq; substantiæ. Nam si omnis nouitas prophana F
esset, non a domino diceretur, Mandatum nouum do vobis, vt testamentum appellaretur nouum, nec cantaret vniuersa ecclesia canticum nouum. Et, deuitans etiam Oppositiones scientiæ falsi nominis, id est quæ falso nomine scientia dicitur. Quam scientiam, Quidã promittentes, qui fidem quasi imperitiam rident, Exciderunt, a fide, semper manẽtes circa fidem, & nunquam in-
Au. in eo. tus. Nihil enim sic amant isti quam scientiam promittere & fidem rerum verarum quam paruuli credere præcipiũtur, velut imperitiam deridere. Et vt hæc custodias, Gratia sit tecum, Amen.


A Argumentũ in epiſtolam ſecundã ad
Timothæũ.

Tem Timothæo ſcribit de exhortatione martyrii,
I & oĩ regula veritatis, & quid futurũ ſit tẽporib⁹ no
uiſſimis, & de ſua paſſiõe, ſcribẽs ei ad vrbe Roma.

CAPVT I.



AVLVS apoſtol⁹ Ieſu' Chri ſti per volũtatẽ dei ſecũdũ pmiſſionẽ vitæ quę eſt in Chri ſto Ieſu, Timothęo chariſſimo filio: gr̃a & miſericordia, & pax a deo pr̃e nr̃o & Chri
B ſto Ieſu dñ̃o noſtro. Gratias ago deo meo cui ſeruio a pro genitoribus meis in cõſciẽtia pura, quod ſine intermiſſiõe habeam tui memoriã in orationib⁹ meis nocte ac die deſiderans te videre, memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear: recordationẽ accipiens eius fidei quæ eſt in te nõ ficta, quæ & habitauit primum in via tua Loide, & matre tua Euticie: certus ſũ autem ꝙ & in te.]



Aulus apoſtolus. Paulus iam a mundo tranſiturus hanc ſecundã epiſtolã item ſcribit a Roma de carcere Timothæo infirmitatibus &
C aduerſitatibus iam fatigato, vt cõſtanter laboret in dei gratia ſibi credita. exhortans eũ ad martyriũ multis modis, & vt perſeueret in officio rectæ pdicationis & ſancta operatione, & pdicens qđ futurũ ſit nouiſſimis tẽporibus, & de ſuo obitu. Et eſt intentio apoſtoli in hac epiſtola exhortari Timothęũ ad ſui officii diligentẽ executionẽ, & ad palmã martyrii, & quædã adhuc addere de epiſcopali officio. Mod⁹ talis. Primo ſalutat, deinde gr̃as agit de bono qđ habet, vbi ſuum videndi eum deſiderium oſtendit. Poſtea monet eũ ad pdicandũ & ad patientiã martyrii, ſuo, & aliis modis. Inde dicit, quales futuri ſunt in nouiſſimis diebus, tandem de tempore reſolutionis ſuæ inſtanti Præmittit autem ſalutatio- Aimo.

nem, dicens, Paulus Apostolus Christi Iesu, cuius officii D
tu es particeps. Perfice ergo debitum officii opus. Aposto
lus, dico, Per voluntatem dei, non meis meritis .q.d. &
tu similiter gratis missus es, & ideo prædicādæ gratię ma
gis es obnoxius. Apostolus sum, dico, nec sine spe pręmii
imo Secundum promissionem vitæ, non huius, sed quæ
est In Iesu, pro hac ꝓmissione legitime certo. Hāc meis
sequacibus promitto. Paulus, inquam, scribit epistolā Ti
mothæeo charissimo filio, & ante alia salutat in hunc mo
dum, Gratia. s. donatio spirit⁹ sancti qua ministri armā
tur Et misericordia. s. remissio peccatorū: Et pax. s. tran
quillitas mētis, & ꝓlibatio ęternę vitę, sit tibi A deo patre
& Iesu Christo domino nostro. Gratias ago. Agit gatias
de bono eius cōmendās fidei gratiam quæ in ipso est. Ait
ergo, Gratias ago deo meo, de hoc Quod sine intermis E
sione habeo memoriā tui, in orationibus meis. s. orans ti
bi maiora dona. i. de hoc gratias ago quod tam bonus fui
sti cuius semper sim memor. Hæc est sapiens exhortatio
ad vlteriora. Deo meo, dico, Cui seruio, quē & tu seque-
re. Seruio, dico, edoctus A progenitoribus meis. i. ab anti
quis patribus. s. Abrahā, Isaac. & Iacob, & aliis qui vnū
deum vera fide coluerunt, quia vna fides est vtrorūq; . s.
antiquorū & modernorū iustorum. Seruio, dico, In cō-
scientia pura, sic sit & tua. Ego, dico, Nocte ac die desi-
derans videre te quia me⁹ visus esset tua cōfirmatio, & sic
qui gaudeo de te bono, impleret gaudio de te pfecto. Vñ
subdit, Vt gaudio .q d. ideo desidero te videre, vt Im-
plear gaudio, de tua perfectione, & ideo quia Memor sū F
lachrymarum tuarū. Fleuit enim Timothæ⁹ a Paulo dis
missus paratus cum eo ire ad omnia pericula. quod ergo
pręsens habuit, absens teneat. Ego, dico, Accipiens, idest
etiā habens Recordationem eius fidei quę est in te non
ficta, id est non inuētitiā vel fragilis, quia etiam commo-
neat te, cum etiā in fœminis fuerit firma. Vnde sequitur,
Quæ, fides, Et habitauit primum in auia tua Loide, &
matre tua Euticie, parentum ei⁹ synceritatem fidei me-
morat, vt fortiorem homo faceret. Certus sum autem
Ambrosi. quod & in te, habitat eadem fides, & ideo ferueat.
Aimo. ¶ Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gra-
tiam dei quę est in te, per impositionem manuū mearū.

A Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis, & sobrietatis, Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabora euangelio secundum virtutē dei qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secūdū propositum suum & gratiam, quæ data nobis in Christo Iesu ante tēporalia secula. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitā & incorruptionem per euangelium, in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister gentium, ob quā causam etiam hæc patior, sed non confundor, Scio em̄ cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborū B quæ a me audisti in fide & dilectiōe in Christo Iesu. Bonum depositū custodi per spiritū sanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc quod auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phyletus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenā meam non erubuit: sed cum Romam venisset sollicite me quæsiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiam a deo in illa die. Et quāta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.] Propter quā causam. Commēdata fide illius ad eā sine timore & erubescentia prædicandam exhortatur. q.d. Propter quam causam, scilicet, quia fidem habes, & fuisti talis & tā boni parentes tui fuerunt. Ammoneo te vt resuscites gratiā C dei. s. gratiam episcopalem timore quasi sopitam a deo tibi collatam, Quæ est in te per impositionem manuum mearum, quæ te mihi ammonet obedire. Non enim. q.d. moneo vt resuscites gratiā dei, quod vtiq; potes. dedit em̄ nobis deus spiritum virtutis & dilectionis. & hoc est quod ait, Non enim dedit nobis, tibi vt mihi. Spiritum timoris, Quo turbatus Petrus negauit Christum. Hunc enim potius auferri voluit a nobis, cum dixit, Nolite timere eos qui occidunt corpus. Huius timoris non accepimus spiritum, sed illius de quo dn̄s ait. Eum timete qui potest corpus & animā perdere in gehēnam, Spiritus. n. sanctus dat timorem, nō mundi. sed dei qui potest perdere in gehennā Non dedit inquam, Spiritum timoris sed virtutis. i. forti

Augus. de gra. & li. ar.

tudinis contra aduersa quę timorē pellat, quae venit ex di- D
lectione dei & proximi, de qua addit, Et dilectionis, quā sobrietas pręcedit, de qua subdit, Et sobrietatis. i. discretionis, Ecce a summo dono. i. a dilectione, ad vnū descendit. i. ad sobrietatē. Noli itaq;, prius monuit non timere, ad quod valet virtus. Hic monet non erubescere ad quod valet dilectio & discretio. q. d. quia dedit spiritum dilectionis

Ambrosi. & discretionis. Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri. i. non erubescas testari hominibus dominū esse crucifixū, quia surrexit. Constantiā habendam docet, nec erubescendum esse in professione. Nō ē. n. vnde erubescatur in ea, quia si visus est homo Christus, gestis tamē apparuit deus, & si crucifixus est, resurrexit tamē a mortuis & multis videntibus suscipiēte eum nube, in cælū ascēdit. Vbi ergo putatur imbecillitas, ibi apparet potentia. Neq; E

Ambrosi. erubescas Me vinctū, pro pdicatione euangelii eius, quia

Aimo. nec in hoc rubor est, Sed conlabora, mihi in prędicādo

Ambrosi. Euangelio, crucis. Vel, Conlabora, mecum Euangelio. i. ad honorē euangelii, quod potes Secūdū virtutem dei, & debes, quia ipse Qui liberauit nos, precio sanguinis sui. Vicē ergo reddere liberanti conuenit, cui⁹ beneficiis cum digne respondere non valeamus, vel legationem eius fideliter & instanter agamus, Et vocauit nos. Vocatione, interiori, Sua. i. sibi soli conuenienti, & Sancta, quia ad sancta vocat. Vocauit, dico, Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam. i. secūdum quod per gratiā quidē pręuid erat, Quę gratia, Data est nobis in Christo Iesu. i. praeuisa est dari nobis p Christū, Ante tēpora secularia. Manifestata ē autē nūc, in cōpletiōe Per illuminatione F
nē saluatoris nr̄i Iesu Xp̄i. i. p pdicationē Xp̄i illuminantē auditores. Quę vero sit illa gratia aperit, subdens, Qui, Christus, Destruxit qdē mortē vtranq;, animę & corporis. Hęc est illa gratia, s. destructio mortis, & ideo mors nō est timēda pro fide Christi, Illuminauit autē. i. in luce posuit, Vitā & incorruptionē. i. vitā incorruptibilem. & hoc Per euāgeliū. i. p pdicationē euāgelii. Ecce quā necessariū est euāgeliū, In quo. s. euāgelio, Ego posit⁹ sū, quasi immobilis Prędicator, nomen actus, Et apostolus, habens potestatē apostolicā, Et magister gētiū, s. quotidie docēs gē-

A tes. Ob quā causam.s.quia pdico,& Hæc patior, Quę modo Romæ sustineo, Sed non confundor. i.deficio vel erubesco, Securus, quia pro tribulationib⁹ magna ei promissa merces est, non confunditur sed gloriatur in pressuris. Quo autē hęc spectent, ibi aperit, Formam habens, &c. Scio.n.q.d. ideo nō cōfundor, quia Scio ꝙ deus est ille, cui credidi. Vel, Scio cui credidi.i. cui mea cōmisi.s. Christo, Et certus sum quia potens est seruare depositū meū.i. salutē quā ei cōmēdaui.s. in spe & fide illius collocaui In illo die.s. iudicii. Spe & magnificentia saluatoris securus est, quia qd cōmendat illi, in tuto est, Illi aūt commendat salutem suam, vt hic pro illo patiens, salutē inueniat penes illū cū cœperit iudicare, vt puniens infideles istū dignū ęterna vita pronuntiet. Vel, Potens est seruare B depositum meū.i. euangeliū quod mihi cōmendauit, vel quod ei cōmisi seruandū vsq; In illum diē, decessus mei. Formā. Hic ostendit quo de se prædicta spectēt.q.d. ita laboro & in isto officio mihi credito: similiter & tu Habēs formā sanorū verborū q̄ a me, nō a quocunq; Audisti. Habēs, dico, In fide & dilectione.i. habēs bona verba cū fide & dilectione, q̄ est in Christo Iesu i. sicut Christ⁹ instituit. Hęc, inquā, habēs per q̄ potes custodire, Custodi, diligēti executione, Bonū depositū.i. officiū tibi commissum quod potes Per spiritū sanctū qui habitat in nobis.s. in te vt in me. Quidā libri habēt, Formā habe, secundū hoc sic cōtinuo literā. q.d. cōlabora euangelio, qd vt recte facias, habe formā sanorū verborū, &c, nō mutatur sententia: & Custodi bonū depositū, nec hic mutetur C sensus. Scis.n.hoc.q.d. ideo op⁹ē vt custodias, Quia, tu Scis hoc quod omnes illi qui auersi sunt a me.i. qui recesserunt a me, Modo sunt in Asia, ex quibus est Phylet⁹ & Hermogenes, a qb⁹ tibi maxīe cauendū est. Hi quos memorat simulatione pleni erant. simulate.n. fuerant cū apostolo, vt addiscerēt vnde calūniā illi facerēt, sed postq̄ viderūt se manifestatos, recesserūt ab eo. Det, &c.q.d. illi recesserūt a me, sed Det dñs misericordiā domui.i. familiæ, Onesiphori, Asiani, quia Sępe me refrigerauit, ministrādo mihi necessaria. hūc imitare tu, Et catenā meā nō erubuit, sicut hi qui recesserunt a me. Sed cū venisset Romā sollicite me quæsiuit, vt ei liceret a me ingredi, &

Ambrosi.
Aimo
August.
Ambrosi.
Aimo
Ambrosi.

Inuenit,me,& ideo Decet illi deus, pater Inuenire mi- D
sericordiā a domino.i. a filio,In illo die,iudicii,& nō solū
Romæ,sed Etiā Ephesi,multa ministrauit mihi, & quāta
tu q aderas,Nosti melius,aliis pluribus,Vel Meli⁹,q̄ hęc

CAPVT II.

T V ergo fili mi cōfortare in gratia q̄ est in Christo Iesu,& q̄ audisti a me p multos testes, hæc commenda fidelibus hominib⁹, qui idonei erunt & alios docere,Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo implicat se negotiis secularib⁹,vt ei placeat cui se probauit,Nam& q certat in agone,nō coronabit nisi legitime certauerit. Laborantē agricolā oportet primū de fructibus accipere. Intellige quæ dico,dabit .n. tibi dominus in omnibus intellectū. Memor esto dominum Iesum Christū resurrexisse a E
mortuis,ex semine Dauid,secundū euangeliū meū in quo laboro vsq; ad vincula quasi male operās, sed verbum dei non est alligatum.] Tu ergo.q.d. qa illi sunt auersi, & exemplū habes illius Onesophori,Tu ergo fili mi confortare,& magis exēplo Onesophori, In gratia,fidei & sapientiæ in te seruāda,& aliis annuncianda , quę data est, In Christo Iesu, &etiam coadiutoresconstitue.vñ subdit, & Quæ audisti,a me confirmata, Per multos testes.s.per prophetas,Hęc cōmenda hominis fidelibus.id sanæ fidei Qui idonei erūt,vita & scientia & facūdia, Et alios docere. Illis enim debet committi prędicatio dei qui apti sūt illi officio.& tu ipse,Labora:in prędicando euangelio cōtra hostes fidei. Sicut bonusmiles Christi. Si autem bon⁹ F
Ambros. miles esse vis non implices te secularibus negociis, quia Nemo,in spiritualibus,Militans deo,qui non potest diuidi duobus contrariis seruis,sicut nemo potest seruire duobusdominis,Implicat se secularibus negociis,quibuslibet vel,specialiter negocium seculare appellat,vt quasi mercatum faciens quis de spiritualibus carnalia quęrens, & est hęc diffinitio boni militis,vt ergo sit bonus miles non implicet se secularibus negociis. Hoc ideo dicit apostolusscribens Timotheo,ne forte cum indigeret Timothę⁹; & nollet victu cotidiano ab eis sustentari quib⁹euangelium ministrabat,nec in opere corporali laborare posset, aliqua negocia sibi quęreret quibus animi eius implicarentur.

A Nam & illa negocia sunt secularia cum anim⁹ occupatur Aug.i lib.
colligendæ cura pecuniæ sine labore corporis, vt faciunt ope. mo.
negociatores, & huiusmodi. Cura enim non manib⁹ operantur, ideoque ipsum animum suum occupant habendi sollicitudine, quod ne iste faceret, quia infirmus laborare non poterat, probibet, dicens, Nemo militans deo implicat se negotiis spiritualib⁹. vt placeat ei scilicet deo. Cui se probauit. i. deuouit, & per preterita in electione probabilem ostendit. Nam & qui quasi dicat, Ideo labora sicut bonus miles, vel ideo nemo se implicet secularibus negotiis, quia aliter nõ datur corona nisi legitime militet, vt in agone fit. Nam & ille qui certat in agone, quolibet, Non coronabitur nisi legitime certauerit. i. prout expetit lex agonis, quod nemo potest nisi ab omnibus quæ illum agonem impedire possunt abstineat. Et quasi ille quereret, vnde ergo viuam cum fodere non possim, & mendicare confundar, subdit, Laborantem agricolam quasi dicat & si non implices te negotiis, est tamen vnde potes viuere, qa Oportet laborantem agricolam. Vel ita continua. dico labora, & quamuis ita moneam te laborare, non tamen viuas de opere tuo, quia infirmus es, & minus sufficiens verbo dei, quia Oportet laborantem agricolam scilicet prædicatorem qui in agro ecclesię ligone verbi dei excolit corda auditorum, Primum percipere, id est sumere, De fru- Aimo.
ctibus. i. necessaria ab auditoribus, quia dignus est operarii⁹ mercede sua. Vt agricola vel vinitor primos fruct⁹ laboris sui degustat, ita Apostolus, prius iubet eũ sumere qui primus est, & sic cęteris distribuere. Primum enim debet

C ille suam necessitatem implere ex his quæ accipit, & post Ambros.
aliis de his quæ super sunt ministrare, Castum itaque euã Aimo.
gelistam non ad hoc euangelizantem, vt euangelium ven Augus. de
dat, securum facit, vt vult vt intelligat quod necessaria sibi ope. mo.
sumere ab eis in qbus deo militat, & quos tãquã cultor vineam exercet, vel tanquam gregem pascit, non est mendicitas sed potestas. Timothæus autem tantæ abstinẽtiæ fuit, quod etiam a licitis se temperans volebat de labore manuum viuere, cum domin⁹ decreuerit, vt qui euangelium annunciat, de euangelio viuat. Intellige quasi dicat, dico vt accipias necessaria a subditis, & in hoc si videor contraria, & contra hoc quod ipse ego facio, dicere, In-

tellige quę dico, id est discerne quid quare dicit. Ideo em̃ D
dico, vt accipias, quia tu infirmus es, ideo ego abstineo q̃a
mihi de acceptione scandalũ est. Intellige dico quod po-
tes. Dabit enim tibi deus in omnibus intellectum, non
solum in his, Memor, quasi dicat certans legitime coro-
nabitur, & vt legitime certes, Memor esto dominum no
strum Iesum Christum resurrexisse a mortuis, natũ Ex
Almo. semine Dauid. i. de progenie Dauid, Et hoc, Secundum
Ambros. euangeliũ meum id est secundum prędicationem meã, &
si peruersi negent. Hęc nõ propter Timothęũ memorat,
sed propter hęreticos quos pręuidit futuros & ista nega-
turos, In quo, euangelio prędicãdo, Laboro vsq; ad vin
cula, sic & tu facias: ego dico habitus. Quasi male ope-
rans, hic cõtumeliam notat quæ ei ingerebatur. Sed ver-
bum dei non est alligatum in me, & si corpus, id est licet e- E
go sim alligatus corpore, tamẽ verbũ dei non est alligatũ,
quia & sermone præsentes & literis absente docere non
cesso. [Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi
salutem consequantur, quę est in Christo Iesu cum gloria
cœlesti. Fidelis sermo. Nam sic commortui sumus, & cõ-
uiuemus si sustinebimus, & cõregnabimus: si negauerim⁹
& ille negabit nos si non credimus, ille fidelis permanet.
negare seipsum non potest. Hæc commone testificans co-
ram deo. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est,
nisi ad subuersionem audientium. Sollicite aũt cura teip-
sum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilẽ:
recte tractantem verbum veritatis. Prophana autem &
inaniloquia deuita, Multum enim proficiunt ad impieta- F
tem, & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Hy-
menæus & Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes
resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorũ-
dam fidem.] Et ideo, id est pro euangelio, vel quia me-
mor sum Christum resurrexisse, Sustineo omnia, incõ-
moda maxime Propter electos, & si omnibus non pro-
sim, Vt & ipsi mecum consequãtur, hic Salutem animæ
quæ est In Christo Iesu, id est per Christum patratur. &
hoc, Cum gloria cęlesti, quę post hanc vitã gloria dabit
.q.d. hic cõsequãt salutẽ iustificatiõis, & post hãc vitã glo-
riã cælestem. Et fidelis id est verus Sermo est iste. i. quia
consequentur electi salutem & gloriam, & vere: nam &

A mortui mundo sicut Christus veteri homini,& sustinētes id est martyres consequentur salutem. Et hoc est quod ait, Nam si,nos, Sumus cōmortui id est si nos sumus mortui mundo vel peccatis in baptismo,sicut Christus veteri homini, vtiq;, Et conuiuemus .i. cum illo viuemus in æterna vita. Et si sustinemus,pro Christo tribulatiōes, & passiones, Et conregnabimus, cum illo in æterna beatitudine. Vel ita, Fidelis sermo,nam si:ita ordina literam & continua, quia vt sustineas memor esto Christū resurrexisse, Nam si cōmortui sumus, Christo in ipsa morte. Et cōuiuemus. & si sustinemus,in ipsa passione, Et cōregnabimus,in gloria cum eo. Et iste sermo fidelis est & si negauerimus , eum corā hominibus, Et ipse negabit vos,corā patre dicēs.Nescio vos,hoc est cōtrariū illi quod

B ipse ait,Qui me cōfessus.f.c.h.c.& e.e.co.p.m. Et si,nos, Non credimus,quod puniat malos stulte confisi de misericordia eius. Ille,tñ.s.Christus, Permanet fidelis, in dictis suis & in eo etiam quod dixit, Qui non crediderit condemnabitur. Et vere fidelis est, quia non potest Negare seipsum, qui est veritas quod faceret si dicta sua non impleret,hoc autem quod seipsum negare nō potest laus est diuinæ voluntatis,sic quod quidā non possunt credere culpa est voluntatis humanę, Hæc autem, prædicta.s.vt patiaris &c. Commoneo,te,Vel secundum aliam literā, Hæc commone,alios tibi commissos Testificans corā deo id est testem deum inuocans. Noli.q.d.hoc fac. Sed noli contendere verbis.Ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audientium,quia contentio nil potest nisi sub- Au. super Ioannem

C uertere audientes , dum verbosus par vel superior videtur catholico.Contentio minus stabilitis sępe generat scrupulum.solēt eñ in cōtentione talia opponi elimato maliuolentiæ argumēto, vt moueant animos insipientium fratrū Nec potest esse quin contentio extorqueat aliquid quod dicatur cōtra conscientiā , vt intus in aīo perdat, & foris victor accedat.Nemo eñ patiē se vinci,licet sciat vera esse quę audit. Collatio ergo inter dei seruos esse debet, nō altercatio. Sollicite aūt cura exhibere teipsū deo,hoc propter te, Probabilē.i.ꝓbatū & laudabilē in cōspectu tuorū hoc ꝓpter ꝓximū, Operariū,in op'bus vitę agēdis, Incōfusibilē.s.q nō erubescat euāgeliū, vel nō deficiat.recte

Tractantem verbum veritatis.s. secundũ competentiam D singulorũ, vt altis spũalia, lac distribuat paruulis, Prophana,q̃ verba vt hęreses. Et inaniloquia.s.q̃ sine fructu sunt,& si nõ ita mala sint. Deuita,quia aliquibus nocẽt. Vnde subdit, Multũ n.proficiũt.i.efficacia sunt, Ad impietatẽ.i.cõtra cultũ dei. Et sermo eorũ.i.hæreticorum,

Aimo

Vt cancer serpit.i.a paruo vsq; ad maius paulatim tẽdit, quę sana sunt corrumpendo, & ita ad impietatẽ trahẽdo. ex quibus est, Hymenæus & Philet⁹,horũ prodit nomina vt ab his specialiter caueat,quos & prophanos & impios designat, & errantes a veritate. Vnde subdit, Qui exciderunt a veritate,in qua olim fuerunt,ideo adhuc eis creditur.vnde etiã magis noxii sunt,sed ab ea exciderunt, Dicẽtes resurrect.corporũ Iam factã esse,vt nõ speretur B alia, qđ dicebant occasione verborũ illorũ q̃ in euangelio cõtinẽtur.s.multa corpora sanctorũ qui dormierũt surrexerunt,& negabãt resurrectionẽ generalẽ q̃ adhuc futura est.Vel ita,vt de resurrectione animæ accipiatur. Duæ.n. sunt resurrectiones,prima est q̃ fit in aĩa,q̃ per fidẽ & baptismũ viuificatur.Vnde, Qui crediderit in me,transibit de morte ad vitã.Altera erit corporũ,q̃ erit in die iudicii. De illa resurrectione q̃ fit in aĩa per fidẽ loquit hic Apostolus cũ ait, Dicentes resurr.mentiũ, Iam esse factam, in baptismo & fide,& nullã corporum resurrectionẽ futuram.Omnes enim sectæ quæ aliquam religionem pro-

Au. super Ioannẽ

mittunt,concedunt resurrectionem mentium in fide. Aliter enim nõ videntur audiendi.Volentes ergo credi sibi, omnes etiam qui instituerunt alicuius falsæ religionis sectã negare istam resurrectionẽ mentium non potuerunt, F omnes de illa cõsenserũt:sed corporũ resurrectionẽ multi negarunt,sicut isti quos nominat Apostol⁹. Et subuerterunt fidem quorundam,& ideo magis vitandi sunt.

[Sed firmum fundamentum dei stat habens signaculũ hoc.Cognouit dominus qui sunt eius, & discebat ab iniquitate oĩs qui inuocat nomen domini.In magna aũt domo nõ solũ sunt vasa aurea & argẽtea,sed & lignea & fictilia,& q̃dã quidẽ in honorẽ,quędã aũt in contumeliã.]

Sed,ideo non pro eis desperandũ est,quia Firmũ stat fundamentũ dei.i.illi quos elegit deus,& immobiliter in fide fundauit:qui perit,inde nõ erat. Fundamentũ,dico,

A Habens hoc signaculum.i.habēs hoc signū amicis & inimicis, Amicis, vt accedant: inimicis, vt territi fugiāt. Vel, Habens hocq; signaculum.i.habet hoc menti impressum.s. Quod nouit dn̄s qui sunt eius.i.amat & defendit p̄scitos suos: in quo p̄scientia notatur, qua quos p̄sciuit futuros esse cōformes imaginis filii sui, p̄destinauit, vocauit, iustificauit, glorificauit. Numerus taliū est hortus cōclusus, fons signatus, puteus aquæ viuę, paradisus cum pomorum fructibus. Ex hoc numero quidam spiritualiter viuunt, & super eminentē viā charitatis ingrediuntur. Quidam vero adhuc carnales suos prouectus instāter exercent: & vt ad cibos spiritualium fiant idonei, sanctorū mysticorū lacte nutriuntur: & quæ in prauis moribus populari etiā iudicio manifesta sunt, in dei timore vitant: & regulā fidei di- Augu. de baptismo

B ligenter inquisitam firmiter tenēt, & si ab ea deuient, cito authoritate catholica corriguntur, q̄uis in eius verbis pro sensu carnali variis adhuc phantasmatū concursibus fluctuent. Sunt etiam ex hoc numero quidam qui adhuc nequiter viuunt, aut etiā in hęresib⁹ vel in gentilium superstitionibus iacent, & tamen etiam illic nouit domin⁹ qui sunt eius. Nam in illa ineffabili præscientia dei multi qui foris videntur, intus sunt, & multi qui intus vidētur, foris sunt. Ex illis ergo oīb⁹ q, vt ita dicā intrinsec⁹ & in occulto intus sunt.i. quos nouit domin⁹, nemo in æternā damnationē seducitur: quia nouit deus, Qui sunt eius, nondū apparuit iudicium, sed iam factum est, in notitia dei. Nouit enim qui permanēt ad coronam, & qui ad flammam nouit triticum & paleam. Deinde alterā partem signaculi Augu. de ciui. dei.

C ponit de libro Esaię subdēs, Discedat ab iniquitate, & si nō ab iniquis hominibus quib⁹ admixtus est in corpore. Oīs, qui vere. Nominat vel inuocat nomē dn̄i. Nota q̄ ait discedat. Esaias.n. vidēs in hoīe liberū arbitriū, ita admonet discedere ab iniquitate dicēs, Discedat, &c. & p̄ hęc dico.s. q̄ homo libero arbitrio discedit ab iniquitate & qd̄ de⁹ p̄scitū; munit, apparet hostib⁹ & amicis q̄ ipse sit dei, hoc est signaculū. In magna aūt.q d. quidam sunt subuersi, quidā sunt signati: & nō mirū, quia In magna domo.i. in ecclesia sunt simul modo. Nō solū vasa aurea & argentea.s. boni dei dispēsatores recipiētes, Sed & lignea & fictilia.i. mali; qui & si ad cōtumeliā sint, vtilia ta-

men ſunt honeſtis ad purgationẽ. Vnde ſubdit, Et quędã D
quidem ſunt in honorẽ.i.boni qui purgantur per malos.
Quędã aũt in contumeliã.i.mali qui ſunt purgatoriũ bo-
norum. Sicut enim vaſa lignea & fictilia valẽt, vt purgen
tur argẽtea & aurea: ſic mali proſunt ad profectũ bono-
Augu.de baptiſmo rum. Magna ergo domus eſt eccleſia in qua ſunt vaſa au-
rea & argentea.i.boni & fideles & ſancti dei ſerui vbique
diſperſi & ſpirituali vnitate deuincti in eadẽ cõmunione
ſacramentorum degentes & vaſa lignea & fictilia.i.illi q
ita ſunt in domo, vt nõ ſint in compage dom⁹, nec in ſo-
cietate pacifica, & tamen adhuc corpore ſimul ſunt cũ bo
nis. Nã ante temp⁹ vltimæ ſeparationis nullo modo pro-
pter cõmixtionẽ malorũ recedendũ eſt ab vnitate eccle-
ſiæ, vt ante ventilationem areę ſimul ſint triticũ & ziza-
nia, grana & palea, quia nõ conceſſit dominus Apoſtolis E
Aimo zizania a tritico ſeparare. Quis ergo hęc audeat? Ecce p
vaſa aurea & argentea boni & electi & ipſi idem ſunt.
Vaſa in honorem, quia ad honorem, & ad gloriã patrię
cœleſtis ſubleuãtur per vaſa lignea, & ſic intelligũtur ficti
& reprobi, & ipſi idem ſunt, Vaſa, in cõtumeliam, quia
demerguntur in ſuppliciũ dãnationis. Vel per vaſa aurea
& argentea intelliguntur oẽs boni, ſiue pſeuerãtes, per va
ſa lignea, & ſic intelliguntur oẽs mali, ſiue qui ad tempus
mali ſunt, ſiue pertinaces & de vtriſq; Quędam ſunt in
honorem, quia de bonis & malis quidam electi ſunt ad
gloriam, & ſimiliter de vtriſq; Quædam ſunt in cõtu-
mel. quia & de bonis & de malis quidam ſunt reprobi.

[Siquis ergo emũdauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorẽ
ſanctificatũ & vtile a dño ad oẽ opus bonũ paratũ. Iuue- F
nilia aũt deſideria fuge, ſectare vero iuſtitiã, fidẽ, ſpem, &
charitatẽ, & pacẽ cũ his qui inuocãt dñm de corde puro.
Stultas aũt & ſine diſciplina q̃ſtiones deuita, ſciens q̃a ge-
nerãt lites. Seruũ aũt dñi nõ oportet litigare, ſed mãſuetũ
eſſe ad oẽs, docibilẽ, patientẽ, cũ modeſtia corripiẽtẽ eos
qui reſiſtunt veritati: nequando deus det illis pœnitentiã
ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant a diaboli la-
queis, a quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.]

Si quis ergo.q.d. Quædã ſunt in honorẽ, quędã in cõ-
tumeliã: & quia alterũ horũ eſt, Siquis ergo ab iſtis, qui
ſunt in contumeliam, Emundauit ſe, recedendo ab ini-

A tate eorũ nõ ab eis. erit vas in honorem sanctificatũ, fide & operibus: vel, Sanctificatũ. i. mundũ, Et vtile, acquirendo alios. Domino, & ad omne opus bonum paratũ. q.d. nõ perit propter hoc quod cum illis in corpore. Iuuenilia autem. q.d. Aliorũ prophana & inaniloquia deuita, In te autem desideria iuuenilia fuge, luxuriam, & immũditiam, & alia huiusmodi. Sectare vero iustitiam, in iudicio: Fidem, veram: Charitatẽ, dei & proximi: vel, Castitatem, pacem, id est quietam Cum his qui inuocãt dominũ de corde puro. i. fidelibus. Vel ita, cum his .q d. hæc omnia sectare, Cum his, id est sicut hi Qui inuocant dominum de corde puro, id est pura conscientia. hęc sectare. Stultas autẽ quęstiones, id est inutiles, Et, quæ, Sine disciplina sunt, id est quibus non est prouentus sciẽ-
B tiæ, & si non stultæ sint, Deuita. Non omnes quęstiones vitandæ sunt, sed inutiles, Et sine disciplina. Deuita dico, Sciens quia generãt lites, non ędificatio nem Seruum autem domini non oportet litigare, id est tempus litib⁹ expendere. Satis o strepunt contradicentes. ne ergo seruus dei sibi obstrepat studio altercandi, & contendendi, ait. Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum eẽ, id est tractabilem ad omnes, etiam ad malos, vt attrahat eos. Docibilem, scilicet qui facile doceat vel doceatur si opus est in aliquo, patientem in quælibet aduersa, Cũ modestia. i. mentis lenitate. Corripientem eos qui resistunt veritati, quia nõ est cessandũ a correptiõe erroris alteri⁹. Ecce patet qa nec deesse voluit nos factũ correctioni, nec Augu. de ser. i mõ.
C studere certamini. Multi. n. homines cum a somno excitantur, litigare volunt, aut rursus dormire cum litigare prohibẽtur. Corripientẽ dico, qa ad hoc correctio vtiq;, Nequãdo. i. vt aliquãdo, Det, &c. vel tũc valet correctio. Neqñ. i. si aliqñ, De⁹ det illis pœnitentiã, aliter nõ prodest correctio, nisi supernus medic⁹ respiciat. i. nisi faciat vt peccati sui quemq; pœniteat quæ pœnitẽtia pudore & timore displicẽdi aliis interdũ impeditur, dũ pl⁹ delectat hominem aliorum existimatio quã iustitia, qua se quisq; humiliat pœnitendo. Ideoq; nõ solum cum agitur pœnitentia, verumetiam vt agatur, dei misericordia necessaria est: vt. n. Petr⁹ amare fleret, respexit eum domin⁹, & ideo Apostolus hic dicit, Det illis de⁹ pœnitentiam ad cogno- Augu de cor. & gr.

Aimo scendam veritatem, quam modo impugnant, Et, ea co- D
gnita, resipiscant a laqueis diaboli. i. recedant ab erroribus
diaboli, quibus illaqueati tenentur, & redeant ad bonum
August. vt sapiāt veritatem. Nam resipere, est quasi re sapere. A
quo. s. diabolo nō modo ligantur, sed Etiā captiui tenen-
tur, quasi extra patriam ad ipsius Voluntatem, exequen-
dam.

CAPVT III.

H Oc autem scito, quia in nouissimis diebus in-
stabunt tempora periculosa, & erūt homines
seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphe
mi, parentibus non obedientes, ingrati, scele-
sti, sine affectione, sine pace, criminatores, in-
continentes, immites, sine benignitate proditores, proter- E
ui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam dei ha-
bentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius ab-
negantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant
domos, & captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis,
quę ducuntur variis desideriis, semper discantes, & nunq̃
ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum au
tem Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resi-
stunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fi-
dē, sed vltra nō proficient.] Hoc aūt. q. d. Dixi ppha-
na & stulta deuita: ad ipsa autem vitanda. Scito quoniam
Augusti. in nouissimis dieb⁹ instabant, sanctis, Tempora pericu-
losa, vel sęua, Hęc est aūt causa periculi, Et. i. quia, Erūt
homines amātes seipsos, nō deū, vt Petr⁹ qui ter interro-
gatus a dño, ter cōfessus est se eū diligere, dicēs, Tu scis
quia amo te, vnde & dñs oues ei pascendas tradidit, quia F
in pascendis ouibus vera monstratur dilectio, si quis ibi
non quærit sua sed quæ Iesu Christi sunt. Ex eo aūt quod
seipsos non deum amant, quasi ex radice hęc quæ sequū-
tur mala oriuntur, scilicet quod erunt Cupidi, pecuniæ,
Elati, ad dominum Superbi, de honoribus sibi impen-
Aimo sis a subditis. Blasphemi, in deum per hęreses. Non obe-
dientes parentibus, carnalibus vel spiritualibus: Ingra-
ti, de bonis vt qui corrigentibus mala pro bonis red-
August. dunt: Scelesti, in grauibus perpetrandis, vt quādo mo-
Aimo dum peccati transcendunt, scilicet suas vel aliorum ani-
mas interficiētes: Sine affectione, ad aliquē sine qua sunt

A non cōpatiendo infirmis: Sine pace.i.inquietātes alios Auguſt.
Criminatores.i. crimina aliis imponentes, vel detractores famā ſanctorum maculare conātes: Incōtinētes, gulę vel libidinis, non refrenando malas cupiditates, Immites.i.crudeles exercendo lites: Sine benignitate.i.largitate, dū neſciunt ſubuenire aliis: Proditores, ſecretorū alterius, dum indicant inimicis piorū quæ occultāda nouerunt: Proterui vel procaces, habitu vel verbis pudorem non ſeruantes ſed humanā verecundiā inuerecunde agitantes: Tumidi, inflato corde: Cæci nō intelligētes quæ loquuntur, neq; de quibus agunt. Voluptatū, quarūlibet Amatores magis q̃ dei.i. carnales lętitias ſpiritualibus præponentes: Habentes quidē ſpeciē pietatis .i. religionis, quia eadem ſacramenta habēt cū piis, & ideo pe- Au.cōtra. F.ult.
B riculoſi ſunt. Virtutē autē eius, pietatis.i.charitatē, Abnegantes, factis. Virtus Pietatis eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & de fide nō ficta, hæc eſt virtus quā nihil vincit, nullus ignis, nulli fluctus ſeculi, nulla flumina tentationis eā extingūt. de hac dicitur, Fortis eſt vt Au.in ps mors dilectio. Sicut em̄ mors quādo venit ei reſiſti non xlvi.
pōt, ſic cōtra violentiā charitatis nihil poteſt mūdus. Ecōtrario data eſt ſimilitudo. Quomō em̄ mors ad auferendum violētiſſima eſt ſic charitas ad ſaluandū violēta eſt. Vel ſecundū aliā literā, Veritatē aūt eius.i.rem pietatis, Abnegant, idē ſenſus, Et hos, tales, Deuita. Ecce quare incœpit de nouiſſimis tēporibus. Ex his em̄.q.d.benedico vt tales diuites, quia iam horū prænūcii quidā ſunt.
C plures autem in fine futuri ſunt. Et hoc eſt qđ ait, Ex his em̄ ſunt q penetrāt domos. Ad literā. Ingrediebāt em̄ in domos mulierū, & decipiebant eas. Vn̄ ſubdit, Et capti Aimo. uas ducunt.i.ſubdolis & verſutis verbis ſeducūt, Mulier Ambroſi. culas, prius & p eas viros earū, vt diabolus prius Euā ſeduxit, & per eam Adā. Vel, Penetrant domos.i. rimant proprietatē cuiuſq;, & quos idoneos inueniunt ducūt captiuos. Vnde ſubdit, Et mulierculas ducunt capt.i. viros ſeductiles, quaſi mulieres ſeducunt. Mulierculas, dico, Oneratas peccatis, & ideo erāt dignę ſeduci. Vn̄ ſubdit, Quæ ſeducuntur variis deſideriis, quia ſemper noua deſideriis ſunt. Semper diſcentes & nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenientes: quia ſemper ambulant, & nunq̃ ad eā

Aug. sup Ioannem viam perueniunt, Nos autē semper ambulemus in via do nec eo veniamus quo ducit via: nusq̄ in illa remaneam⁹. donec perducat vbi maneamus, atq; ita & querendo ten dimus, & inueniendo ad aliquid peruenimus. Quema modum autē, q.d. Tales seducunt: veritati autē semp resi stunt. Et hoc est qd ait, Quemadmodū autē Iannes & Mambres restiterūt Moysi, ita & hi resistunt veritati. Iannes & Mābres duo fratres fuerunt magi Pharaonis, horum nomina non inuenit Apostolus in diuinis libris, sed in apocryphis de qbus hoc sumit. Hi autē restiterūt Moysi vsq; ad tertiū signū, in quo defecerūt dicentes, Digitus dei est hic. Et sicut illi restiterunt Moysi, Ita & hi. i. hæretici, Restiterunt veritati: hoies, Corrupti mente. i. corruptæ rationis: Et reprobi operibus semper existentes, Circa fidem, & nunq̄ in fide, Sed vltra. i. post hęc præsentia Non proficient, seducendo quia breui deficiēt superati a catholicis. D E

[Insipientia enī eorū manifesta erit omnibus, sicut & illorū fuit. Tu autē assecut⁹ es meā doctrinā: institutionē, ppositū, fidē, lōganimitatē, dilectionem, patientiā, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconii, Lystris, quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dominus. Et oēs qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionē patientur. Mali autem homines & seductores proficient in peius: errātes & in errorē mittentes. Tu vero permane in his quę didicistis, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris: & quia ab infantia tua sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutē p fidē quæ est in Christo Iesu. Oīs enī scriptura diuinit⁹ inspirata, vtilis est ad docēdū, ad arguēdū, ad corripiēdum, ad erudiendū in iustitia, vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonū instructus.] F

Insipiētia enī eorū, quæ mō putatur sapientia, Omnibus erit maifesta per bonos, præsertim per Ioannē apostolū p quē in Asia destruendos hæreticos prædicit hic. Manifesta erit dico, Sicut & in plenti, Illorū, Magorū, Fuit, iniquitas manifesta per Moysen. Nota quod animositas hæreticorū semper inquieta est, quos Magorū Pharaonis habere conatū declarat hic Apostolus comparans eos magis Pharaonis Quos Hieremias perdici incipienti auiculæ comparat dicens, Clamauit perdix, congregauit quæ non reperit: se

Augu. ad Ianuariū Vu. cōtra Faust.

A cit diuitias non cum iudicio in medio dierum eius dere linquunt eam, & in nouissimis suis erit insipiens. Perdix contentiosum animal est: similiter & hęretici sunt contētiosi qui non amant disputare, sed quoquomodo superare impudentissima peruicacia. Et sicut perdix clamat, & congregat quæ non peperit: ita & hæreticus Christianos iā p Christi euangeliū natos inuenit, & illos diuitias suas facit: non sano cū iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. Non enim intelligit ibi esse veram & salubrē & quodammodo germanam atq; radicalem Christianam societatem. vnde istos separauit quos ad suas diuitias congregauit: sed postea derelinquitur, & est insipiēs, quia qui primo per pollicitationem & ostentationem excellentis sapientię seducebat: erit insipiēs. i. apparebit insipiēs. eis enī

B quibus primo sapiens erat, tunc erit insipiens, cum apparebit. quia dementia eius nota erit omnibus, vt hic dicit. Sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus. Tu autem, quasi dicat Illi contradicunt veritati. Tu autem assecutus es meam doctrinam. i. habes sciētiam per meam doctrinam. & ideo potes illis resistere. Et institutionem, bonorum operum. Et propositum, meum quia tendis quo ego: Et fidem inuisibilium: Et longanimitatem, in expectatione promissorū: Et dilectionem, dei & proximi: Et patientiam, dei aduersis: Et persecutionem, de loco ad locū: Et passiones tormētorū. Qualia. q. d. tales tibi illatæ sunt passiōes & psecutiones: Qualia, tormēta mihi facta sunt Antiochię

C Iconio, lystris, & quales psecutiones sustinui, & ex oībus. q. d. Ego sustinui psecutiones & tribulatiōes, Et ex oībus eripuit me dn̄s, sic & te eruet: Nec solus ego patior, sed Et oēs qui volunt pie. i. religiose ac iuste Viuere in Christo qui venit pati, Patienter, in corde vel corpore a diabolo, vel a malis hominibus vel a suis concupiscentiis, vel pro dolore peccantiū. Persecutionē, hoc semper fit, sed maxime primo tēpore ecclesiæ: & sicut oēs qui pie volūt viuere persecutionē patiūtur, ita necesse est, & tibi si pie viuere vis. Pie viuit ille in Christo qui dicit, quis infirmatur & ego nō infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō vror? Aliorū infirmitates & scandala sūt illi psecutiones. Quid enī sic persequit vitā bonorū q̄ vita iniquorū? nō mō cum

Aimo.
Ambros.
Augu. in ps. liiii.
Augu. ad Sebastianum.

cogit imitari quod displicet, sed etiã cũ cogit dolore quod D
videt: quia coram pio viuens impie, & si non obligat cõ-
sentientem, cruciat tamen sentientẽ. Vnde, Vidi prevaricãtes & tab. Hæc est persecutio quã patiũtur omnes pii
secundũ apostolicam sententiã. Mali aũt homines. q.d.
boni patiuntur, Sed homines mali, in se, Et seductores
aliorũ. q.d. qui huius officii sunt, Proficient in peius, ita
scilicet ipsi dico, Errantes a bono, Et, alios, In errorẽ
Augu. de pastorib9 mittentes, ipso actu. Quales sunt illi qui timẽtes hos lædere corã quib9 loquunt, non solũ non preparãt se ad imminentes tentationes, sed etiã promittũt felicitatẽ huius
seculi quã deus in seculo nõ promisit. ille prædicit labores
super labores vsq in finẽ venturos ipsi seculo, tu prospera: ille ad confortandũ cor tuũ venit pati, mori, sputis illini, spinis coronari, opprobria bibere, ligno cõfigi. Omnia E
hæc ille tulit p te, tu nihil pro illo: sed pro te ille cõfortans
infirmũ vt cũ crediderit non speret prospera huius seculi,
ait, Fili accedẽs ad seruitutem sta in iustitia & ti. & ppara animã tuã ad tentationẽ. Tu vero .q.d. mali errãt &
in errorem mittũt: Tu vero permane, firm9, In his que
didicisti, a deo vel a me: Et credita sunt tibi, vt fideli dispensatori, vt aliis annuncies permanens dico, Sciens. i.
memoriter retinẽs. A quo, i. a qua, Vero, doctore. s. a
me Didiceris, & ideo nõ debent tibi venire in dubiũ, &
ideo etiam permane, quia Ab infantia, tua nosti sacras
literas, legis & prophetarum. Ecce facultas. Quæ, literæ
spiritualiter intellecte possunt, Te instruere, ad salutem
obtinendam. Per fidem, quam ipse docent. que fides est, F
In Christo Iesu, multum significat prodesse veteris testamenti habere notitiam, vbi Christi persona & incarnatio insinuatur, quæ ad salutem hominũ valet. Omnis
enim quasi dicat vere scripturæ valẽt ad salutem quia valent ad causas salutis, Omnis enim scriptura, cui9 author
deus est. Inspirata, alicui. Diuinitus id est per spiritum
sanctum, Vtilis est ad docendum, nesciẽtes, Ad arguẽdum id est ad conuincendum de malo negligentes: Ad
corripiendũ. i. ad increpandũ duriter in malo persistãtes.
Ad erudiendum dico. & hoc, Ad iustitiã vel in iustitia.
.i. vt iustũ faciat: ita vt homo dei, Instructus ad omne
bonum opus sit perfectus. Et quia sic potes,

A CAPVT. IIII.

T Estificor coram deo & Iesu Christo qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsi⁹ & regnum eius, prædica verbum insta oportune importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora: opus fac euangelistæ: ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enim iā delibor, & tps resolutionis meæ instat.]

Testificor, id est adiuro Te coram deo. i. teste deo patre, Et Christo Iesu qui iudicaturus est viuos. i. illos qui B viui reperient qui residui erūt tormentis Antichristi: Et mortuos. s. eos qui mortui reperient. Vel Viuos. i. iustos, Et mortuos. i. malos: Et per ipsius aduentū, priorem cui debes grates agere, vel futurū qui timend⁹ est. Et per regnū, eius ęternū. i. vt tu cōregnes ęternaliter, Prędica verbū & insta. i. instanter prędica ita. s. Oportune, quatū ad eos quib⁹ placet, Et importune, nolentib⁹: tu oportune quidē agis sed importunus videris ei qui libenter non audit, quod tamē aliquādo ei prodest. Tu ergo sciens hoc illi esse oportunū, quod ei videt importunū; dilectionem curāq; sanitatis ei⁹ animo teneas mansueto & modesto. Multi enim quāuis perturbationes a medico vident abscedere paulatim tamē verbi vigore per medullas pene- C trāte sanati sunt: cū scriptura dicat, In multiloquio nō effugies peccatū, nō est dicendū istum multū esse locutū, & si Apostol⁹ dicat insta oportune importune. In tātiloquio enim nō est multū quod est necessariū. Et argue, de peccatis negligentes. Vel ita potest distingui. Insta oportune importune argue. Deinde cętera cōtexuntur, Obsecra. i. adiura volētes, Increpa, asperis verbis persistētes. & hoc In omni patiētia, repugnantiū: Et doctrina, accipientiū ita vt patiēter sustineas repugnātes, & doceas accipiētes. Et nota quod huic acriori persuadet Apostol⁹ patiētiam. Tito nimis patiēti persuadet imperiū. Erit em. q. d. modo est hoc necesse. s. vt predices. Erit em tempus, cū multi, Nō sustinebūt sanā doctrinā, non ferent saltem audire

Au. super ep. st. ad Galatas Aimo Augu. de trinita.

Aimo.

Ambrosi. quasi onus sit eis: Sed coaceruabunt, sibi multos, Magi D stros secũdum desideria sua. i. qui ea doceāt q̄ volũt. Prophetia est Apostoli qui p̄scius futurorũ in doctrina p̄cipit esse instãdũ, vt cõtra hoc qđ futurũ erat p̄pararetur ecclesia. Tales. n. dicit futuros, qui pro desideriis suis doceri velint, vt a magistris constantibus & veracibus ad hos cõuertãtur qui illos doceant q̄ libẽter audeant: quia veritas illis aspera videbitur, vt relicta vera doctrina fabulis vacent. Ipsi dico. Pruriẽtes aurib⁹, desiderio audiendi nõ tñ bona. Et a veritate quidẽ, q̄ est eis aspera, Auditum auertẽt, ad fabulas, aũt cõuertẽt, quas docẽt magistri quos sibi coaceruãt. Hos magistros Salomon vult intelligi per

Au. super Ioannem mulierẽ: de qua ait, Mulier insipiens & audax inops panis conuocat prætereuntes, dicẽs, Panes occultos libẽter E attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinẽ. Hęc. n. mulier vanitas est impiorũ, q̄ cũ sit inops panis promittit panes. i. cũ sit ignara veritatis promittit sciẽtiã veritatis, quã ipsa occultatione cõmendat, & quasi cõdit vt libẽtius audiatur cuius prohibitã furantur seducti audientiã. Hæc. n. occultatio facit quasi pruritũ in auribus spiritualiter fornicãtib⁹, sicut pruritu libidinis corrumpit̃ in carne integritas castitatis. Nefarii. n. doctores, ipsa occultatione cõdiunt sua venena curiosis, vt ideo existimẽt eos dicere aliquid magnũ quia habẽt secretũ, & suauius hauriant insipientiã q̄ putãt scientiã, dulciusq; audiũt q̄ palã in ecclesia dici crediq; prohibẽtur. Mulier illa propter illicita atq; puniẽda secreta nõ solũ incipiens, verũetiã audax nũcupatur. Sub Christiano. n. vocabulo multas scelestes hęreses cõdidit, nefandas fabulas finxit, & vtinam tales quales in theatris F cantantur, siue rhythmica scurrilitate ridẽtur, & nõ tales quales aduersus deũ fingere potuisset illam dolemus insipientiam, & miramur audaciam. Tu vero. q. d. ita futurũ est vt dixi. Tu vero, dum tempus habes, Vigila, in disciplina ecclesiastica in scripturis explanãdis. Et in omnibus. i. in omnis modi hominibus docendis Labora & opus fac euangelistę. i. quod ore p̄dicas hoc opere testare, vt retorqueatur os turturis ad axellas, & sint mala punica & tintinabula in extremis oris iacintinæ tunicę. Op⁹ fac dico, intantum vt impleas ministerium. vnde addit, Ministerium tuum, episcopatus scilicet Imple, scientia, vita,

A & doctrina: & vt impleas, Sobri⁹ esto.i.in omnib⁹ modum serua per quod implere poteris, quia hęc virtus temperat omnes alias. Hęc ideo maxime dicit, ne se nimis affligeret propter prædictum præceptum. Ego.n.q.d. vigila, labora, & sic te oportet facere, ideo quia ego iam delibor.i.incipio deo offerri, grata hostia. Libare dicimus degustare, vel fundere, vel immolare. inde componit̃ delibare, qđ hic ponit̃ pro ipsa immolatione. Passionem n. suā delibationē appellat. Deo.n. immolatur qui pro iustitia eius patitur. Vnde subdit, Et tempus meæ resolutionis.i.mortis, Instat.i.prope est Et quasi aliquis q̄reret. Vnde hoc scis? Respon. Ecce quia gr̄a dei præueniente. Aimo Ambrosi.

[Bonū certamen certaui, cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā B reddet mihi dn̄s in illa die iust⁹ iudex. Nō solū aūt mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me venire cito. Demas.n. me reliquit diligens hoc seculū, & abiit Thessalonicā, Crescēs in Galatiā. Titus in Dalmatiā, Lucas est mecū solus. Marcū assume & adduc tecum, est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpū veniens affer tecū, & libros, maxime aūt membranas.]

Bonū certamen certaui, hactenus.i.expleui qđ debui Et cursum cōsummaui.i. firmiter locaui. Vel ita cōtinua, q.d. in proximo sum migratur⁹, Sed bonū certamē certaui, contra rebelles. q.d. hoc exemplū tibi relinquo. Et cursum, meę p̄dicationis qua cucurri, vbi facilis transitus erat. Cōsūmaui, Firmiter locata ecclesia, & in oīb⁹ aduer-C sis Fidē, q̄ ē caput Chr̄ianæ religiōis, Seruaui, q̄ nō pōt haberi nisi deo miserante, qa donū dei est vnde alibi ait. Miam cōsecutus sum, nō quia fidelis erā, sed vt fidelis essem. Apostolū ergo inuenimus sine vllis meritis bonis, immo cum multis meritis malis dei gratiā cōsecutū, reddentis bona pro malis qui sua iam propinquāte passione bona merita sua cōmemorat: post quæ cōsequit̃ coronā, qui post mala merita cōsecutus est gratiā, q̄ nisi pri⁹ gratuito donaretur, corona debita nō redderet̃. ergo nō merita ipsi⁹ tāq̄ ipsi⁹ sunt.i.ex ipso ei cōparata, sed dona dei sunt. Attēde ꝙ ait, Certamen certaui, cursum consummaui, quō hoc dicere potuit cui adhuc restabat ipsius Augu. de gra. & lib. arb.

passionis quā sibi impendere dixerat tā magna cōflictā- D
tio,tā molestū certamen, ad cuius consummandū cursum
adhuc illud deerat vbi erat futur⁹ acrior & crudelior ini
micus.sed hoc dicit non re plena,sed spe firma, quia de
victoria futuri certaminis,& cursus cōsummatione certū
eum securumq; iam fecerat, qui sibi passionem iam im-
minere reuelauerat,& ideo quod futurum esset presum-
psit,tanq̄ factū fuerit indicauit. Hoc igitur totum nos di
cimus tunc fuisse adhuc perficiendum, quia de dei pro-
missione præsumens totum ita dicebat tanq̄ fuisset effe-
ctum. Vnde & de premio securus adiungit, Et in reli-
quo.i.in futuro, Corona iustitię reposita est mihi, quā
Augu.in ps.128. scilicet null⁹ auferat,idem tibi sperare potes. Quā red-
det mihi dn̄s in illa die,quia ipse est Iustus iudex, vtiq;
Idē.super Ioannem iustus retribuēdo bona pro bonis, quia prius misericors E
retribuendo bona pro malis: & ipsa tamen iustitia qua
retribuuntur bona pro bonis nō est sine misericordia. Et
nota q; ait reddet. Si enim fides gratia est & vita ęterna,
quasi merces est fidei. Videt quidē de⁹ vitā æternā tanq̄
debitā reddere,cui debitā ē fideli, quia promeruit illā per
fidē,sed qa fides gratia est & vita æterna est grā pro grā,
Reddet mihi dico, Nō solū aūt mihi, sed & hisqui dili
gūt aduētū ei⁹,mali timēt aduētū ei⁹, qa ibi dānādi sūt,
boni vero diligūt,qa ibi saluādi sūt. Festina.q.d.quia tē-
pus resolutiōis instat, Festina cito venire ad me,& etiā
ideo qa quos mecū habere solebā modo nō habeo. De-
mas enim, propriū nomen, Me dereliquit,tempore ad-
uersitatis: Diligens hoc seculū, & abiit, Thessalonicā,
Crescēs,abiit In Dalmatiā, missus a me in ministeriū. F
Et Titus,abiit, In Dalmatiam,missus a me. Lucas est
mecum solus,Marcū assume & adduc tecū. Est enim mi
hi vtilis in ministeriū. Tychicum aūt misi Ephesum pe-
nulā quā reliqui Troade apud Carpū veniens affer tecū
& libros, quos ibi dimisi. Maxime autē membranas,vt
ibi scribā epistolas meas. Hęc penula secundum Aimonē
data fuit patri Pauli in insigne a Romanis, quando su-
sceptus est in sociū & ciuem Romanū. Vnde & Paul⁹ se
ciuem Romanum appellat. Penula enim erat vestis con-
sularis qua induebātur cōsules Romani ingredientes in
curiā,de qua si q̄ritur,vnde Apostolo acciderit,respōdeo

A Romanos hanc habuisse cõsuetudinem quando monarchiã totius orbis sibi acquirebãt, vt quæcũq; gens cũ pace & coronis eis occurrisset, darẽt eis libertatẽ, intantum vt fratres illorum dicerentur, ciuesq; Romani appellarent: dabantq; potestatem ædificandi curiam & habendi consules, sicut & ipsi habebant. Pater igitur Pauli de Giscalo oppido Iudææ vbi natus fuerat trãslatus in Tharsum Ciliciæ quodam tempore venientib⁹ Romanis per Ciliciã, occurrit eis ipse cũ aliis, Tharsensibus vtpote nobilis, exceperũtq; eos cũ pace. Tũc Romani cõcesserunt eis pdicta, sicq; pater Pauli penulã accepit, Post cuius mortẽ ob recordationẽ ei⁹ hãc vestẽ sibi Paul⁹ retinuit. Vel penula hic dicit volumẽ legis. Vnde Hieronymus ait, Volumen Hebræorũ replico, qd Paul⁹ iuxta quosdam penulã vocat.

B [Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. reddet illi dñs secundũ opera eius, quẽ & tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerũt, nõ illis imputetur. Dñs aũt mihi astitit, & cõfortauit me, vt per me pdicatio impleatur, & audiãt oẽs gentes, quia liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dñs ab oĩ opere malo, & saluũ faciet in regnũ suũ cæleste, cui gl'ia in sæcula sæculorũ. Amẽ. Saluta Priscillã & Aquillã, & Onesiphori domũ. Erast⁹ remansit Corinthi, Trophimũ aũt reliqui infirmũ Mileti. Festina ante hyemẽ venire. Salutant te Eubol⁹ & Pudẽs, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.]

Alexander. q.d. illi reliquerũt me. Alexander aũt æra-
C rius, id est faber vel custos ærarii. Multa mala mihi ostẽdit, id est fecit Athenis. Iste Alexander quẽ supradixit reuersum ad apostasiã, qui fabricabat ędes dianę apud Athenas, & omnes cõtra Apostolum commouit, Vnde subdit, Reddet ei dominus secundum opera eius, non ait reddat sed reddet, quod verbũ prænunciantis est, non imprecantis. Indicat enim non optat. Quem & tu deuita, valde. n. restitit verbis meis, & in prima mea defensiõe, id est quãdo primo cœpi defendere euangelium contra illum nemo mihi affuit adiutor. Per hoc qd dicit, In prima, innuit se sæpe congressum contra illum: vel pressurã & tribulationem sibi illatam defensionẽ appellat. Tribulatio Ambros.

enim Christianis defensio est,quia defendit eos in die iudicii,Nemo mihi affuit dico, Sed omnes mei dereliquerunt me,nõ illis imputetur,quia hominis est timere. Nota quod nõ orat pro Alexandro qui inuidentia fraternitatem impugnando peccauerat,sed pro his qui non abruperant amorem,scilicet timore succubuerant, orat vt eis ignoscatur. Multum enim interest qui hoc modo, & eos qui illo modo peccant. Dominus autem astitit mihi, & confortauit me,quanto plus ab hominibus relictus sum. Confortauit me dico, Vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes quod liberatus sum etiã de ore leonis, id est Neronis, de cuius manibus liberatus est a domino,quando venit Romam,adductus ab his qui præerat Iudææ ob hoc quia Cæsarẽ appellauit. Nã cũ venisset Romã duobus annis mãsit in libera custodia, & post etiam transiuit ad nationes quæ erant in circuitu Romæ. Vel, De manu leonis, id est diaboli: qui sicut ait Petrus tanq̃ leo rugiens circuit querens quem deuoret: qui cum nõ potest a iustitia remouere Apostolum,vel de vita vult tollere ne aliis prodesset:quod quia non,potest insultat ei Apostolus,dicens, Liberauit me etiam dominus ab omni opere malo, & saluũ me faciet,ducens, In regnũ suũ cæleste, idem tibi sperare licet. Cui est gloria in secula seculorum,Amen. Saluta Priscam & Aquilã,Aquila erat vir Priscę, apud istos hospitabatur Apostolus. Et Onesiphori domum, id est familiam. Arastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.i. ideo hos nominat vt veniẽs per eos visitet. Festina ante hyemem venire,propter hymbres & frigora commonet, vt autumno veniret. Salutant te Eubolus & Pudens, & Linus,& Claudia fratres omnes. Post salutationem fratrum ipse salutat,quasi subscribens hoc modo, Domin9 Iesus,sit, Cum spiritu tuo,& caue ne admonitus irascaris,sed poti9, Gratia,sit,Vobiscum,id est maneat nostra dilectio, Amen,i.fiat, vel vera sunt,quæ hacten9 dixi.

Augu. de ser.i mõt.

Aimo.

Ambrosi.

Argumentum in epistolam ad Titum.

Titũ cõmonefacit & instruit de cõstitutione presbyterii,& de spirituali conuersatione,& de hæreticis vitandis,qui traditionibus iudaicis credunt,scribẽs ei a Nicopoli.

A CAPVT I.


AVLVS seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi scdm fidem electorũ dei & agnitionẽ veritatis quæ scdm pietatẽ est in spem vitæ æternæ, quã pmisit qui nõ mẽtit deus ante tẽpora secularia: manifestauit aũt tẽporibus suis verbũ suũ in prædicatiõe q̃ credita est mihi scdm præceptũ saluatoris nostri Dei, Tito dilecto filio secundũ communẽ fidẽ. Gratia & pax a deo patre & Christo Iesu saluatore nostro.]

B 
AVLVS seruus Christi &c. Hãc epistolam scribit apostolus Tito, quẽ creauit episcopũ cõmonens eũ fore sollicitũ in ecclesiastica disciplina, Tito eñi relicto Cretæ epo ex humilitate & simplicitate nimis patienti. A Nicopoli scribit de episcopali officio imperiose & potestatiue tractando prescripta ei sua authoritate vtili. Debet eñi pontifex habere maternã pietatẽ & patris seueritatẽ vt sit fortis superbis, & suauis modestis, vt non habẽs timoris angulum nec elationis supercilii, vrat, & luceat: vnde in veste legalis pontificis erat coccus biscinus, qui habet speciẽ ignis. Ignis autẽ duo facit, vrit, & lucet: ita & põtifex gladio p̃dicatiõis. s. ignito eloq̃o vrere debet mordaci increpatione & metuenda minatione, & lucere blandis fouendo, & delectabilia pmittendo. Ideo de mãna dicit q̃d indurabatur ad ignẽ, & liquescebat ad solẽ. Et baculus põtificalis ab inferiori pungit, & in summo in anteriora extẽditur, in se rediens, qa ecclesiasticus doctor gladio verbi pungere debet. i. aspere redarguere peccãtes, q̃d est ex inferiori natura, & correctos in anteriora dirigere, ita tamẽ vt ad propriã conscientiã sui consideratione redeat, si forte in se habeat q̃ aliis annũciat. Est igit intentio Apostoli instruere Titum de episcopali officio atq̃ monere vt id imperiose tractet, & hereticos vitet. Modus talis primo salutat, deinde instruit eũ de episcopali officio docẽs eũ q̃d agere debeat, & quales episcopos per ciuitates cõstituere.

Ambrosi.

C

Deinde qualiter diuersos vel sexu vel ætate, vel conditiōe. D instituere debeat. postea monet eum de vitādis hęreticis, Præmittit autē salutationē dicens, Paul⁹,noīe, Seruus, conditione,nō tn̄ peccati misera seruitute,sed Dei, quadā nobilitate, qualiter Moyses & Dauid serui sunt appellati, & Maria ancilla, Apl's autē Christi Iesu.q.d. Humilitas non tollit potestatē & dignitatē. Apostolus dico, Secundū fidē electorū dei tenēs & pdicās fidē quā tenēt,vel qua saluant electi dei,& ideo p ea laborandū est. Et secundū agnitionē,veritatis, Quæ, veritas est, Scdm pietatē.i.Christi religionē.hoc ideo dicit quia est veritas, & in liberalibus artibus,sed quæ, nihil pertinet ad Christianā religionē. Apl's Christi sū dico, Et in hoc in spē vitæ ęternæ.i.per hoc sperās vitā ęternā.hęc est res,hic est fructus apl'ici officii.per hoc cōmēdat apl'icū officiū,nō tepidius esse agēdū. Quā,vitā ęternā Deꝰ an̄ tēpora secularia,vel æterna,qd̄ idē est.i. an̄ oīa tēpora, Promisit,quō pmisit,cū nondū essēt hoīes qbus pmitteret,qa in eiꝰ ęterminate, & in ipso verbo eius eidē coæterno iā pdestinatiōe fixū erat. Promisit,ergo,an̄ tpa,qa in se ęterno sic fixū erat anteq̄ tp̄s esset qd̄ cū creaturis cœpit, Non ergo possumus dicere fuisse aliqd̄ tp̄s qn̄ deus nondū aliquid fecerat. Ideo ait, Quā pro.d.a.t.s.q.d.non est recēs promissio,sed ante tpa oīm seculorū,addit, Qui nō mentitur.i.qa verax est,per qd̄ certa ostendit pmissio vitę,quæ quanto certior est tanto minister debet sollicitior esse. Vt ante certiꝰ sit, Manifestauit suis tēporibus.i.congruis.s. Verbū suū.i.filiū,hæc est vita æterna Manifestauit dico, non solū rei effectu,sed etiā In pdicatiōe quę credita est F mihi vt fideli cui tu o Tite comparticipas. Credita est mihi prędicatio dico,& hoc. Secundū pręceptum saluatoris nostri dei,cui in salute hominū minꝰ obedimus,si quō remittimur Paulus inquam scribit hanc epistolam, Tito dilecto filio suo secundum communem.i.catholicam, Fidē,non priuatā alicuius. Catholicon em̄ Gręce,Latine dicitur cōmune,vel vniuersale. Et in scribēdo,primū salutat in hunc modū, Gratia, sit, Tibi & pax a deo patre & Christo Iesu saluatore nr̄o.manifesta sunt hęc.

Augu. de ciui.dei.

Au. cōtra Manich.

E

¶ Huius rei gratia reliqui te Cretæ,vt ea quę desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros sicut &

A ego disposui tibi, si quis sine crimine est, vnius vxoris vir filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet em̄ episcopū sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, nō vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secūdum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.]

Huius rei primo dicit qd agere debeat, & quales ordinare p̄sbyteros ita incipiens. Huius rei gratia reliqui te Cretę, cum inde recederem: Vt corrigas mala, in peccātib⁹, addēdo bonis, Ea quę desūt, ad perfectionē. Et nota quod dū hęc recolit Apostolus sicut ei disposuerat monet exequi. Et, ideo reliqui te, Vt cōstituas, per singulas B Ciuitates p̄sbyteros. i. ep̄os, vt pastoralis curę onus facili⁹ sustineatur per multos diuisum. Cōstituas dico, Sicut ego tibi disposui. i. quales cōstituēdos docui. s. Si quis est, nō dico sine peccato. Sed sine crimine. i. sine peccato criminali, vel infamia criminali. Si dixisset sine peccato, null⁹ in ecclesia recte posset ordinari minister. Multi enim baptizati fideles sunt, sine crimine. Sine peccato vero in hac vita neminē dixerim, nō quia peccati aliquid remaneat quod in baptismate nō dimittatur, sed quia in nobis hui⁹ vitæ infirmitate manētibus cotidie fieri nō quiescūt, quę fideliter orantib⁹ cotidie remittātur. Quēlibet valde iustū discutias in hac vita, q̄uis iā sit dignus iusti vocabulo, nō C est tamen sine peccato. Vnde Ioannes, Si dixerimus, quia peccatū nō habemus nos ip. se. & ver. i. n. nō est. Sed plane multi iusti dicti sunt sine querela, quod intelligit sine crimine. Nulla em̄ querela iusta est de his qui nō habent crimen. Crimē ergo est graue peccatū accusatione & dānatione dignissimū, vt homicidiū adulteriū, aliqua īmunditia fornicationis, furtū, fraus: & cętera huiusmodi, quæ cū cœperit homo nō habere, incipit caput ei⁹ erigere ī libertatē, sed ista inchoata est nō perfecta libertas. Vnius vxoris vir. Post baptismū, quādo nouo homini nec stupra nec aliqua nec ante fuerant obsunt. Huic sententię Augustinus cōtradicit his verbis, Acuti⁹ intelligūt qui nec eum qui catechuminus vel paganus habuit alterā, ordinandū

Augu. ad Bonifac.

Aug. sup Ioannem

Hierony. Augu. de cōiugali.

esse censuerũt, quia de sacramento agitur nõ de peccato, D
nam in baptismo omnia peccata dimittũtur, & qui dixit,
Si nupserit virgo non peccat, satis declarauit nuptias non
esse peccatũ: propter sacramenti autẽ sanctitatẽ, sicut fœ
mina etiã si cathecumina vitiata fuerit nõ põt post baptis
mum inter dei virgines consecrari: ita non absurde visũ
est bigamum non peccasse, sed formã quandã sacramenti
amisisse, nõ ad vitę bonę meritũ, sed ad ordinis ecclesia-
sticę signaculum necessariũ, Et sicut plures antiquorum
patrum vxores significauerunt futuras ex omnib⁹ gentib⁹
ecclesias vni viro subditas. i. a Christo, ita noster antistes
.i. episcopus vnius vxoris vir significat ex omnibus genti
bus vnitatem vni viro subditã. i. Christo. Itaq; sicut duo-
b⁹ pluribusve dominis seruire, sic ab vno viro in alterius
trãsire connubium non licet, quia apostatare ab vno deo, E
& ire in alterius adulterinam superstitionem semper est
malum, Et ideo ait, Vnius vxoris vir, in quo spes conti-
nentię est & sacramentũ. Filios habens fideles. i. sanæ fi-
dei, Non in actione luxurię, aut nõ subditos. i. nec saltẽ
de luxuria accusatos, vel sibi non subditos. Alioquin nec
spes est in eo corrigendi alios, nec frontẽ habet ad alios,
taliũ cohabitator, Oportet enim. quasi dicat, talis debet
constitui episcopus, Oportet enim. i. necesse est ad tracta
tionem officii, Episcopũ esse sine crimine. i. irreprehen-
sibilẽ, Sicut dei dispensatorẽ, cum dicit episcopũ, aperte
ostendit presbyterorũ nomine episcopos supra fuisse desi
gnatos, Nõ superbũ, non iracũdum, nõ percussorẽ. i. nõ
aliorũ mentes aliter q̃ oportet loquendo percutientẽ. Vel F
ad literã, Non ferocẽ, nõ crudelem, Non cupidũ turpis
lucri. i. secularis: Sed hospitalẽ benignũ, sobriũ, iustum,
proximo: Sanctũ, deo, Cõtinentem, se ab illicitis, id est
ab ira, superbia, & cęteris. Amplectentem, amore, Eum
sermonem qui est secundũ doctrinã fidelem, i, veracẽ: ita
hęc habeat. Vt potẽs, sit vita & sciẽtia, Exhortari, sci
entes, In doctrina sua, & redarguere eos qui cõtradicũt
veritati obloquẽdo, vel male viuendo. Cõtradicẽtes. n. nõ
August. de ver. apost. vno modo intelligendi sunt. paucissimi qppe nobis con-
tradicũt loquẽdo, sed multi male viuẽdo. Quis. n. audet
apertissime loquendo contradicere veritati? Non contra-
dicunt multi lingua, sed vita, quos redarguere magnum
opus est, grandis sarcina, cliuus arduus,

A [Sunt enim multi etiã inobedientes, vaniloqui, & sedu ctores: maxime qui de circuncisione sunt, quos oportet re dargui: qui vniuersas domos subuertũt, docentes quę nõ oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorũ propheta, Cretẽses semper mẽdaces, malę bestię: ventres pigri. Testimoniũ hoc verũ est. Quã ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide, non intendentes Iu daicis fabulis & mãdatis hominũ auersantium se a veri tate, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infi delibus nihil est mũdum, sed inquininatę sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deũ, factis autẽ negant, cũ sint abominati & incredibiles & ad omne op⁹ bonum reprobi.] Sunt enim. Quasi dicat. Bene dixit eos qui contradicunt, Sunt enim incerti, Multi & ino B bedientes, in se: Et vaniloqui, ad alios: Et seductores, circumuentionibus, & cuiuscunq; generis fraudib⁹. Et maxime qui de circuncisione sunt. i. de Iudæis qui sub nomine Christi iudaizare docebãt. Renati enim in Chri sto non puri erant Christiani, quia partim legem partim Christũ venerari volebãt: de quib⁹ subdit, Quos oportet redargui. ideo, quia ipsi sunt. Qui subuertũt vniuersas domos. i. totã familiã, Docẽtes quæ nõ oportet, & hoc faciunt, Gratia turpis lucri. s. terrenę rei. i. pro terrenis acquirendis. Vel, Gratia turpis lucri. i. vt proselitos faci ant: sicut dñs dicit Pharisęis & scribis, Circuitis mare & aridam vt faciatis vnũ proselitũ. Dixit. q. d. vere tales sunt Augu. in dixit, Quidã ex illis, qui eos nouerat. Iste fuit Pigmeni C des Cretensis in cuius libris hoc inuenitur, qui homo in ter prophetas dei nõ inuenitur, nec eius prophetia ad il la eloquia dei pertinet quæ Iudæis sunt credita. Et ideo nomen eius non cõmemorauit Apostol⁹, sicut solet com memorare prophetas dei, dicens, sicut & Dauid dicit, vel Esaias: vel tacitus nominibus illorum dicit, sicut scrip tum est, & ea scriptura intelligitur in qua est authoritas dei. Homo autem ineruditus, canis rabiosus, ausus est di cere istum de prophetis Iudæorum fuisse, de quo ait Apo stolus, Dixit quidam ex illis proprius, quia verum dixit, & si poeta esset. Propheta dico, Illorũ, nõ dei, Et pro prius illorum, quia eorũ naturam bene aperuit. Quod v tique ad hoc dictum est, ne dei propheta putaretur, Non

ergo Iudæorũ sed Cretensiũ propri⁹erat ꝓpheta,q̃ dixit, D
Cretences semp,sunt Mendaces & malæ bestiæ.i.sanguinem sitientes: Et ventres pigri.i.gulosi,& ideo pigri. Et ne minus credas ei quia Gentilis erat,eius verba commendat Apostolus dicẽs, Testimoniũ hoc verũ est. Sciendum quod licet diuinę authoritati vnde voluerit qđ verum inueneri testimoniũ sumere,sicut & Paulus,vt legiť in Actib⁹ Apostolorũ cũ loqueretur Atheniensibus ait de deo,In illo viuimus,mouemur,& sum⁹, sicut & quidã secundũ vos dixerunt. Et de Atheniensis arę inscriptione ait, Inueni aram in qua subscriptũ est, de ignoto deo. Ita diuina authoritas vndecunq; sumit quod necessariũ inuenit,sed nõ ideo oĩa ibi quę inscripta sunt, accipiẽda confirmat. Vnde in lege pręceptũ est Iudęis,vt si mancipium gentile emerent,eius pili raderentur,& vnguiũ incremẽta E abscinderenť:deinde ad vsus domesticos assumeretur:ita vanis atq; superfluis Gentiliũ superstitionũ & poeticarũ sententiis abrasis & decisis,qđ purũ repertũ fuerit ad ministeriũ domus Dei assumendũ est, Sequitur, Quam ob causam docent.q.d.quod nõ oportet. Quam ob causam increpa illos,nõ vt soles molliter, Sed dure,ideo vt sani,
Sint in fide.i.vt recte credãt. Non intendẽtes Iudaicis fabulis, literalis obseruãtię, in qua nemo iustificať apud deũ. Et mẽdatis hominũ, quia mãdata legis post manifestam veritatẽ,iam hominũ,& nõ dei mandata sunt.hominum dico, Aduersantiũ vel auertantium se a veritate, spiritualis intelligentiæ. Quicquid em̃ aduersusveritatem
Ambrosi. opponitur,humana intentio est. Ideo mandata hominũ, & fabulas appellat quę narrãt, quia nesciẽtes scripturarũ F & interiora verborũ legũ,colorem sequũtur,non saporẽ. Putant enim nunquã recedendum esse ab his quę Moyses tradidit, vtputa de escarũ differentia. Vñ subdit. Oĩa em̃.q.d.Vere auertũt se a veritate,qa Oĩa,humanis vsi-
Au.cõtra Faust. bus concessa,Munda,sunt. Mundis, scilicet illis qui fide bona sumũt & iusti sunt:quod ipsi negãt ideo,quia in lege quędã Moyses prohibuit, & ab immundis mũda discernit.hoc aũt non secundũ naturas quas deus creauit intelligi voluit,sed secundũ significatiões. Omnia ergo mũda sunt mundis secundũ naturã,in qua creata sunt. Vnde in Genesi,Vidit de⁹ cũcta q̃ fecerat, & erãt val.bo.Scdm

A significationes tamen quædam immũda sunt Iudæis,nec omnia nobis apta sunt, vel propter salutem corporũ, vel propter cõsuetudinem humanæ societatis,Cum ergo sua cuiq; redduntur,& naturalẽ ordinẽ seruant. Omnia sunt munda mũdis,cõtaminatis,autẽ per peccata: Et infidelibus.s.qui nõ credũt in deũ vel deo, Nihil mundũ, quia non sunt digni donis dei:sed Et mens.i.intellectus, Et cõsciẽtiæ eorũ inquinatæ sunt.q.d.nõ ex cibo est inquinatio eorũ,sed ex malo intellectu & cõscientia peccatorũ. Et vere mens & cõscientia eorũ inquinatę sunt,quia Confitentur,quidẽ verbis, Se nosse deũ,factis autẽ negãt.Vt enim Ioan.ait, Qui dicit se nosse deũ,& mãdata eius nõ custodit mendax est.Si negatio non tm̃ lingua fit, sed & factis certe multos inuenim⁹ Antichristos,qui ore confi-

B tentur Christũ,& moribus dissentiũt ab eo. Quisquis factis negat Christũ,Antichristus est. Tales sunt oẽs mali catholici,qui nõ verbis sed factis negant.Nolite ergo esse tanq̃ de fide securi, adiũgite fidei rectæ vitam rectam,vt Christũ cõfiteamini,& verbis vera dicendo,& factis bñ viuẽdo.nã & si cõfitemini verbis,& nõ factis, fides taliũ morũ,prope fides est dęmoniorũ. Cũ sint.q.d.confitent̃ se nosse deũ, Cum,tñ, Sint abominales.i. deo odibiles Et incredibiles.i. nec habiles credere: Ad omne op⁹ bonum reprobi.i. a deo reprobati, vt nõ habeant gratiã ad bene operandũ. Tu autem,quasi dicat illi docent quod non oportet. Au. super Ioannem

CAPVT II.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrii sint,pudici,prudẽtes,sani in fide,in dilectione,in patiẽtia. Anus similiter in habitu sancto,non criminatrices: nõ multo vino seruientes: bene docentes vt prudentiam doceant.Adolescentulas,vt viros suos ament:filios suos diligant,prudentes,castas,sobrias, domus curã habentes,benignas,subditas viris suis,vt non blasphemetur verbũ dei. Iuuenes similiter hortare vt sobrii sint. In omnibus teipsum prębe exemplum bonorum operum,in doctrina,in integritate,in grauitate.Verbũ sanũ irreprehensibile,vt is qui ex aduerso est vereatur , nihil habens malum dicere de nobis.]

Tu autem loquere ea quæ docent sanam doctrinã.i. D
doctrinam sanæ fidei. Hæc sunt quę ad bonos mores per-
tinent. s. hortare, Senes, vt sobrii sint, pudici, ne luxuriẽt:
Prudentes, prouidẽtes fidei necessaria: Sani in fide. s. vt
habeant integrã fidẽ similiter, vt sint sani. In dilectione
dei, & proximi, in ordine ipso charitatis. & sint sani, In
patiẽtia, tentationũ & tribulationũ, hortare etiã an⁹ simi-
liter, esse, In habitu sancto, vt. s. earũ incessus, motus, vul
tus, sermo præferant sanctitatẽ. Nõ criminatrices. i. cri-
mina aliis imponẽtes, qđ solent facere adolescẽtulis. Nõ
multo vino seruientes, solent enĩ esse q̃dã q̃ corporis fri-
gescente luxuria vino se pro libidine dederũt. Bene do-
centes, non quidẽ publice viros sed priuate, Adolescentu
las, ita tamen vt doceant ipsas adolescentulas, Prudentiã
. s. vt ament viros suos. Vel ita distingue, Bene docẽtes, E
ita vt prudentiã doceant. Hic distingue. Deinde sequitur.
Adolescentulas, hortare, Vt viros suos, quos carnali af-
fectu naturaliter diligunt, Ament, etiam pudica dilectio
ne, vt. s. cum pudore viris debitũ potius reddant q̃ exigãt
Et filios, suos Diligant non modo carnali, sed etiã spi-
rituali amore. doceant etiã eas esse, Prudẽtes, mentis in-
telligentia: Castas, corporis continẽtia: Sobrias, in ci-
Hierony. bo & potu. Domus, suę, Curã habẽtes, Benignas sub-
iectas viris suis, vt non diuitiis vel nobilitate perflatę vi-
ris suis imperare desiderent. Subiectæ sint viris suis dico,
Ambrosi. ita Vt verbũ dei. i. doctrina euangelica, Non blasphe-
metur, si habent viros infideles quib⁹ propẽsius ꝓpter ti-
morẽ dei obseq̃ debent, & cõgaudere, vt hoc videntes nõ
blasphemẽt nomẽ dñi. Vel potest hoc referri ad senes & F
ad omnia superiora. q. d. Hortare senes & anus & ado-
lescentulas, vt ita se habeant vt dixi qđ debẽt facere, ideo
vt non blasphemeť nomen dñi: qđ fit si male habeãt. Iu
uenes similiter hortare, vt sobrii sint, quia iuuentus solet
modũ egredi, immo prõptior solet esse ad lapsũ, ideo sa-
lubrius retinaculis cõtineri iubeť, vt infrenata diuinis le-
gibus guberneť: qđ vt facilius sit, magistrũ iubet esse for-
mã subdens, Et in oĩbus imple teipsum exemplũ bono-
rũ operũ, vt. s. qd docet verbis, ostẽdat factis: vt hi q ꝓpha
ni sũt & inimici dei, erubescãt, vidẽtes ga q̃ docet vera es
se ꝓbat factis. Aliter pastor occidit oues quantũ in se est,

A & si illæ viuũt. Mali eñ pastores nõ parcũt ouib⁹, qui nõ mõ languẽtes & errantes nõ curãt, sed etiã fortes & pingues necãt quantũ in ipsis est. & si illę viuũt, de mĩa dei viuunt, tñ quãtũ ad pastores malos pertinet, occidũt. Quõt male viuendo, malũ exemplũ pręb endo. Attendens enim ouis præpositũ suũ male viuentẽ, oculos a regulis dei declinantem & in hominẽ intendentẽ, incipit dicere apud se. Si pręposit us meus sic viuit, ergo qui sum qui non faciã quod ille facit? Omnis ergo qui male viuit in conspectu eorũ qbus p̄posit⁹ est, quãtum in ipso est occidit eos. ideo seruo dei eminẽti in membris summi pastoris dictũ est, In omnibus præbe teipsum exemplũ bonorũ operũ.s. in doctrina, recta: In integritate, vitæ & corporis: In grauitate, ne leuis sis sed authenticus. Et verbũ, tuũ sit, Sa
B nũ & irreprehẽsibile, quod nõ valet rep̄hendi loco dictũ & tẽpore: Vt is qui ex aduerso est.i. qui vobis cõtrari⁹, Vincatur vel vereat̃ nihil habẽs malũ dicere de vobis. Ambros.

[Seruos dominis suis subditos esse in omnibus placentes non contradicentes, non fraudãtes, sed in omnibus fidem bonã ostendentes, vt doctrinã Saluatoris nostri dei ornent in oĩbus. Apparuit eñ gratia saluatoris dei nostri oĩbus hoĩbus, erudiẽs nos vt abnegãtes impietatẽ & secularia desideria sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectãtes beatã spẽ & aduẽtũ glorię magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, q dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mũdaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorũ operũ. Hæc loque-
C re & exhortare, & argue cũ oĩ ĩperio. Nemo te cõtẽnat.]

Sermo etiã hortare, Subditos esse dominis suis, qbuslibet tã bonis quã malis. Subditos dico, In oĩbus, quæ non sunt contra deũ, Et placentes. Vel ita distingue, In omnibus placentes non contradicentes; hoc mõ poterũt placere.s.si non mussitauerint cum domini aliquid iusserint: Non fraudãtes aliquid, de debito seruitutis: Sed in omnibus etiam in minimis, Fidem bonam ostẽdentes; vt doctrinã, hoc referũt ad omnia prædicta.s. ad senes, & anus, & seruos, &c. Quasi dicat, Hortare omnes prædictos, vt ita se habeãt vt pręscriptũ est, Vt ita q; Ornent in omnibus, actionibus suis. Doctrinam Saluatoris domini nostri, bonis operib⁹ & fide doctrinã dicit ornari do-

minica. Ornamentum enim doctoris vel pastoris est honesta vita discipuli. Apparuit enim.q.d. Omnes monendi sunt, vt ornent, quia omnibus natus est Christus, nullum excludit Et hoc est quod ait, Apparuit enim, per carnem, Gratia dei & Saluatoris nostri dei.i.deus & Sal. noster.s. dei filius etsi inuisibilis sit in forma dei, tamen per gratiam apparuit in forma serui, & hoc, Omnibus hominibus.i.ad vtilitatem omnis generis hominum sine quo non profuisset nobis nasci: Erudiens nos, exemplo vitę & doctrina, in quo eum sequi debes.s. vt erudias. Erudiens nos dico ad hoc, Vt, nos Abnegantes, id est fugientes Impietatem, vanę culturę & ignorantiam: Et desideria secularium, quę a mundi huius principe suggeruntur. Sobrie in nobis: Et iuste, ad proximum: Et pie, ad deum. Viuamus in hoc sec. tam fragili. Nos dico, Expectantes, vt certi & solliciti, Beatam spem.i.gloriam æternam: Et aduentum, vel manifestationem glorię magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui non in infirmitate vt prius, sed in gloria & potestate veniet. premia daturus secundum merita, qui in primo aduentu adeo humilis fuit, quod non solum erudiuit, Sed dedit.i.tradidit morti, Semetipsum pro nobis, per hoc securi sumus de spe. Dedit dico, Ad hoc vt redimeret nos per sanguinem ab omni iniquitate tam originali quam actuali. Et mundaret, in baptismo a culpa & pœna, Populum sibi acceptabilem, vel peculiarem.i.proprium, Sectatorem bonorum omnium. Ad hoc redemit nos Christus, vt puram vitam sectantes, & repleti operibus bonis regni dei heredes esse possimus. Hæc loquere, nescientibus: Et exhortare, scientes: Et argue, negligentes vel rebelles: & hoc, Cum omni imperio.i.potestate, quia iam non aspere hoc accipitur, cum pro salute fieri sciatur ita cum imperio, Vt nemo contemnat pro simplicitate.

D

Ambrosi.

E

Ambrosi.

F

CAPVT. IIII.



Dmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse neminem blasphemare: non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia, & inuidia

A agentes, odibiles, odiētes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nr̄i dei, non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternę. Fidelis sermo est. Et de his volo te confirmare, vt curēt bonis operibus præesse qui credunt deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autē quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciēs quia subuersus est qui eiusmodi est, & deliquit, cum sit proprio iudicio condem-
B natus. Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum & Apollo sollicite præmitte, vt nihil illis desit. Discant autē & vestris bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. Salutāt te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.] Admone. q.d. & si tu habes imperium spirituale, tamen Admone illos subditos esse principibus. i. regibus & ducibus, Et potestatib⁹, minoribus, Et obedire dicto, illorum non quidē, ad malum, sed admone, Paratos esse ad omne opus bonum, id est obedire illis in domino. Et admone neminem blasphemare, & si premuntur ab illis: q.d. Admone vt ad ma- Ambrosi.
C lum tardi sint & ad bonū parati, sciētes quid singulis persolui oporteat, quia singulis paratur merces. Non litigiosos sed modestos omnem māsuetudinē ostendentes ad omnes homines, bonos vel malos Christianos omnibus hominibus bonos vult videri, sic enim possunt perfidi ad futurā spem vocari. Eramus enim. q.d. hoc ideo debemus, quia & nos aliquando fuimus quod ipsi, sic & poterunt esse quod nos sumus per eandem gratiam. Et hoc est quod ait, Eramus eīm & nos aliquando insipientes, & si philosophi essēt quidā vestrū, vera tn̄ sapiētia carebāt. Et eram⁹ increduli errātes, p mala: Et seruiētes desideriis, animi, Et voluptatibus, carnis Variis, agentes vitam nostram In malitia, id est in mala nocendi voluntate: Et inui-

dia, de aliorum successibus: & si nocere non licuit, Odibiles, deo, vel aliis hominib⁹: & Inuicē odiētes alios. Cū autē benignitas & hūanitas saluatoris nostri dei.i.cū benignus & humanus deus saluator noster Apparuit, mundo per carnē, vel nobis per fidē. Nō ex operibus, &c. Vel ita, Cū benignitas & humanitas, i. larga mīa & clementia Dei saluatoris nostri apparuit.i. illuxit hominib⁹. Saluos nos fecit, iam spe futurę salutis. Nō ex opibus iustitię quæ fecimus nos, quia nulla bona feceramus, Sed secundum suā magnā Misericordiā, ita forsitan & illis faciet qui adhuc increduli sunt. Saluos fecit, dico, Per lauacrū regenerationis.i. per baptismū in quo deposito veteri hoīe generatur nouus. Et renouatiōis spū sancti, qa quotidie magis ac magis renouamur p spiritū in baptismo datū. Quem spiritū.s. Effudit in nos abunde.s. ad remissionem omniū peccatorū, & copiam virtutū. & hoc Per Iesum Christum saluatorē nostrū: ad hoc Vt iustificati gratia ipsius hęredes simus, interim in pręsenti Vitę æternæ, & hoc Secundū spē, & si nondū secūdum rem. Et iste Sermo.s. quod Christus saluauit & hęredes fecit. Est fidelis.i. verax, Et de his prędictis, Volo te cōfirmare alios vt curent in operibus bonis præesse, aliis multis Qui credunt deo. Vel ita, Volo te confirmare.s. Eos q credunt deo vt curent in operibus bonis pręesse, aliis multis vel sibiipsis. Ideo volo te de prędictis confirmare alios quia Hęc, prędicta sunt Bona, in se, Et vtilia, aliis Hominibus. Stultas autem.q.d. de his confirma. Stultas autem quęstiones, vbi nec salus, nec vtilis sciētia. Et genealogias, .i. originum enumerationes: Et cōtentiones, quas de lege faciūt, vt de cibis quos alii asserunt discernendos alii non: Et pugnas legis vt quando in emendata scriptura de annis Matusalę, & de huiusmodi aliis contraria vel impossibilia sentire videtur, deuita. Sunt enim inutiles.i. sine fructu: Et vanę, id est fallę. Et non solum hæc deuita, sed etiam Hęreticum hominem post primam & secundam correctionem, id est postquam bis feceris correctionem. Deuita, hæretici sunt qui per verba legis legem impugnant. Proprium enim sensum astruunt verbis legum, vt prauitatem mentis suæ legis authoritate confirment, qui vitandi sunt, quia frequentius correcti exercita

Margin notes: Ambrosi. (beside "Saluos nos fecit"); Augusti. (beside "tię quæ fecimus"); D, E, F (section letters, right margin); Ambrosi. (beside "legum, vt prauitatem")

A tiores essent ad malum. Deuita, dico, Cur? Ecce, Sciens quia qui huiusmodi est .i. incorrigibilis, Subuersus est .i. perditus, Et delinquit, quia scienter peccat, Proprio iudicio cōdemnat⁹. ꝑprio iudicio se condēnat, qui errorē laudat, & veritatem vituperat. Cū misero ad te Artemā vel Tychicū, qui interim prouideat Cretēsib⁹ dū ad me veneris. Festina venire ad me Nicopolim, ibi em̄ statui hiemare. Ideo dicit vt festinet post epistolā datā venire, q̄a vult eum videre causa affect⁹, & vt pleni⁹ cōfirmet in ecclesiastica disciplina. Zenam legisperitū, ideo hoc dicit, non quia peritior sit Apollo, sed quia huius professionis fuerat in synagoga: Et Apollo, quia perfectus erat in scriptura. Sollicite pręmitte, ita sollicite: vt nihil desit illis. i. vt quę ad viaticum necessaria sunt eis, habeant apud

B suos, ne quærant aliena. Et quasi quis quęreret, Vnde autē res erit illis? Vnde habet Titus quod eis ad viaticum largiatur? Respondet, Discant autem & vstri, id est Cretenses vt alii Præesse, sibiipsis in bonis operibus dando ministris. Non dico ad quęlibet, sed Ad vsus necessarios, & hoc ideo vt non sint Infructuosi, & iuxta parabolam arboris quæ non facit fructum bonum excidatur, & in ignem mittatur. Ideo iubet illis sumptus necessarios dari quia dignum erat vt qui spiritualia tradebāt, non illis deessent carnalia. Apollo episcopus fuit Corinthiorum qui propter seditionem concitatē aduersum se a pseudo apostolis discesserat, eum Zena socio suo ad Titum Cretensem episcopum, sed Corinthiis iam sedatis per epistolas Pauli mandat Tito vt priusquam veniat Nicopolim, pręmittat eos ita sollicite vt nihil in viatico illis desit. Salutant te omnes qui mecum sunt, propter compendium simul omnes consalutatores significat. Saluta eos qui nos amant, non ficte, sed In fide, id est fideli affectu. Deinde generaliter omnes salutat dicens, Gratia dei, sit Cū omnibus vobis, Amen.

Ambrosi.

C

Argumentum in epistolam ad Philemonem.

PHilemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens ei ab vrbe Roma de carcere per suprascriptum Onesimum.

CAPVT I. D

Ambrosi.



AVLVS vinctus Christi Iesu & Timothe⁹ frater Philemōi dilecto adiutori nr̄o, & Appiæ sorori charissimę, & Archippo cōmilitoni nostro & ecclesiæ q̄ in domo tua est gratia vobis & pax a deo patre nostro, & dn̄o Iesu Christo. Gratias ago deo meo sēper memoriā tui faciēs in orationib⁹ meis audiēs charitatem tuā & fidē quā habes in dn̄o Iesu, & in omnes sanctos, vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu.] E



AVLVS vinct⁹, &c. Hanc epistolam scribit Apostolus Philemoni Colossensi, qui nulla ecclesiasticæ ministrationis præditus erat dignitate, sed vir laudabilis in plebe, cui familiares literas mittit pro Onesimo seruo suo, qui cum damno eius fugerat: sed ab apostolo audito euangelio baptizatus est, cui & veniā depreca͞t apl̄s, scribēs ei a Roma de carcere. Et est intentio apl̄i implorare veniā Onesimo apud Philemonē. Modus talis, Prius salutat illum cum vxore & filio. Deinde agit gratias deo de bonis eorum cōmendans fidē & charitatē eorū, Postea Philemonem obsecrat, cū ei imperare posset, vt Onesimo parcat, & gratias deo agat: quia talem illum recipit vt nō seruum ęstimet, sed dilectissimum fratrem. Deinde dicit, vt F paret sibi hospitium speranti ad ipsum venire. Præmittit vero salutationē, dicens, Paulus vinctus Iesu Christi .i. pro Christo Iesu. Non dicit apostolus quod est nomē dignitatis, sed Vinctus, quod est nomē humilitatis, quia nō imperat, sed orat. Est enim hic intercessio pro Onesimo, ideo quæ humilitatis sunt, commemorat incipiens ab iniuria sua vt dignitatem suæ epistolę faceret. Sicut em̄ peccati causa vinciri opprobriū est, sic contra pro Christo custodię vincula sustinere maxima gloria est. Eo em̄ tempore in custodia erat, ideo ait, Paulus vinctus Iesu Christi q.d. cui⁹ debes misereri, non esse causa doloris: quod eris

Ambrosi.

A si immisericors filium cruciaueris, Et Timothę⁹ frater &c. Cuius etiá causa debes misereri. scribunt hanc epistolam Philemoni dilecto prouentu virtutum. Vel sicut in Græco habetur, Diligibili, qui. s., diligi meretur: Et adiutori nostro, ministerio prędicationis, Et Appię vxori eius cui scribit vt hæc virũ exoret. Charissimę sorori, in fide non ficta, Et Archippo, filio eius Colossensiũ ministro, vt & hic patrem exoret cõmilitoni nostro qui mecũ laborat in eadẽ militia: Et ecclesię quę in domo tua, vel eius est. i. toti familiæ eius, vt & hi orent eum. Et añ alia salutat in hunc modũ. Gratia, sit Vobis. i. remissio peccatorũ, Et pax mẽtis, & reconciliatio ad deum A deo patre nostro & dño Iesu Christo. gratias, post salutationẽ gratias de bonis agit cõmendans fidem & charitatẽ eius B quę ideo cõmemorat, vt memorata bonitas moueat eum ad veniá. Ait ergo, Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis. Vnde autẽ gratias agat, aperit, subdens, Audiens charitatẽ tuam & fidẽ. i. commendationem fidei & charitatis tuę, Quam, fidem & charitatem habes in domino Iesu: Et in oẽs sanctos, vel In omnibus sanctis quia in Christũ credebat & eligebat, & sanctis credebat & diligebat, & per opera fidei & charitatis Christo seruiebat & sanctis, Vt cõmunicatio. q. d. fidem habes & charitatem in Christo & in sanctis, ita Vt cõmunicatio fidei tuę euidens fiat. i. vt fides tua cómunicans fidei nostræ, vel quod aliis ex fide tua cõmunicas euidens sit. & hoc in agnitione omnis boni in Christo Iesu. i. ita euidens sit vt hoc merito cognoscatur C omne bonũ esse in te per Christũ. i. omniũ bonorũ sufficientia. Vel ita, Memoriã faciens tui, & gratias ago in orationibus habitis de hoc, vt Omnes fidei tuę. i. operatio fidei qua seruis Christo & sanctis, euidẽs fiat In agnitione oĩs boni, qđ est In Christo Iesu. i. cum cognitione boni æterni, vt illud expeteretur in pręmiũ, Hoc eñ orat Apostolus vt operatio illi⁹ cũ cognitione fiat bonitatis. i. vt tali mente operetur, vt in futurum expectet præmium ipsum Christum non retributionem temporalium.

Hierony.

Ambrosi.

[Gaudium enim magnum habui, & cõsolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerũt per te frater, Propter quod multam fiduciã habẽs in Christo

nperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro cũ sis talis vt Paulus senex, nunc aũt & vinctus Iesu Christi; obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quẽ remisi tibi. Tu autem illum vt mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelii. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, vt in æternum illum reciperes: iam non vt seruum, sed ꝑ seruo charissimum fratrem maxime mihi. Quanto autẽ magis tibi & in carne, & in domino? Si ergo habes me socium, suscipe illũ sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paul⁹ scripsi mea manu. Ego reddã, vt nõ dicam tibi quod & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo. Confidẽs in obediẽtia tua scripsi tibi, sciens qm̃ & super id quod dico facies. Simul autẽ para mihi hospitiũ: nã spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas auditores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.]

Ambros. D

E

Gaudiũ eñ, q. d. iam hoc oro, quia Gaudiũ magnum habui in corde, Et consolationẽ, in aduersis, In charitate tua, quę nõ solo virtutis habitu in corde viguit, sed etiam extra in opere manifestata est: hac. s. Quia in sancta sanctorũ. i. filii sanctorũ charissimi, vel erga te propẽsi sanctorũ affectus interni. O Frater per te, digne illos recipientem a suis laboribus quodãmodo respirãtes Requieuerunt, quia sanctorũ necessitatib⁹ vtensilia ministrauit: & ita sanctorũ affectus erga illũ propensius eo cõsolante quieuit, & refrigeratus est. Propter quod. s. quia seruis aliis ad benefaciendũ prõptus es, multomagis mihi seruire debes, Ego Multam habens fiduciã, nõ dico potestatẽ In Christo Iesu. i. per Iesum. Imperandi tibi quod pertinet ad rem. i. ad tuã vtilitatẽ. Non dico contra licita. q. d. fidutiã habeo imperandi, quod est vtile tibi & mihi. Non dico me habere potestatem imperãdi tibi cõtra hoc quod licet tibi. Habens, inquã, fidutiã imperandi

F

A Propter charitatem, meam, vel tuā. Magis obsecro cū sis talis, vita & ætate, Vt ego Paul⁹ qui senex sū, & ideo nō ipero tibi, sed obsecro vnde supra, seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrē. Nunc aūt. q. d. senex sū, dico. Non solū autē senex, sed Et nūc vinctus Christi Iesu, p quod magis debes moueri. Obsecro, inquā, Te de meo filio Onesimo. Magnū est & laudabile, nō de humili viro, sed de sublimi viro si se inclinat & obsecrat. Filio, meo Quē genui, in fide cū essem In vinculis, & ideo tenerius eū diligo Qui tibi aliqn̄, dū infidelis erat, Fuit inutilis, tua tollēdo. Nūc aūt, vtilis est, Et tibi, & mihi, seruiendo. s. mihi & per me tibi, cuius est quicquid tuus seruus mihi fecit, Quē remisi tibi. Tu aūt suscipe. i. recipe illū. Vt mea viscera, vt meū charissimum filiū. Vel, Vt mea viscera. i. meū in eo recipe affectū. Onesimū profugū decurrentē ad diuinū auxiliū cū esset in custodia baptizauit apostolus videns in illo vtilitatis spē: quē sic cōmendat vt suū animū in illo significet recipi. Quē ego volueram mecum retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelii, sine cōsilio autem. i. consensu Tuo nihil volui facere, vt bonū tuū, s. quod tuus mihi seruit. Ne .i. nō esset, Velut ex necessitate. i. cōtra velle tuum, Sed volūtariū, vt tamen velit deus facit, qui operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate. Forsitan enim. q. d. ideo suscipe illum, quia vtilis fuit fuga eius. Forsitā em̄ ideo discessit ad horā a te. vt reciperes illū in eternū. s. hic, & in futuro. Dicendo forsitā, sententiā tēperat. Hoc ideo dicit, quia omnia humana sunt dubia, & potuit alia causa esse, quare deus sic fieri disposuerit siue permiserit. Reciperes illū, dico, Iam, nō tātū Vt seruū: sed pro seruo, quod ante erat, Fratrē charissimū. Vel secundū aliā literam, Reciperes illū, dico, Iā nō, tantū Vt seruū, sed vt fratrē charissimū plus seruo. fratres enim plusq̄ serui chari sunt. Illū, dico, Maxime mihi. charū. Quanto autē magis, quā ante, vel quā mihi, tibi carus esse debet, Et in carne. s. quia seruus tuus est: Et in dn̄o, quia fidelis frater est, Vel ita frater est, & maxime mihi magistro tuo frater est. Onesimo enim offenso proprio dn̄o cōfugit ad apostolū, ad hoc vt obliteratis peccatis vtilis reuerteretur, in tantum vt nō domino suo æqualis fieret meritis, sed ipsi

Ambros.

B

August. de perfect. iustitiæ hominis.

C

magistro suo frater. Et ne Philemon, quia dominus erat D
Ambrosi. contra seruũ suum inflaretur, humiliat eũ, dicens illum ei fratrem. & in carne, quia ex vno Adã sumus omnes: & in domino, per fidẽ, & hoc est quod subdit. Quãto aũt magis, quã ante, Tibi, frater est. Et in carne, per cõditionem primę natiuitatis, Et in dño, per fidem quę omnẽ superbiã amputat. & quia ita est, Ergo.i. ideo, Si habes .i. si habere vis Me socium suscipe illum sicut me: si enim non suscipis, non es socius. Si autẽ aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Nũc excusationẽ omnẽ conuellit, cũ sibi imputandũ esse dicit, si vel lesit, vel debet aliquid. Et vt magis credatur quod dicit, addit, Ego Paulus scripsi manu mea, ego reddã, tibi, vel hic, vel ĩ futuro, Red dam tibi, dico, Vt non dicã tibi quod, nõ modo tua, sed etiã Teipsum debes mihi, ad seruiendũ, q.d. minus exigo E
a te quã debes, Deinde supponitur adiuratio, cũ ait. Ita, o Frater ego fruar te in domino. i. gaudebo de te ĩ regno dei si feceris quod rogo. Quid est illud? Ecce Refice viscera mea. i. filiũ vel affectũ meũ In domino. i. propter dominum. Deinde blanditur ei, dicens, Ego Cõfidens in obedientia tua scripsi sciens quod facies supra id quod dico. Prouocat eum sic blãdiendo, vt amplius faciat quã postulatur ab eo. Solet enim fieri, vt qui de se videt bene sentiri
Ambrosi. meliorem se prębeat. Deinde vt sollicitiorem eum faciat, & ad obediendũ promptiorem venturũ se ad illũ significat, subdens: Simul autem & para mihi hospitiũ, vel hoc
Ambrosi. potest eum mouere ad veniam. Ideo, dico, para. Nã spero per orationes vestras me donari vobis. Hoc dicit vt ma F
gis obediant Solent enim absentes contemni. Salutat te Epahras & captiuus meus in Christo Iesu, & Marc⁹, & Aristarchus, Demas & Lucas adiutores. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit Cum spiritu tuo Amen.

Argumentum in Epistolam ad Hebręos.


N primis dicendum est, cur Apostolus Paulus in hac epistola scribenda non seruauerit morem suum, vt vel vocabulum nominis sui, vel ordinis describeret dignitatẽ Hęc causa est, qd ad eos scribẽs q ex circũcisione crediderãt, quasi gẽtiũ Apostolus & non Hebræorũ: sciẽs quoq; eorũ superbiã suãq; humilitatẽ ipse demõstrãs, meritũ officii sui no

A luit anteferre. Nam simili modo etiã Ioannes Apostolus propter humilitatẽ in epistola sua nomen suũ eadem ratione non prętulit. Hanc ergo epistolam fertur Apostolus ad Hebręos conscriptã hebraica lingua misisse: cuius sensum & ordinem retinens Lucas euãgelista post excessum Apostoli Pauli Græco sermone composuit.

CAPVT. I.



VLTIFARIAM multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem cõstituit hæredem vniuersorum, per quã fecit & secu-
B la. Qui cum sit splendor glorię & figura substantię eius, portansq; omnia verbo virtutis suę purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexterã maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hęreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrẽ, & ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitũ in orbem terrę dicit, Et adorẽt eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidẽ dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.]

C



VItifariam, vel Multifarie, &c. Paulus doctor egregius, gentium apostolus ministeriũ suum volens honorificare iuxta quod in epistola ad Romanos ait, quãdiu sum Apostolus gentium honorificabo ministerium meum tentans si quomodo ad ęmulandum prouocem carnem meã. Hebræis hanc epistolam scripsit, agens de eminentia Christi secundum vtranq; naturam, & legis Mosaicę inutilitate, astruens multis modis fidem Iesu Christi absq; legalibus fieri ad iustitiam & salutem. Legalia vero post passionẽ non modo non proficere, verumetiam officere, Quorundam Hebræorum superstitiosam traditionem excludens,

qui Christum confitentes legales obseruantias tenendas D putabant, & in hunc errorē quosdam etiā qui de gentilitate venerat ad Christū sua authoritate induxerāt. Ideo apostolus prouidens gentibus ne deinceps in hunc errorem Hebræorū authoritate trahantur. Iudæos quoq; ad æmulandum prouocans, quod est honor ministerii sui, gratiam dei hic commendat per Christum verum pontificem hoc tēpore fidelibus factam legem ostendēs reprobatam. Ad vltimum etiam de moribus instruit, Præsentis igitur tēporis eminentiam ostendit, dicens dominū vnigenitū suū nobis misisse, & in eo nobis locutū vt auditorum mentes erigeret. i. fideliū quibus scribit Iudæorum, ne quia multis malis quæ illis acciderant valde afflicti & contriti erant, putarent ex hoc se inferiores cæteris ac miseriores existere. Ideoq; vt eos consoletur atq; erigat, maiori gratia p̄ditos in initio epistolæ suæ declarat, quia antiquis quidē prophetę missi sunt, nobis autē filius, & illis serui & cōserui locuti sunt, nobis autē dominus. Quidam tamen veritatis calūniatores hanc epistolam nō esse Pauli dicere ausi sunt, eo quod nomen eius in titulo non habeat, & longe splendidiore & facundiore stilo, quā alię resplendeat: sed aut Barnabæ, aut Lucę, vel Clemētis, vel Tertulliani, quibus in promptu nobis est respondere. Si enī ideo non est dicēda Pauli, quia nomine ei⁹ prętitulata non est: ergo nec alicuius illorū, imo nullius omnino, cū nulli⁹ nomen habeat in titulo. Ideo aūt nomen suū huic epistolę sicut & cæteris nō præponit, quia Hebręis odios⁹ erat, quibus legum destructor videbatur. Quia ergo non eorū, sed gentium apostolus erat, nomen suū odiosum eis tacuit, ne præscripti nominis inuidia sequētis vtilitatē excluderet lectionis. Sciens quoq; eorum superbiā, suamq; humilitatē ipse demonstrās sui ordinis dignitatem voluit anteferre nominando se apostolū, sed meritū sui officii tacens: superbis ipse humilis, non se Apostolū nominauit, ne superbi indignarentur. Quod vero hęc epistola maiore relucet facundia quā alię, sane mirandū non est, cū naturale sit vnicuiq; plus in sua, quā in aliena valere lingua. Cęteras enim epistolas Apostolus peregrino. i. Gręco sermone composuit. Hanc autem scripsit Hebraica lingua. cuius sensum & ordinē retinens Lucas post excessum ei⁹

Chryso. (margin note)

E

F

Hierony. (margin note)

A Græco sermone composuit. Non ergo est mirũ si in hac tanto doctrinæ fulget eloquio. Propulsatis igit calumniis aduersantium veritati, nullatenus ambigendũ est, & hanc Pauli fore epistolam, in qua intendit Christi eminentiã, & fidei sufficientiã, necnon legis insufficientiã & inutilitatẽ ostẽdere. Mod⁹ tractãdi talis est, Primo proponit audienda esse verba Christi, sicut prophetarũ: & ampli⁹ cõferendo eũ prophetis, & preferendo, quia in eo locut⁹ est de⁹, vt in prophetis, & maior est in eis. Deinde cõmendat eũ alternatim secundũ vtrãq; naturam, humanã .s. & diuinam. postea comparat eum angelis &, prefert, multa interserens de eius excellentia secũdũ vtramq; naturam, Deinde comparat eũ Moysi, & prefert: deinde multis rationibus & authoritatibus gratiam fidei vmbre legis pre-
B ferẽdam declarat, & sacerdotium Christi Leuitico sacerdotio, & testamentum nouum veteri, eiusq; sacrificiũ vnũ multis illius sacrificiis preponendũ, ostendit: quia ibi vmbra, hic veritas: tãdem ponit fidei descriptionẽ, eam multis testimoniis commendans. Circa finem vero moralem subdit instructionẽ, Primo igitur comparans eũ prophetis, ait; Olim deus loquens patribus in prophetis multifaria, vel multifarie, nouissime dieb⁹ istis locut⁹ est nobis in filio. Attende singula, & cõfert inuicem dicẽdo, Olim, ostendit quod non est nouum quod de⁹ loquitur. Olim, ergo nõ nouiter Deus, qui est inuariabilis, & tũc & nũc Loquens, iungit præsens cũ preterito, quia quod tũc locutus est, & nunc loquitur, Patribus, antiquis qui in carne & cultu dei patres sũt nobis. & hoc In prophetis. Nõ
C enim ipsi ex se loquebant, sed deus in eis. Nõ eñi ex intellectu proprio loquebãt, nec humano ingenio reperiebãt, dum ait, Patribus in prophetis, ostẽdit eum locutũ seruis per seruos, .s. per prophetas tẽpore promissionis. Tempus eñi constituit dñs promissis suis, & tẽpus eis que promisit implẽdis, promissionũ tẽpora habuerũt prophetas afflatos & impletos verbo dei vsq; ad Ioannem. ab illo aũt vsq; in finem, temp⁹ est implendi que promissa sunt. Vnic⁹ dei fili⁹ vẽtur⁹ erat ad homines assumptur⁹ hominẽ, & p id futurus homo, moriturus, resurrecturus, ascensur⁹ sessurus ad dexteram patris, impletur⁹ in gentib⁹ promissa. Hoc ergo totum fuit prophetandũ de illo, prænunciandũ

Aug. sup Ioannem

fuit eum venturum, vt non subito veniẽs horreretur, sed D
creditus expectaretur. Loquẽs, dico, Multifariã.i.multo
tiens.i.multis locutionibus.f.Abrahæ, Isaac, Iacob, & cæ
teris eisdem sæpe. Multisq; modis.i. multis qualitatib⁹.
quia modo per somnia, vt Danieli modo aperta voce, vt
Moysi: modo interiori inspiratiõe, vt Dauid. Vnde alibi
dictum est, Ego visiones multiplicaui, & in manibus pro
phetarum assimilatus sum. Vel, Multifarie.i. multo &
diuerso genere locutionis, vt per somnia vel per inspira-
tiones, vel per apertas voces. Multisq; modis.i.rerum di
uersis mysteriis futura significans. Deus, inquam, loquens
olim, Nouissime.i.in fine tempor $\bar{u}$. Vel, Nouissime, q̃a
post hanc locutionẽ nõ sequitur alia locutio In diebus
istis.q.d.adhuc supersunt qui audierunt & viderunt. Lo
cutus est, loquens de pręsenti vtiť pręterito, quia idẽ ipse E
modo loquitur qui olim locutus est. Itẽ attende q̃d dicen
Chrysost. do Olim & nouissime. Aliud quiddã nobis insinuat, quo
niam multo in medium tẽpore percurrente quando iam
proximi eramus ad pœnam, quando omnia charismata
quieuerant, tunc ampliores extitimus & digniores, quod
prudenter astruit, dicens, Nouissime locutus, deus, No
bis, filiis illorum patr $\bar{u}$, ne aliud putetur nobis locut⁹ quã
illis quod poterat videri si alii loqueretur genti. Locut⁹
est, inquam, In filio.i.per filium vnic $\bar{u}$, qui maior est p-
phetis. Est enim dominus prophetar $\bar{u}$ impletor & sancti
ficator prophetarum. Sicut enim propheta Christus est
& dominus prophetarum, sic & angelus est & dominus
angelorum, nam & dictus est magni consilii angelus, &
Moysi dictum est de deo, Suscitabo eum prophetam si- F
milẽ tui, si CHRISTVS nihil annunciaret, angelus
non diceretur: si nihil prophetaret, propheta non diceret
ex eo quod præsens annunciauit, angelus erat: ex eo quod
Au. super futurum prædixit, propheta erat: ex eo quod verbum
Ioannem dei caro factum est, & angelorum, & prophetarum do-
minus. vnde & eum secundum vtranq; naturam commẽ
dat, subdens, Quem cõstituit. Hic cõmendat eum secun
dum humanã naturã, quia quãuis cum patre secund $\bar{u}$ di-
uinitatem oĩa possideat, tamen scd $\bar{m}$ humanitatẽ recte di
citur hęres constitutus: secund $\bar{u}$ illud, Dabo tibi gẽtes hæ
reditatẽ tuã, & hoc est q̃d ait, Quem, Christ $\bar{u}$ de⁹ pater

A Constituit, iam immutabilē Hæredē vniuersorū.i.possessorem oīs creaturę. Nō iam portio dñi tantū Iacob & pars eius Israel, sed oēs prorsus nationes mūdi. Hæredis autē vtitur noīe, vt duo quædā per hoc astruat & ostēdat .s. qđ proprius sit filius, & qđ donationis illi nulla contingat amissio. Dicendo ergo hæredē notat, quia fili⁹ est, & nunquā perdit quicquā de omni dato patris, in hoc etiam quod dixit hęredē, humilitatis demonstrauit edictū. Deinde ad superiorē gradū altiorēq; trāscendit, subdēs, Per quē, vt per verbū patri coęternū Fecit nō solū æterna .i. inuisibilia & immutabilia quæ min⁹ nobis sunt nota: sed Etiam secula.i. visibilia & mutabilia. Attēde qualiter hic duas rectas vias ingreditur, vna quidē reuocans nos nefando errore Sabellii, alia ab Arrianicę impietatis errore, ne putet pater vel vnicū non habere, vel extrane⁹ a patre subsistere. Sunt em̄ quidā qui eū extraneū esse delirēt, quod male visum est Arrio. alii qui nō alterū patrē, alterum filiū subpingere moliunt: sed eundē aliquādo patrē, aliquando filiū, Integra ergo cōmonet ratione, & qa dei filius est, & qđ nō ab eo alienus existat. Qui cū sit splendor, hic scdm diuinā naturā cōmendat Christū, ostēdens eum coęternū & coęqualē patri eiusdēq; cū eo substantię sed alter in persona, hoc aūt cū religiositate accipere debemus. & si quid absurdū fortasse occurrerit, ab acie mētis abigere, vbiq; siquidē religioso nobis op⁹ est intellectu maxime vero vbi de deo, vel loquimur aliqđ, vel audim⁹ quia nec ad loquendū de igne, de deo, lingua sufficit, nec ad percipiendū preualet intellectus, Multa em̄ de deo intelligimus, quę loqui penitus non valemus, Multa itē loquimur quæ intelligere nō sum⁹ idonei. Verbi gratia. Quod vbiq; deus est, scimus & dicimus: quō autē vbiq; sit intellectu, non sapimus. Itē quod est incorporea quædā virtus quæ omniū est, causa bonorū scim⁹: quō autē vel quæ ista sit penitus ignoramus. Sunt etiā quędā quæ dici non possunt quāuis mente capiantur, vt etiā ipsum Paulū videamus in quibusdā talibus quasi infirmari, & non integra proponentē exēpla: sicut hic, cū ait, Qui cū sit splendor, &c. vtens in ppriis noībus, qa ppria reperire nō poterat & rerū tēporaliū similitudine ad ostēdēdū veritatē æternorū.i. patris & filii coęternitatē, qūis temporalia integra

Chrysost.

(B and C are marginal section letters beside "re, ne putet" and "ad percipiendū".)

collatione æternis comparari non possunt. In æternitate D
eni stabilitas est, in tẽpore autẽ varietas, in æternitate omnia stant, in tẽpore alia accedunt, alia succedunt. Quid
eni possumus in creatura inuenire coæternum, cum in ea nihil inueniamus ęternum: Inuenis patrẽ æternũ in creatura, & inuenio coęternũ filium: si autẽ inuenis æternum in creatura, sufficit ad similitudinẽ vt inueniam⁹ coæuũ Aliud est eni coęternum, aliud coęuũ. Coęuos dicim⁹ eos qui eandẽ habẽt mensurá tẽporũ, non alter ab altero tempore pręceditur, ambos tamẽ esse cœpisse dicimus. Et si poterimus in creaturis inuenire aliqua coęua, non tamẽ generãs & generatũ, sicut in trinitate generãti coęternũ vnigenitũ. In creaturis eni non ex eo tẽpore incipit generatũ, ex quo generãs: in creatore vero non præcessit genitũ. Non possunt ergo cõparari tẽporalia æternis integra E
collatione, sed tamẽ possunt ex aliqua tenui & parua similitudine coęua coęternis cõparari. Inueniam⁹ itaq; coęua. nam de scipturis monemur ad has similitudines. Legim⁹ enim scriptũ de ipsa sapiẽtia, Cãdor est lucis æternæ. Itẽ, Speculũ est sine macula dei maiestatis. Ecce ipsa sapientia dicta est Candor lucis æternæ. i. imago patris & speculum. Hinc accipiam⁹ similitudinẽ vt inueniam⁹ coęua ex quibus intelligamus coęterna, quia coęua in creaturis inuenire poterunt, vtens nominibus rerũ temporaliũ. Dixi, Candor est lucis æternę. & hoc ait, Splendor gloriæ. Coæternus est eni pr̃i filius, vt coæu⁹ est splẽdor igni: ex quo & est Ignis eni lucẽ fundit, lux, ab igne fundit. Quid eni a quo existat si q̃ram⁹. s fulgor ab igne, vel ignis fulgore, F
oĩs aĩa mihi respõdet. Voluit eni deus inseminare oĩ aĩæ initia intellect⁹, & sapiẽtiæ. Oĩs ergo aĩa respõdet, & nemo dubitat qđ splẽdor de igne existit, nõ ignis de splẽdore. Ponam⁹ ergo ignẽ velut patrẽ, splẽdorẽ tanq̃ filiũ, qa iam ꝓlocuti sum⁹ nos coæua q̃rere in creaturis, per q̃ coæterna in creatore astruamus. si lucernã accẽdere cupio: nondũ est ibi ignis nec splẽdor: mox aũt vt accẽdero, simul cũ igne & splẽdor existit. Da mihi ignẽ sine splẽdore, & credo tibi patrẽ fuisse sine filio: dicta ẽ a vobis vt potuit tãta res dici, illa tñ ieffabilia sint. Põt ergo sẽp ẽe gñãs & semp cũ illo qđ de illo est natũ: ergo fili⁹ dei itẽm hoc dicitur, Splẽdor glorię, quod ei semp pater est, qđ habet

A de quo sit: non secundũ hoc quod prius esset pater, & postea filius: semper enim pater, semper filius de patre est: semper igitur filius natus, semper pater est, semper de illo imago. Ecce nõ potuisti coęterna inuenire in creaturis & inuenisti coæua. quare proportione intelligis coæternum filiũ æterno gignẽti. quod enim est tẽporali coæuũ, hoc est ęterno coæternũ. Sed attẽde quod. s. cũ in his. s. in igne & splẽdore sit coæuitas, nõ tamẽ est ibi omnimoda æqualitas, quia splendor qui funditur de igne, minus lucet, quam ipse ignis. Habent ergo ista similitudinem, sed nõ omnimodã æqualitatẽ. Ideo dicit aliquis, talis est omnino filius ad patrẽ, qualis ad ignẽ splẽdor: nõ omnino, sed æqualitas omnímoda est hic. Ex aliorũ enim proportione tẽporaliũ quorũ alterũ est ex altero, & si nõ coæuũ,

B tamẽ cõsubstãtiale filius patri cõsubstãtialis ostẽditur. Nascitur enĩ homo de homine, & equus de equo: nec est horũ alter alteri coęuus, quia natus ab eo de quo natus est tẽpore præceditur: sed tamẽ & ille homo, & iste hõ: & ille equus, & iste equus. i. eiusdẽ quę substãtię sunt, diuersa sunt tpe, nõ diuersa natura. Similiter & de deo patre, de⁹ filius natus est. & cũ sit ei coætern⁹, est etiã eiusdẽ naturę: nõ minor eo, quia est de⁹ de deo, vt hõ ex hoie nat⁹, eiusdẽ substãtiæ est. & equus ex equo. Ecce aliud similitudinis gen⁹ est adductũ, quid hic inuenis? quid laudas? Certe ęqualitas substãtię hic laudatur. Quid aũt deest? ęqualitas tẽporis. In illo aũt genere similitudinis quod dedim⁹ de splẽdore ignis ęqualitatẽ naturę nõ inuenis: sed coęui- Aug. leo a

C tatẽ. Quid ibi laudas? Coęuitas. Quid deest? ęqualitas naturę. Cõiũge q̃ laudas. In creaturis enĩ deesse aliqd qd laudas in creatore nihil deesse põt, qa qd inuenis ĩ creatura a creatore artifice pcessit. In prio gñe silitudinis. i. in coęuis ĩuenis & laudas coæuitatẽ, p coęuitate tribue deo coęternitatẽ, vt coętern⁹ sit nat⁹ ei a quo nat⁹. De alio aũt similitudinis gñe tribue deo ęqualitatẽ naturę. i. ęqualitatẽ naturæ quã laudas in hoie, crede esse in eo qui fecit hominẽ, quod de hoie natũ est, hõ est. & quod de deo natũ est, non id erit quod ille de quo natum est? Totum ergo quod laudabile est in creaturis quib⁹ aliquid deesse simul est in creatore, cui nihil deesse: ibi tamen quæ inuenim⁹. i. homo & hõ duo homines sunt. hic vero pater & filius.

vnus deus. Ideo Apostolus ait, Qui, filius est Splendor D
gloriç.s.patris.i.ex patre natus est ei coęternus,quia est lu
men de lumine patrē reuelans, & eiusdē est cū eo glo-
Ambrosi. riæ.i.essentię, quia vnum & idem cū patre est, Pater em̄
est gloria,& filius idem cū eo: & eum notificans homo fa
ctus,vt radius solē. Per splendorē em̄ & propinquitatem,
declarauit essentię,& ostendit quod nobis patrē insinuat
& qd animas nostras illuminat. Et.est Figura,vel cha-
racter substantiæ eius.s. patris.i. plena ostensio essentiæ
patris.i.consimilis per omnia cōsubstantialis,& in perso
na alius.per hoc em̄ quod dicit Figura substantię,aper-
te ostēdit,quia filius personaliter, alter est quam pater,vt
figura ab eo cuius est figura diuersa est: sed filius ęqualis
est patri,quia nec pater dissimilis: sicut ipse ait, Pater in
me est,qui videt me,videt & patrē. Attende quod hæc no E
mina.s.lumē & gloria quandoq; ad diuinā naturā referū
tur,quandoq; ad personā,& quando ad personā referun
tur,modo ad patrem,modo ad filium referuntur. Dicim⁹
em̄,pater est lumen,filius est lumē: similiter pater est glo
ria,filius est gloria. & hi duo vna gloria,vnum lumen,nō
duo: & dicitur filius gloria de gloria, sicut lumen de lumi
ne,& principiū de principio,& deus de deo: non tamen
duo dii,sed vnus: non duo principia,sed vnum. Splendor
autem Et figura, sicut & imago proprie ad personā filii
Chrysost. referuntur & relatiue dicunt. Portansq;. Supra dictum
est,quia per ipsum fecit omnia. hic ei nunc summā autho
ritatis attribuit,ex eo qd cū authoritate cuncta gubernat.
& continua. sicut em̄ ab eo creata sunt omnia, ita per eū F
Au.in lib. immutabilem conseruentur. Creatoris autē omnipoten-
sentē pro- tia causa est subsistendi omni creaturæ: quæ virtus si ab
speri. eis quę condidit regēdis aliquando cessaret,simul omniū
rerum species & natura concideret, ideoq; dominus ait,
Pater meus vsq; nunc operatur, & ego operor, per illud
continuationem quandā operis eius qui simul omnia cō
tinet,atq; amministrat ostendens. In quo opere etiā sapiē
tia ipsius perseueret: de qua dicitur, Pertingit a fine vsque
Au. super ad finem for. & dil.o.sua. Deus ergo omnipotens incom
Genesim. mutabili æternitate,veritate,voluntate. semper idem mo
uet per tempus creaturam spiritualem. mouet etiam per
tempus ad locum creaturā corporalē vt eo motu naturas

A quas condidit, amministret. Cum ergo aliquid tale agit, non debemus opinari ei⁹ substantiam quę de⁹ est temporibus locisq; mutabilē, siue per tempora & loca mobilem cū sit ipse & interior omni re, quia in ipso sunt oīa: & exterior omni re, quia ipse est super oīa: & antiquior oībus, quia ipse est ante oīa: & nouior oībus, quia idē ipse est post omnia. s. post omniū initia. Ideoq; eius potestatē cōmendans apostol⁹ ait, Et ipse filius est. Portans. i. cōtinens & gubernās. Oīa verbo. i. solo imperio. Virtutis suę. i. potentiæ & bonitatis suæ quæ nō minor apparet gubernādo quā creando. oīa enim cōtinet bonitate, & maiestate sua. Et nota per simile dictū esse portans oīa verbo, vbi. s. hoc enim dicēdo facilitatē cōtinendi voluit designare per metaphorā illorū, quæ sine vllo labore verbo vel digito mo- Chryso.
B uent aliquid vel efficiunt: ita Christ⁹ molē creaturę magnitudinēq; sine labore cōtinet & gubernat. Item, Attende quod cū hic dicat apostol⁹ Christū oīa continere, supra dixit patrē per eum oīa fecisse, vbi ait, Per quē fecit, tanquā facere ipse nō posset. si enī porrexisset pater dexterā, vel tanquā aliquod instrumentū fuerit patris operātis: sed si ab eo gubernātur oīa, nonne ab ipso facta sūt? Non ergo vt tu hæretice suspicaris inaniter, tanquā aliquod instrumentū existit: neq; per eū pater dicit fecisse, tanquā ipse facere nō posset: sed sicut dicit pater iudicare per filiū, quia iudicē genuit: sic etiā dicitur operari per filium, quia eum constat opificē genuisse. Si enim causa ei⁹ pater est, secundū quod pater est, multo amplius eorum
C causa est quę per filium facta declarentur. Purgationem peccatorū faciens, & cætera. Postquam ostendit eius excellentiā qua cuncta creauit & gubernat, humilitatis ei⁹ benignitatē hic commēdat. Commonet enim nos crucis, mox & resurrectionis, & ascensionis, vbi ait, sedet, &c. hoc aūt quod hic dicit iam ad nos pertinet quos a peccato purgat. q. d. Christus est splendor glorię & figura substantię. qui Cū, talis & tant⁹ Sit, est etiā per humanitatem Faciens purgationē peccatorū. i. secūdū humanitatē, crucis passionem & mortē pertulit, per quā a peccatis nō Purgauit, &c. Sedet, postquā per naturam, & potestatē, & benignitatem Christum cōmendauit, cōmendat eum per dignitatē. q. d. crucē sustinuit, vt nos a pctīs purgaret. Chryso.

& ipse qui humiliat⁹ est, Sedet, i, quiescit & regnat subli D
matus Ad dexterā maiestatis ei⁹, i, ad æqualitatē pr̄is: &
locat⁹ nō in paradiso, vn̄ Adā excidit, Sed in excelsis, i,
super oīa loco & dignitate In excelsis. n, dicēs, nō in loco
concludit deū, sed ostēdit hominem Christū omnibus al
tiorem & omnibus eminentiorem, sicut & per dexteram
non dominū deformauit, sed similitudinem honoris de-
mōstrauit. Cōsessus, n, nihil demōstrat aliđ, nisi honoris
æqualitatē. Cōtemplare sapientiam Pauli, imo nō sapien
tiam: sed spiritus sancti mirare gratiam. Non enim suam
intelligentiam mente propria procreauit, sed spiritus san
cti infudit. Attende ergo per quales apostolica sapientia
eos subleuat gradus, & qualiter eos ad ipsum apicem pie-
tatis adducit, vbi itē antequā deficerent, & eos obscuritas
occuparet, vide quomō eos ad inferiora reuocauit. Quan E
doq; enim quæ sunt humilitatis eloquitur, quandoq; vero
altiora insonat, nec semper in humilibus remanet, nec in
excelsis perdurat: sed veluti quibusdā gradib⁹ nūc ad altio
ra fastigia subleuat, nūc ad īferiora declinat. Sicut, n, qui
infātulū quēpiā ad excellētiora vult paulatim sensimque
subrigere, gradatim hoc facit ab inferioribus ad superio-
ra conscendens: deinde cū sursum puenerit, obscuritatib⁹
ac defectionibus eū fatigari vidēs, post alta deponit eum
ad inferiora quo respirare atque recreare animum vale-
at: post item cū refectus fuerit, ad alia alta sustollit: ita cir-
ca Hebręos beatus facit Paulus, quos paulatim ad noti-
tiā dei erigit, inter alta memorās humilia, vbiq; magistri
sui vestigia sequēs, nā & ipse sic faciebat. Aliquando qui- F
dē in altiora discipulos suos subleuabat, aliqn̄ eos ad infe
riora, imbecillitatis eorū gratia reuocabat, nequaquā eos
prolixo tempore in altera parte permanere pmittens: ita
in hac tota serie facit apostolus. prius, n, alta cōmemorat.
dicens, In filio, vbi proprius intelligit filius, qui est supe
rior & excellētior vniuersis. deinde descēdit ad humilia;
subdens, Quem constituit hæredem. Deinde ad alta re-
dit, dicens, Per quem, postea ad altiorem omnibus gra
dum venit, dicens, Qui cum sit splendor. Deinde humi
lia loquitur, Purgationem peccatorum faciens, inde ad
alta narrādo reuertitur. Sedet ad dexteram maiestatis.
Tanto melior. Hic comparat Christum angelis, & præ

A fert eis. In Psalmo tamen ait, Paulo minus minoratus est ab angelis. hic eidem melior dicitur, & sicut illud secūdū humanā naturā, ita & hoc secundū diuinā dictū esse pos set intelligi, nisi adderetur Effectus, per quod aperit q̄d hic loquitur de eo secundum carnē. nā secundū hoc quod pr̄is substātię cōsubstātialis agnoscit, nō est factus sed na tus. De eo ergo sermo versat̄ sc̄dm hūanā naturā, secūdū quā & minor fuit angelis passione, & maior ac melior etiā gratię plenitudine, de qua etiā ipsi angeli ad mēsurā accipiūt. Ideo ait & ipse Christ⁹, Tāto melior, i, dignior Angelis, est Effectus. i. euidenter secundū hoīem fact⁹. Quāto differenti⁹ nomen, i, differentiorē honorificētiā q̄ ante, s, Hęreditauit, i, firmiter habuit, quādo resurrexit & ascēdit. & quia hoc posset habere, & nō prę illis, ad B dit Prǽ illis. Nā dū mortalis fuit differēs nomē habuit, quia angeli ministrabāt ei, postquā immortalis magis dif ferēs, quia honorabilior atq; pręclarior illis p oīa extitit. ideoq; addit, Prę illis. vel, Hęreditauit. i. habuit Nomē differentię. & hoc Prę illis, i, nomē valde differēs a noīe angelorū, hoc est nomē quod ē sup oē nomen, s, deus, siue filius dei. quod re vera dignius est illo quo illi dicunt angeli, i, nuncii, Filii, n, nomen proprietatem ostendit, nō adoptionē: quia nisi esset proprius filius, nō posset ex hoc apostolus amplitudinē honoris asserere, proprius aūt filius est, de ipso pr̄e genitus. si aūt adoptionis gratia esset filius, nō solū patre, sed etiam angelis minor esset. Cui, n, q, d, vere prę angelis nomē habuit. Cui, n, angelorū, vtiq; nec etiā maiorib⁹ Dixit aliquādo, nec etiā postq̄ cōfir C mati sunt quidā aliis cadētib⁹, hoc, s, Filius, ecce nomē Meus, i, consubstantialis non adoptiuus. Es tu, & vere, quia Ego hodie. i. ęternaliter Genui te. genui dicit ne nouum putetur, s, ne modo videretur incipere. Hodie dicit, ne pręterita generatio videretur quanquam enim possit etiam ille dies intelligi quo Christus secundum hoīem nat⁹ est, tamē quia hodie pręsentiā significat: atq;, in ęternitate, nec pręteritum quicquam quasi esse desierit, nec futurū quasi nōdū sit, sed pręsens tm̄: quia qcq d ęternū est, semper est. diuini⁹ accipit̄, de sempiterna generatione sapiētiæ dei, quā fides syncerrima & catholica p̄dicat. Ex his ergo verbis nihil alid manifestat, nisi q a ex ipa essen

Chrysost. Chrysost. Chrysost. Augu. in psal. 2. Chrysost.

tia patris genitus est. Et rursus. De eodē Esaias ait ex D
persona patris, Ego ero illi.i.ad honorē illius in patrem
, Et ipse erit mihi.i.ad honorē meū In filiū,hoc & sem
per est .sed ideo dicitur erit, quia ab oībus id scietur in
Chrysost. die iudicii. Quodā em̄ modo locutionis dicit scriptura rē
esse vel fieri,cū innotescit. Pōt tamen & secundū carnem
hoc accipi dictū. Etenim caro cōmunicat altiorib⁹. sicut
& diuinitas humilib⁹ cōmunicare dignata est. De incar-
natione igitur filii hoc dicitur quod ostēditur,ex eo quod
Ambrosi. dicit Ero,significans futurū esse, Dicit ergo de⁹ pater p
prophetā, Ego ero illi.s.homini de virgine nascituro.
In patrē: & ipse,qui nascetur Erit mihi in filiū. Vnde
angelus ad Mariā,Quod nascetur ex te sanctū, vocabit
Chrysos. filius dei. Et cū iterū introducit,Adhuc authoritate scri-
pturæ aperit filiū digniorē angelis. Et nota quod Chri E
stus aduentū suū carnalem exitū vocat , dicens. Exit qui
seminat,&c. Et item,Ego a patre exiui, & veni in mūdū
Paulus vero introitū vocat aduentū Christi,dicens. Cū
introducit. Assumptio ergo carnis,exitus & introitus ap
pellatur,recte vtiq;. Foris em̄ eram⁹ a deo, sicut qui sunt
extra regales aulas in vinculis colligati, & qui habēt a-
pud regē pro culpis aliquibus offensam. qui aūt noluerit
istis veniā impetrare,non primū ipsos in aulā regis indu
cit,sed ipse foras egreditur, ibiq; cū eis loquitur vsq; dū
eos correctos reddat, & dignos efficiat, quo regis vultui
præsentari mereātur,sic etiā Christ⁹ effecit. Egressus quip
pe ad nos.i.carnē sumēs, & colloquut⁹ nobis cū pcepta re
gis innotuit, & sic nos a peccatis emūdās, & ad deū cōuer F
tēs in aulā regalē velut mediator optim⁹ introducit. Ideo
exitus & introitus vocatur carnis suę aduētus,de quo di
cit, Et iterū introducit,scriptura.s.iterū introducēdū di-
cit. Ideo ait, Iterū,quia sæpe dicit introducendū. Intro
ducit,inquā, Primogenitū,patris.i.ante oēs creaturas ge
nitū de patre secundū deitatē In orbē terrę, quasi hęre-
dē in possessionē. Et cū introducit,dicit. Vel ita, & ipse
pater, Iterū introducit primogenitū in orbē terrę.i.vi-
sibilē carne assumpta fecit apparere in mūdo,qui āte in-
uisibilis erat in mūdo. & ideo ait. Iterū q assūptio carnis
dicit exitus a patre, & introductio in hæreditatē vbi vi-
detur adorari. Vnde addit, Et cū,introducit, Dicit &

A adorent. Vel ita, Et iterũ dicit, pater de eodẽ filio. Cũ introducit primogenitũ in orbẽ terræ.i.cũ ostendit filiũ suũ,l.vsq; ad corda hominũ ducẽdũ per fidẽ. Quid dicit? Chrysos
Et adorẽt eũ. Qui passus est & mortuus. Non enim de deo verbo ista dicũtur, sed de homine suscepto. Adorent, inquã. Omnes angeli dei, secundũ humanitatẽ iubẽtur angeli adorare Christũ, ex quo eũ tanto meliorẽ angelis demõstrat, quãto seruis dominũ cõstat esse meliorẽ, ideo Christũ secundũ carnẽ iussit a cũctis angelis adorari, dicẽs, Adorẽt eũ oẽs angeli dei quod iussioni ei⁹ obtẽperãt
Et iterũ dicit, pater de filio. hoc Quidẽ ad ãgelos, pertinẽs. Qui, fili⁹, Facit spũs, cęlestes Angelos. i. legatos Suos, & etiã Flãmã ignis. i. seraphin q sunt de ordine superiorũ. Facit ministros suos. Quãuis eñ nõ videam⁹
B apparitionẽ angelorũ, abscõdita ẽ eñ ab oculis nostris, Augu. in ps. ciii.
& est in quadã republica magna imperatoris dei, tamen esse ãgelos nouimus ex fide, & multis apparuisse legim⁹ & tenem⁹. Spũs aũt sunt angeli. nec eo spũs sunt quo angeli cũ mittũt, fiũt angeli. Angel⁹ eñ officii nomẽ est nõ naturę: nomẽ naturę spũs est: ex eo qđ est, spũs ẽ ex eo qđ agit, angel⁹ est: sic nomẽ naturę est hõ, nomẽ officii miles. Hõ ergo fit miles nõ miles hõ: sic eos q erãt spũs cõditi a creatore deo facit angelos mittẽdo nũciare quod iusserit
Et vtitur oĩbus ad incõmutabile arbitriũ sententiæ suę siue bonis per eius gratiã, siue malis per propriã volũtatẽ. Aug. i lib. de trinit.
Ac per hoc volũtas dei est prima & summa causa omniũ corporaliũ specierũ atq; motionũ. Nihil eñ visibiliter fit
C & sensibiliter, quod nõ de interiore inuisibili atq; intelligibili aula summi imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur secundũ ineffabilẽ iustitiã. Vel ita distingue, vt angeli Ambro
dicãtur qñ leuia nũciare mittãtur: qñ vero mittuntur, ad vindictã, dicũtur ignis ardẽs. i. seraphin. & hoc est qđ ait,
Facit spũs ãgelos suos, cũ lęta & lęuia nũciãt. Et ministros suos, sicut Flãmã ignis, dũ ad exercitiũ vindictę mittit. vt in Sodoma. & in aliis plurib⁹ locis. Et sicut secundũ literã fit in creaturis, sic in ecclesia figuratæ fit: vbi spũs. i. Ambrosi.
spũales facit angelos suos. i. nũcios verbi sui, & ministros August.
suos flãmã ignis, quia ministri ecclesiæ etiã ignis sunt, dũ spũ feruẽt, & vitia nostra vrũt. Fœnũ etiã tuũ intẽdũt. i. vitia tua curãt ministri dei qui prædicant verbum dei.

[Ad filium aũt, Thronus tuus deus in seculũ seculi, vir D
ga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti ini
quitatẽ. propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultatio-
nis prę participibus tuis. Et tu in principio domine terrã
fundasti, & opera mannũ tuarũ sũt cæli. Ipsi pibũt tu aũt
pmanebis, & oẽs vt vestimẽtũ veterascẽt. Et velut ami-
ctum mutabis eos & mutabuntur,] Ad filiũ aũt. Hic p
dignitatẽ simul & potestatẽ cõmen at Christũ. q. d. illud
pertinẽs ad ãgelos dixit. Hoc aũt pertinẽs Ad filiũ ait
dñs p pphetã, O De⁹, fili, Thron⁹ tu⁹. i. regnũ vel iudici
Ambrosi. um, de quo in euãgelio. Omne iudiciũ dedit pater filio. i.
regia dignitas vel iudiciaria sedes. Permanet in seculũ
seculi, qa & semper regnabit, & nouissimũ iudiciũ semp
stabit. Vnde in euãgelio. Ibũt hi in ignẽ æternũ. & illi in
vitã æternã, & merito permanet thronus tuus. Et. i. quia E
Virga regni tui. i. regimen & disciplina, qua bonos re-
gis, & malos percutis, vel cõteris Cũ virga ęquitatis. i. re
gula directa & inflexibil', quæ alibi dicitur virga ferrea,
per quã prauitate distortus si ei hęrere velit, dirigitur Di
lexisti. q. d. Itẽ ideo merito permanet thronus tuus, quia
Dilexisti, ex amore, Iustitiã. i. oẽ bonũ. Et, cõtra Odi-
sti iniqtatẽ. i. oẽ malũ: nõ simul vtraq; tibi sint, sed alterũ
diligis & ãplecteris, alterũ vero odis & perseqũris, & Pro
pterea. s. vt hęc tibi essẽt. i. vt diligeres iusticiã & odires ii-
qtatẽ. Vnxit te, vel ppterea. s. qa dilexisti iustitiã & odi-
sti iniqtatẽ. Hoc pręmiũ inde datũ est. s. Deus deus, tuus
. s. pater per se nõ per ministros vnxit te secundũ hominẽ
quia deitas nullo indiguit. Nota quod repetitur de⁹ ex ma F
gna dilectione, vel secundũ August. Alter casus est voca-
trix, alter noĩatrix, vt sic dicatur, O Tu de⁹, fili Vnxit te
de⁹ tuus. s. pater in latino putatur idẽ casus noĩs repetitus,
sed in græco euidentissima distinctio est, qua alter noĩa-
trix, alter vocatrix intelligitur, O tu Deus vnxit te de⁹, vn
gitur deus a deo. Quis est ergo deus vnctus a deo? Chri-
stũ intellige. Christ⁹ eñi dicit a Chrismate. Chrisma eñi
Græce, Latine dicitur vnctio. Hoc nomẽ Christ⁹ vnctio-
Ambrosi. nis est, nec vngebãtur alibi reges & sacerdotes, nisi in il-
lo regno Iudęorũ Per hoc ergo quod dicit eũ esse vnctũ
regẽ, & sacerdotẽ significat, vnctus ergo est de⁹ a deo, &
ipse deus, vt vngeretur, homo erat. Ita homo erat vt deus

A esset, ita de⁹etat vt homo esse nō dedignaretur. Deus ergo vnctus est, quia homo deus. Sed quo oleo? non nisi spirituali. vnde subdit. Vnxit, dico, Oleo lętitię: vel exultationis, quia immunis fuit a peccato. vnde & conscientia hilaris fuit ei. Vnxit ergo eum deus pater, non visibili & corporali oleo: sed spiritu sancto, quē scriptura nomine olei exultationis figurata, vt solet, locutione significat. Hac vnctione filius qui sic hō factus est vt maneret de⁹. plenus erat spū sancto, vt in euāgelio legitur. Iesus aūt plen⁹ spū sctō reuersus est a Iordane. Ideo addit. Præ participib⁹ .i. præ oībus sanctis. Participes eī ei⁹ sunt oēs sancti, sed ille singulariter sctūs sanctorū singulariter vnctus, singulariter vnde oēs Christiani vnguntur. Et tu in principio, post humanitatis excellentiā iterū redit ad ęternitatē filii ostendendā vtēs authoritate prophetę, qui de filio & ad filium ait. Ita Et tu, o Domine, fili dei in principio rerum. i. anteq̄ res essent. Fundasti terrā ad literā. Ideo dicit in principio, quia creator āte creaturā extitit sine vllo initio. q. d. noui æternitatē tuam qua præcedis omnia q̄ fecisti. i. qui dixisti, Ego sum qui sum, & Cæli, simul cū terra, Sunt opera manuū tuarū. hoc ita dicit, quasi specialiter in eis operatus sit. Manus aūt est virtus iussionis. i. potentia volūtatis, qua vt voluit facta sunt opera. Ipsi autē cæli. s. ærei Peribunt, ab eo quod sunt dū immutabūtur creaturæ in melius. Nouissimi eī cæli qui per diluuium perierūt: sicut Petr⁹ ait, Igne pibūt, exercuit eī aqua, & totā istā capacitatē vbi aues volitāt occupauit, ac sic vtiq; cęli perierūt, ꝓpinqui terris. De cælis ergo vnde dicitur aues cæli, nō est dubium quin diluuio pierint, & igne pituri sint. De superiorib⁹ aūt cæli cælorū, vtrū & ipsi perituri sint igne, q̄stio est & disceptatio scrupulosior īter doctos & erit incendiū mundi nō incendens sanctos dei. Quod eī fuit caminus ignis tribus pueris, hoc erit ardens mūdus iustis in trinitate signatis. Tu aūt. q. d. cęli mutabuntur. Tu aūt permanebis, hoc dicit vt sicut ęterni⁹ esse ostēditur, qa est an oīa: sic ostendat, quia permanet idē post mutata. Et omnes, siue cæli aerii, siue terra, Veterascēt vt vestimentū. i. sicut humana corpora longeuitate veterascunt. Corpus eī humanum, quasi vestimentum animæ est. Veterascere autem dicitur illud quod more vestis pau

Margin notes: Augustinus. — Au. cōtra Maximū. — Au. super Ioannem — Ambrosi. — Ambrosi. — Augusti.

Section letters: B (at "pio, post hnmanitatis"), C (at "cęli perierūt").

latim consumitur, sicut caro humana quæ tamen in me- D
lius immutabitur, sic cęli meliorē formā recipiēt. Et mu-
Augu∫t. tabis eos.s.cælos. Velut amictū, per hoc significat muta-
tionem cęli. Vñ Ioānes in Apocalypsi. Vidi nouū celū,&
nouam terrā. Et recte cęlos amictui cōparat, quia terrā
cingunt. Tā facile eñ mutat deus cęlos, sicut amictus ex
tenditur & plicatur: & post mutationē, sic manebunt cęli
Vnde subdit, Et mutabunt.i.mutata sic per manebunt,
quia facta dei iā sub æternitate stabūt, nec ad cor ruptio-
nem reuertent. [Tu autē idē ipse es, & anni tui non
deficient. Ad quem autē angelorū dixit aliqñ, Sede a dex
tris meis: donec ponā inimicos tuos, scabellū pedū tuorū?
Nonne omnes sunt administratorii spirit⁹ in ministeriū
missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis?]

Tu autē, o fili dei, Idē ipse es.i.immutabilis es.cō- B
tra hoc qđ supra dixit veterascūt. Et anni tui nō deficiēt
.i.æternitas tua nō deficiet. contra hoc qđ dixit peribunt.
Et est sensus, Tu nō mutaris nec deficis, quod ad filiū di-
ctum est, ac per hoc etiā deo filio cōuenit dicere, Ego sum
qui sum Et item, Ego dominus & non mutor: qđ tu hæ-
retice, ideo soli patri assignasti vt fili⁹ in substātia sua cre
deretur esse mutabilis, tanquā ita susceperit hominē vt in
hominem verteretur, Hanc tantā blasphemiā non emen
dabis, nisi credideris in assumptione hoīs accessisse filio
quod non erat, & non decessisse vel defecisse qđ erat. Vel
mystice totū potest legi, & diriguntur verba ad patrē, vbi
tamen & fili⁹ cōmendat.q.d.vnxisti pater filiū. & Tu, o
Domine, pater a quo vnctus est filius, In principio.i.per
filium tuū qui est principiū de principio: secundū qđ ipse F
ait in euangelio, Ego principiū qui & loquor vobis. Fun
dasti terrā.i. stabilisti ecclesiā populorū.s. minores in ec-
clesia, Et cæli.i.maiores vt apostoli. Sunt opera manuū
tuarūquia in eis quasi specialiter operat⁹ est, plura eis cō-
ferendo, Et ipsi cęli peribūt.i.morte destruent, & quicqđ
ex se destruet. Tu aūt.in illis Permanebis.i.iustitia tua
& quæ in eis operaris permanebūt. Et oēs.s.maiores &
minores, Veterascent.i.paulatim corrūpentur. Sicut ve
stimentum.i.secundū vestimentū.i. secundū corpus quod
animam quasi vestimentū circundat. Et mutabis eos ve
lut amictum.i. secundum corpus quod mutabis immorta

A ſitate: non tale erit quale fuit. ita peribũt cęli & mutabunt ſecundum corpora, & non tantũ ſecundũ corpus, ſed etiã ſecundum animas mutabunt quę tunc glorioſiores erũt. Tu autẽ idem ipſe es, in eis per filiũ tuũ. i. immutabili ſpecie eris in eis per hoc quod filio crediderũt. Et anni tui non deficient, in eis. i. æternitas tua. Ad quem autẽ, iterũ de gloria humanitatis agit. q. d. nõ ſolũ per pmiſſa oſtenditur Chriſtus maior angelis: ſed etiã per hoc, quia pater Dixit ei, ſede. i. victor, quieſce & iudica, A dextris meis .i. in potioribus meis, & mihi ſecundũ diuinitatẽ æqualis Ecce victori filio cõſeſſus offert a patre. Sede, dico, Quo aduſq; inimicos tuos ponã, quod fit quotidie dũ aliqui cõuertuntur. hoc & ſi paulatim agit, indeſinenter tñ agitur, Scabellum pedũ tuorũ. i. plene tibi ſubiectos. Per hoc eñ Ambroſ.
B quod ait ſcabellũ pedũ plenã ſubiectionẽ ſignificat. Vel p penes intelligit humanitas Chriſti quæ inferior natura eſt in illo. Et eſt ſenſus, Donec ponã inimicos tuos, ſcabellũ pedũ tuorũ. i. ſub humanitate tua vt ipſam revereantur, & ſuper ſe ſentiant. Vel, Sede quoaduſq; ponã. i. æternaliter, ſicut æternaliter Ponam inimicos tuos, ſcabellũ pedum tuorum, id eſt ſubiectos potentiæ diuinitatis, Per pedes enim ſtabilitas æterna ſignificatur, quæ quaſi veſtigiis poſitis virtute omnipotentiæ conſiſtit. Ad quem autem angelorum dixit hoc aliquando, nulli hoc dixit, quia Omnes ſpiritus ſunt ex officio Amminiſtratorii, filii: miſſi actualiter, In miniſterium, quacunque placet filio, tamen ſemper aſſiſtunt ei qui vbique eſt. Miſſi, dico, Pro- Ambroſ.
C pter eos qui capient hęreditatem ſalutis, id eſt propter homines quibus promittitur hæreditas æternę vitæ, quibus licet minoribus imperio CHRISTI, ſeruiunt. Et nonne ita eſt vtiq;. Intellige igitur quantus honor nobis exiſtit, vt ad nos ſicut ad amicos miniſtros angelos ſuos deſtinet deus Quamuis enim multum interſit inter angelos & homines, propinquos tamen eos nobis fecit, quia noſtræ ſaluti ſtudent, propter nos diſcurrunt, nobis ſuo funguntur officio. Hoc eſt opus angelicum angelicę functionis officium, vt omnia fiant pro ſalute proximorum. magis autem hoc eſt opus CHRISTI, quia angelis nobis ſuperioribus præcepit ad noſtram ſalutem ſuum exhibere miniſterium. Chryſoſ.

CAPVT II. D


Ropterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuim⁹,ne forte pereffluam⁹. Si eñ qui per angelos dictus est sermo, factus est in firmus,& omnis præuaricatio &.inobedientia accepit iustam mercedis retributionẽ quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt,in nos confirmata est:cõtestante deo signis & portentis & variis virtutibus & spiritus sancti distributionibus, secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit deus orbẽ terrę futurũ,de quo loqmur.]

Chrysost. Propterea, postq̃ locutus est de filio dei multa quæ ad eius cõmendationẽ valẽt, hortatur eos quibus scribit vt diligenter animaduertant & custodiãt ea quæ per illũ annunciata sunt eis. & ad hoc tendunt oĩa pręmissa .q.d. quia Christus maior est prophetis & angelis, Propterea oportet nos abundãtius obseruare ea q̃ audiuimus, a filio dicta in euangelio,quã quę de lege, vel de aliis a prophetis,vel angelis dicta sunt qui ministri legũ fuerũt. Nomẽ tamẽ legis obticuit, quia in astructiõe sua quã in prætoribus facit,manifestũ hoc facit. & quasi quis q̃reret,quare magis oportet? subdit, Ne forte pefFluam⁹.i.ęternaliter puniamur. Fluimus per pœnas mortalis naturę,effluimus pctã addẽdo,pefFluimus in æternã dãnationẽ. Hinc suadet verba Christi audiẽda per pœnã quæ erit negligẽtib⁹. Si eñ,qđ puniemur si nõ obseruam⁹ verba Christi probat per minus .s. per verba q̃ dicta sunt ab angelis q̃ sunt minus digna quã verba Christi.q.d.dico ne forte pereffluamus qđ vtiq; erit. Eñ.i. quia Sermo dei q̃ per angelos dict⁹ est,ad Moysen,& ad cęteros. Fact⁹ est firm⁹ .i.verus,vt lex p miracula & minis & pmissis cõfirmata est,in qua tñ nõ erat salus. Et oĩs p̃uaricatio,qđ est cõtra vetita facere. Et inobedientia, qđ est p̃cepta dimittere. Accepit iustã retributionẽ.s.quãtũ meruit .i.scđm qđ meruit Mercedis,vt p qualitate factorũ sit qualitas pœnę. Attende singula verba, Oĩs p̃uaricatio,dicit vt ostendat qđ pro singulis peccatis sit reddẽda pœna:ac si diceret,nõ solum oĩs p̃uaricator punietur qui multorũ peccatorũ reus est, sed pro oĩ p̃uaricatione vel inobedientia suã recipiet

B

F

A pœnam. Iustā, dicit ne putetur perire iustitia per miam Quod vero ait, Retributionē, hoc ad pœnę quantitatem refertur, q̄ æqualis pctō erit: quia scdm qd maius vel minus est peccatū, maior vel minor erit pœna. qd vero ait, Mercedis, hoc ad q̄litatē pœnę refert, vt q libidinis igne perierit, igne cruciet. Quō. q. d. & si sermo angelorū factus est firmus, & si oīs pręuaricatio punit. Quō nos, quibus filius dei ipse gratia per quā salus est, locutus est. Effugiemus gehennā. Si neglexerim⁹, saltē qd min⁹ est quā pręuaricari. Tantā. i. indeficientē. Salutē, in euangelio factā, nō tāta erat in veteri testamēto Ibi em̄ sermo hic vero salus est Quę cū, &c. Ostēdit hic inexcusabiles esse illos qui cōtemnūt salutē. i. Christi sermonē q est causa salutis. q. d. nō effugiem⁹ si neglexerimus salutē. Quę B salus, Cū accepisset initiū, nō cōstituit oīs, quia ab æterno erat, sed enarrādi. & hoc Per dn̄m, angelorū. s. Christum, vn̄ alia editio sic haber. s. p Christū, nō lōge post initiū narratiōis, Ab eis. s. apl'is, Qui audierūt, ab ipso ore Christi, Cōfirmata est in nos. s. Iudæos. Quōt Deo contestāte, authoritati apl'orum per q̄ Signis, minorib⁹, vt est morbos depellere, qd medici possunt: Et portētis, maioribus q̄ contra naturā fiūt: Et variis virtutib⁹, quæ non fiūt prętet naturā. Vel de virtutibus aī dicit. s. qd casti sunt & humiles illi qui p̄dicāt. & cætera huiusmodi habent. Et spūs sancti distributionibus, quia aliis gr̄a linguarū, aliis alia dona dabat. Per hęc affluētiam significat gr̄arum q̄ nō erat apud antiquos, neq; tāta signa, neq; tā C diuersa pdigia: per qd ostendit qd nō simpliciter est eis creditū, sed p signa & pdigia. ideoq; dū credim⁹, nō illis, sed deo nos credere declarat. Distributiōib⁹, dico, factis, non scdm meritū hominū, sed, Secundū suā, ipsius spūs sancti, Voluntatē. i. secundū placitū suæ misericordiæ. Vnde alibi, hæc oīa operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singula prout vult. Nō em̄, dixit negligentes dignos esse pœn i qui cōtēnunt gratiā per apl'os, & miracula, & dona cōfirmatā. hic dicit Christū esse potētē vindicare, & suos per passionē mortis saluare. q. d. vere nō effugiemus si neglexerim⁹ salutē Christi, cū p sermone āgelorū nō obseruato puniti sūt Iudęi. Quia, filios Subiecit de⁹ orbem terrę, quod Non, fecit Angelis, quorū mini

Chryso.

Chryso.

ſterio, & ſi multa ſiūt in orbe, oĩa tñ ſpectāt ad imperiū. D
ſed hoc. ſ. vt ſubiiciat', Futurū eſt ei de quo loquimur. i.
Chriſto. & hoc eſt qd ait, Orbē, dico, futurū ſubiectū ei
Chryſo. De quo loquimur, ſ, Chriſto. Vel ita, Deus ſubiecit: nō
angelis, ſed filio. Orbē terræ futurū. ita hic dicit futurū
ſicut alibi dixit, Qui cum forma futuri: de Adā & Chri-
ſto loquens, & reſpectu temporum Adæ futurū ſecundū
carnē Chriſtum dicit, ſic etiā nūc futurum orbē dicit quā-
tum ad Chriſtum. Futurus quippe erat orbis quantum ad
filium dei qui ſemper erat, & ne de altero orbe diſputare
intelligeretur, addit, De quo, orbe Loquimur. Hoc ad-
dit ne mentem auditoris errare relinqueret, dum alius
quæreretur orbis. Hunc ergo orbem futurum non ange-
lis, ſed Chriſto ſubditum dicit, quod comprobat autho-
ritate Dauid. qui futura quaſi p̄terita refert: vtpote admiſ- E
ſus diuinis conſiliis vbi omnia etiam futura ſunt facta: ſe
cundum illud Eſaiæ, Qui fecit quæ futura ſunt: ſed præ-
ſtat vt de Chriſti humilitate ne p ea dubitet de exaltatiōe
& non tñ de humilitate Chriſti, verumetiā & totius ge-
neris humani: oſtēdens hominem per ſe miſerum & ab
iectum, ſed per dei gratiam exaltatum. Vnde ſubdit.

[Teſtatus eſt autem in quodam loco quis dicēs. Quid
eſt homo quod memor es eius? aut filius hominis, quoniā
viſitas eum? Minuiſti eum paulo minus ab angelis, gloria
& honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera
manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In
eo enim quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubie-
ctū ei. Nunc autem necdum videm⁹ omnia ſubiecta ei.] F

Teſtatus eſt aūt. q. d. nō ſolū ego hoc dico, ſed etiā hoc
idē Teſtatus eſt quis. ſ. notus, egregius prophetarū, excel
lentiſſim⁹. ſ. Dauid. In quodā. ſ. noto nobis nō abſcōdito
Loco, ſcripturę ſacrę in Pſalmo. ſ. viii. Dicēs, Quid eſt
homo, cū deſpectu legēdū eſt, Quod memor es ei⁹, aut
filius hoīs, &c. Diſtat inter hominē & filiū hominis quod
innuit diſiunctio. Oīs enim filius hoīs hō, ſed nō oīs hō
filius hoīs poteſt intelligi. Adā enim homo fuit, ſed nō fi-
lius hominis. ſic homines dicuntur qui portant eius ima-
ginē, qui aūt portant imaginē Chriſti, filii hominū po-
ti⁹ appellant, & ille ver⁹ hō dicitur, & iſte nouus. Homo
igitur hoc loco terrenus ē, fili⁹ aūt hoīs cęleſtis eſt, & ille

A longe seiunctus est a deo, hic autẽ pręsens est deo, & ideo illius memor est tanquam in longinquo positi. hunc visitat quẽ vultu suo .i. gratię suę pręsẽtia illustrat. Despectiue itaq; Homo .s. peccator terren⁹. Quid est, quantũ ad hoc Quod ei⁹, quasi longe positi. Memor es, tẽporalẽ praebendo salutẽ quã saluas homines cũ iumẽtis: Aut fili⁹ hominis .i. homo spiritualis, & cęlestis. Quid est quantũ ad hoc, Quoniã eum, quasi infirmũ Visitas, pręsentia gratię, & non solũ homini filius indiguit visitari, sed etiã dei filius, quia Minuisti .s. dei filium, Vel ita, vt per hominẽ intelligant boni. praecipue qui ante aduentũ Christi fuerunt, per filiũ hominis Christus. & legitur itẽ cũ despectu hoc modo, Homo, bon⁹ ac iustus. Quidẽ .q.d. despect⁹, fragilis, peccator, quantũ ad hoc Quod memor eius es.
B Memor est deus hoĩs quando peccata dimittit, Aut filius hominis, iã surgit .i. a mẽbris ad caput ascẽdit, cũ ait, Filius hominis .i. Christus, qui nõ ex duob⁹ hoĩbus, sed de virgine nat⁹ est. Filius, inquã, Hominis, quid est quantũ ad hoc, Quoniã visitas eũ .i. hominẽ per ipsum filiũ hominis, quasi per medicũ infirmũ. Nota verborũ proprietates supra dixit, Memor, vbi agit de iustis qui fuerũt añ Christi aduentũ, quorũ quasi memor fuit quãdo patriarchis de caelo misertus. Hic añt ponit, Visitas, vbi agit de incarnatione, cũ verbũ caro factũ est, cũ medicus ad infernos venit. Minuisti .q.d. per filiũ hominis .i. Christũ, visitas hominẽ, & Eũ, tamẽ .i. Christũ, Minuisti. Vel ita vt per hominẽ, & filiũ hoĩs intelligat̃ Christ⁹ homo cui⁹ fuit
C deus memor in cõceptione donãdo immunitatẽ peccati, & visitauit in resurrectiõe dãdo glãm immortalitatis, & legit̃ ammiratiue hoc modo, Nomo, Christ⁹. Quidẽ .s. quã magnũ q̃d & dignũ per hoc Quod memor es eius, faciẽdo eũ immunẽ a peccato. Aut .i. &, Fili⁹ hoĩs .s. idẽ ipse Christ⁹ q̃ est homo de hoĩe, vt de⁹ de deo, Quid est .s. scd̃m quã excellentissimũ. q̃d per hoc, Quoniã visitas eũ, resuscitãdo. Minuisti .q.d, visitasti Christũ hoĩem. & p̃ hoc indiguit visitari, q̃a tu Minuisti eũ. per passibilem naturã. Minorat⁹ eñi est dñ. se exinaniuit formã serui accipiẽs: ergo p̃pter ipsam infirmitatẽ carnis quã dei sapiẽtia gestare dignata est, & passiõis humilitatẽ recte dicitur minuisti ab angelis, q̃a mortalis & passibilis, sed Paulo

Augus. Ambros.

minus, quia etsi passibilis, tamē imperabat angelis, & q̄a D
sine peccato erat: sed post ad similitudinē triumphantis.
Coronasti eum. i. vndiq; circūdedisti. Gloria, in resur-
rectione & ascensione. Et honore. i. in cōcessu patris. Vel
Gloria. i. charitate immortalitatis. Et honore, q̄d sibi
flectitur omne genu. Et cōstituisti eū, vt stabilē. Super opa.
sed addit, Manuū tuarū. i. super digniora etiā opa. i. super
homines & angelos quę per excellentiā dicunt̃ opa ma-
nuū, & nō solū constitutus est super opa vt dignior, sed etiā
Oīa subiecisti sub pedibus eius. i. potestati eius & dominio
vt adorēt illū & vereant̃. Posset em̄ superior esse, & tamē
oībus nō dn̄ari. Ideo ait, Subiecisti oīa sub pedibus eius.
nulla em̄ creatura erit nō subiecta, cui primates vtique dicā
spūs subiiciunt̃. In eo em̄, vel aūt, exponit sensū Dauid
pphetæ quē in p̄dictis verbis habuit. q. d. Dauid ait, Oīa E
subiecisti. In eo aūt, q̄d scriptura Subiecit ei oīa. i. subie-
cta ei ostēdit oīa nihil dimisit. Nō subiectū ei. i. nihil ex-
cepit de oībus. dū em̄ dicit oīa nec terrena excipit, nec cę-
lestia. Vel ita continua sc̄dm literā q̄ habet Em̄. q. d. bene
dico oībē terrę futurū subiectū Christo, q̄a In eo, quod
scriptura dicit, Ei oīa sub. i. dicit ei subiecta esse oīa. Ni-
hil dimi nō subiectū, non mutatur sententia: quā eandem
sententiā alia etiā litera confirmat quę est, In eo em̄ q̄d
dicit oīa subiecit, nihil dimisit ei non subiectū. Nunc aūt
. q. d. scriptura dicit, omnia subiecisti, sed tamen nondum
oīa subiecta sunt ei. & ideo cōgrue supra dixit, orbem fu-
turum subiectū & hoc est quod ait, Nunc aūt. Et si scri-
ptura dicat oīa, Tamē necdum videmus oīa subiecta ei,
voluntate quæ subiicienda sunt. quotidie em̄ aliqui subii- F
ciūtur ei, sed nō omnes q̄ subiiciēdi sunt subiicient̃, donec
in iudicio. Destingue cū ait, Nihil dimisit non subiectū.
hic vniuersalē subiectionē. s. siue voluntariā, siue necessa-
riam designat. Cum vero ait. Necdum videmus, &c. hic
tantū voluntariā fideliter credentiū in eum. [Eum autē
qui modico quā angeli minoratus est, videmus Iesum pro-
pter passionem mortis gloria & honore coronatū, vt gra-
tia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum
propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios
in gloriam adduxerat, auctorē salutis eorū per passionē
cōsummari, Qui em̄ sc̄tificat & q̄ sanctificant̃, ex vno oēs]

A Eum autem.q.d. necdum videmus omnia subiecta ei, sed tamen pars prophetię iam impleta est, quia Videm⁹ eum,&c. in quo cōstat quod complebitur alia,& ideo nec doleatis de aduersis, Eum, inquā, Qui modico minoratus est quam angeli, videmus, iam Iesum.i.saluatorem & Coronatū gloria & honore. hoc vtiq; merito.s. Propter passionem, non quālibet, sed Mortis, Hic iam incipit ostendere, nō pro potētia tantū vel vltione verba esse Christi audienda, sed pro dilectione qua dilexit nos, vt p nobis moreretur, Vnde, addit, Vt gratia dei,&c. Vel ita lege, Videmus eum iam Iesum, & coronatum gloria & honore, qui modico quam angeli minorat⁹ est, non secūdū naturā humanę mentis, sed Propter passionē mortis. Maiores quidē angeli possunt dici hoīe, qa maiores sunt Au. cōtra Maxi.
B hoīs corpore, maiores sunt & animo, sed in eo tantū qd peccati originalis merito corruptibile corp⁹ aggrauat ipsum animū. Natura vero humanę mētis qualē Christus assumpsit quæ nullo peccato potuit deprauari, sol⁹ maior est de⁹. Propter qd ergo modico quā angeli minorat⁹ dicatur, aperuit cū ait, Propter passionē mortis, Minor ergo angelis fuit, nō propter naturā hoīs, sed ꝑpter passionem mortis. natura vero hoīs quę mēte rationabili & intellectuali creaturas cęteras antecedit, de⁹ sol⁹ est maior. Minor ergo angelis fuit corpore, nō mēte. Quod aūt videtur tibi nihil magnum de deo patre dici, si forma serui maiorē qua maiores videnť angeli, nō recte cogitas, nec attēdis quē locū habeat in reb⁹ hūana natura quę cōdita est ad imaginē dei, cui tñ iniuria facta nō est. Cū Christ⁹
C dicebat, Pater maior me est, q nō carni suę solū, sed etiā mēti quā gerebat humanę deū patrē pręferebat: quæ tota sine dubio forma agnoscit serui, quoniā seruit tota creatura creatori. Vt gr̄a dei.q.d. minorat⁹ est ab āgelis. & hoc ideo Vt gratia dei.i. ipse qui est gratia dei, qa gratis dat. vel quia gratis dat⁹ est nobis, Gustaret mortē. Vel ita, vt sit ablatiui casus hoc modo, Vt gratia dei.i. p gratiā dei qua homo nō meruit. Ipse gustaret, ꝓprie dixit gustaret, quia amara est mors, vel quia cito trāsiit. Breue nāq; interuallū in illa faciēs cōfestim surrexit, sicut qui gustat breuiter experitur. Gustaret, dico. Pro oībus .s. prędestinatis q per ei⁹ mortē redempti sunt & saluati. Vel Pro oib⁹ Augusti. Chryso.

hominib⁹ generaliter mortu⁹ est,qa oib⁹ preciũ suffecit. D
Ideo pprie dixit Pro oib⁹,qa non p fidelib⁹ tantũ,sed p
mũdo vniuerso mortu⁹ est. & si eñi oẽs nõ credũt,ipse ta-
mẽ qd suum est impleuit. Dicebat eñi.q.d.minoratus est
Christus vt gustaret mortẽ, quod cõueniẽtissimum erat.
Dicebat eñ eũ.s. deum patrẽ propter quẽ glorificãdum
oĩa facta sunt,& per quẽ authorẽ Oĩa facta sũt,Qui mul
tos filios, adoptiuos Adduxerat.i.adducẽdos præuiderat
In gloriã,æternã decebat Cõsummare. i.pficere in glĩa
beatitudinis,qd incepit in resurrectiõe qñ immortalitatis
gloria sublimatus est, & auctũ est in ascensione quando
ascendit ad dexterã patris:& perficietur in iudicio quan-
do ei oĩa subiicientur,& erit omnia in omnibus. Decebat
Inquam,eum cõsummare Auctorẽ salutis eorũ,filiorũ.i. E
Christum qui est filius per naturam, cui⁹ cohæredes eri-
mus qui sumus adoptione filii. Vide quantum est in me-
dio nostrum,& ille filius est & nos filii sumus, sed distat
quia ille saluat,nos saluamur:ille sanctificat, nos sanctifi
camur. Modo coniungit nos scriptura, modo disiungit.
Multos, inquit,filios hic coniunxit, auctorem salutis eo-
rum hic discreuit. Consummare,dico,& hoc Per passio
nes mortis,quæ mors sanandæ nostræ miseriæ conuenië
tissima fuit,ac valde necessaria,quia aliter nisi Christus
moreretur,scilicet homo non redimeretur & non redem
ptus periret.quod si esset,frustra facta essent omnia.cæte-
ra enim homini seruiunt,homo deo,nec in aliquibus de⁹
glorificaret,cum ad hæc omnia facta sint, falsa esset etiã
eius prædicatio,de filiis adducendis, Qui enim, probat F
quod pro nostra liberatione decuit Christum pati. videt
enim indecens quod author salutis pateretur, sed non de
decet,quia ex deo pendet, & idem ei subiectus vt alii ho-
mines, & ideo conuenit ei pati opus est, & quod op⁹ fu e
rit postea dicit ibi, Quia ergo &c. q.d. decebat patrem
consummare Christum per passionem, nec dedecebat
Christum pati. Qui enim sanctificat,prędestinatos,id est
Christus Et sanctificantur per eũ.i.nos; Omnes,ęque ex
vno deo pendent & sunt. Ecce iterum quomodo coniun
git dicens esse ex vno, Item, Intuere quantum interest,il
le quidẽ sanctificat,nos sanctificamur. Licet ergo ex vno
simus versitamen multum interest. Ille enim est ex patre

A secūdū deitatē, vt ppri⁹ fili⁹. i. ex ei⁹ essentia genit⁹. nos autē adoptiui. [Propter quā causam nō cōfundit fratres eos vocare dicens, Nūciabo nomē tuū fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterū, Ego ero fidens in eū, Et iterum, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdē, vt per mortem destrueret eū qui habebat mortis imperiū. i. diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitā obnoxii erāt seruituti. Nusquā eñi āgelos apprehēdit, sed semē Abrahæ apprehēdit. Vnde debuit per oīa fratrib⁹ similari, vt misericors fieret & fidelis pōtifex ad deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus
B potens est & eis qui tētantur auxiliari.] Propter quam, Probat quod ex vno sunt omnes dicens, Propter quam, causam. i. quia vterqꝫ scilicet caput & membra sunt ex eodem, non confunditur, vel erubescit Christus licet a peccato immunis. Vocare eos fratres, qui peccando facti sunt degeneres, dicens, in Psalmo. O pater, Nunciabo, vel narrabo, post resurrectionē. Nomē tuum, id est famā & gloriā deitatis, Fratribus meis: & ego positus, In medio ecclesiæ, vt columna, Laudabo te, vel in medio ecclesiæ. i. in toto orbe circūquaqꝫ. Laudabo te Attēde qđ cū dicit nō erubescit fratres vocare, ostendit quod nō ei⁹ naturę est fraternitas nostra sed mīæ & humilitatis. Qđ autē fratres simus probat per prophetā ne putetur nouū. Et iterū, Authoritate Esaiæ se ex deo esse & pēdere ostē
C dit, Ego, Christus vt verus homo, Ero fidēs secundum humanitatē. In eum, s. deū patrē, quod non faceret nisi a deo esset. Et iterum, eādem subiectionem ad deum & humanæ naturæ communitatem nobiscum demonstrat dicēs, Ecce ego, præsto sum seruire. Et pueri mei, scilicet apostoli & alii fideles quos mihi tanq̄ capiti membra in vnitate naturę & gratiæ dedit dominus, & in hoc patet quod ex deo sunt, quia Ego & pueri communicauerunt carni & sanguini: & ip̄e similiter participauit eisdē, probauit quod decuerit Christum pati, si opus esset: quod autem opus fuerit hic demonstrat, quia pueri communicauerunt carni & sanguini, quasi dicat constat quod ex deo ē ipse Christ⁹ sanctificās & sanctificati, & ita nō de-

decet eum pati si sit opus, sed quid fuit opus pati? Ecce, D
quia Pueri cōmu. Et hoc est qđ ait. q.d. ex vno deo est ipse eū sanctificatis, & quia Pueri, qui sanctificādi erāt, Cōmunicauerūt carni & sanguini. i. ani mę. i. hoīes erāt corruptibilis constantes ex corpore & aīa, quę per sanguinē accipitur: Ergo. i. ideo & ipse Christ⁹, Participauit eisdem. i. pueris, quia factus est puer constans ex anima & carne. vel, Participauit eisdē. i. carne & sanguine. s. aīa. & hoc, Similiter, id est ita quod fuit homo passibilis & mortalis vt posset mori. Ecce vera in Christo fraternitas, & nō ficta humanitas. Vt per mortē suā, Destrueret eum qui habebat mortis imperiū. i. diabolū authorem mortis, qa peccati. ex quo ꝓcessit mors. Hoc eñ testimonio satis monstraт etiā mortē istā corporis principe atque authore diabolo. i. ex pctō qđ ille persuasit accidisse. Nec eñ ob aliud potestatē habere mortis verissime diceretur. vñ ille q sine vllo pctō vel originali vel proprio moriebatur, dixit, Ecce venit princeps mūdi hui⁹. i. diabol⁹ q habet potestatem mortis, & in me nihil inueniet. s. peccati, propter quod homines mori fecit, nihil ergo inuenit diabolus in Christo vt moreretur, sed pro voluntate patris mori Christus voluit non habens mortis causam de peccato sub authore peccati, sed de obedientia & iustitia factus obediens vsq; ad mortem, per quam nos redemit a seruitute diaboli. Incideramus enim in principem huius seculi qui seduxit Adam & seruum fecit & cœpit nos tāquam vernaculos possidere. Sed venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro? Tetendit muscipulam, crucem suam posuit ibi quasi escam, sanguinē suum. Ille aūt sanguinē fudit nō debitoris, per quod iussus est reddere debitores. Fudit sanguinē innocētis, & iussus est reddere a nocentibus. Ille quippe sanguinē suū fudit, vt peccata nostra deleret. Vnde ergo diabolus nos tenebat deletū est sanguine redēptoris. Nō enim tenebat nisi vinculis peccatorū nostrorū, istę erant catenę captiuorū. Venit ille, alligauit fortē vinculis passionis, intrauit in domū eius. i. in corda eorū vbi ipse habitabat, vt vasa eius eripuit. Nos sum⁹, vasa ista impleuerat ille amaritudine sua, quā nr̃o redēptori in felle ꝓpinauit. Saluator aūt nr̄ eripiēs vasa ei⁹, & sua faciēs, fudit amari-

Augu. de bapt. par.

E

F

A tudinē & īpleuit dulcedine. Participauit ergo pueris, i. factus est hō passibilis & mortalis vt sic vinceret diabolū. Nisi em̄ hō esset qui diabolū vinceret, nō iuste sed violēter hō ei tolli videretur, qui se illi spōte subiecit, sed si eū hō vincit, iure hominē perdit: & vt hō vincat, necesse est vt deus in eo sit, qui faciat eū sine peccatis esse. Si em̄ per se hō esset vel angelus in hoīe facile peccaret, cū vtranq; naturā per se cōstet cecidisse. Factus est hō dei fili⁹ hoīs filius passibilis & mortalis, Vt per mortē destruere diabolū, deletis pctīs, per quę sub illo captiui eram⁹. Et, per eādē mortē, Liberaret eos, qui timore mortis, corporalis, Per totā, hāc, Vitā, erāt obnoxii. i. subditi. Seruituti diaboli & pcti. Hic quiddā mirabile demōstrat, quia per
B quod potestatē habebat diabolus per hoc victus est, & q̄ fuerant arma illi forti aduersū mundū per ea illū Christus percussit, in quo magnitudinē virtutis ei⁹ & solertiæ īsinuat. Mors em̄ erat arma per quę vincebat diabol⁹, & per eā victus est a Christo, Vnde, Ero mors tua o mors, & per eā liberauit obnoxios seruituti. Intuere quātū bonū operatur mors Christi liberauit eos q timore mortis obnoxii erāt seruituti. Serui siquidē erāt qui morti timebāt, & oīa patiebātur ne morerent̄, nūc aūt sancti p Christū ad regnū transituri irridēt eā. Vn̄ Apostol⁹, Cupio, dissolui & esse cū Christo. Vnde & beatus Iob ait, Pellē p pelle, & oīa quæ habet hō dabit pro anima sua. Et est victoria fidei, quę vtiq; defuisset si credētes īmortalitas mox cōsecuta esset. Poterat quidem, hoc deus dare credentibus
C vt nec istius experirētur corporis mortem, sed si hoc fecisset carni quędā felicitas adderetur: minueretur aūt fidei fortitudo. Sic em̄ homines mortem istā timēt, vt non ob aliud felices dicerēt Christianos, nisi qd̄ mori omnino non possent, ac per hoc nemo ꝑpter illā beatā vitā quę futura est ad Christi gratiā festinaret, sed ꝑpter renouādā mortis molestiam delicati⁹ crederetur in Christū, essetq; fides eneruis & debilis. Quid magnū esset credere vidēdo nō mori eos qui crederēt? Credēs em̄ oīno nō moriturus. Quanto fortius ita credere, vt se speret moriturus sine fine viturū. Exēplo Christi qui post mortē resurrexit in gloria, & beata sine fine vita viuit. Desiderem⁹ ergo vitā Christi, quia tenemus pignus mortē Christi quō non

dabit nobis bona sua qui passus est mala nostra? In ter- D
ris istis, in seculo isto maligno qd abũdat nisi nasci labo
rare & mori? hęc sunt mercimonia regionis nostrę: ad ta
les merces mercator ille descẽdit, & qa oĩs mercator dat
& accipit, dat quod habet & accipit qd non habet, etiam
Christus in ista mercatura dedit & accepit. Sed quid ac-
cepit? Quid hic abundabat, nisi nasci, laborare & mori,
& quid dedit? Renasci, resurgere & inęternũ regnare. O
bone mercator gratias agimus, quia emisti nos, sanguinẽ
tuũ bibim⁹. euangeliũ legim⁹ instrumẽtũ nostrũ serui tui
sumus, creatura tua sum⁹, fecisti nos, redemisti nos. Eme
re põt quis seruũ suũ, creare nõ põt: dñs aũt Christ⁹ & ser
uos suos creauit vt essent, & redemit per mortẽ ne semp
captiui essent: sicut & mortẽ gustauit, vt timorẽ mortis fi
deles vincerẽt. Vt eñi medicus nõ habẽs necessitatẽ ex ci E
bis q ægroto p̃parãtur gustare, sed ille cõsulens ei vel con
solãs eũ, primũ de cibis illi⁹ degustat vt persuadeat ęgro
to prõptius illos cibos accipere: sic etiã dñs cũ oẽs hoĩes
mortẽ timerẽt persuadẽs eis vt fiducialiter ad mortẽ acce
derẽt, & ipse gustauit mortẽ, nullã mortis habẽs necessi-
tatẽ. Vel ita, Et liberaret, & agit de timore pœnæ quo
Iudæi sub lege seruiebãt, quos euacuata lege per gratiã a
legis onere & seruili timore liberauit. q. d. Fact⁹ est Chri
stus homo. vt per mortẽ destrueret diabolũ, & per eandẽ
mortẽ legem euacuaret, & ea euacuata, Liberaret eos
id est Iudæos liberos faceret per gratiam, Qui timore
mortis, corporis vel animæ. Per totã vitã obnoxii erant
vitam obnoxii erant seruituti, legis. i. timore pœnarũ ser-
ui erant legis, quia timore pœnarũ corporis vel animæ F
seruabãt legẽ, quos Christus liberauit vel ab inferno vel
a iugo legis. Nunquam enim, quasi dicat participauit
eis, vt homines sanctificaret & liberaret, & recte hęc cau
sa apponitur, quia si non esset eos liberaturus, nõ eis par-
ticiparet quod in angelis apparet, quia Nusquã appre-
hendit angelos. i. in nulla scriptura legitur apprehendis-
se angelicã naturã vt angelos redimeret. Sed, hoc legit,
Chrysost. Quod semen Abrahę. i. carnem de Abraham vt filios
eius saluaret. nõ dico assumpsit. Sed apprehendit. q. d.
longe fugientem consequens in quo humanæ naturæ di-
gnitas intelligi põt & misericordia & gratia qua hoc fa-

A cit: & cura quã de nobis habuit fugientẽ quippe ante ipsum humanam naturam & lõge fugientem. longe enim eramus, insecutus apprehendit, non angelicæ naturę data est hæc dignitas vt deus ei in vnam personam iungeretur, & re vera magnũ & mirabile & stupore plenũ est carnẽ nostrã sursum sedere & adorari ab angelis & archangelis. hoc ergo sæpius in mente versans excessũ patior magna de genere humano imaginans. Vnde. s. qa semen Abrahæ apprehendit. Debuit similari per omnia fratribus, vt. s. passibilis vt mortalis esset. & cætera huiusmodi in quibus simulatus est fratribus. s. quod natus, ꝙ educatus, quod creuit, quod passus est & mortuus, qui supra paternæ substantiæ figura dictus est debuit similari duo, ideo vt Fiet, actu miserẽdi. Misericors, quod erat B in natura. Et fidelis. s. nullum fallens. Põtifex. i. mediator & pons, Ad deũ. seipsum offerens ei sacrificium vt Repropitiaret. i. prope vocatus remoueret, Delicta populi, qui bene põt hoc facere. In eo. em. i quo. Passus est ipse. i. in inferiori substãtia. s. in carne in qua passus est a Pilato. Et tentatus a diabolo. Vel expertus. Alia litera.

Potens est & eis qui tentãtur auxiliari. De incarnato hoc dicit qui in carne quã suscepit multa, sęua passus est, nouitq; per experimentũ quę est ista tribulatio & tẽtatio patientiũ, non sicut deus solũ nouit passiones nostras sed etiam sicut homo cognouit per experimentũ, per hoc. s. quod tentatus & passus multa nouit compati. licet quidẽ impassibilis sit secundũ quod deus. Et est sensus, Potens C est eis auxiliari qui tentantur. i. cum multa alacritate protendit manũ ad compatiendũ tẽtatis, perfecteq; nouit id facere. Nota quod ait, Tentatus, tentat quidẽ deus, tentat homo, tentat diabolus. Tẽtat deus vt probet: diabolus vt decipiat: homo vt sciat quod nescit, Ambrosi.

CAPVT III



Nde fratres sancti, vocationis cælestis participes considerate apostolum & pontificem cõfessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam, Omnis nanq; domus fabrica-

tur ob aliquo. Qui autem omnia creauit de⁹ est. Et Moy D
ses quidem fidelis erat in tota domo eius tanq̃ famulus
in testimonium eorum quę dicenda erant. Christus vero
tanq̃ filius in domo sua. Quæ domus sumus nos si fiduci-
am & gloriam spei vsq; ad finẽ firmã retineamus. Qua-
propter sicut dicit spiritus sanctus. hodie si vocem ei⁹ au-
dieritis nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbati-
one secundum diem tentationis in deserto: Vbi tentaue-
runt me patres vestri, probauerũt & viderunt opera mea
quadraginta annis. Propter quod infensus fui generatio-
ni huic, & dixi, semper hi errant corde. Ipsi autem non
cognouerunt vias meas, quib⁹ iuraui in ira mea si introi-
bunt in requiem meam. [Vnde &c. ex omnibus supe-
rioribus infert, id est quia potens, & quia pro nobis pas-
sus. & quia potest auxiliari. Vnde, o vos Fratres san- E
cti participes vocationis cælestis, id est vocati ad cælestia
.i. ad cęlestẽ hæreditatẽ habẽdã cũ Christo, Cõsidera-
te, diligendo, & quę præcipit operãdo, Iesum Christũ.
Alio enim non egemus Apostolum. s. quem nobis deus
misit, Et pontificem. s. per quem itur ad deum. Idẽ est
enim pontifex qui mediator. pontifex dico, Confessio-
nis nostræ. s. quem nos confitemur. vel Confessionis, id
est fidei. s. in quem credimus. Qui fidelis &c. Hic incipit
comparare Christum Moysi, sicut supra comparauit eum
prophetis & angelis. Moysi vero ita comparat, vt sit præ
Moyse fidelis, quia non suam sed patris gloriam quæsi-
uit, non eius mandata abscondit. Moysi ergo eum confe
rens, ait, Qui, Christus, Fidelis, est secundũ hominẽ, F
Ei. s. deo patri. Qui fecit eum. ex semine Dauid secun
dum carnem: fidelis est dico, Sicut & Moyses, fidelis
fuit. I omni. i. in tota Domo, Iudæorum. quæ domus
est, Eius. s. patris vel Christi non Moysi, quia Moyses
minister fuit non dominus. Vel ita, Qui, Christus Ie-
sus, Fidelis est ei qui fecit illum. s. deo patri non tantum
in quadam, sed In omni domo, Iudæorum. s. & Genti-
um: sicut Et Moyses fidelis, fuit in vna. Et in omni do-
mo dico, Eius. s. patris vel Christi. Amplioris enim
quasi dicat. quia Christ⁹ fidelis fuit effectus indicat quia
Iste. s. Christus, Habit⁹ est dignus glorię. vt Moyses quia
etiam habitus est dignus, Amplioris gloriæ, Prę Moy-
se, id est quam Moyses, Vel, Habitus est dignus amplio

A ris, q̃ Moyses. Ipse dico ens, Prę Moyse, in merēdo qa plus meruit quam Moyses, & tanto amplioris gloriæ dignus est, Quanto habet ampliorem honorem domus .i. in domo vel de domo facta, ille Qui fabricauit illam, vt dominus quam qui dispēsat in ea vt famulus, quod de spirituali domo intelligendū est, scilicet nō de templo vel tabernaculo sed de populo. Et nota quod non dixit quidē Moyses est seruus, Christus vero est dominus, sed latenter hoc significauit. Si enim domus erat populus, ipse autem erat de populo. igitur erat de domo: & nobis vsus est dicere de seruo, ille est de domo illi⁹. Omnia nãq̧. q. d. fabricauit dico. Et recte, per se enim non potest fieri, sed ab aliquo. Omnis nãq̧ domus fabricatur ab aliquo, an

B ideo a Christo? vere, quia deus est qui omnia creauit. Et hoc est quod ait. Qui autē. q. d. dom⁹ fit ab aliquo, Qui aũt, & domū, Et omnia creauit, deus est, vtriusq̧ enim domus. s. quam rexit Moyses & Christus factor est deus quē constat præ omnib⁹ esse: ita Christus quia deus est & creator præ Moyse est, Et Moyses, ostendit Christū dignum ampliori gloria q̃ Moyses, quia Christus fabricator est domus non Moyses. Hic alia ratione idem ostendit, quia Christus filius. Moyses famulus est q & carnalia carnalib⁹ tradebat. Christus vero spiritualia. q. d. ideo etiam amplioris gloriæ vel gratiæ dignus est, Et. i. quia Moyses quidem fidelis erat in tota domo, non sua: sed Eius. s. dei patris vel Christi, Tanq̃ famulus, qui nō adeo diligit domū sicut ille cuius est propria. & hoc non

C vt gratiā daret, Sed in testimoniū eorū quæ dicēda erãt .i. vt testaret ea q̃ cōueniebãt dici carnalib⁹ qui nōdū spiritualia capere poterãt. Christus vero, fidelis est, Tanq̃ filius, qui hæres est, In domo, cū ipso patre, Quæ domus, Christi, Sumus nos, renati, Si fidutiã spei. i. spem cū fiducia. s. nō dubiã. Et gloriosam spem. s. quæ est de cęlesti iucũditate, Retineamus firmã. i. perdurãtē Vsq̧ ad finē vitę, qñ habebitur quo mō sperat. Quapropter sicut supra cū præ angelis & prophetis Christū cōmēdasset in multis, subintulit nos oportere seruare q̃ ab illo audiuim⁹, ita nũc cōmēdato etiã ipso prę Moyse. Hic incipit terrere ne sint icreduli Christo per patrū similitudinē, & post ne amittãt requiē, blãditur etiã per oportunitatē tpis

q d.nos sumus domus dei. Quapropter.s.quia hoc mo- D
do sumus Christi, Videte fratres ne forte &c. Hucusq;
verborũ ordo dirigit. Vel talis potest esse verborũ ordo.
Quapropter.s.quia sumus Christi, Nolite obdurare cor
da vestra, & ita hoc dico, Sicut dicit spũs sanctus,in Da
uid. Hodie.i.in tẽpore gratiæ,qd præsens erat Dauid in
spũ, Si vocẽ eius.s.Christi p se loquẽtis, Audieritis,qd
vere erit, Nolite ob.c.v. Aliqñ em̃ audistis vocẽ illi⁹ per
Moysen,& obdurastis corda vr̃a, p p̃conẽ locutus est,qñ
obdurastis corda:p se nũc loquit. Mollescant ergo corda
vr̃a, q p̃cones añ se mittebat ipse venire dignat⁹ est ore
suo hic loquit,qui loquebat p ora pphetarũ.si ergo tunc
duri fuistis,mõ estote molles. Nolite ob.c.v.dico,agentes
sicut patres vr̃i fecerunt, In exacerbatiõe.facta scd̃m die E
.i.in die Tẽtatiõis factę, In deserto.i.sicut patres vestri
obdurati sunt in die tẽtationis,hoc est vna die de exacer
bationibus,q̃ tẽtatio facta est in deserto, vbi magis egue-
runt auxilio: ita & vos in deserto huius mundi cauete nẽ
tentetis deũ, ne pereatis sicut illi in deserto q deũ tẽtaue-
Augu.in p̃s.cxliiii. runt. Recolitis certe fratres q̃ ille populus tẽtauerit deum
& acceperit disciplinã, & rectus sit in deserto tanquã ab
optimo sessore frenis legũ, & præceptorũ nõ desistẽte etiã
emendationis virga qua pcussit sunt p amaricatione. Hi-
storia est satis nota de eo,qd miserũt exploratores videre
terrã,& cũ audirent ex eis ibi esse inexpugnabiles,& gi-
gantææ staturæ viros obliti virtutis de totiens pbatę, di-
xerunt, Redeam⁹ in Aegyptũ ad ollas carnium. vnde iu-
rauit dominus quod non intrarent in terram promissiõis F
quę esset eis requies laborũ, & sic omnes perierunt præ-
ter duos scilicet Caleph & Iosue. Et sciendũ quod in hac
serie tres requies commemorat, duas significantes,& ter
tiam significatam, vnam sabbati quo requieuit dominus.
Secundam in Palęstina. Tertiam veram quæ in cęlo est
de qua hic dicit,loquens ad veros Israelitas dicens fideli-
bus qui Christum loquentem erant audituri, nolite esse
duri Christo loquenti sicut spiritus præmonuit loquens
in Dauid, ne similia patribus vestris patiamini, qui per
Moysen vocem domini tunc audierunt, vos autem mõ
per ipsum Christum. Et hoc est quod ait, Nolite obdurã
re corda vestra sicut in exacerbatione secũdum diem ten-

A tationis in deserto, vbi.i. in quo deserto, Tentauerunt me, spiritum sanctum scilicet qui in Dauid loquebatur. Patres vestri, secundum carnem videte ne secundum spiritum: patres vestri erant secundum carnẽ sed si non imitati fueritis, patres vestri secundum spiritum non erũt. Et probauerunt.me, id est probabilem inuenerũt, Et, id est quia, Viderunt &c. Vel, Probauerũt, i, curiositatis causa exquisierunt an possem Et viderunt, oculis, Opera mea, magnę virtutis. Quadraginta annis, in quibus me omnia posse experti sunt. Propter quod.s. quia tentauerunt, Fuit offensus, vel in off.i. valde & implacabiliter iratus. Vel, Proximus, adhibendo correctionis flagella: Generationi huic, tuam malę, Et dixi, de illis, Semper errant corde, id est ex propria deliberatiõe quia serio pec-
B cant, Ipsi vero. quasi dicat Ego sic monebam per prophetam, sed licet sic monerem, tamen Ipsi non cognouerunt vias meas, id est noluerunt cognoscere opera mea: & ideo, Si introibunt in requiem meam, scilicet terrae promissionis Aposiopesis.i.non intrabunt. Hoc dico, Sicut iurauit.i.firmiter statui, In ira mea, id est quãdo iratus fui. Iurat enim quandoq; non iratus. irasci tamen dicitur per figuram quae dicitur antropospatos.

[Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur. vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiae eius vsq; ad finem firmum retineamus, dum
C dicitur hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione, Quidã enim audientes exacerbauerunt. sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autẽ infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autẽ iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem.]

Videte &c. q.d. quia propter incredulitatẽ patribus vestris requies negata est: ergo videte o Fratres ne forte q.d, qd facile potest cõtingere sit: In aliquo vestrũ, In ali

quo dicit quia de multis nō dubitat quin perfecti sint in- D
ter eos. sit inquam, Cor incredulitatis. i. cor incredulū vt
Chrysost. putetis Christū non sufficere sine lege quod est Malum
quia sic ruit homo in multa peccata. Infidelitas enim ma
lignam vitam procreat. sic anima in profundū malorum
veniens contēnit, nec hoc leue est, quia hoc est discedere
a deo. & hoc est Christū tentare. Vnde subdit, Hoc est
cor discedendi a deo viuo. q. d. a quo qui discedit vitā per-
dit, quia in eo solo vita est: contra, qui accedit vitā inuenit
Sed potius adhortamini, de incremēto virtutū, Nosmet
ipsos, alii alios, vel vnusquisq; seipsū, Per singulos dies
donec. i. quādiu, Cognominatur hodie. i. tempus gratiæ
de quo agebat propheta superius in psalmo, quia non mi
nus modo patratur credentibus gratiæ ad salutē quā ipso
pręsente Christo. Si quis enim peccat, vsquequo est hodie E
potest reuerti. Nemo ergo desperet dum viuit. Adhorta-
mini dico, vt Non obduretur quis ex vobis fallacia, dia-
boli ante causa Peccati. Sciatis eñ qd diabol9 fallit eum
qui obduratur, vnde post cadit in peccatū. participes eñ.
q. d. debetis hortari vos & nō eē duri, qa nō eram9 facti
sumus per gratiā. Et hoc est qd ait, Participes eñ Chri
sti. i. habentes partē cū ipso Christo in hæreditate, Effe
Ambrosi. cti sumus per gratiā, qua vniti sumus ei vt membra capiti.
Ipse eñ est caput nostrū, & nos membra eius facti sum9
participes dico, Tamen, hac cōditione, Si, nos, Vsq;
ad finē, vitę, Retineamus firmū vt nunq̄ deseram9, Ini-
Remigi9. tium substantiæ eius. i. fidem quæ est initiū bonorum per
quam in nobis existit deus per quā deificamur, & diuinę
substantię participamus. Retineam9 vsq; ad finem, dico, F
Dum. i. quādiu Dicitur nobis, hodie si vocem eius audie
ritis nolite abdurare corda vestra quemadmodū sua. s. ob
durauerunt patres, In illa exacerbatione, hoc. s. de patri
Ambrosi. bus addidit, vt per patres eorū deterreat eos. Qudiā eñ.
q. d. Nolite obdurare vt patres in exacerbatione: & bene
hoc dico quia quidā illorum, Audientes, vocem dei in
deserto de requie in terra Palæstina futura, Exacerbaue
runt, deum. i. increduli & duri fuerunt, & ideo perierunt.
Hoc ideo dicit, ne quis putet satis esse audire de requie, qa
& illi oēs audierūt, sed nō omnes peruenerunt, sed quidā
qui nō exacerbauerūt: de quibus subdit, sed Nō vniuersi

A .i.non oēs exacerbauerūt vt Caleph & Iosue. & his simi les, Non omnes dico, Qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen, ita vos a tenebris vitiorū & ignorantię profecti estis per Christū. Quibus autē, horū supradictorū. s. vel exacerbantibus, vel non, infensus est, Quadraginta an nis hūc numerum annorū iterum cōmemorat, quia hoc numero notatur tota vita nostra. Quadragenarius eñ in dicat integritatē seculorum. Infensus ergo, dicitur illis. Quadraginta annis, quia irascitur vitæ suæ vsq; in finem peccantibus, Deinde subdit respondēs suę interrogationi Nonne infensus est, illis Qui peccauerunt (q.d. non est dubium, Quorum cadauera, sine sepultura, Prostrata sunt, bestiis & auibus, In deserto. q.d. In hoc apparet ira dei, & ideo vobis impunitatē non promittatis, si incredu
B li fueritis. Quib⁹ aūt. q.d. nō solū prostrauit incredulos sed etiā iurauit qđ nō intrarēt in requiē. Et hoc est quod dicit sub interrogatione. Quib⁹ autē iurauit nō introi re, vel vt Non introirēt in requiē ipsius æternā quę signi ficabatur per terrā promissionis, Nisi illis increduli fue runt, domino promittenti, illis vtiq; & nō aliis. Et vide mus. q.d. iurauit dñs nō introire in requiē, Et ita videm⁹ .i. aperte scim⁹ euenisse, Quia nō potuerūt, illi, Introi re, in requiē æternā, sicut nec & in terrā promissionis. & hoc, Propter incredulitatem, Et quia illi perdiderunt re quiem propter incredulitatem,

CAPVT IIII.

C T Imeam⁹ ergo ne forte relicta pollicitatiōe in troeundi ne requiē, eius existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est quemadmodum & illis, sed nō profuit illis ser mo auditus non amixtus fidei ex his quæ au diuerunt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus quemadmodū dixit, Sicut iuraui in ira mea. si introibunt in requiem meā. Et quidē operibus ab institutione mūdi perfectis. Dixit enim in quodā loco de die septima sic, Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiem meam.]

Timeam⁹ ergo. q.d. si nō amore vel timore hoc fa ciamus. Timeamus, inquā. Ne forte aliqs ex nobis ex istimet, vero iudicio & si ipudēter p̄sumat deesse a reqe.

& hoc, Relicta pollicitatione introeundi in requiē eius, D
veram, quā terrā promissionis significauit. i. per hoc quod relinquatur & contemnatur promissio dei qua promisit intrare in requiem cælestem, vel quā in baptismo deo facimus: quę seruata facit nos intrare in requiem, Et enim .q.d. Dico timeam⁹ & merito, quia nō possum⁹ nos excusare, quasi de nō dicta re. Et em̄ &c. Vel ita cōtinua. q.d. dico timeam⁹ ne quis ex nobis quasi ad nos pertineat, & recte. pertinet enim ad nos. Et em̄ & nobis, tp̄e gratiæ, Nunciatū est, de æterna requie per filiū, Quemadmodū, per famulū nunciatū est de terra & cęlesti per figuram terrę promissionis, & ingrediemur credēdo sicut illi perdiderunt nō credendo. Vnde subdit, Sed non &c. q.d. illis nunciatū est: Sed non profuit illis sermo, promissus de requie, Auditus, tantū quia. Non, fuit, Admixtus fidei. i. quia non fuit credit⁹ vt sermo & fides simul iungerentur. Non fuit credit⁹ dico, Ex his, idest propter hęc, E
Quę audierunt, ab exploratoribus, i, propter hęc quę audierūt ab exploratorib⁹ qui mala retulerunt nō crediderūt. Egressi em̄ de Aegypto cū multā viā perambulassent, & multa iudicia virtutis dei accepissēt in Aegypto, in mari rubro. In eremo consilium fecerunt mandare speculatores qui deberent inspicere naturam terræ. illi vero cum perrexissent reuersi sunt, prouinciam quidē magnorum fructuum & virorum in expugnabilium & fortium procreatricem esse dicentes: quibus auditis obstupuerunt, qui eos miserant non credentes veram dei promissionē. Vel ita, Non profuit illis sermo non admixtus fidei, sumptę, F
Ex his quę auditus, a domino per Moysen promittētem eis terram promissionis. Ingrediemur em̄. q.d. vobis annunciatū est de requie, & hoc indicat effectus. Ingrediemur enim. Vel ita continua, Vere illis qui non crediderunt non profuit sermo, quia nobis qui credim⁹ prodest. Ingrediemur enim nos qui credidim⁹ in requiē, veram. Nos qui credidimus ingrediemur, Quemadmodū, ex opposito, Dixit, spiritus sanct⁹ in psalmo, de incredulis per quod patet quod qui credūt intrabunt. Quid dixit? hoc. s. Si introibūt in requiem meā. Aposio pe sis, i, non intrabūt, Sicut iurauit in iram. Illi enim nec Palæstinam nec in verā requiē introierūt, nos aūt introibimus in verā

A requiem. Et quidem. Quia dixerat nunciatum esse de requie dicit, quando.s. & ante legẽ post perfectionem operum.s.sex dierum, per requiem sabbati, & sub lege quãdo per terram promissionis designabatur, & in tempore gratię spiritu sancto dicente in Dauid. Hodie &c.q.d.nunciatum est de requie illa, Et sic quidem, in illius requiei designatione, Dixit, spiritus sanctus, quando nondũ erat completio illius veræ requiei & significatæ, quia ea null⁹ adhuc potitus erat, In quodam.s.egregio, Loco, scripturæ, De die septima, per quã significatur æterna requies, Et requieuit de⁹, a noua operatione cessando, Die septima ab omnibus operibus suis, vt iam non noua crearet opera, secundum speciem vel materiam, sed de materia tunc facta & ad similitudinem tunc factorum operaret. B Requieuit dico, Operibus perfectis, post quod poterat requiescere quæ fecit inchoando, Ab institutione mundi id est ex quo mund⁹ cœpit in stitui quia ipse omnia fecit. Notandum quod dicit operibus perfectis, quod fuit facto homine pro quo oĩa facta sunt, & ipse ad deũ glorificandũ factus est. Requieuit de⁹ die septima. Sex enim dieb⁹ fecit deus oĩa in materia vel similitudine vt postea nihil fieret nisi de materia ibi facta, vel ad similitudinẽ factorũ Septima quieuit, quę significat veram requiem, sic &.vi. ætate homo Christ⁹ nat⁹ est in mũdo ad laborẽ. Et sexta die, & sexta hora diei passus est. Septima vero die in sepulcro quieuit, sic & nos dũ sub operib⁹ sex dierũ viuim⁹ operamur, inde exeũtes quiescem⁹. vel eodẽ verborũ sensu manẽte ita potest legi, vt sit ibi enim, Dixit enĩ, & subintelligit nunciatũ est, hoc modo, C Et quidem. q.d.nũciatũ est de illa requie, Dixit enĩ, spirit⁹ sanctus, In quodã loco de die septima sic & requieuit de die septima ab oĩbus operib⁹ suis, nõ mutantur hęc. Et attende qđ hic agit de prima reqe quæ significat. Et in isto.q.d.ibi tãgit spũs sanctus de vera requie p signũ & figurã. Septima die. Et in isto rursum loco, dicit spũs sanctus, de eadem vera requie per signũ & figurã requiei terrę pmissionis. Si introibũt.i.non introibũt, In requiem meã.s.in terrã promissionis, quę significat verã requiem quã Moyses pmiserat sub figura. Et nota qđ hic agit de secũda requie quæ significat. Quoniam ergo, Diligenter attẽde prædicta &

Remigi⁹.

ordinem sequentium. Ecce bis.s. per diem septimã & per D
terrã promissionis requies cælestis signata est & promissa. & quia hoc est, ergo Iterũ, vel rursum.i. sub eiusdẽ requiei designatione Terminat, spiritus sanctus & distinguit, Diem quendam, quo prenunciata impleantur.i.tẽpus gratię, Egregium.s. in aduentu Christi, Dicendo in Dauid, hodie, quia Dauid futuris tempore gratię representat verba patrib⁹ dicta. & hoc post Tantũ tẽporis, ex quo illa patribus dicta sunt, In deserto. vnde patet nõ de terra promissionis agi, quę iam dudũ habebatur. In hoc enĩ patet quod hęc est alia requies de qua dicit Dauid, hodie, q̃ illa ad quã Iosue duxit. Sicut iam &c. q.d. Quod terminat, diem quandã dicendo hodie Sicut iam supradictũ est hodie.i. tempore gratiæ. Si vocẽ eius audieritis, sicut vere audieritis, Nolite abdurare corda vestra, quemadmodũ fecerũt patres in illa acerbatione. Et nota quod dicendo, Diem quandam & hodie, agit de tertia requie significata, & quando daτ: quanuis obscure quę per Christũ credentib⁹ promissa est dari. ideo terminat diẽ intratiõis. E

[Quoniam ergo superest introire quosdam in illã, & hi quibus prioribus annũciatum est non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quẽdam hodie in Dauid dicendo post tantũ temporis, sicut supra dictum est. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die. Itaq; relinquiτ sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus enĩ est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ ac spũs.] F

Quoniam superest.i. restat post promissionem. Quosdam, s. egregios. Introire in illam, scilicet requiem æternam, quæ significatur per terram promissionis, & nisi videret intraturos quosdam non terminaret diem. Dauid nempe licet esset sub lege, mente tamen positus in tempore gratię dicens hodie, tertio nunciat requiem, illo tempore consummandam. quasi aliquis quęreret quid opus erat illis dicere. Nolite obdurare corda vestra. Respond.

A subdens, valde opus erat. Et.i.quia Hi quibus priorib⁹ nunciatum est, non introierunt in verā requiem quā terra promissionis designabat, ad quā etiā non peruenerunt. & hoc, Propter incredulitatem, suā.s. Vel alio verborū ordine potest legi hæc litera. Quoniā ergo.q.d. & hoc & illo modo ꝓmissa & signata requies cęlestis: ergo superest Quosdā introire. Et quoniā, hoc est & quia hoc nō sufficit ad inferendū quod illatur⁹ est addit aliud.s. Et hi. &c. vt ex his duob⁹ tertiū necessario inferatur hoc modo.q.d. & quia hoc est.s. Quoniā superest quosdā intrare. & q a hi, Quib⁹ prioribus nunciatū est nō introierunt propter incredulitatē, ideo determinat diē quendā, quia necessariū erat. Dicendo, in Dauid hodie, Post tantū temporis, ex quo illo dicta sunt patribus & filii Israel in terrā promis-
B sionis intrauerāt, vnde patet, quod hęc est alia requies. Sicut &c. q̄ nō mutantur. Nam si, q.d. Vere hęc est alia requies quā illa ad quā duxit Iosue, Nam si illa esset, non loqueretur Dauid de alia, sed locutus est, ergo certū est esse aliam ad quā Christus duxit, quę per illā in Palęstina signabatur. Et hoc est quod ait, Nam si eis &c. Vel ita cōtinua. Vere superest quosdā introire, sicut Dauid terminat Nā si eis.i.filiis Israel. Iesus.i. Iosue qui duxit in terrā promissionis, Pręstitisset.i. si ipse præparans vt dux dedisset, Requiem, verā, Nunq̄, nullo tempore. Post hac .i. in p̄senti tempore, Loqueretur, spiritus san. in Dauid. De alia die .i. de tempore gratiæ. q.d. quo deberet dari. Vel nunq̄ post, Loqueretur de alia.s. requie pręter terrā
C promissionis, dicendo, Hac die, q supradixit hodie, sed locutus est de alia. Itaq; relinquitur .i. reseruatur a deo ꝓmittēte, Populo dei, futuro. Sabbatismus.i. plenę quietis feriatio & iocūditas significata per sabbatū quo requieuit dn̄s, & in lege obseruabatur. Tūc ergo enim perfecte vacabimus gratia maiore referti, & deo pleni. Et sciemus perfecte quia ipse est deus: ibi vacabim⁹ & videbim⁹, videbim⁹ & amabimus, amabim⁹ & laudabim⁹. Ecce quid erit in fine sine fine, nā quis ali⁹ noster est finis, nisi peruenire ad regnū cuius nō est finis! & vere requies pfecta est quā dn̄s promittit, quę & per requiē sabbati figurata est. Augu. de ciui. dei.
Qui eni ingressus est in requiē ei⁹ dei.i. quā de⁹ ꝓmittit & dat suis, Ipse requieuit ab opib⁹ suis, qb⁹ hic labora-

uit:ita perfecte, Sicut deus ab operibus suis. Et quia hoc D
& vera requies: Festinemus ergo ingredi, per fidem &
bona opera, In illam requiem vt nequis.i. vt nō aliquis
nostrum, Incidat in idipsum exēplum incredul.i.in ean
dem incredulitatem in qua patres fuerunt, quæ est vobis
exemplum. vnde peius est nisi caueatis. Vel, Incidat in
idipsum inc.exē,i, in pœnam talem qualem illi per incre
dulitatem meruerunt. Exemplum autem dicit vt mentem
nostram illic habeamus,ne similiter excidam⁹. Et vt ma-
gis terreat addit, Viuus enim est,q,d,debemus festinare
in illam requiem & cauere nobis a pœna patrum incre-
dulorum, Quia sermo dei,i,filius dei quia regalibus se-
dibus venit, Est viuus, quem infideles mortuum putant:
sed vere viu⁹ est,& ita in eo viuetis,i,q illos iudicauit vo-
bis iudex est,i,filius dei:cui qui obedit,mortem non vide E
bit inæternum. Iste est efficax,i,potens omne quod vult
facere saluando vel dānando: & cum sit potens,est etiam
sapiens. Et,i,quia est Penetrabilior,i,perspicacior, Oī
gladio ancipiti, i, omni ingenio quod circūcipit carnalia
& spūalia,i,in omni ingenio carnali vel spūali. & est Per
tingens.i. ex tota consideratione perueniens,i, pertingit
sermo dei cognitione insuperabili, Vsq ad diuisionē.i.se
parationē & discretionem animæ.i.sensualitatis, Ac spi-
ritus,i,rationalitatis, quia cognoscit dei fili⁹ quomodo di
uidatur sensualitas a ratione,& ipsa eadem a se,dum pl⁹
dedita infimis rebus inferior est, & ab his reuocata di-
gnior:sicut etiam videt quomodo spūsa se diuidatur,dum
vel in deum inhiat de diuina vsia cogitans vel inferius cę
lestia considerat,vel in terra inferius de mundanis recte F
agendis pertractat,vel etiam quomodo spūs,i,ratio a sen
sualitate secernitur,dum quod in se,i, in ratione inferius
est, superat quod in illa alterius est. [Compagum quo-
que ac medullarum, & discretor cogitationum & inten-
tionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in con-
spectu eius,omnia autem nuda & aperta sunt oculis ei⁹,
ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnū
qui penetrauit cælos Iesum filium dei,teneamus spei no-
stræ confessionem. Non enim habemus pontificem qui
non possit compati infirmitatibus nostris,tētatum autem
per omnia pro similitudine absq peccato. Adeam⁹ ergo

C cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiā consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno.]
Compagum quoq;.q.d. & ipse est pertingens etiā vsq; ad discretionem. Compagum quoq; & medullarū. Cōpagesq; dicitur iunctura ipsius sensualitatis, & rationis, quam videt filius dei.s.quomodo inter se cohæreāt in aliquo, vel quomodo hæc & illa.i.ratio & sensualitas in suis differentiis conueniant, dum superior differentia sensualitatis consentiendo conuenit cum differentiis rationis quę sunt tres vt iam ostensum est. Vel inferior differentia rationis pressa & captiua aliqñ consentit inferiori differentiæ sensualitatis. Medulla vero quæ interior est dicitur quicquid interius vel subtilius est in anima vel spiritu, quod etiā videt fili⁹ dei. Et, vniuersaliter dico, nō in
B parte, ipse est Discretor cogitationū & intentionū cordis.i.etiā discreuit cogitationes cordis.s. Quę diuersi diuersa cogitant. Discreuit etiā intentiones earum cogitationum.s.quo singulæ tendant an ad bonum an ad malū, Et, vt amplius dicam, Non est vlla creatura, terrena vel cælestis, Inuisibilis in conspectu eius.i.in præsentia deitatis. Vel ita ab illo loco, Et pertingens est sermo dei vsq; ad, di.a.ac. sp. id est ad discretionem carnalium & spiritualiū peccatorum. Anima enim viuimus cū bestiis, spiritu intelligimus cū angelis: ideoq; per animā intelliguntur carnalia peccata, id est quę actu fiunt corporis, vt luxuria: per spiritū spiritualia, id est quę mētis sunt vt superbia. Discernit sermo dei inter carnalia peccata & spiritualia, id est descernit quid quis agit, & etiā quo animo
C Vnde subdit, Compagum quoq; & medullarū & discretor cogitationum &c. Vel ita, vt per animā accipient carnales cogitationes, & malę: per spiritū spirituales cogitationes & bonæ. Et est sensus, Pertingēs vsq; ad discretionē animę ac spiritus.i.vsq; ad discretionē carnaliū & spiritualiū cogitationū. Compagū quoq;. & est ordo verborū talis, Et, ipse est Discretor cogitationū & intent. quod ipse apertius dicit subdens, scilicet Cogitationū & intētionū cordis. Compages enim dicit coniunctiones cogitationū.i.cogitationes quę sibi iungunt, quādo altera alteram sequitur. Medullas dicit subtiles intentiones earū. si eñ cogitatio cogitationi coniungitur, ipsi nouit quę sit

secundũ deũ, & quę scdm seculũ. Nouit quoq; quo se vergat intentio earum. Et nõ est vlla creatura inuisibilis in cõsp. hoc nõ mutatur. Omnia autem .q d. Dico q nullà creatura est inuisibilis, sed poti⁹ Omnia. s. celestia & terrena, Sunt nuda. i. discooperta & reuelata, & etiã Aperta. i. magnifesta, q̃ ex oĩ parte plene visa Oculis. i. visioni Ei⁹. s. filii dei. & quasi aliquis diceret, quid ad vos de his omnibus? subdit, Ad quẽ, dei filiũ, Nobis est sermo. i. cui oportet nos reddere rationẽ de operib⁹ & cogitationibus & intentionib⁹ vr̃is. Habẽtes ergo. hic incipit agere de põtifice xp̃o, ostẽdẽs qũo sit sufficiens ad oĩa, & qũo digni or veteri sacerdote quẽ & immutat, & legẽ q̃ sub illo est, p meliorẽ legẽ suã, & qũo necessarius nobis sit ad iustitiã & salutẽ. q. d. Quia talis sermo dei est. Ergo teneamus cõfessionẽ. i. fidẽ cordis cũ cõfessione oris, vt fides sit etiã in ore: q̃ fides & cõfessio ẽ, Causa spei nr̃æ. i. futuræ beatitudinis quã speram⁹. & merito tenere debem⁹, quia idẽ ipsę sunt: imo dei põtifex nobis ẽ q obtulit se secũdũ quod hõ, & hoc ẽ quod ait, Nos dico, Habẽtes põtificẽ magnũ. s. qui est sup oẽs põtifices, Qui penetrauit. i. penit⁹ intrauit vt sequi possimus, nõ dico sancta sanctorũ templi, sed Cęlos, quẽ. s. Iesum filiũ dei. q. d. qui est etiã saluator & filius dei. Nõ. n. q. d. Dico teneamus & tenere debemus, quia cũ sit potens, est etiã misericors nostrã expertus infirmitatẽ: & hoc est quod ait tenere debemus, quia Nõ habemus põtificẽ qui nõ possit. i. qui nõ nouit, Cõpati. i. cõdescendere, p simile hoc dicit, sicut medicus infirmo. In firmitatibus. i. fragilitatibus, Nostris. Hoc dicit ne pro priorib⁹ desperent quæ ad eius pertinent altitudinem, & si enim ita sit altus tamẽ potest compati. hoc dicit ne ideo quia altus est, videatur eos abiicere. Tentatum autẽ. q. d. Non habemus talem qui nõ possit cõpati, sed potius, Tẽtatum, a diabolo, & hominibus, quia irrisus & crucifixus fuit, & ideo potest compati. Tentatum dico per omnia genera tentationum. & hoc, Pro similitudine, carnis peccati. i. quia similis adhuc erat hominibus secundum, vel pro Similis. i. vt exemplũ daret aliis similia sustinendi, ens tñ Absq; peccato, & ideo potest liberare. Ex eo. n. quod tentatus est, scit compati: ex eo vero quod sine peccato est, potens est liberare. Impossibile est enim scire afflictorũ affli

A ctionem homini qui afflictionis experimẽtũ nõ habuit, & sensibiliter omnia nõ sustinuit. Christusvero scit nõ so lum per hoc quod deus secundum quod omnia nouit, sed per hoc quod homo & similia sustinuit. Adeamus ergo & quia habemus pontificem qui potest compati nobis er go adeamus fide, intentione, & opere. Cum fiducia.i.fi dutialiter licet peccatores simus, quia compatiens est, nõ dico ad tribunal iudicii, sed Ad thronũ gratię ei⁹ i. Chri stum in quo regnat gratia, Vt, per eum, cõsequamur mi sericordiam. i. remissionem peccatorum praecedentium, Chrysos.

Et, de reliquo, Inueniamus gratiam in auxilio oppor tuno, i. inueniamus gratiam per quam auxiliemur, ne re cedamus vel recid. in hac vita. Nũc.n. tempus auxilii, nũc Chrysos.

C Alium ſurgere ſecũdum ordinem Melchiſedech, & non ſecundum ordinem Aaron ſq. d. nõ fuit neceſſariũ. Tranſlato eñ. q. d. dico quod popul9 ſub ſacerdotio legem accepit. Si ergo trãſlatio eſt ſacerdotii neceſſario legis, nõ põt eñ ſacerdos ſine teſtamẽto, & lege, & pręceptis eſſe, trãſeũdũ ergo eſt a lege ad euangeliũ. & hoc eſt quod ait, Trãſlato enĩ, q. d. ideo dico legẽ ſub ſacerdotio datã, qa ſic noto, quod Trãſlato ſacerdotio. i. deſtructo, ſNeceſſe eſt vt & legis fiat trãſlatio. i. vt lex deſtruaẗ, q̃ nõ niſi ſub eo. Hæc trãſlatio ſacerdotii præfigurata fuit in Samuele, qui cũ nõ eſſet de tribu Leuitica, ſed de tribu Effraim electus eſt ſacerdos a dño reprobatis filiis Heli dño dicẽte, Qui honorauerit me, honorabo eũ: & qui me inhonora-

Ambroſi. Chryſo.

Hierony.

nerit, in honorus erit. In quo enim, &c. q.d. Vere transfertur sacerdotium surgit ali⁹, quod idẽ est dicere, quia & per ritũ & per tribũ. Primũ de tribu ostendit, postea de ritu. q.d. vere secundũ cibũ alius surgit. Christ⁹ eñ in quo .i. in cuius consideratione Hæc dicunt. s. Tu es sacerdos in æternũ, &c. De alia tribu est, nõ de tribu Leui. De qua, alia Nullus præsto fuit altario. i. accessit ad ministerium altaris. & vere de alia Manifestũ est eñ quod dñs nr. s. Christ⁹ Ort⁹ sit ex Iuda, de tribu ad tribũ translatũ sacerdotiũ est de sacerdotali ad regalẽ, vt eadẽ sit sacerdotalis & regalis, vt fuit Melchisedech rex & sacerdos. & intuere mysteriũ. Primũ fuit regalis, postea sacerdotalis facta est: sic Christus rex erat semper. Sacerdos autẽ factus est quando carnẽ suscepit, quado sacrificiũ obtulit. In qua tribu, Nihil de sacerdotibus Moyses locutus est, vt de ea aliquis esset sacerdos. Et amplius quã per tribũ. Adhuc manifestatũ est, q^d^ transfert sacerdotiũ, & surgit alius. Hæc est eñ firmior probatio per ritũ, quia si tribus in Samuele mutata erat, non tamẽ ritus. & vere manifestũ est, Si. i. quia, Alius sacerdos exurgit secundũ similitudinẽ. i. ritum Melchisedech, vt eñ ille panẽ & viuũ obtulit Abrahæ, ita hic discipulis in eisdẽ speciebus carnẽ & sanguinem dedit. Exurgit alius, dico, Qui, alius, Nõ est factus, sacerdos Secundũ legẽ carnalis mandati. i. secundum præceptũ legis, quę lex solũmodo mandabat, & promittebat carnalia: Sed secundũ virtutẽ vitę insolubilis. i. secundũ deitatẽ quæ in eo est per quã dat vitã æternã suis sicut placuit deitati. Vel ita, Non est factus, sacerdos Secundum legẽ carnalis mandati. i. secundũ carnalẽ intellectum legis vt faceret secundũ carnales obseruantias, Sed secundũ virtutẽ vitę insolubilis. i. secundũ spiritualẽ intellectum ipsius legis, quæ exequentes vitã habent ęternam Ecce distat inter sacerdotiũ & sacerdotiũ: illud carnale, hoc spirituale: illud temporale, hoc æternũ. Contestatur autem, quod scd̃m ordinẽ Melchisedech sit sacerdos, probat authoritas. Contestatur eñ, Dauid mecũ, vel cũ aliis multis scripturis q^d^ Christus est sacerdos scd̃m ordinem Melchisedech, sed fideli⁹ ponit ipsa verba Dauid, dicens, Quoniã tu es. q.d. vere contestat. Quoniã: dicit tu es sacerdos in æternũ scd̃m ordinem Melchisedech. Vel ita,

Marginalia: D (at line 1, right); Chrysost. (left, at "talis & regalis"); E (right, at "tribu, Nihil"); F (right, at "sicut placuit deitati"); Ambrosi. (left, at "lectum ipsius legis").

A Bene dixi secundũ virtutẽ vitę insolubilis. Contestatur eñ, deus pater iureiurando de filio, Quoniã, dicit de eo, Tu es sacerdos in ęternũ secundũ ordinẽ Melchisedech.

[Reprobatio quidem fit praecedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil eñ ad perfectũ adduxit lex. Introductio vero melioris spei per quã proximamus ad deũ: & quantũ est, non sine iureiurãdo. Alii quidẽ sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autẽ cum iureiurando per eum qui dixit ad illum. Iurauit dñs & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternũ. Intantũ melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alii quidẽ plures facti sunt sacerdotes: idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic aũt eo quod maneat in æternũ sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare in perpetuũ
B potest accedens per semetipsum ad deũ, semper viuẽs ad interpellandũ pro nobis. Talis eñ decebat vt nobis esset pontifex: sanctus, innocens, impolutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cælis factus. Qui non habet necessitatẽ quotidie, quẽadmodũ sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerẽdo.] Reprobo quidem. Ostendit sacerdotium esse translatũ ex tribu & ritu, pro quo constat legem quoq; esse trãs latã, sed quia forte ad transferendę legis demonstrationẽ sacerdotii translatio sufficere non videretur, supponit hic causam, quæ omniũ hominũ animis satisfacit si causam alicuius rei cognouerint. Ostẽdit enim quare vetus testamentũ sit destructũ, cum deus illud
C dederit, & nouũ substitutũ: quia. s. tempore sui status, illud fuit infirmum, & nunc prorsus inutile. Hoc autẽ perficit quod valet ad laudẽ noui sacerdotis. Ait itaq; sic, Reprobatio quidem fit, vt sit loc⁹ gratię. Præcedentis mandati .i. veteris legis. Et bene ait Præcedentis, quia aliud debet sequi. Reprobatio fit, dico, & non dico propter malignitatem eius nec propter malitiam, sicut herętici insurgentes mihi imponunt: sed Propter infirmitatem eius, quam habuit dum stetit, quia etsi aliquid tunc fecit, nõ plene iustificauit, Et inutilitatem, quam modo habet, non solum enim infirma, sed etiam damnata est, nec si tenetur: quia post aduentum Christi inutile erat fieri ea quæ olim fiebant, vt hęc prædicerent. Circũcisio enim, &c. huiusmo Augusti.

Augu.in ep.sto.ad Hierony. di priori populo per testmẽtum vetus diuinitus data sunt D ad significationem futurorum quę per Christũ oportebat impleri, quibus aduenientib⁹ remanserunt illa Christianis tantum legenda ad intelligentiã pręmissę prophetię, non autẽ necessario faciẽda .q.d. adhuc expectandũ esset vt veniret reuelatio dei quæ his significabãt esse ventura. Proinde nunc quisqs Christianorũ similiter ea celebrare voluerit, quasi sopitos cineres eruẽs, nõ erit pius deductor vel baiulus corporis, sed impius sepulturæ violator, Nihil eñi.q.d. vere infirmata fuit lex, Tunc nihil enim ad perfectum adduxit lex.i. neminẽ in iustificatione perfecit & si enim tunc aliqui perfecti fuerunt, non tamen ex ea, vel per eam sed per fidem vẽturi. Introductio vero .q.d. illa reprobatur. Introductio vero. fit, per prędictũ pontificẽ. Melioris spei.i. melioris legis per quã speratur gloria æterna. Ibi enim sperabantur temporalia, hic cælum. E Per quam, spẽ Proximam⁹ ad deum, & quantũ est hoc⁊ pertinet ad commendationẽ noui sacerdotis, decus ordinationis qualitate hic agitur. q.d. per multa eum commẽdauimus. & adhuc aliud dico. Et quantũ est, hoc.s. quod non sine Iureiurãdo, Iesus factus est sacerdos⁊ Alii quidem.i. Leuitici. q.d. quandoq; mutandi, Sine iurando facti sunt sacerdotes. Hic autẽ.i. Iesus factus est sacerdos, Cum iureiurando, facto, Per eum.s. per deum patrem, Qui dixit ad illum.s. Iesum hoc.s. dixit, Tu es sacerdos in ęternum, & quod in æternum Iurauit dominus, hoc dixit propheta.i. inconcussa veritate firmauit. Et non pœnitebit eum. & hoc itẽ dixit.i. non mutabit factũ. In- F tantum, &c Ex laude sacerdotis infert commendationem legis, dicens, Intantum.i. per hęc quæ tanta sunt.s. quod cum iurando factus est sacerdos, & quod per eũ approximamus ad deum. certum est quod Iesus factus est spõsor .i. assertor Melioris testamenti, quã sit vetus. Vt eñi sacerdotiũ Christi pręest Leuitico, ita & lex eius præest veteri. Melius est ergo nouũ testamentũ quã vetus, quia meliora.i. æterna promittit vetus tẽporalia. Et alii. hoc iterum modo dignior est Iesus. Et.i. quia. Alii quidẽ.i. Leuitici Plures facti sunt sacerdotes scd̃m legẽ idcirco qđ morte prohiberentã permanere, in vita. Hic autẽ.i. Iesus, Eo qđ permaneat in æternũ sempiternũ habet sacerdotiũ: &

A sicut ille permanet, ita & lex quã attulit, in qua est vera re missio & perpetua gratia. qđ quia vetus lex nõ potuit, exclusa est: quod autem permanet in æternũ, ostendit ex põtifice: quia vnus est qđ non esset, nisi esset immortalis: sicut in lege multi erant, qa mortales. Vnde. s. quia manens sempiternũ habet sacerdotiũ. Et saluare in perpetuum potest accedens, vel accedentes. Ostenso qđ per sacerdotiũ Christi, vetus sacerdotiũ destruitur & lex, commendat actũ ipsius deprimẽdo per contrariã operationẽ veteris sacrificii. q. d. saluare potest in perpetuũ. Ipse, dico Accedens ad deũ, nõ per alium pontificẽ, nec per alienas hostias, sed Per semetipsum, sacerdotẽ & hostiã Iesus ipse accedit ad deũ per se viuã hostiam. Vel secundũ aliã literam, potest saluare quos? Accedentes ad deum, nõ per Ambross. Chrysos.

B alium, sed Per semetipsum, secũdũ quod ipse ait, Nemo venit ad patrẽ, nisi per me: ideo potest saluare, quia est Sẽper viuens, qđ nõ alii ad interpellandũ pro nobis repræsentatione sui. Ex ea natura qua pontifex est. i. humana quam cælis intulit interpellat ꝑ nobis. Talis eñ. q. d. dico qđ per se est accedens ad deũ, & merito. Est eñ sanctus interius positione virtutũ & mente. Innocens, manibꝰ, quantũ ad proximũ, & Impollutꝰ, corpore per remotionem malorũ, & nõ mõ est impollutꝰ, sed etiã segregatus A peccatoribus. i. immunis ad omni pc̃tõ, quia semper sine peccato. Vel Segregatus a peccatoribus. i. a prioribus sacerdotibus, quibus dissimilis est, Et factus est excelsior cælis. i. omni cęlesti creatura, quia eum oẽs angeli

C adorant, & Decebat vt talis põtifex esset nobis, filiis: serui alios põtifices habuerũt: Qui, cum talis sit non habet Quotidie necessitatẽ, non qđ aliquando egeat, sed hoc dicit vt remoueat, quod legalibus sacerdotibus conuenit. Non habet necessitatem, dico, priꝰ pro suis Delictis hostias offerre, deinde pro populi: quemadmodum facit Leuitici qui tantũ istius figura fuerunt, qui nõ hanc habuit necessitatẽ sacerdos incõmutabilis. Hoc eñ. q. d. vere nõ habet necessitatẽ hanc, Hoc eñ. i. offerre Fecit offerendo seipsum nõ pro suis, sed pro populi delictis. & Hoc semel, quia sufficit omnibus vna oblatio, & nõ est opus iterari, Adeo eñ magnũ est sacrificiũ, quod licet vnum & semel oblatum sit tamen sufficit ad æternitatem. Ambross.

CAPVT VIII. D



Ex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo aũt iurisiurandi qui post legem est, filiũ in æternũ perfectum. Capitulum aũt super ea quę dicuntur. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cęlis, sanctorũ minister, & tabernaculi veri: quod fixit deus & nõ homo. Omnis enim põtifex ad offerendum munera, & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cũ essent qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari & vmbrę deseruiunt cælestium, sicut responsum est Moysi cũ consummaret tabernaculum. Vide (inquit) omnia facito secundũ exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Nunc aũt melius sortit9 est ministerium quanto & melioris testamenti mediator est, quod in meliorib9 repromissionib9 sancitũ est. Nam si illud prius culpa vacasset, nõ vtiq; secundi locus inquireretur.] Lex enim. q.d. Leuitici sacerdotes habẽt necessitatẽ quotidie & non Christus. Et recte, quia illi infirmi. hic aũt semel sufficit, quia filius perfectus. & hoc est, E

Lex enim cõstituit hoĩes sacerdotes habẽtes infirmitatẽ, peccãdi & moriendi, & ideo pro se offerebãt, Sermo aũt iurisiurandi qui post legem, dictus est. per Dauid, constituit sacerdotem duraturum In ęternum, ipsum Filium, gratia & veritate perfectum. Capitulum. Cum pauca di-

Remigi9. xisset de huius pontificis dignitate breuiter complectitur dignitatẽ eius supra quam prius dixit. Capitulum est breuis multorum complexio sic dicta, eo quod breuiter totã summam capiat. q.d. Multa de eo dixi, sed modo facio F

Capitulũ super ea quæ dicũtur. i. dignius laudẽ Christi continens quam prędicta. Talem. Ecce hic incipit capitulũ, & finit ibi, Deus & non homo. Faciens ergo capitulum ait, Talem habemus pontificẽ, qui, non dico sedit sed Consedit, quia deus est qui homo gigas geminę substantię in quo duę naturæ vnitę sunt. Consedit. q.d. iam diu est quod quiescit & regnat secundum naturã diuinitatis in dextera Sedis magnitudinis. i. in ęqualitate sedẽtis deitatis. s. dei patris qui quiescit & iudicat. & Secundũ humanã naturã, locatus In cęlis. s. vel super materiales

A cęlos,vel super thronos & dñationes. & ibi est Minister sanctorũ, qa sanctis ministrat ibi vitã æternã, & his qui sunt hic alia bona inde ministrat. Sanctorũ,dico, Et,p id est, Tabernaculi veri.q.d.non est minister vmbratilis sanctorũ,sed Tabernaculi veri,quod est animę sanctorũ quib⁹ dat gaudia ęterna in cælo, & hic gratię munera.minister ergo est sanctorũ hic vel in futuro. Quod tabernaculũ .i.cęlestẽ ecclesiã & præsentẽ Fixit deus & non homo. Et nota qđ ait, In dextera sedis magnitudinis. Hoc eñ potestatis & maiestatis diuinę indiciũ est. Itẽ nota quod ait, Minister sanctorũ,hoc misericordię multę & amoris quẽ nobis impendit. Per hæc ergo duo, & potẽs,& misericors ostendit. Vel ita, Cõsedit in dextera sedis magnitudinis.hoc nõ mutat. Ipse, dico, existens in Chryso.

B cęlis Minister sanctorũ, quia ibi ministrat gloriã p sancta sanctorũ significatã, Et minister veri tabernaculi.i. veritatis quã tabernaculũ præsignabat.s. iustitiã in p̃senti ecclesia,& gloriã in futura,quę vtraq; est verũ dei tabernaculũ. Quod,verũ tabernaculũ Fixit de⁹,vt in ęternũ permaneat. Vmbratile vero erat nõ fixũ,sed portabile. Et nõ homo.hoc addidit,qa & vetus posuit de⁹,sed per ministrũ hominẽ. Oĩs eñ pontifex cõstruitur ad offerẽda munera,vt panes, & thus, & huiusmodi. Et hostias, de aĩalibus. Vnde.s.quia oĩs constituit ad offerendũ, Necesse est & hũc.s. Christũ, Habere aliquid qđ offerat.s. carnẽ ex nobis quã prius nõ habuit. Si ergo,&c. Huius capituli litera minus continẽs est & decisa, ideoq; caliginẽ ingerit.q.d.dico qđ necesse est Christũ aliquid habere

C quod offerat, & cum necesse sit eũ habere aliquid ad offerendũ. Ergo,illud,vel erit super terrã vel cęleste.super terrã est quicquid in carnalibus,vel pro carnalibus offertur,sed non est super terrã:quia|si hoc esset.i.si esset super terram quod Iesus offerret.i. carnale aliquid, Nec esset, Christus Sacerdos,nedum pontifex, Non esset sacerdos dico, Cum essent,multi Qui offerrent munera secundũ legẽ.i.super terrã:& ita superflue carnalia offerret Christus:sed ne videret Iesus eadẽ digni⁹ offerre,addit, Qui deseruiunt exemplari & imbre cęlesti.i.plene omnia implent, sicut dictum est Moysi, & ita frustra hoc sacerdotium assumeret Iesus quo carnale aliquid offerret, ergo

Augu. de trinit. cęleste est quod offert. Quid em̃ tam cõgruenter pro hominibus offertur, quã humana caro? Et qui tam aptum immolationi, quã caro mortalis? Et quid tam mundũ pro mundãdis vitiis mortaliũ, quã sine vlla cõtagione carnalis cõcupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero virginali? Et quid tam grate offerri & suscipi posset, quã caro sacrificii vestri? Vt quia quatuor cõsiderant in omni sacrificio .s. cui offerat, a quo offerat, quid offerat, pro quib9 offeratur: idem ipse vn9 verusq; mediator per sacrificiũ pacis recõciliauit nos deo vnũ, cũ illo maneret cui offerebat, & qd offerebat. Vel ita, Si ergo. q. d. & quia omnis sacerdos

L. ãfrãc9 offert: ergo si esset Aliquis super terrã. i. si esset aliqs terren9 sacerdos qui posset mũdare humanũ genus, Nec esset aliquis sacerdos secundũ ordinẽ Melchisedech. Cum, satis Essent qui offerrent mun9 secundũ legem. i. qui offerrẽt legalia. Sed quia illi mortales erãt & peccatores, & ideo mũdare humanũ gen9 nõ valentes, venit Christo qui sufficeret. Vel ita, Si ergo. q. d. & quia Christ9 constituit ad offerẽdũ: ergo vel est terren9, vel cęlestis sacerdos: sed terren9 nõ, quia si esset Super terrã. i. si terren9 esset pontifex vt Aaron, Nec esset, vtiq; sacerdos in ęternũ scd̃m ordinẽ Melchisedech, nec necesse foret. Cũ esset, &c. sed Christ9 est sacerdos in æternũ, nõ Aarõ. Aaron em̃ quia mortu9 est, nõ est sacerdos. Christ9 vero qui viuit, sempitern9 est sacerdos, nõ talis quales sunt vmbratile sacerdotiũ gerẽtes. Vel ita, Si ergo, ratio hic ostendit cur Christus se obtulerit, q. d. necesse est Christũ aliqd offerre, ergo seipsum. & vere necesse est vt offerat: quia & Si esset super terrã, qd pro peccato toti9 mũdi digne posset offerri, Nõ esset, tamẽ Sacerdos, offerre dign9. Cũ. i. quãuis Essent qui offerrẽt munera, &c, Ideo mund9 se obtulit mundũ. hoc verũ em̃ sacrificiũ nõ rite posset offerri, nisi per iustũ & sanctũ. Quis aũt tam iustus & sanct9 sa-

Augu. de trinitate cerdos, quã vnic9 dei fili9? qui nõ opus haberet per sacrificiũ sua purgare peccata, nec originalia, nec superaddita? Vel ita, Si ergo. q. d. & quia oĩs sacerdos cõstituit ad offerendũ: Ergo, & Christ9 obtulit, cui9 rei merito & in cęlũ ascẽdit, & sic oportebat fieri: quia Si esset super terrã. i. si nondũ introisset in sancta sanctorũ. i. interiora cęli, nec Esset sacerdos. i. sui sacerdotii rit9 nõ celebraret

A cum adhuc superesset sacerdos secundum Aaron, Vnde subdit, Cum essent qui offerrent munera secundũ legẽ. Restat ergo vt ipse se offerat, & sic introeat in interiora cęli. Qui, &c. essent qui offerrẽt munera, dico, quid tales Deseruiũt .i. plene seruiũt, Exẽplari .i. figurę. Et, pro .i. Vmbrae caelestiũ, mysteriorũ. Caelestia dicit ecclesiam, cuius pars in caelis regnans, pars secutura peregrinaẽ in terris. Exẽplar aũt & vmbras dicit figuras quę exemplar sunt, & exemplũ respectu diuersarũ rerũ. Exẽplar est ad cuius similitudinẽ aliquid fit: Exemplũ quod inde trahit. De[9] in monte veritatẽ Moysi ostẽdit .i. ordinẽ cęlestis curiae, quomodo .s. angeli deo obediãt, laudẽt, & diligãt, seq; inuicẽ & nos diligãt, nostrisq; profectib[9] studeãt, & alia huiusmodi: in quib[9] a nobis imitãdi sunt. Sed qa carnalis B propter veritatẽ capere nõ posset, pręcepit deus Moysi vt figuris eã imaginaret, in quibus puerilis popul[9] enutrit[9] aliquãdo veniret ad veritatẽ: & ita res prius ostẽsa, dicit exemplar figurarũ iuxta se factarũ. Itẽ figurae dicunt exemplar veritatis, quae postea implete sunt, sicut illę figurę praesignauerũt: secundũ hoc dicit, Deseruiunt exemplari .i. figuris veritatem futurã praesignantibus, & quoniã exemplar aliquãdo est veritas nõ figura, addit, Et vmbrę, quia illa nõ erant nisi vmbra veritatis leuiter abitura veniente. Deseruiũt, dico, sicut responsum est Moysi a dño, Cum consummaret tabernaculũ, non cum inciperet, sed Cum cõsummasset, quia iam multa figuris expresserat sed cũ per se non posset cõsummare, cõsuluit dominũ, qui & de figuris sicut de veritate eum docuit. Quid est ei re-C sponsum? Ecce. Vide, inquit, dñs, Facito oĩa. Omnia dicit & de cõstructione tabernaculi, & de sacrificiis quae in eo oblaturi essent. Facito, inquam, secũdũ hoc Exemplar .i. veritatẽ Quod tibi ostensum est in monte quia ostendit ei deus visu in monte quid esset facturus. Nunc autẽ, quasi dicat, illi deseruiunt exemplari & vmbrę, sed Iesus melius habet ministeriũ, quia & in spiritualib[9] ministrat & spiritualia dat. Quod nũc patet. q.d. cũ ostensum sit nõ offerre super terram. & hoc est quod ait, Nunc aũt .s. in hac nouissima aetate Iesus sortitus est melius ministeriũ, sacerdotii quam fuit in veteri lege. & tanto vtiq; melius, quãto est melior lex eius veteri. & hoc est quod dicit, tãto

Lanfrãc[9].

Remigi[9].

melius ministeriũ, Quanto & melioris testamenti, quia D
æterna promittit Mediator, id est dator medi⁹ inter deũ
Chrysos. & hominem. Ecce iam a sacerdotio & sacrificio trāsit ad
differentiā testamentorũ veteri præferens nouũ. Quod
testamentũ nouũ Sanctum est, id est confirmatum est vt
duret In melioribus repromissionibus, quam essent pro
Augus. in missiones veteris testamenti. Si enim discernimus duo te
p̄.lxxxiii. stamenta, vetus & nouum, non sunt eadem sacramenta
in vtroq;, nec eadem promissa, eadem tamen pleraq; præ
cepta: discussa enim præcepta omnia fere eadem inueniũ
tur in euangelio, moralia vtiq; eadem, vt non occides, &
cætera huiusmodi. Cærimonialia vero non eadem: sacra
menta non eadem, quia illa promittebāt, hæc dant salutē.
Remigi⁹. similiter promissa non eadem ibi promittebātur terrena,
hic cælestia. Nam si, &c. Probat quod testamentũ Chri- E
sti melius est veteri, quia illud non vacat culpa, hoc vacat.
si enim illud vacasset a culpa, non daretur secundum: sed
datur, & ita apparet illud fuisse imperfectum, hoc perfe-
ctum. & hoc est quod ait, Nam si illud prius, testamen-
tum Vacasset a culpa, id est perfecte mandaret hominē
id est si inculpabiles essent eius obseruatores. Nō vtiq; se
cundi locus, id est opportunitas Inquireretur. a deo qui
prius paulatim instruxit per legem, & ædificauit per pro-
phetas, vt post daret perfectum testamentum quod con-
summaret. Et nota quod ait, Si vacasset a culpa. Ita enim
hoc dicit quasi ipsum habeat culpam quod videtur, dum
præcipit sine gratia & præuaricatores constituit. Si quæra
tur a nobis cur non eo ritu colamus deum quo coluerunt
eum Hebræi patres. Respōdemus, Aliud deum nobis præ
cepisse per patres noui testamenti. neq; hoc contra vetus
Augu. cō- testamentũ est, cũ & in illo idem sit ante prædictũ, sic ẽm
tra Faust. prænunciatũ est per prophetā Hieremiā. Vnde sequitur.
Au. in eo. Vituperās enim eos dicit, Ecce dies venient dicit dñs,
& consummabo super domũ Israel, & super domũ Iu-
da testamentum nouum, non secundum testamentum qđ
feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eo-
rum vt educerem illos de te terra Aegypti, quoniam ipsi
non permanserũt in testamento meo, & ego neglexi eos
dicit dominus. Quia hoc ẽ testamentũ quod disponā do
mui Israel post dies illos dicit dominus, dando leges mē

A as in mente eorum,& in corde eorũ superscribam eas,& ero eis in deũ,& ipsi erunt mihi in populũ]. Vituperans .n.q.d. Si illud vacasset a culpa,non inquireretur locus secundi,sed inquiritur. Hierem. Enim vituperans eos,qui in lege erant, Dicit,ecce dies veniũt, id est paulatim appropinquant tempus Christi dies vocat, quia pulsis tenebris lux quę illuminat omnẽ hominem veniẽtem in hũc mundum,mundo apparuit. Dicit dominus,& cõsummabo,id est consummans,dabo & implebo Testamentum nouum,in quo fiet quod promissum est Abrahę. Consummabo,inquam, Super domum Israel,& super domũ Iuda,id est sup Iudæos qui in duo regna diuisi fuerunt post Salomonem,super quos dicit se cõsummaturum nouum testamentum,scilicet vt dominetur eis, & ipsi ei obediãt

B Non secundum,quasi dicat,consummabo testamentum nouum,dico,quod Non,sit Secundum testamentum qđ fecit patribus eorum, id est quod non sit de terrenis,sicut illud vetus, scilicet,lex data in monte Syna: & quia quibusdam patrum spirituale testamentum fecerat vt Abraham,determinat,dicens, In die quando apprehendi illorum manum,quasi dicat,per se de lecto surgere non valentium,vel quasi nutrix paruulorum , Vt educerem eos de terra Aegypti,id est nõ erit secundum legem quę post exitum de Aegypto data est. Quod enim ante legem Abrahæ dixit,scilicet in semine tuo benedicentur omnes gentes,illud compleuit in euangelio. Illa enim spiritualis promissio fuit pertinens ad gratiam. Ecce hic prophetatur non perseueraturum vetus testamentum,sed futurum nouum. Cumq; multis locis hoc idem significetur & prænuncietur,non ita tamen ipsum nouũ legitur expressum. Nempe in veteribus libris,aut nusquam,aut difficile prę ter hunc propheticum locum legitur facta commemoratio testamenti noui vt ipso nomine appellaretur. Considera igitur diligenter differentiam inter duo testamẽta.i.vetus & nouum. Ibi est litera quę sola occidit:hic est spirit⁹ qui viuificat,illud vetus,quia a vetustate peccati non liberat:hoc nouum,quia innouat. Si autem a nobis fuerit quęsitum,cur illius testamenti authoritatem teneamus,cuius ritum non obseruamus. Ad hoc respondemus,quod eam legi & accipi oportet ne pphetias extinguam⁹,qa in vna

Remigi⁹.

C Augusti. cõtra fau.

Auguf.de bapt.par.

Augu. cõtra Fau.

bra facta sunt oĩa illa futurorum: sicut ait apostolus, Hęc in figura contingebant illis, &c. Cur ergo aliquid tale legitur in instrumento veteris testamenti quale a nobis obseruari, vel iussum non est in nouo testamento, vel etiam, prohibitum: quid significet q̃rẽdũ est, nõ rep̃hẽdẽdũ: quia eo ipso quo iam non obseruatur nõ damnatur, sed impletum probatur. Sed Quoniam. q.d. Apprehendi manum eorum quasi paruulorum. Sed Quoniam ipsi non permãserũt in testamento, in eo, i. in lege data in synagoga, quia fecerunt vitulum in Oreb, & ad. scu. Ecce quomodo vituperauerunt eos: ideo, inquam, quia nõ permanserunt. Et ego neglexi eos. Et ne indignemini si dico vos neglectos, quia Dominus dicit, in me. Patenter vitio eorum deputat quod non permanserunt in testamento dei, ne lex quã tunc acceperunt culpanda iudicetur. Ipsa eñ est quam nõ venit Christus soluere sed implere, non tamen ea iustificat sed gratia. Hoc quippe agit viuificãs spiritus, sine quo litera occidit. Vnde igitur illud vetus testamẽtum, hoc nouum dĩcũ lex impleatur p testamẽtum nouũ pro veteris hominis noxa, quę p literã iubẽtẽ & minãtẽ nõ saluatur. Dr̃ illud vetus, hoc aũt dr̃ nouum propter nouitatẽ sp̃ũs q̃ hoĩem nĩ sanat a vitio vetustatis. qđ euidẽter aperit, subdẽs, Quia hoc est. q.d. vere testamẽtum nouũ dabo, & nõ secundũ illud. s. vetus, quia hoc est testamẽtũ Quod dispo- nam. i. ordinabiliter Domui israel. i. omnium videntium deum: non vtiq; sed Post dies illos, a me pręfinitos: & credite hoc, quia Dominus dicit, per sp̃m sanctum in me loquẽtẽ, Dãdo, vel dabo. q.d. hoc est testamẽtum quod consummabo. s. Dabo, per sp̃m sanctum Leges meas. Ecce testamẽtum. Vel ita secundum aliã literã. Disponã testamẽtum, dico, ita, s, Dãdo legse meas. Ecce testamentum In mẽtes. i. intelligẽtias illorum. Non in tabulis lapideis, sicut vetus in lapide scriptum fuit. Et, etiam In corda eorũ. i. in volũtates, quia intelligẽt, & volũtate seruabũt. Supscribam, eas. Scribã, vt. s. in ęternũ maneant. Sup. q.d. quod superesse debet eisq; dñari. Istam hic commendat distãtiã quod leges suas daturus esset deus in mẽtes eorum quę ptinẽt ad nouum testamẽtum, & in eorum cordibus eas scripturas non vtiq; atramẽto, vt alibi ait apostol⁹ sed sp̃ũ dei viui. i. ipsa p̃ñtia sancti sp̃ũs qui est digitus dei,

Margin notes: Auguſ. de bapt. par. — Auguſ. de ſpũ & lit. — Auguſ. de bapt. par.

Margin letters: D, E, F

A quo presente diffunditur charitas in cordibus quę est plenitudo legis & finis pręcepti. nam quia promissa veteris testamēti terrena sunt, nūc ipsius cordis bonū pmittit. s. mētis bonū, spūs bonū. i. intelligibile bonū, cum dr, Dabo leges meas in mētē illorū, & in corda eorū supscribā eas, per quos significauit eos non forinsecus terrentē legē formidaturos: sed intrinsecus habitantē ipsam legis iustitiā dilecturos, vnde & hęc merces addit. Et ero. q. d. scribā legē meā in mētibus eorū. Et sic, Ero illis in deū, & ipsi erunt mihi in populū: quia dicetur, vere deus in istis ē & isti sunt populus dei, hoc est viuent ex me & mihi, & hoc quidē in hoc mūdo. [Et nō docebit vnusquisq; proximū suum, & vnusquisq; fratrē suum, dicēs cognosce dominum, quoniam oēs sciēt me a minore vsq; ad maiorē eo- Au. in eo.
B rū, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorū iam nō memorabor. Dicēdo aūt nouū, veterauit prius. Quod autē antiquatur & senescit, prope interitū est.]

Et, in futuro Non docebit vnusquisq; proximum suū, quem amat. Et vnusquisq; fratrem suum, quem plus diligit, Dicens ita, Cognosce dominum. Ideo alter alterū non docebit, quia Omnes, in futuro, Scient, id est videbunt Me, sicut sum quod est perfectio, vt alter. s. alterum non doceat. Scient, dico, A minore vsq; ad maiorem eorum. Non interest si dicatur econuerso, scilicet a maiore vsq; ad minorē, sicut dictum est, A minore vsq; ad maiorē, quod intelligi diuersis modis potest, vt maiores dicātur, vel tempore, vel dignitate, id est tempore priores, vel intelligētia digniores, Maiores ergo intelliguntur, vel prio- Augus. de spū & lit.
C res qui nos posteriores expectauerūt in denario accipiendo. vel sciētia, vel virtute. q. s. intelligere valuerunt lumē incorporeum atq; incommutabile. quantum in hac vita potest quod minores tantummodo credere potuerunt. Cum ergo venerit quod perfectum est & euacuatum fuerit qd ex pte est: tūc qui assumpta carne carni apparuit, ostēdet seipsum dilectoribus, tūc oēs scient eū a minore vsq; ad maiorē, quia etiam minimus tunc perfecte sciet eum p se nō a maiore instructus. Hęc est ergo distantia veteris & noui testamēti, quod illud in lapide scriptū est, hoc in corde: ibi merces terra: hic visio dei. Vel ita ab illo loco pcedentibus nō mutatis, Et nō docebit, quasi dicat, Ego ero illis Augusti.

Chrysos. deus, & ipsi mihi populus. Et istud nouum factū existet D
quod in veteri testamēto non legitur factū. s. Non doce
bit vnusquisq; proximū suū, & vnusquisq; fratrem suū,
quia quod latebat in litera, & discebat populus per tradi-
tiones magistrorū, hoc spiritus adueniens repēte docuit
apostolos. & hoc est, quod propheta dicit, Nō docebit vnus-
quisq; proximū suū. & vnusquisq; fratrē suū, dicēs, cogno
sce dominū. Quare nō? quia omnes scient a minore vsq;
ad maiorē eorū, sicut in euangelio legitur, Tunc aperuit
illis sensum, vt intelligerēt scripturas, & ideo hæc omnia
in vtraq; vita faciā eis, quia propicius ero iniquitatib9 eo
rū, & peccatorū illorum iam nō memorabor, ad pœnā
æternam. Distingue, Iniquitates dicit peccata quæ faciūt
homines cōtra proximos, & peccata quæ in seipsis. Vel
idem est. i. pro eodē accipitur hic iniquitas & peccatum: E
sed distinguitur inter propicius ero, & memorabor, quia
propicius est, dū hic non punit, & in futuro iā nō memo-
rabit qn̄ nō puniet. Sciēdū vero quod in quibusdā libris
vbi scribim9 Peccatorū, inuenitur scriptū peccatū & tūc
de originali accipit. Quare aūt hāc de Hieremia autho-
ritatē adduxerit, aperit, subdens, Dicēdo aūt. q. d. prophe-
ta dixit nouum. Dicēdo autē nouū veterauit. i. vetus o-
stendit Prius. Vel Veterauit. i. vetus factū est prius te-
stamentū. & si vetus, ergo finiendū. vn̄ subdit, Quod au
tē ātiquatur, vt est in inanimatis, Et senescit, quod fit in
aīatis. Prope interitū est, antiquatio eñ & senectus sūt
prænuncii mortis.

CAPVT IX. F



Abuit quidem & prius iustificationes culturæ
& sanctum seculare. Tabernaculum eñ fa-
ctum est primum, in quo erāt candelabra, &
mensa, & propositio panū quę dicitur sancta.]
Habuit quidem. Hucusq; differentiā testa-
mentorum ostendit, & quod veteri nouum supereminet,
& illud immutat. Nunc idem ostendit ex ipso tabernacu
li schemate, q. d. vetus testamentū, est prope interitū, ta-
men Habuit, olim Quidem prius, testamentū Iustifi-
cationes, non veras & spirituales, sed pro modo Cultu-
re, carnales, & habuit Sanctū, non spirituale, sed Secula-
re. i. mutabile & putatiuum quod putabatur ab homini-

A bus sanctũ. & vere habuit sanctũ seculare, quia taberna-
culum primum & secundũ. Tabernaculũ factũ est pri-
mũ, &c. vsq; ibi, Quæ parabola est instantis, tẽporis, qa
de tabernaculo loquendi locus se obtulit de eo quædam
sub cõpendio vidẽda sunt. Sciẽdũ est igit ta-ernaculũ tri
ginta cubitos habuisse in lõgitudine, & decẽ i latitudine
totidẽ in altitudine. Velũ autẽ habebat ex quatuor pciosis Aug. I li.
colorib9 cõtextũ, & quatuor deauratis columnis appensũ quęst.
quod separabat in viginti & decem cubitos. i. inter san-
cta quæ forinsecus erant, & sancta sanctorũ interius posi
ta. Habebat enim sanctũ exterius viginti cubitos longitu
dinis, & sanctũ interius. i. sancti sancti. x. & vocat aposto
lus illud primũ tabernaculũ, hoc aũt secũdũ tabernaculũ.

B In primo autẽ tabernaculo erat candelabrũ aureũ: sed a-
postolus dicit cãdelabra pluraliter, quia licet vnum esset,
septẽ habebat brachia. Erat enim in medio hastile per
quatuor loca, cyphos, spheras, & lilia. a quo procedebant
brachia, tria a dextera parte, & tria a sinistra habentia
per tria loca cyphos, spheras, & lilia. In eodem etiã erat
mensa quadrata, vt altare: & habebat quatuor pedes, &
erat post ĩtroitũ tabernaculi quæ erat de lignis Cethym.
& inaurata auro purissimo, quæ habebat labiũ aureũ per
circuitũ, ac desuper coronã aureã interrasilem altã digi-
tis quatuor: & super illã alterã coronã aureolam, habebat
etiam per singulos ãgelos circulos aureos, quibus immit
tebantur vectes vt posset portari, qui erant de lignis Ce
thym, & auro circũdati: & super mensam erãt duodecim
C panes deo propositi qui erant de simila, & singulis sab-
batis omnes mutabantur. Si vero ante sabbatum aliquis
erat necessarius non poterat sumi. nisi alius statim loco
eius substitueretur. Et super panes erat patena aurea, &
pugillus lucidissimi thuris. In eodẽ quoq; tabernaculo e-
rat altare incensi, vbi. s. adolebatur incensum super cine-
res calentes qui illuc deferebãtur ab altari sacrificiorum,
quod erat extra tabernaculũ in atrio sub diuo, & erat qua
oratũ quinq; cubitis latum, & totidem lõgũ. Primum ta-
bernaculũ dicit sancta pro veneratione illius temporis,
& quia significat præsentem ecclesiã quæ est sancta. Secũ
dũ vero dicitur sancta sanctorum, quia in maiori venera
tione habebatur, & quia significat super cælestem ecclesi-

am, vbi nihil peccati est. In quo erat thuribulū aureū, & D
arca testamenti intus & foris auro operta: in qua erant
tria. s. vrna aurea habens manna & virga Aarō, quę frō-
duerat, & tabulæ in quib9 lex scripta fuit, & sup arcā erat
propiciatoriū, s. tabula eiusdē lōgitudinis & latitudinis cu-
ius arca. & erat tabula de purissimo auro q̄ dicebat pro-
piciatoriū siue oraculū, quia ibi angelus dei Moysi appa-
ruit, loquēs q̄n propitiaturus erat deus filiis Israel: & su-
per propitiatoriū erāt duo cherubin siue seraphin. i. ima-
gines gloriosissime decorata, ac sese contuētia versis vul-
tibus in propiciatoriū. Arca autē erat de lignis Cethym
habēs cubitos duos, & dimidiū in longitudine, vnū & di-
midiū in latitudine tantundē in altitudine: & in vnoquo-
q3 angelo aureū anulū, duos a dextris, & duos a sinistris, B
in quibus assidue erāt ad portandum vectes de lignis Ce-
thym auro purissimo deaurati, propiciatoriū erat tabula
super arcā eiusdē longitudinis & latitudinis, super quam
stabāt cherubin in quē semper aspiciebāt. Ad hoc sanctū
Augu. in sanctorū nisi summo sacerdoti nō licebat intrare cū san-
si. q̄ſ. Exo guine semel in anno. & si forte aliquādo exigebat necessi
tas pro peccato sacerdotis vel vniuersę synagogę: in prio-
ri aūt tabernaculo quotidie intrabāt sacerdotes ritū sacri-
ficiorū explentes. Hoc aūt totum parabola est & vmbra
cælestiū. Primū eñ tabernaculū præsens ecclesia est, quæ
recte dicitur tabernaculū, quia in ea militatur deo anteq̄
veniat ad cælū. Tabernaculū nāq3 p̄prie belligerantiū
est, in qua est cādelabrū aureū. i. Christus fulgēs virtute
& sapiētia in medio fideliū, quia & ipsi cādelabra aurea C
sunt, quia sapiētia lucēt. Aurū eñ sapientiā significat, ip-
se Christ9 stipes est q̄ portat tria brachia a dextris, & tria
a sinistris: quia ipse est vitis vera, in qua fundati sunt tres
ordines palmitū, i. fideliū. Illi qui tēpore gratiæ sunt dex
tri sunt. i. digniores: qui vero ante gratiā quasi sinistri fue-
rūt, hi tres ordines fideliū significati sunt in tribus viris
quos Ezechiel saluandos vidit. s. Noe, Daniel, & Iob. i. re-
ctores, cōtinētes, cōiugati. Isti etiā sunt qui secūdū euāge-
liū dicuntur esse, & in agro, & in lecto, & in mola. Legi
tur eñ ibi, Et erunt duo in agro, vnus assumetur, & alter
relinquetur: & duo in lecto, vnus assumetur, & alter relin
quetur: & duo molentes in mola, vnus assumetur, & alter

A relinquetur. Per illos qui sunt in agro, significantur rectores: sicut & per Noe: Per illos qui sunt in lecto, cõtinẽtes sicut & per Daniel: Per eos vero qui sunt in mola cõiugati, sicut & p Iob. Prima pars hastiliũ erat quasi calami aurei, post erant cyphi inde spherulæ aureę, tãdẽ lilia Calami sunt sancti qui in humidis diuini fontis nutriti sunt, & sunt cõcaui ad recipiendũ & ad transfundẽdum liquorẽ gratiæ aliis: ipsi sunt etiã cyphi dũ aliis propinant qd biberunt sapientiã. s. & scientiã dei: Inde spherulæ. i. rotundi, & pfecti, & volubiles cõtra aduersa & pspera per quos nihil detineat, donec veniãt ad lilia æternę iucunditatis qui nõ habent timoris angulũ nec elationis supercilium. Super his ponebãtur septẽ lucernę. i. septẽ dona sancti spũs quæ in Christo plenissime mãserunt, & fidelibus
B secundũ voluntatẽ eius distributa sunt. Mensa ad ostium diuina scriptura est, quę permanet, quęq intrãtibus ppo- nit. Quę dũ ęterna gaudia, & quõ ad ipsa perueniat, ostẽdit, cibũ vitę suggerit. In ea panes mũdi erant. i. duodeci apostoli & eorum vicarii qui thus orationis deo offerũt: quorum si quis moritur, statim loco eius alius substituendus est, sed in septima ætate omnes auferentur. Secundũ post velum est ecclesia cælestis quæ velatur quandiu hic viuimus. Thuribulum Christ⁹ igne charitatis plenus interpellans semper pro nobis. Arca CHCISTVS in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ ex omni parte aurea, quia in cogitatione, & sermone, & opere eius non nisi pura veritas. Longitudo perseuerantia doctrinæ quę
C per cubitum vnum. & opationis per cubitum alterũ designatur, ad cuius perfectionem humanus intellectus imperfectus est quod signat dimidius. Latitudo pfectio charitatis, altitudo perfectio spei, ad quam nos dimidii. i. imperfecti sumus quatuor anuli. Quatuor euangelistæ perfecti, per quos Christus portatur per quatuor mundi partes, quibus semper adhærent vectes aurei, id est prædicatores sapientia fulgentes semper parati contra hostes. In arca vrna habens manna, id est anima Christi cõtinens plenam sapientiam qua reficiuntur & angeli. Virga sacerdotalem potestatem CHRISTI significat. Tabulæ, quod ipse est dator legis. Propiciatorium CHRISTVS qui ppitiatur nobis. Duo cherubin oẽs ordines

Beda

cæli qui in eo cōsistunt, qui inuicē dilectione cōnexi sunt D
qui etsi sapiētes, tamē eum obūbrant quantū in se est. In primo autē tabernaculo quotidie introibāt sacerdotes sacrificiū intus cōsūmantes, quia in præsenti ecclesia quotidie debēt se offerre fideles carnē suā cum vitiis & cōcupiscentiis mortificantes.] In scdo autē introibat summus pontifex cum sanguine semel in anno, benignitatis effuso sanguine in remissionem peccatorum: in interiora cæli introiuit ianuā paradisi ante clausam fidelibus patulā faciens. His decursis insiste literę. Tabernaculū em̄. Ostē-
Hierony. dit quā necessari⁹ erat Christus, cū per oīa illa legalia nullus introiret in cęlū. q. d. prius test. habebat sanctū seculare. & vere quia tabernaculū primū & secundū. Factū est em̄ primū tabernaculū. i. sanctū quod extrinsecus erat quod intus habuit altare incēsi ante fores sub diuo altare. B
holocaustorū qd̄ dicitur tabernaculū, quia ad tēpus durauit quod fuit factū in figura huius seculi. i. ecclesię præsentis, in qua quotidie ministrant sacerdotes accēdentes lumen doctrinæ, & pascētes populū pane dei qui super mēsam est sacrę scripturę, a sabbato spei vsq; ad sabbatū spei in quo erant Cādelabra & mēsa, & propositio panū qd̄ dicitur sancta: pro veneratione illius tēporis, & maxime quia significabat pręsentē ecclesiā in qua sunt candelabra, i. Christ⁹ & eius fideles: luce virtutis & sapiētię fulgētes, & mensa sacræ scripturæ cui studio inhęrēt duodecim apostoli eorūq; vicarii, vel candelabra sunt dona sancti spiritus quæ in ecclesia lucent. Panis super mensam. i. verbū sacrę scripturæ pręsto est sabbato spei, vbi i Christo a turbine seculi tuti sumus vsq; ad sabbatū plenę qetis vbi spes implebitur. ❡ Post velamentū autē secundū tabernaculum quod dicitur sancta sanctorū aureū habens thuribulum, & arcā testamenti circuntectā ex oī parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: super quę erāt cherubin gloriæ obūbrantia propitiatoriū de quibus nō est mō dicendum per singula. His vero ita cōpositis, in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes sacriorū officia cōsummantes, in secūdo autē semel in anno solus pōtifex non sine sanguine quē offerret pro sua & populi ignorātia: hoc sinificante spiritu sancto, nondum pro palatam F

A esse sanctorũ viã adhuc priore tabernaculo habẽte statũ.]
Post velamentũ autẽ erat secundũ tabernaculũ, quia velo interposito diuiditur primũ a secundo. Tabernaculũ vero secũdũ significat cęlũ, intra qđ Christ⁹ sacerdos noster itrauit nõ sine sanguine. vel tabernaculũ qđ foris erat significauit vetus testamẽtũ, & est figura figurę, q͂a figura est veteris testamenti. Tabernaculũ vero qđ intus erat significabat nouũ testamẽtũ, & erat figura veritatis, q͂a noui testamenti. Hanc autẽ allegoriã nõ prosequimur secundũ seriẽ literæ, sed præcedentẽ. Quod dicitur sancta sanctorũ, ꝓ maiori veneratione illius tẽporis, vel q͂a significat cęlestẽ ecclesiã. Habẽs thuribulũ aureũ, quo significatur Christus igne charitatis plenus, ĩ quo offeruntur orõnes sctõrũ. Et arcã testamenti .i. q̃ continebat testamẽtũ
Aug. 1 lib. q̃. exodi.
B Circũtectã auro ex oĩ parte .i. ĩ circuitu. nõ extra tãtũ, sed etiã int⁹, quę significat Christũ, in cuius cogitatiõe, & sermone, & ope, non nisi pura veritas fuit. In qua, arca erat Vrna aurea .s. gomor Habens mãna in memoriã antiqui beneficii: qua figuratur aĩa Christi plenã habens sapientiã qua reficiunt & angeli. Et virga Aaron quę frõduerat, per quã significatur sacerdotalis potestas Christi. Et tabulæ testamenti, in q̃bus lex scripta fuit, quibus significatur qđ Christ⁹ dator legis est. Vel per arcã ipsa caro Christi intelligitur in qua mãna est diuinitatis, & tabulæ duorũ testamentorũ, quorũ Christus author est, & virga ꝓ sacerdotio. Vrna est popul⁹, in quo est Christ⁹, panis q̃ de cęlo descendit. Solus enĩ populus pane cęli pascitur, q in Chri-
C sto continetur. Super qđ eã, arcam erãt Cherubin gloriæ .i. gloriose decorata, scilicet duo angeli gloriosi & decori. Obumbrantia, aliis connexis. Propitiatorium, id est tabulam quæ super arcam erat duo cherubin angelos cæli significat, qui charitate cõnexi sunt & scientia pleni. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiæ. Propiciatorium super arcam Christus est quia ipsi Christo specialiter a deo patre datum est, vt esset propiciatio pro peccatis nostris. Potest & aliter hoc intelligi. Magnum etenim hic sacramentum est, aurum quippe significat sapiẽtiam, arca significat secretum dei. In arca iussa sunt poni lex, & manna, & Aaron. In lege, præcepta sunt: in virga potestas significatur, in manna gratia, quia non nisi cum
Ambros.
Aug. sup. Exodũ.

gratia potestas est faciendi praecepta. Verum quia lex a D
quouis proficiente non ex omni parte impletur, de super
est propiciatorium. Ad hoc enim opus est vt deus sit pro
picius, & ideo superponitur, quia superexultat misericor-
dia iudicio. Duo cherubin propitiatorium pennis obum
brant, id est velando honorant, quoniã mysteria ista sunt
& inuicẽ se attendũt, quia cõsonant. Hæc enim sunt duo
testamenta quia cherubin in tempore ple. sci. quam con-
tinent duo testamenta quæ obumbrant propiciatorium,
August. quia misericordiam dei in qua spes, vel conciliant, vel cõ
mendant. Vel per duo cherubin quę interpretatiõe mul-
titudinem scientiæ habent, rationalis creatura significa-
tur, scilicet angelica. Ideo duo sunt vt societatem charita-
tis commendent, ideo pennis propiciatorium obumbrãt,
quia deo non sibi tribuunt pennas, id est deum honorãt E
virtutibus quibus præibant, & vultus eorum non sunt ni
si in propiciatorium, quia non est eis spes, nisi in dei mi-
sericordia. De quibus, quasi dicat vetus testamẽtum ha-
buit ea quæ numerata sunt, & huiusmodi alia. De quib⁹
scilicet his, & huiusmodi. Non est modo dicendum per
singula, quia pauciora sufficiunt ad executionem nostræ
demõstrationis. His vero. q. d. de illis nõ est dicendũ per
singula: sed hoc dicendũ est quod sequit. His, taberna-
culis, Ita, cõpositis. In priori quidẽ tabernaculo, quod
min⁹ erat. i. minoris venerationis, & significabat pręsen-
tẽ ecclesiã, semper quotidie Introibãt sacerdotes cõsum
mantes sacrificiorum officia, scilicet intus incensum po-
nentes, & extra sacrificia. Ecce quod supra dixit sanctum F
seculare. s. secularia sacrificia quę non ducũt ad perfectio-
nẽ. In secundo aũt: tabernaculo Semel in anno solus põ-
tifex introibat: Non sine sanguine sępe, quidem sine san
guine introibat, sed cum sanguine non nisi semel. Iste ex
parte significat Christum, qui semel ingressus est in cælũ
quem nõ mox sequimur: quod singulis annis intrabatur,
significabat nondum venisse perfectionem. Non sine san
guine dico, Quem offerret pro sua & populi ignorantia
Ambrosi. Christus autem pro populo obtulit, pro se vero non nisi
in membris suis. Vnde ipse ait, verba delictorum meorũ
id est delictorũ sui corporis; Delicta enim nostra sua di-
xit, quia ea suscepit, non ad habendum, sed ad delendum.

A Attende quod ait, In priori tabernaculo semper introibant sacerdotes, quia hic quotidie debent se fideles sacrificare. Aliter enim ad cælestem patriam non poterunt peruenire. Pontifex qui semel in anno cum sanguine introibat, Christus est, qui anno benignitatis semel in cælum intrauit per sanguinem suum quem pro peccatis hominum fudit, Hoc significante, quasi dicat illa prædicta fiebant in veteri testamento. Hoc significante, in istis, Spiritu sancto, qui ita fieri instituit, scilicet Viam sanctorum secundorum, Nondum, scilicet donec Christus venit. Esse propalatam, id est nondum licere, ad cęlestia introire quousq; Christus venit, post cuius aduentum & cęlum adhuc inaccessibile est mortalibus secundum corporis cõditionem. Ante vero etiam secundum animas, sed patien-
B ter expectanda est resurrectio, in qua etiam corporibus per Christum patebit in cælum accessus. Vel, Nondum esse propalatam viam sanctorum, secundorũ, id est Christum, vel spiritualem intelligentiam. Via enim sanctorũ Christus est, qui ducit in cælum: vel spiritualis intelligentia per quam ascenditur in interiora cæli. Adhuc, quasi dicat spiritus sanctus. Priore tabernaculo adhuc habẽte statum, id est carnalibus obseruantiis adhuc statum habentibus, quod autem hęc de sacrificiis consummandis, vel in primo, vel in secundo tabernaculo secundum significationem dicta sunt, aperit, subdens.

[Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quã munera & hostię offeruntur, quæ non possunt iuxta con-
C scientiã perfectũ facere seruientẽ, solummodo in cibis, & in potib⁹, & in variis baptismatib⁹, & iustitiis carnis, vsq; ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum peramplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creatiõis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta, Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sactificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emundauit conscientiam nostram ab operib⁹ mortuis ad seruiendum deo viuenti.]

Quæ est parabola.i.mystica similitudo. Instantis tem- D
poris.i.tēporis gratię quod nūc est. Iuxta quā,parabolā
Munera & hostię offerūtur, a sacerdotibus figuratiuis.
Distingue inter hostias & munera. hostię sunt de aīali-
bus,munera de aliis.f.de thure,de simila, de panibus, &
hęc iuxta parabolā offerunt,quia & hęc aliquid designāt
in instanti tempore. Quę.f. munera & hostię nō pos-
sunt facere Seruientē,deo Perfectū.i.plene mundatū & hoc Iuxta conscientiā.i.in cōscientia intus, & si ad visus
hominū extra. Vel, Iuxta conscientiā.i.teste cōscientia.
Seruientē deo,dico,Solūmodo in cibis & in potibus di-
scernēdis, Et variis baptismatib⁹.i. ablutionib⁹. Et, in
aliis Iustitiis carnis,nō spiritus. His oībus,dico, Impo-
sitis,quasi in onus ad refrenādas transgressiones, Vsq;
ad tēpus correctionis.i. vsq; ad tēpus gratiæ quo in meli⁹ E
corrigēdi erāt,qui vsq; huc sub pædagogo fuerūt,& ideo
nō poterāt illa perfectū facere. Nō tamē eo tempore de-
bebāt cessare. Christ⁹ aūt,de sufficientia vnius & veri sa-
crificii noui testamenti plene hic tractat, per quod & re-
missionē peccatorū,quā in verbis Hieremie supra tetigit
præstari dicit,& salutē.q.d. hæc prædicta legalia nō pos-
sunt facere perfectū,sed Christus assistens pōtifex,patri,
ad interpellandū pro nobis, vel fidelibus ad auxiliandū
dator. Bonorū,non præsentiū,vel carnaliū,sed Futuro-
rū.i.præsentis iustitiæ,& æternę beatitudinis,quæ tēpore
legis futura erant. Christus,inquā, Introiuit tabernacu-
lū.i.cælum.nomine nempe significātis.i. tabernaculi:de-
signat significatū.i.cęlum. Per amplius,quia plures ca- F
pit quā illud terrenū. Et perfectius, quia ibi est æterna
beatitudo. Tabernaculū nō manufactū,nō dico nō factū
operatione dei,sed hominis:vñ exponēdo subdit. Id est
nō huius creationis,cuius fuit illud in eremo,i.humanę.
sicut fuit illud vetus quod fixit homo, sed longe aliter a
deo factū est. Introiuit, dico, Neq; per sanguinē tauro-
rū,hircorū,aut vitulorū,effusum, vt in veteri testamento
fiebat: Sed per propriū sanguinē introiuit in sancta.i.in
cęleste tabernaculum.f.in sancta sanctorū.i.cælestia. In-
troiuit,dico, Semel per sanguinem,dico fusum Semel,
quia non est opus iterari, quia perfectum est. Vel ita,vt
per tabernaculum accipiatur Christi caro quā pro nobis

A obtulit,in qua & diabolum expugnauit. Est enim Christ⁹ Aug. sup
rex & sacerdos: rex pugnauit pro nobis, sacerdos obtulit Exodum
se pro nobis: quando pro nobis pugnauit, quasi vict⁹ est,
imo vero tũc vicit: crucifixus est enim, & de cruce in qua
erat fixus, diabolum occidit: & inde rex noster. Sacerdos
autem quid pro nobis obtulit? nihil mundum inuenit in
hominibus quod offerret, pro eis seipsũ obtulit. Ecce mũ-
da, & fœlix. & vera victima. Carnem vero de vtero vir-
ginis accepit vt mundã offerret pro immundis. Hanc vo-
cat tabernaculum, dicens, Christus pontifex, dator Fu-
turorũ bonorum introiuit semel in sancta, neq; per san-
guinem taurorũ hircorum aut vitulorũ, sed per proprium
sanguinẽ. Ipse, dico, Perfectius, tabernaculũ & peram-
plius non manufactũ. i. non huius carnis. i. per carnẽ quæ
B plura bona confert & perficit, quę & sine semine viri cõ-
cepta est & formata. Assistens, patri, ad interpellandum.
Dico quod introiuit in sancta per proprium sanguinem:
per hoc Inuenta, a nobis, vel a Christo nobis Aeterna
redemptione, quia redempti sunt æterni, quæ redemptio
non potuit inueniri in illis legalibus sacrificiis. Si enim,
quod per Christũ potuerit esse redemptio, a minori pro-
bat: quia per illa legalia fiebat mundatio corporalis, qua-
si dicat vere per Christum potest esse redemptio. Enim
id est quia. Sanguis hircorum & taurorum, & cinis vi-
tulę aspersus, qui significat memoriam passionis Christi, August.
Inquinatos, cõtactũ mortuorũ. Sanctificat id est a pec-
cato mũdat, id est a pœna. Vnde subdit, Valẽs ad emũ-
C dationẽ, nõ aĩæ, sed Carnis, q̃a a pœna legis liberat. Oĩs
enim anima hominis qui mortuum tetigerat, immũda
erat septem diebus: purificabatur aũt die tertio & die se-
ptimo, & mundus erat. & hic nihil aliud intelligendum
video esse inquinationem, nisi contactum mortui homi-
nis. Vel, Sanctificat inquinatos scilicet a corporali ma-
cula lepræ Valens ad emundationem carnis id est vt ca-
ro emundata sit propter legis pręceptum, sed in Christo
est perfectio. Vnde subdit, Quanto magis, quasi dicat
Etsi, hoc est, Quanto magis sanguis Christi qui obtulit
deo semetipsum immaculatum, alius sanguis non est im-
maculatus, Obtulit, dico, Per spiritum sanctum, omnia
ei dictantem. Vel immaculatum, dico, Per spiritum

sanctũ, de quo cõcept⁹ & immunis a peccato fuit. Emun- D
dabit, non carnem tantũ, sed etiam interiorẽ Conscien-
tiam nostram ab operibus mortuis .i. a peccatis. quæ qui
tangit consentiendo inquinatur, sicut qui tangebat mor-
tuum coinquinabatur, nec intrat iste in cælum, sicut nec
ille in templum emundabit a peccatis. Dico, Ad seruien-
dum, deinceps per iustitiam Deo viuenti, q.d. multo ma-
gis. Et nota quod duo efficit sanguis Christi a peccato. s.
mundat, & restituta libertate facit seruire deo qui dat vi-
uere, qui est vita ex se viuens: nemo ergo potest ei seruire
qui mortua opera habet, vel facit. hoc merito Christus
prẹstat, in cuius figura illa legalia præcesserunt. Hircus
enim significat Christum propter similitudinem carnis
peccati: & taurus qui a duorum testamentorum cornibus
ventilat inimicos. De iuuenca autem rufa cuius cinerẽ E
Aug. 1 lib. ad aquam aspersionis eorumq́ mundationem qui mor-
quęs. Nu. tuum tetigerũt proficere lex mandauit, non est tacendũ.
Euidentissimum enim in ea signum noui testamẽti præ-
figuratur. De hac legĩt in libro Numeri dominus dixisse
Moysi, Loquere filiis Israel, & accipiant a te iuuencam
rufam sine vitio, quæ nec habet in se vitiũ, & non est im-
positum super eam iugum, & dabis eam ad Eleazar sa-
cerdotem, & eiicient eam extra castra in locum mundũ,
& occident eam in cõspectu eius, & accipiet Eleazar san-
guinem eius, & asperget cõtra faciẽ testimonii septies, &
cremabunt in cõspectu eius, & eius pellis cum carne, &
sanguis cũ stercore eius comburetur, & accipiet sacerdos
lignum cedrinũ, & hysopum, & coccinũ, & mittet in me- F
dium cõbustionis iuuencę. & cõgregabit homo mundus
cinerem iuuencę. & ponet extra castra in locũ mundũ, &
erit filiis Israel, & Proselitis legitimũ sempiternũ. ex isto
cinere fiebat aqua aspersionis, vnde mundabãtur a cõta-
ctu mortuorũ. Ait enim, Omnis em̃ anima hominis qui
tetigerit mortuũ, immunda erit septem diebus. hic purifi-
cabitur die tertio & septimo, & mund⁹ erit: si vero non
purificat⁹ fuit, non erit mũdus. Omnis qui tetigerit mor-
tuũ, & mortuus fuerit nõ purificat⁹, tabernaculũ domini
polluit, & exercetur anima illa ex Israel. Itẽ ait, Et acci-
piens hysopũ tinget in aqua vir mũdus, & asperget super
domum, & super vasa, & super aïas, Vitula rufa, est caro

A Christi infirma, Fœmine⁹ enim sexus posit⁹ est propter infirmitatē carnalem. Rusa est, quia passione caro Christi cruentata est. Hanc accipiūt a Moyse qui est figura legis, quia secundū legem sibi visi sunt occidere Christum. qui secundū ipsos sabbatū soluebat, & obseruationes legitimas prophanabat. Sine vitio est iuuenca, quia immunis a peccato caro Christi. Ad confirmationem autē repetit, dicens, quæ non habet in se vitium, vel ad determinationem. s. quod & si in aliis qui sunt membra eius habeat vitium, in se tamen non habet, & non est positum super eam iugum, quia non est subiugata iniquitati, imo ei subiugatos inueniens liberauit, & eorum vincula dirupit, & potestatem ponendi animam, & iterum sumendi habuit. Non ad Aaron, sed ad Eleazar data dicitur, qa
B non ad tempus quod tunc erat, sed ad posteros illius sacerdotii domini passio erat prouentura. Eiecta est extra castra, sic & dominus extra ciuitatē eiectus est, & eiecta est in locum mundum, quia dominus non habuit causam malam, Occisa est in conspectu Eleazar, sic occisa est caro Christi in conspectu eorum qui futuri in nouo testamento domini sacerdotes. Eius sanguinem aspersit cōtra faciem testimonii septies, quia Christus secundum scripturas fudit sanguinem in remissionem peccatorū: ideo contra faciē testimonii, quia nō aliter declaratum est quā fuerat diuino testimonio prænunciatū: ideo septies, quia ipse numer⁹ ad munditiā pertinet spiritualē. Extra castra iussa est cremari, puto, quia cōtinuatio signum est resurrectionis, Natura enim ignis vt in superna moueatur, &
C in eum conuertitur quod crematur, & ipsum verbū cremare de Græco in Latinum ductū, secundū Græcū a suspensione dicitur. In cōspectu Eleazar cremata dicitur, quia illis apparuit resurrectio Christi, q futuri erāt regale sacerdotiū. Pellis eius cū carne & sang. cōst. cōbusta dicuntur, quia non solū substantia mortalis corporis Christi, quę pelle, carnib⁹, & sāguine intimata est, sed etiā cōtumelia & abiectio plebis, quæ nomine stercoris significatur cōuersa est in gloriā, quā cōbustionis flāma significat. In mediū cōbustionis mittit sacerdos lignū cedrinū, hysopū, & coccinū. Lignū cedrinū est spes q̄ in supernis firmiter habitat: hysop⁹ fides, q̄ cum sit hūilis radicib⁹ hęret in petra Coc-

ctiuum est charitas quia feruorem spiritus igneo colore te D
statur. Haec tria debent mitti in medium combustionis, id est in resurrectionem Christi, vt cũ illo abscõdita sit vita vestra. Cinis autem id est reliquię combustiõis & interfectionis fama est quę secuta est post passionem, & resurrectionem Christi. Hunc cinerem homo mundus congregabat, & in locum mundum extra castra reponebãt, quia hęc fama apud eos maxime claruit, qui non erant de cõsortio Iudaeorum, & erant mundi ab interfectione Christi, & extra celebrationem Iudaicae consuetudinis. Ex isto cinere fiebat aqua aspersionis per quam significatur baptismus qua mundabantur homines a contactu mortuorum, quia ab iniquitate huius moribũdę vel morticinae vitę per baptismum Christi mundamur. Illa aqua tam pro seliti quam Iudęi mundabantur, quia baptismus Iudęis & E
gentib⁹ prodest. Hysopo quae fidem significat aqua illa aspergebatur, quia fide mundantur corda, & sine fide non prodest baptism⁹. A viro mundo hoc fiebat quia vere mũdi debent esse ministri ecclesiae, qui personam dñi portãt.

[Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earum pręuaricationum quae erant sub priori testamento repromissionem accipiant q vocati sunt ęternae haereditatis. Vbi eñ testamentũ, mors necesse est intercedat testatoris. Testamẽtũ enim in mortuis confirmatum. Alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatũ est. Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorũ F
cum aqua, & lana coccinea & hysopo, ipsum quoq; librũ, & omnem populum aspersit dicens, Hic sanguis testamẽti, quod mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculũ, & omnia vasa ministerii, sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, & sine sãguinis effusione non fit remissio.] Et ideo, quasi obtulit Christus semetipsum, Et mediator est. i. medius inter deum & homines dator est, No. test. q. d. pontifex nobis ẽ & dator nouę legis, sine qua nec sciremus quae deus velles nos operari, nec quę speraremus. Noui testa. dator est dico, Ideo vt qui, a deo, Vocati sũt. i. ab ęterno electi, Accipiant repromissionem ęternę hęreditatis. i. hęreditatem

A æternam frequenter promissam. & hoc, Morte Christi, sine qua lex non iuuaret, Intercedēte.i.interueniente inter dispositionem & completionem quę mors erat necessaria. In redemptionē, nō modo Gentiliū, sed etiam earum, Pręuaricationum quę erāt sub priori test.i. quas faciebat lex non soluebat. tātū vtiq; fuit pctm̄ nostrū vt saluari non possemus vbi vnigenitus dei pro nobis moreret̃ debitoribus mortis: sed sic dignos nos fecit testamenti & pmissæ hæreditatis: & ita testamētū factū firmū sicut subsequēter ostenditur. Ecce patēs inter testamēta diuersitas. Inter vetus.n.test. & no. in quibus nō solū sacramēta sunt diuersa sed promissa, distinctio est passio Christi in cui⁹ morte constat non terrena sed ęterna promitti. In morte .n. vnigeniti necesse est magna sperari. Au. in li. de sacrifi. vespertino.

B Vbi enim dixit quod Christus est dator no. test. morte intercedente, nūc quod p cōfirmationem eiusdē oportuerit eū mori, probat cōsuetudinem humanę legis. Poterāt.n. infirmi ex eo q̄ Christus mortuus est nō credere pmissiones, & ideo hoc probat humana consuetudine q d. recte dixi morte intercedēte, quia Vbicūq; est testamētum, necesse est vt mors, Testatoris intercedat, i. interueniat ante confirmationē. & vere, Testamentum. n. semp cōfirmatū est in mortuis, p mortem testatoris, sic & nouū testa.i. promissio æternę vitę & doctrina euāgelica. Vtrūq;.n. nouum test. dicit̃, Christi morte cōfirmatum est. Sicut ergo test. morte testatoris cōfirmat̃, sic & tempus in assertiōe eorum quæ testabatur se daturum voluit mori, nequis de eis dubitaret, nec

C aliter poterat nobis esse vita. morte etiam euangelium in nobis confirmauit, vt quia pro nobis mortuus est, præcepta eius diligamus & in authoritate habeamus, & p mortē grām nobis impetrauit qua cōplere possimus. Alioqn quasi dicat morte cōfirmatur test. Dum.i. q̄diu, Viuit ille, Qui testatus est, potest eñ mutare si vult. Vnde. s. qa test. morte firmatur, Nec primum quidem, testamentum, Dedicatum est.i. firmatum, roboratum, Sine sanguine, & hoc in figura futuri, quod sanguine Christi confirmatū est, & vere non sine sanguine vetus test. confirmatum est. Lecto.n. prius a Moyse vniuerso populo omni mādato legis vt totum confirmaret. Lecto inquam, Accipiens, ipse Moyses, Sanguinē hircorum & vitulorū, mixtū, Cū

aqua, quæ significat mūdationē futurorū p aquā baptismi. D
Chrysost. Simul enī aquā & sanguinem accepit, quia nostrū baptisma ibi figuratū est, & passio Christi quę simul sunt, alterū enim sine altero nō valet. Accipiens inquā cum aqua Et cū lana coccinea, & cum hysopo de quibus aspersorium fecit. ipsum quoq; legis. Et oēm populū aspersit dicēs, Hic est sanguis, cōfirmator, Testamēti. i. fusus ad cōfirmādū test. Quod mādauit ad nos deus. Ecce quā proprie pdixit Moyses verba quibus postea Christ⁹ vsus ē in cœna qn̄ corpus & sanguinē suū discipulis suis tradidit, Et etiā tabernaculū, sicut librū, Et oīa vasa ministerii. i. quę pertinebāt ad ministeriū tabernaculi, Sāguine similiter aspsit. ideo sanguine, Et. i. quia: Secūdū legē omnia pene mūdātur in sanguine. Pene dicit, quia quędā vasa sola aqua baptizabātur, sed in nobis sine sanguine Christi E nihil mundatur interius, & quicquid de aliis sit, Remissio peccati nō fit, in veteri lege sine effusione sanguinis facta in sacrificio aliquo. Hęc determinatio ideo apponitur quia per aquā aspersionis quę fiebat de cinere vitulę rufę fiebat remissio peccatorum aliqn̄, qn̄ nō effundebatur sanguis, sed tn̄ effusus erat in immolatione vitulę. In illis aūt sacrificiis quāuis magis ea peruerso populo fuerint cōgrue
Augus. cōtra Faus. ter imposita quam deo desiderāti oblata, figurę tn̄ veritatis fuerunt quę Christus est, cuius sanguine redempti, & mundati sumus, quia nostra emundatio & dei propitiatio nobis sine sanguine nulla est. Sicut ergo Moyses sanguinem prędictorum animalium accepit, vt eo aspergeret & mundaret prędicta: sic videt Moyses. s. Chrystus data F noua lege suum sanguinem, qui vitulus dictus est propter virtutem crucis, cuius cornibus impios ventilauit, & hircus pro similitudine carnis peccati, & quia hostia pro peccato est, congressum cum aqua de suo latere, ad hoc opus accepit per aquam, scilicet baptismum significans precio sanguinis nos redimens. lana coccinea quæ ignei coloris est significat ignem dilectionis Christi. Charitas enī Christi nobis est lana de qua vestem faciamus, id est qua induamus. Hysopus qui valet contra tumorem pulmonis humilitatem Christi significat, qui per feruorem dilectionis & humilitatem pro nostra redemptione sanguinem suum fudit, eo sanguine librum, i. euangelium sanctifi-

A cauit.i.confirmauit.& populum fideliũ abuit dicẽs, Hic ẽ sang.no.test.cõfirmator,quod mãdauit ad vos deus.asper sit tabernaculũ.i.ecclesiã de qua dicit Apostolus, Tẽplum dei sctm̃ est quod e.v.& aspsit o.va.ministerii.i.hñtes officia in ecclesia, Quia oẽs doctiores ecclesię in quib⁹ continẽtur mysteria sua & sanguine redemit,& redemptis sapientiæ, & scientiæ spiritum tribuit,& omnia mundãtur per sanguinẽ Christi, & sine eo nullius fit peccati remissio.Potest etiã per p̃dicta populus dei significari. Ipse est enim liber & tabernaculũ & vasa pro quo effusus est sanguis p̃ciosus. Inquit.n.Qui pro multis effundetur,hi sunt populus dei.i.electi qui spũaliter mũdãtur fuso sanguine in remissionem peccatorum.alia nõ mutãtur. [Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his mundari,ipsa

B autem cęlestia melioribus hostiis quam istis. Non enim in manu facta sancta Iesus introiuit exemplaria verorũ, sed in ipsum cęlum : vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neq; vt sæpe offerat semetipsum , quẽadmodũ pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori,post hoc autem iudicium,sic & Christus semel oblatus est,ad multorum exhaurienda peccata,secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.]

Necesse est, quasi dicat quandoquidem Moyses ita fecit,& lex ita præcipit, Ergo necesse est exemplaria qui

C dem,id est figuras, Cęlestium, id est ecclesię quę ad cęlum ducitur, id est sanctorum de quibus dicitur , Vestra conuersatio in cęlis est: Mundari corporaliter his prędictis, Ipsa autem cælestia,id est significata per illa,scilicet ecclesiam quę licet sit in terra tamen cęlestis est, Necesse est mundari melioribus hostiis quam istis,id est hostia Christi. pluraliter tamen dicit Hostiis, quia Christus est omnes illę hostię,quia in omnibus significatus est Christus ergo qui in illis significatus est,non indiguit mũdari,sed omnes sui,sed tamen signa eius quia in tabernaculo vsum ministrationis pręstabant, sanguine mundata sunt. Non enim , Probat quod CHRISTVS mun- Hierony. Remigi⁹.

dauit cælestia.i.homines suo sanguine mũdatos fecit cęle D
stes.i.cęlestiũ participes,nã ipse per hostiã suam, Introi-
nit in cælũ, Non eñ introiuit Iesus in manufactis san-
ctis,vel sanctorũ,cur nõ ? quia illa non sunt vera sancta
sed tantũ, Sunt exemplaria.i.figuræ verorũ sanctorum:
& verus sacerdos nõ in vmbratilia, sed ĩ vera intrare de-
buit. vnde addit, Sed, introiuit, In ipsum cælum, per
illa significatũ.ad quid? vt nunc.s. post cõsummationem
Appareat vultui.i,præsentię Dei pro nobis.i.vt pro no
bis interpellat. ibi, vt præsentia dei videatur sicut est,
& post se trahat nos ad eandẽ videndã. Ecce aperte ĩ his
verbis exponit Apostolus meliores hostias quæ est vna.i.
Christus,& nota quia vsus loquendi sic vellet & approba
ret scriptũ esse hic.s.in manufactis sanctis exẽplarib⁹ ve
rorũ,vel in manufacta sancta exẽplaria verorũ qualiter E
& in codicib⁹ Græcis reperitur, Neq; vt sæpe probauit,
quia Christus per hostiã suã cælestia mũdauit, modo p-
bat quod melioribus hostiis.i. quod sua hostia fuerit di-
gnior & efficacior omnibus aliis, quia illæ hostiæ sæpe
iteratæ sunt,sine cõsummatione,hæc semel oblata ad pa-
triam reducit,quasi nũc apparet vultui dei. Neq; vero ita
vt sæpe offerat semetipsũ.i. sæpe patiatur in cruce, qa suf
ficit omnib⁹ semel oblatus,& nõ est opus per singulas ge
nerationes iterari,quod si his non sufficeret, neq; antiqs
qui similiter erant redimendi quod subsequẽter ostendit
Quẽadmodũ,q.d.non apparet vt sępe se offerat. Quẽ
admodũ põtifex legis intra sancta sanctorũ per singulos
annos in sanguine alieno,Christus autem semel in cælo F
in sanguine suo. Intuere quantæ differẽtiæ sunt inter vet⁹
& nouũ test.pro exẽplari.i.tẽplo quod ibi erat, est hic cæ
lũ.Differt etiã magn⁹ sacerdos quia cõsistit vultui dei sem-
per viuus ad interpellandũ pro nobis,Ibi sæpe offerebat
hic semel:ibi in sanguine alieno.hic in proprio. Idẽ er-
go ẽ sacerdos & hostia. Alioquin .q.d.nõ sępe offert di-
co, Alioqñ.i.si oporteret eũ sæpe se offerre. Oportebat
eũ frequẽter pati, incipiendo, Ab origine mũdi,qđ vtiq;
Ambros. nõ fuit opus, qa suffecit vna ei⁹ oblatio. Si eñ semel ob-
lat⁹ nõ sufficeret oĩm credẽtiũ ipse pctã exhaurire opor-
tuisset eũ pati sæpi⁹ ab origine mundi, qđ ne fieret semel
pass⁹ est in consũmationẽ sæculorũ. Vnde subdit, Nũc au

A tem per inconueniens prędictũ cõstat Quod apparuit, patri. per hostiã suã. nõ sæpe, Sed semel oblatã ad destructionẽ Peccati. s. vt reatus dimittatur, vt vitiũ iã nõ dominetur in nobis quod nulla alia hostia facere potuit, In consummationẽ seculorũ, in vltima ætate sæculi in qua sunt omnia adimpleta q̄ ante erant ĩperfecta, & ideo nõ opus fuit vt inciperet pati ab origine mũdi. Et quem admodum. Item per hoc probatur quod nisi semel pati debuit. quia lex naturę hoc oĩbus hominib⁹ statuit, q.d. lex etiam naturalis ostẽdit qđ per inconueniẽs probatũ est. Etiam. i. quia Quẽadmodũ statutũ est hominibus lege naturæ, Semel mori, post hoc autẽ. i. post semel mori restat Iudiciũ, in quo accipiẽt secundũ qđ meruerunt. i. B vt iudicentur secundũ merita, non restat vt iterũ surgant, & iterum moriant̃, sit & Christus eadem necessitate & iure naturę, Oblatus est, nõ semel sed sæpe, aliter esset miserabilior omnibus hominibus, non est intelligendũ, qđ aliqua peccati sui necessitate oblatus sit etiã semel immo sola voluntate. Verũ vt hõ semel moritur necessitate & iure naturæ amplius non moritur, sic & Christus eodẽ iure semel oblatus nõ potest amplius mori, sed nec indigem⁹ quia illa vna oblatio sufficit, ad ex haurienda pec. Non dico omnium, Sed multorũ, quia non omnes credunt. Secundo, autẽ aduentu veniens ad iudiciũ, Apparebit expectãtibus se in salutẽ eorũ, quia nõ necessitate sed volũtate ꝑ pc̃tis mortuus est. Apparebit dico, Sine pc̃tõ. s. sine similitudine carnis pc̃ti, sed potius in carne gloriosa. C Vel, Apparebit. s. pec. i. ita qđ tũc nõ erit hostia pro pc̃tõ sed iustitia in remunerãdo vel damnando, & si nec ĩ die iræ hostia erit multo minus in aliis temporibus.

CAPVT X.


Mbram enim habens lex futurorum bonorũ non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunq̄ potest accedentes perfectos facere. Alioquin cessassent offerri, ideo ꝙ nullã haberent vltra conscientiam peccati cultores semel mundati. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundũ dicit.

Hostiam & oblationem noluisti, corp⁹ autem aptasti mihi, Holocaustomata & pro peccato nō tibi placuerūt,] D
Vmbrā eñ. Probauit quod semel mortuus est Christ⁹: sed quare vel semel, quia lex non poterat perfectos facere ideo agnus sine macula erat offerendus. q. d. oblat⁹ est Christus ad exhaurienda pctā, & ita opus erat: quia Lex habens vmbrā futurorū bonorū .i. extraneā similitudinē eorū bonorū quæ futura erāt, Nō ipsā imaginē rerū, quæ meli⁹ exprimit rem quā vmbra. i. non ipsam veritatē, vt in pictura vsq3quo ponat quis colores, vmbra q̄dā est. sub
Chrysost. tractio. n. vmbra q̄dā non imago cū vero flores ipsos colorum quis imposuerit, tunc imago efficitur. Lex ergo vmbram habēs nō imaginē, Nunq̄ potest facere perfectos virtutibus, & beatos pontifices accedentes, Per singulos annos, in sancta sanctorū. Cū iisdē hostiis, quas lex pręcipit, Quas offerunt indeficienter. i. licet indesinenter offerrent & semper facerent. Alioquin. i. si perfecti fierēt. Cessassent, illæ hostiæ, Offerri. ideo vtiq3, Quod cultores semel. i. perfecte vna hostia mundati, Nullam conscientiam peccati, sed illis semper oblatis semper habent. Vna autem hostia Christi perfectos facit, etiam si milies peccant, non indigent alia quia sufficit ad omnia & omnem conscientiam a peccato lauat, quod non vetus. Si enim hoc faceret vetus non esset opus iterari. Sicut medicamentum cum fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctam valetudinem replere semel impositū totum operatur: si vero semper apponitur manifestū iudicium est non contulisse: sic, quia illis sacrificiis nemo curabatur frequenter offerebantur, quia enim prima hostia nil valebat, ideo etiam secundo offerebatur, quę quia nil proficiebat, offerebatur & alia. erat enim hostiarum frequentatio non culparum consumptio. Sed potius in ipsis, hostiis. Per singulos annos, oblatis, Fit commemoratio peccatorum, quia pro eis offeruntur, & ita constat habere peccatum offerentes illas hostias in quibus Est commemoratio peccatorum: non absolutio infirmitatis: accusatio nō virtutis ostensio, propter infirmitatem ergo ostēdendā, & vt memoria peccatorū fieret imperauit deus illa semper offerri, Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? offerimus q̄dē. Cęterū & si nos co-

A tidie offeramus ad recordationẽ mortis ei⁹ faciamus, & vna hæc hostia est nõ multæ, quia semel tantũ oblata est: Hoc autem sacrificiũ exemplũ est illi⁹, inidipsũ semp offerimus, nec a multis hominib⁹ multi Christi offerũtur, sed vnus vbiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus, vbiq; vnum est corpus quod offertur, ita & vnum sacrificiũ nõ multa, pontifex noster hostiã mundantem, nos obtulit: ipsam nos offerimus, & nũc & tũc oblata nũquam consumi potest, quod nos agimus, recordatio sacrificii est. nec causa suæ infirmitatis repetitur, quia perficit hominẽ sed nostræ, quia cotidie peccamus. In legalibus ergo hostiis erat cõmemoratio nõ abolitio. hic autẽ peccatorũ deletio & virtutis cõsummatio, & infirmitatis nostrę ostensio: & celebratur duabus de causis. s. & pro nostra B infirmitate, vt dictũ est, & vt maior Christi dilectio nostris infigatur mẽtibus cũ recolimus quãta pro nobis gessit. Impossibile est. q. d. in ipsis cõmemoramus nos esse in peccato Nam impossibile sanguine taurorũ & hircorũ auferri, peccata. Ideo &c. q. d. quia Christi hostia sufficit, & vetus test. perfectũ non facit. Ideo, ad cõfirmãdũ nos, Deus ingrediens mundum. i. homo fact⁹ per qd visibilis in mũdo apparuit, Dicit, verbis vel reb⁹ loquẽs patri sic, o pater, Hostiam, de animalibus, Et oblationem, de aliis Noluisti, a tempore passionis, Corpus autẽ quod præ omnibus sacrificiis est. Aptasti mihi. i. aptum & idoneum corpus mihi dedisti, quia sine peccato, & passibile & mortale quod valeat offerri in redemptionẽ om C niũ. Ablata ergo sunt signa quia exhibita est veritas tũc cum tempus fuit, vt illa auferrẽtur, & veritas veniret, nec vnquam in odoribus illis delectatus est dominus nisi in fide & desiderio offerẽtis, pcepit tñ hæc sibi offerri poti⁹ q̃ offerrẽtur idolis, ipsuitq; in seruitutẽ nec in iustificationẽ. & vt figura essent futuri, de quorũ reprobatione adhuc addit, dicẽs, Holocaustomata, q̃ aliis sacrificiis digniora videbãtur quæ tota cõburebãtur, Et p pctõ, fiebãt. quędã eñi nõ pro pctõ fiebãt. Illa inquã quę cæteris erãt digniora, Nõ tibi placuerunt, ex quo veritas venit. A tẽpore eñi passionis in qua cõsummatio omniũ hostiarũ cœperũt illa displicere: ante nunq̃ ea destruxit, sed illis subdit⁹ fuit, dũ in tẽplo cũ hostiis fuit pſentat⁹, In figu

Ambrosi.

ris illis veritas prenunciabatur.celebrabant figuras futu- D
ræ rei,multi scientes,sed plures ignorantes: quæ cessare debebant re exhibita.vnde subdit. [Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me vt faciam de9 voluntatem tuam. Superius dicens, quia hostias & oblationes & holocaustomata & pro peccato noluisti,nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur,tunc dixi, Ecce venio,vt faciam deus voluntatem tuam:aufert primum vt sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidē sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias quæ non possunt auferre peccata. Hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet a dextera dei, de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim E
oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spiritus sanctus. Postquā enim dixit,hoc autem testamentum quod testabor ad illos,post dies illos dicit dominus, dabo leges meas in cordib9 eorum,& in mentibus eorum superscribam eas,& peccatorum & iniquitatum eorū iam non recordabor ampli9.]

Tunc.s. quando vidi omnia illa tibi displicere tibi, & corp9 idoneū ad hoc mihi datū,Dixi ecce,sine aliqua retardatione venio ad me offerendum ipse offerens,ipse oblatio est:cuius rei sacramentum cotidianum voluit esse ecclesię sacrificium: huius veri sacrificii multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca . Per illa multa sacrificia hoc vnum significabatur,quasi multis verbis vna res diceretur vt sine fastidio multum commendaretur,huic sum- F
mo vero q̧ sacrificio cuncta sacrificia cesserunt,vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret peccatorū remissio, id est per hominem Christum. Vnde ait, Venio,ad me offerendū, Vt faciam,& compleam, Voluntatē tuam.s.vt quod lex non potuit per me compleatur:quia tu es deus meus, inquantum homo sum.ideo venio ad implendam voluntatem tuam. Quia ita scriptum est,id est præfinitum, De me in capite libri,id est consilio deitatis quæ est meum caput, qui sum liber humani generis in quo legant omnia sibi necessaria,& ideo non est opus lege. Vel scriptum est in ca.li.i.primo psal.Beatus vir qui caput psalterii dr.

A Superius dicens, quid sentiat de illa scriptura Apostolus aperit hic.q.d.non solum notat veteres hostias hæc autho ritas nō fecisse perfectos, sed solam hostiam Christi etiā abolitionem vet.test. & constitutionē noui,si diligēter no tantur verba,quia superius propheta, Dicens oblationes & holocausta, & pro peccato iam Noluisti, & si prius. Nec placita sunt,tibi. Quæ tamen offerent scdm legem, hoc dicit,ne viderētur ideo displicere,quia nō scdm legē offerrentur.hæc inquam dicens addit. Tunc dixit,Ecce venio vt faciam deus voluntatē tuam.& hæc dicens, Aufert,primū sacrificium & cum eo vet⁹ test.quod per Moysen datum est,vt statuat quasi stabile, Sequens.i. nouū sacrificium & cū eo no.test.i.euāgelium. In qua voluntate

B .i.in sui oblatione secundū volūtatē dei facta, Sāctificati sumus.i. peccatorum purgatione facta reconciliati deo.s. Per oblationem corporis Iesu Christi, semel factam, & ideo hoc statuto primū cadit quia hoc nō potuit præstare. Et omnis. Amplius exponit virtutem huius hostiæ & ne videretur sanguis per pontifices semel in anno oblat⁹ minus profuisse, Et sacrificio cotidie, factā per sacerdotes perfectos facere,hoc addit.q.d. Pontifex per singulos an nos offerens non peruenit ad consummationem: sicut etiam Omnis quidem sacerdos,legis,præsto est vt spontaneus, Cotidie ministrās,orationes & munera multa, & easdē hostias de animalibus, Sæpe offerens, quia nō integre mundant.Vnde subdit, Quæ nunq̄,id est nullo tēpore quantūcumq; fiant, Possunt auferre peccata, a con

C scientia.Nota quod ministrare est famulorū,sedere est dominorum.ideo illos famulos ostendit Apostol⁹,Christū vero dominū quē subsequenter dicit sedere.subdēs, Hic autem.s.Christus,cuius hostia sufficiens est, Pro peccatis,omniū offerens, Vnam hostiā,quæ saluare potest pacta obedientia, Sedet.i.quiescit & regnat, In sempiternū in dextera dei.i.in potiorib⁹ bonis. nō enī iterū laborare, & iterū offerre eget. Bene ergo potest consummare qui sic meruit exaltari.Sedet dico, De cætero.i.de eo qđ restat,s.de gloria bonorum & pœna malorū, Expectās non ita vt aliquid pro sua vel suorū imperfectione patiatur,sed sine sui passiōe differt & tolerat, Donec ponant inimici eius scabellū pedū ei⁹.i.plene subiiciant & appa

reant, subiecti ei. hoc & modo potest facere sed patitur vs- D
que ad commune iudiciũ, nisi inimici vere scabellũ eius
erunt, quia & si modo repugant ei, & non videãtur sub-
iici tunc omnibus apparebunt ei subiecti cuius imperio
suberunt pœnis. Vna eñ, ideo vnã tantũ obtulit hostiã,
Quia vna oblatio est, & a pctõ sanctificauit electos: Et
sanctificatos, in oĩbus virtutibus, Cõsummauit, & hoc,
In sempiternũ. s. quãdiu durabit hoc seculũ. Contestat
aũt. q. d. Nõ solũ ego hoc affirmo, Sed etiã sanctus spũs
cõtestat nobis. i. verba nostra cõfirmat de sanctificatione.
Postq̃ eñ. q. d. Vere testatur, vera eñ quę promittit, & nõ
nisi iusta precipit. i. no. test. postq̃ dixit spũs san. in Hiere-
mia. Hoc aũt est test. no. s. qđ testabor ad illos post dies
illos mihi pnũciatos, Dicit dñs, addidit, Dãdo. q. d. post-
q̃ illud dixit. s. qđ non valet ad probationẽ nostrã, adiecit E
hæc alia q̃ corroborant vtrũq; qđ diximus. s. Dãdo leges
meas quod pertinet ad cõsummationẽ. Et iterũ, Pctõrũ
eorũ iã non record. amplius, qđ pertinet ad sanctificatio-
nem, & ita per authoritatẽ Hieremiæ, cõfirmat vtrunq;
quod dixerat. literã sic prosequere, testabor dico, Dando
leges meas nõ sicut patribus dedi in tabulis lapideis, sed
in cordib⁹. i. intellectib⁹ illorũ, Et in mẽtib⁹. i. in volun-
tatib⁹, Eorũ superscribã eas. s. præcepta mea. nõ dicit scri
bam sed supscribã, quia leges illæ sup vires hoĩs sunt in
quarũ. s. completione nullus sufficeret nisi ope gratię. Ecce
in hss dicit qđ cõsummat virtutib⁹, deinde subdit de san
ctificatione dicens, Et peccatorũ, quę in se, Et iniquita
tũ eorũ q̃ cõtra pximũ fiũt. Iã. i. post tẽpus gratiæ. Nõ F
recordabor, ad ęternã pœnã, Amplius. s. nec in futuro,
Ecce hic dicit qđ sanctificat. Vel ita distingue literã eadẽ
manẽte sentẽtia, Postq̃ dixit hoc est test. qđ te. ad il. post
di. il. dicit do. Testabor dico, Dabo leges meas in cordi
bus eorũ & in mentibus eorũ superscribã eas sub intulit
Et peccatorũ & iniquitatũ eorũ iam nõ recordabor am.
& ideo iam nõ est necessaria hostia. quod aperit subdẽs,

¶ Vbi autẽ horũ remissio, iam non est oblatio pro
peccato. Habẽtes itaq; fratres fiduciã in introitu sanctorũ
in sanguine Christi, quã initiauit nobis viã nouã & viuã
tẽ per velamẽ. i. carnẽ suã, & sacerdotẽ magnũ sup domũ
dei, accedamus cũ vero corde in plenitudine fidei asper-

A corda a conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneam⁹ ſpei noſtræ confeſſionẽ indeclinabilem. Fidelis enim eſt qui repromiſit. Et conſideremus inuicẽ in prouocationẽ charitatis & bonorũ operum, non deſerentes collectionem noſtrã, ſicut cõſuetudinis eſt quibuſdã, ſed conſolantes, & tanto magis, quãto videritis appropinquãtem diem. Voluntarie eñ peccantibus nobis, poſt acceptã notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia terribilis autẽ quędã expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Irritã quis faciẽs legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel trib⁹ teſtibus moritur quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filiũ dei conculcauerit, & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gra-
B tię contumeliã fecerit? Scimã eñ qui dixit, Mihi vindictã & ego retribuam. Et iterũ, Quia iudicabit dominus populum ſuum. Horrendũ eſt incidere in manus dei viuẽtis. Rememoramini aũt priſtinos dies, in quibus illuminati, magnũ certamẽ ſuſtinuiſtis paſſionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationib⁹ ſpectaculũ facti, in altera autem ſocii taliter conuerſantium effecti.]

Vbi autẽ. Hic oſtendit q̃d non ſolum ex hac authoritate videri poteſt, quod Ieſus ſanctificat & conſummat ſed etiam quod oblatio iam poſt tempus gratiæ non eſt facienda pro peccato, quia facta eſt remiſſio, quaſi dicat. Ecce hic dicitur remiſſio peccatorum facta. Vbi autem horum iam remiſſio non eſt facienda. Oblatio pro pec-
C cato, id eſt ceſſat oblatio legalis. Habentes itaque. Finito grandi ſermone de pontifice magno eiuſq; noua lege & ſacrificio, quæ veteribus prętulit, ſubditur moralis inſtructio, in qua eos hortaẽ ad multa ſed maxime ad fidẽ, patientiam, pacem, munditiam, & fraternitatis charitatẽ & infert ex omnibus ſuperioribus, quaſi dicat quia vna hoſtia cõſummat, & quia nobis eſt. ſ. or. m. & quia oſtenſa eſt tanta diſtantia, quod illa minora hæc maiora ſunt: itaq;, O fratres, habemus, Fiduciã in introitum ſanctorum in ſanguinem Chriſti. i. certi ſumus quod intrabim⁹ in ſancta ſanctorũ cæleſtia per ſanguinẽ Chriſti. Quã viam. i. quẽ introitũ, Nunciauit: nobis Chriſt⁹, q primus Chryſoſ.

ascendit, & per hoc certi sumus de nobis. Viam, dico, D
Nouã, quia nullus ante illũ intrauit, Et viuentẽ.i.permanentẽ, peruiã, quia postea nulli fideliũ clausa fuit, & illã viã aperuit, & per viã cõseruauit. Per velamen.i.per carnem suã quæ dicit velamen, quia ipsa caro velabat, & celabat, deitatẽ. Vel ideo dicit velamen, quia sub velamine fidei sumit a fidelib9.q.d.per hoc permenet via illa peruia, quia sumũt fideles, vt viaticũ carnẽ Christi velatã oĩ sensui. Videtur enĩ panis, & tamẽ vere est caro Christi: quod fit vt augeat fidei meritũ, quia nõ habet fides meritũ cui humana ratio .i. human9 sensus prębet experimẽtũ. Per velamẽ ergo.i.carnẽ quæ velata sumit, permanet via peruia, & per hoc qđ ille sacerdos semper interpellat pro nobis. Vñ subdit, Et per sacerdotẽ, scilicet Christũ E
prę oĩbus, Magnũ, super domũ.i.populum Dei, & hãc, Habẽtes, fiduciã, Accedamus, Vel ita, Et sacerdotem magnum.q.d. Habemus hãc fidutiã, & hanc habẽtes, & habentes sacerdotẽ magnũ super do.dei.s.qui semper viuit ad interpellandũ pro nobis, Accedam9, ad intro itũ sanctorũ. Cũ vero corde.i.cũ vero intellectu & non simulato. & si hoc nõ potest esse, saltẽ accedam9 in plenitudine fidei.i.in plena fide. Quia nihil horũ iam est visibile, nec sacerdos, nec hostia, qđ & debem9, & possumus, quia sumus Aspersi corda.i.spirituali aspersiõe habem9 corda mũdata, A cõsciẽtia mala.i.a cõsciẽtia prauitatis. Illi vero corpora tñ hñt abluta, Et abluti sumus corpus aqua mũda.i. peccatũ corporale.s.originale, qđ per carnis concupiscentiã trahitur ablutũ est aqua baptismi. per F
hoc ostenditur quod non fides sola, sed bona vita cũ virtutibus quæritur. inde hortatur ad ea quæ cõueniũt fidei, subdens, Teneamus.q.d. & quicquid occurrerit, Teneamus indeclinabilem, vt non ad terrena declinem9, Cõfessionem spei nostræ, quæ est de æternis.i.teneamus cõfessionem & spem quæ est causa eius, quę spes nõ est vacua non cõfundit. Fidelis enim est.i.verax in promissis deus qui repromisit ea quæ speramus: & sicut de9 fidelis est in promissis: ita nos sibi vult fideles esse in promissis nostris. Teneamus dico, Et consideremus, inuicem.alter.s.alterũ, non vt inuideat & insidietur, sed In prouocatione charitatis, quę in animo est: bonorum operum,

Ambros.

A scilicet vt alter alterius exemplo prouocetur ad dilectionem, & bene operandū. Et est sensus, Fidē & confessionem habeam⁹ quantū ad nos, cōsiderem⁹ inuicē.s.perfecti minores eos hortādo & minores perfectos imitando eos. Cōsiderem⁹ nos inuicē dico, Nō deserētes, tp̄e persecutionis, Collectionē nostrā.i.collectos in fide nobiscū, sicut est Consuetudinis quibusdā vestrū, qui vel timore persecutionis cedūt, vel propria prȩsumptione a peccatorib⁹ vel imperfectis, vt iusti videantur recedūt. Culpat ergo scindētes vnitatem charitatis, quasi inter alios non possent habitare causa sanctitatis suȩ qui potius suo exēplo debuerunt cōsolari alios. Vnde subdit, sed potius Cōsolantes eos, cōsolatur laborantem qui pariter in labore
B cōsistit, quia subleuatio laboris est visio collaborantis, vt in itinere fit: & tāto magis cōsolemur, Quanto, magis, Videritis, diē retributionis per passionē, Appropinquātem.q.d.quo propiores estis fini & prȩmio retributionis, aut tāto magis instate, ne quis culpa vestra, desit. Voluntarie em̄.q.d.charitatis vtiq; tenēda est, & a malis cessandū, Voluntarie enim peccātibus nobis.i. nobis in voluntate peccādi manentib⁹: Nō relinquitur hostia, pro peccatis.i.non prodest Christ⁹ qui est hostia pro peccatis. nō relinquitur dico iam.s.in hoc prȩsenti, per quod constat quod nec in futuro. non relinquit iam dico, Post acceptam notitiā veritatis.i. postq̄ venissemus ad fidē per quā quidā securi sunt, quasi nunq̄ perituri sint. Et attende q̄d non ait volentibus peccare, Sed voluntarie peccantibus,
C quia voluntarius est qui in aliquo assiduus est, volens qui ad tempus. per hoc ergo significat perseuerantes vsq; in finem. Vel ita, Iam nō relinquitur hostia pro peccatis.i. non iterum immolabitur Christ⁹ qui est hostia pro peccatis.i.non relinquitur locus secundæ hostiæ, sicut in veteri lege datū est sæpius offerri hostias pro peccato, Non enim Christus iterum immolandus est pro peccato quod semel factum est, & secūdo non est opus, sed magis opus est manere in fide & veritate. quod si nō facis, iudicium dānationis te expectat, nisi per pœnitentiā renouaris. & ideo subdit, Terribilis aūt. Sed sciendū quod hic quidā exurgūt horū verborū occasione pœnitentiā auferentes, quasi per pœnitentiā non valet peccator post lapsum sur- Chrysost.

gere secundo & tertio, & deinceps. Verũ in hoc pœnitẽtiam non excludit, nec propitiationem quæ fit per pœnitentiam. Non enim inimicus est ita salutis nostrę, sed secundum excludit baptismum. non enim dicit, non est vltra pœnitentia vel remissio, sed hostia. i. crux secũda quæ vna suffecit, volens ne vltra hoc expectemus sed pœniteamus, Terribilis autem. q. d. non relinquit h. pro pec. sed relinquitur quędã terribilis Expectatio iudicii, hæc pœna interim est. Et ignis æmulatio. i. infestatio. i. ignis infestans, Quæ cõsumptura est aduersarios Christi, quod probat per minus. nã quis, Faciens irritã. i. præuaricans legẽ Moysi, Duobus vel tribus testibus, cõuictus, Sine vlla miseratione morit, morte quã lex pcipit. Quid ergo illi facient cõtra quos perhibebũt angeli testimonium & sancti & propria consciẽtia q. d. multo grauius punientur. E
Vnde subdit, Quãto, ergo magis, Illũ putatis deteriora mereri supplicia qui filiũ dei cõculcauerit. i. vilipenderit si non sufficere credat ad salutẽ, sed aĩalia, Et sanguinẽ Christi, confirmatorẽ no. test. Pollutum duxerit. i. peccatum purgare non valentẽ In quo tamẽ sanctificatus est . i. remissionẽ accepit, & ita cõtra eũ grauiter peccat. Pollutum enim sanguinẽ Christi ducit, q per carnales obseruãtias credit peccata dimitti, a quibus retrahit nos sanguis Christi: ita pollutus est, & nos polluit, si ab eo vnde est remissio, nos retrahit. Et spiritui gratiæ. i. spiritui sancto gratis dato, vel q dat gratiã, Cõtumeliã facit, spũi cõtumeliã facit, qui remissionẽ quã ipse spũs facit ascribit carnalibus obseruãtiis, vel q eũ male viuendo a se abiicit. Vel cõculcat ille Christũ, q libere peccat absq timore & pœnitẽtia, & qui eo indigne participat, sanguinẽ pollutũ ducit, si ab eo mũdatus ad vomitũ redit & pœnitere negligit. F
Spiritui est iniurius qui eius beneficiũ grate non suscipit. Scimus enim, q. d. Vere talis punie, Scimus eñ illum. i. quam verus & potens est ille, Qui dixit mihi, seruare, Vindictam, iniuriarum vestrarum & ego Reddam. Si alienas vindicat iniurias, Et suas, iterum scriptura dicit, quia dominus iudicabit purgando, separãdo a malis, Populum suũ, quanto magis puniet inimicos, Horrendum . q. d. Dominus puniet inimicos & non leniter, Et ideo horrendum est incidere in manus Dei. i. Incidit illę qui

A non prouidet, sed subito deprehendit. Dei dico. Viuentis, scilicet qui semper est afficax & potẽs facere q̃d vult.
Rememoramini, sicut optimi medicorũ cũ alios secuerint, & per incisionẽ doloris augmentũ fecerint, solatium mitioribus medicaminib⁹ afferũt & remedium: illi loco vbi dolor inest & perturbatã refouent animã: sic Apostolus facit postquã cõcussit animas eorũ & terruit, refouet eos per laudẽ priorum, scilicet rememorãdo priora eorũ bona, vt facilius excitet ad cętera. q. d. vt aũt non incidatis in manus dei, Rememoramini pristinos dies. q. d. diu est quod credidistis, & ideo magis assueti estis, In q̃bus, diebus vos, Illuminati, fide pro qua venit tribulatio, Sustinuistis magnũ certamẽ passionũ, Passiones enim quasi cõtra eos certabãt vt patientiã & fidem extorquerent, Si
B aũt rudes sustinuerũt, turpe est si modo deficiũt, passiões aũt erant eis, tum ex propriis doloribus tum ex dolorib⁹ aliorũ quibus compatiebantur, vnde subdit, Et in altero. q d. sustinuistis magnũ certamen & ita magnũ certamẽ Et, id est quia, In altero quidem. i. in altera parte certaminis, scilicet In opprobriis & tribulationib⁹ propriis vos ipsi patientes. facti estis, Spectaculum omnibus, q̃d grauissimum est Graue enim est opprobriũ, sed grauius est cũ spectaculum oĩbus fit, & non secreto exprobratur,
In altero autẽ, id est in altera parte certaminis, scilicet in dolore quem habetis pro aliis, estis effecti Socii taliter cõuersantiũ, id est assidue patientiũ, quo exemplo pati debetis. i. compassi estis Apostolis & aliis huiusmodi. Et est sensus, Certamẽ passionis sustinetis, & in propriis
C passionib⁹ & in cõpassionib⁹ aliorũ, & hę sũt duę partes certantiũ contra vos passionum, & vere socii facti estis.
[Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorũ cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiã. Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quę magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumq; qui venturus est veniet & non tardabit: iustus aũt meus ex fide viuit. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos aũt non sumus subtractionis filii in pditionẽ, sed fidei in acquisitionẽ aię.]

Nam & vinctis,qui non poterant sibi necessaria quæ- D
rere, Compassi estis,subministrando necessaria,p q̃ cau
sa vestris vobis ablatis cōpassi estis. Et hoc est quod sub-
dit, Et rapi nam bonorum,vestrorum suscepistis, quasi di
cat donum dei. & hoc, Cum gaudio,quia sperastis me-
liora,scilicet ęterna.vnde subdit,vos dico, Cognoscētes,
vos habere meliorem, Et manentem substantiam,id est
vitam ęternam. Nolite.q.d. quia sic passi estis & confisi
de substantia meliori & manente. Nolite dico, Amitte-
re, per impatientiam, Confidentiam vestram, quæ non
modo in futuro habebit sed etiam iam, Habet, dum spe
rat, Magnam remunerationē,& ideo non est leuis eius
amissio.Ad hoc autē vt nō amittatis hoc vnumvobis op⁹
est,scilicet patiētia. Patientia enim nobis est necessaria.
hic ostēdit quomodo iam nō amittatur, confidētia, scili- E
cet si patiētia habeatur.In patiētia enim(inquit) domin⁹
po.a.v.Ideo ait, Patiētia nobis necessaria est,ideo vt per
eam Volūtatem Dei faciētes reportetis in futuro,qui hic
seminatis, Promissionem,id est vitam promissam. Ad-
huc enim.q.d.tenenda est patientia,nā nec lōga est.tribu
latio vero vehemens.& hoc est quod ait, Adhuc eñ mo-
dicum.i.paruo tempore, Et aliquantulum.i. nō vehemē
ter patiendum est & mox, Qui venturus,quandoq;, Ve
niet retributor,& non tar. quia in martyribus post mortē
statim gloria datur in quibus nihil purgādum est p quod
differantur a gloria. Iustus autem. Hic dicit quod per so-
lam fidem si patienti necessitas nō ingruat,salus datur ad
quod confirmādum inducit verba dei loquentis per pro- F
phetam Abacuc,quasi dicat non solum ille qui patitur sed
etiam qui solam fidem habet si non imminet passio salua
bitur.quia ita dicit dominus per prophetam, Iustus me⁹
.i.apud me est aliquis, Ex fide, per hoc, Viuit, id est vi-
uet in futuro vita æterna quam meretur fide,Ecce quantū
valet fides quę sola saluat,& quod ex fide viuat per cōtra-
rium ostēdit,quia si subtrahit se a fide nō viuit.Vnde sub
dit. Quod si se subtraxerit. Vel ita, Iustus autem,quasi
dicat, Veniet dominus & non tardabit.interim autem di
cit dominus, Iustus meus,scilicet qui per me est iustus,nō
per carnales obseruantias, Venit ex fide,nō per speciem
& ideo hæc ne quærat coronam sed ferat laborē. Quod

A si.q.d. Vere ex fide est vita, quia acquisitio est animæ, & vere, Quod, id est quia Si subtraxerit se, aliquis, Non placebit animæ meæ, id est voluntati dei. Nos autē quasi dicat ille qui subtrahit se a fide viuet. Nos autem non sumus filii subtractionis in perditionem, id est apostasiæ, per quā perditur anima, quia nondum prorsus apostatauerāt, sed fide geniti erāt. Vnde subdit, Sed sumus filii fidei, quæ valet, In acquisitionem, & ideo nunc nō debēt se subtrahere a fide. vel. Nō sumus filii subtract. in per. i. paganorū infideliūq; pdēdi sunt, Sed fidei in acqsitionē aīę. i. filii prophetarū fideliū quorū fides ē in acqsitiōe aīę

CAPVT XI.

B Est autem fides sperādarum substantia rerum, argumentum non apparentium.] Est autem fides, quia de fide cœpit agere eius dignitatem & vsum ipsius fidei assignatione & plurima exemplorum luce ostendit, & est hic laus & commendatio fidei cuius descriptionem ponit in qua tria notat, scilicet quid efficiat in nobis, & quod fundamentum est omniū bonorū, & quod de non apparētibus est de qua in epistola ad Romanos plene dixeramus, & ideo hoc breuiter perstringamus. q.d. Iustus ex fi. viuit. Est autem fides substātia rerum sperādarum. i. causa quę res sperandas faciet quādoq; subsistere in nobis. quod est dicere, faciet nos consequi futura bona. & proprie dicitur fides substātia quia sperādis substat, & facit ea esse in credente in alia vita. & quia fundamentum est omnium bonorum qđ
C nemo mutare potest sine quo nō est bona ędificatio. Vel, Fides est substātia rerum sperandarum, id est speranda iam etiam in hac vita facit esse in corde credentis. per eam enim futura bona quasi iam sunt in nobis, quia facit subsistere in anima nostra ea quæ non videntur de quibus proprie fides est. De visis enim non est fides sed agnitio. hęc est laus fidei, si quod creditur nō videtur. Nam & Chrysos.
Thomas cui dictū est, quia vidisti credidisti: non hoc credidit quod vidit, sed aliud vidit & aliud credidit. Vidit enī hoīem, credidit deū. cernebat quippe & tāgebat carnē viuētē quā viderat morientē, & credebat deū ipsa carne latentem: Credebat ergo mente quod non videbat, per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si autem dicuntur cre

&

A ram &c. Informem enim materiam & confusam quę chaos dicta est, vnde omnia facta sunt, nominibus cæli & terræ, quæ inde futura erant significauit, id est nominibus visibilium rerum propter infirmitatem paruulorum qui minus idonei sunt inuisibilia apprehendere, & tunc erant tenebræ. i. lucis absẽtia. Nõ enim tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia, sicut silentium nõ aliqua res est, sicut in corpore vbi tegumẽtũ nõ est, nuditas dicitur, sicut & sanitas nõ ẽ aliqd sed loc⁹ vbi corp⁹ nõ ẽ, sanis dr. Hęc eadem informis materia etiam terra inuisibilis & incomposita appellata est: terra ideo, quia inter omnia elementa mundi terra minus speciosa est quam cætera: inuisibilis autem, propter obscuritatem: eadẽ materia informis etiã aqua dicta sup quã ferebat̃ spiritus dñi, sicut superfertur
B fabricãdis rebus voluntas artificis. Ideo vero aqua dicta illa materia, quia omnia quæ in terra nascuntur siue animalia siue arbores vel hærbę & similia ab humore incipiunt formari atque nutriri. Eadem etiam materia dicta est abyssus, quia cõfusa erat & cõmixta specie carẽs. Hęc ergo oĩa cælum & terra: terra inuisibilis & incomposita & abyssus cum tenebris & aqua super quã ferebatur spiritus, illa informis materia vocata est, vt res ignota notis vocabulis infirmaretur imperitioribus & non vno. Nam si in vno, hoc esse putaretur quod consueuerant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo omnibus nominibus significata est materia illa inuisa, & informis, quæ nulla specie cerni atque tractari poterat de qua deus condidit mundum quem significat Apostolus dicens, Visi-
C bilia ipsa vero informem naturam significat dicens, Ex inuisibilibus, vel per inuisibilia significatur mundus inuisibilis qui erat in dei sapientia, ad cuius similitudinem factus est hic visibilis mundus. hæc vtique visibilia antequã fierent non erant. Quomodo ergo deo nota erãt quæ non erant? Et rursus quomodo ea faceret quę sibi nota non erãt? Non enim quicquam fecit ignorãs. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde antequã fierent & erãt & nõ erãt. Erãt in dei scientia, non erãt in sua natura. Ipsi autẽ deo nõ audeo dicere alio modo inotuisse cũ ea fecisset quã illo quo ea nouerat vt faceret, apud quẽ nõ est trãsm. nec vic. obũ. ideo ait: vt Ex inuisibilibus. i. ex intelligibili Aug. sup Genesim

& ii.

mundo qui erat in sapiētia dei, hæc est dei dispositio qua D disposuit omnia. Visibilia, ista Fierent, id est iuxta inuisibile exemplar quod erat in mente dei, fierēt hęc. Fidem plurimam vel plurima, quia patres antiqui per fidē sint consecuti testimonium iustitiæ ostendit, ponens aliud exemplum ad commendationem fidei, quasi dicat, senes per fidem consecuti sunt testimonium iustitiæ sicut apparet in hoc. Abel fide, id est per fidem inuisibilium, Obtulit deo hostiam plurimam, id est, acceptabiliorē & pluris precii quam Cain. Vel. Abel obtulit deo hostiā plurima fide, id est per plurimam fidem quam Cain, quia Abel per fidem iustus erat. Vnde subdit, Per quam, fidem meruit, Esse iustus, & huius rei consecutus est testimonium.] Vnde etiam ipse Iesus ait. A sanguine Abel iusti & cætera. Consecutus est dico deo. Etiam perhibente testimonium muneribus eius, quia ea recepit, id est E approbauit quod apparuit cū ea cęlesti igne cōsumpsit, & per illā, fidem, Defunctus loquitur adhuc. i. materia est nobis loquendi, vt de eius fide exemplū demus. Non enī mors extinxit famam fidei tāta fuit fides quod eā mors non extinxit, Ex fide & patientia præcedentiū patrū consolatur istas, ideo dicit quod abel adhuc loquitur, quia alios suo exemplo admonet. vt iusti sint. interemit eū quidē, mors, sed non cū eo interemit ei⁹ gloriā & memoriā. [Fide Enoch trāslatus est, ne videret mortē, & nō inueniebatur, quia transtulit illū dñs, Ante translationē enī testimoniū habuit placuisse deo. Sine fide aūt impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentē ad deū, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe responso accepto de his quæ adhuc nō videbātur, metuens F aptauit arcā in salutē domus suæ, per quam damnauit mūdum, & iustitiæ per q̄ fidē est, hæres est institutus.] Fide q̄ vocatur Abrahā obediuit in locū exire. quē acceptur⁹ erat in hæreditatē, & exiit nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanq̄ in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdē. Expectabat enī fundamenta habentē ciuitatē: cuius artifex & cōditor deus. Fide & ipsa Sara sterilis, virtutem in conceptione seminis accepit etiam præter temp⁹ ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum qui repromise-

A rat. Propter quod & ab vno orti sunt, & hoc emortuo, tãq̃ sidera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis.] Fide, hic ponit aliud exemplũ ad commendationẽ fidei dicens, Fide. i. fidei merito, Enoch translatus est in paradisum, vnde eiect⁹ est Adam, Ne videret, nõ dico ne sentiret, sed nec etiã quasi de longe videret in aliis, Mortẽ & non inueniebatur, vsq̃, hoc dicit ne putaretur esse in aliqua parte mũdi ideo non inueniebatur, quia Transtulit illũ deus, qui ab omnium aspectu poterat eum abscondere. Ante &c. q. d. Vere per fidem trãslatus est, quia per fidem iustus fuit, & vere quia per fidẽ placuit deo, & hoc est quod ait, Ante trãslationẽ em̃ habuit testimoniũ. i. iusti testabãtur eũ, Placuisse deo, & vere per fidem placuit deo, Sine fide enim

B impossibile, est aliquẽ Placere deo, a deo est fides necessaria qđ sine, ea quisq̃ nõ placet Deo. & vere sine fide aliquis nõ potest placere, quia nec potest accedere. Credere enim oportet quẽlibet, Accedentẽ ad deũ, hoc. s. oportet credere. Quia, deus vnus Est, esse proprie deo cõuenit, qa immutabiliter est, Et, ꝙ remunerator sit inquirẽtibus se. Quid ergo ei lex? Et notandũ ꝙ sine hac fide nemo vnq̃ potuit saluari. Hæc tamen fides nõ sufficit ad salutem. Fide. Aliud exemplũ ponit de Noe ad cõmẽdationẽ fidei dicens, Noe responso accepto, a deo, De his quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in salutẽ domus suæ, & hoc, Fide. i. per fidem: qa credidit deo dicenti, Finis est omnis carnis, & si nulla signa videret

C diluuii, Adeo em̃ credebat quod non videbat, quod metuens fabricauit arcam, per Quam. s. fidem vel arcam, Damnauit. i. damnabilem ostendit, Mundũ, quia dũ videret eam fabricari, non credidit. Et, ipse Noe, Est institutus hæres iustitiæ, quę per fidem est. i. fuit iustus ex fide sicut patres sui, nisi enim iustus esset hoc ei dñs non pręcepisset. Fide &c. Hic ad patres Iudęorum descẽdit ostendẽs in eis, & in prioribus omnẽ iustitiã ex fide habuisse originem, & ponit exemplum de Abraham dicens ita, fide. i. per fidem ille, Qui vocatur, nũc: Abraham, cum pri⁹ vocaretur Abram, Obediuit exire in locũ, quẽ accepturus erat in hæreditatem & exiit nesciens quo iret. Adeo credebat deo cui obediuit dicenti, Exi de ter, & de

cognatione &c, Hoc autẽ iam fecerat. Hoc enim dictum D
ei iam egresso de terra Chaldeorũ, & iã cõstituto in Me-
sopotamia. Non autem dominus ait, vt corpus eiiceret
a terra sua, sed vt animũ euelleret ne velit reuerti. Nõ eñ
exierat in animo, si redeundi tenebatur desiderio: quod
desideriũ deo iubente ac iuuante & illo obediente fuerãt
amputandũ. Fide, melioris terræ. i. vitæ æternæ, Demo
ratus est, Abraham, In terra promissionis, & in ea quã-
q̃ sibi promissa erat, Tanquam in aliena, & in casulis.
vnde subdit demoratus est dico in casulis habitando cũ
Isaac & Iacob cohæredibus eiusdem, Repromissionis,
id est sicut Isaac & Iacob habitauerunt ibi. Non eñ eo-
dem tempore cohabitauerunt. Expectabat enim, quasi
dicat, cur ita habitauit ibi. Abraham, quia Expectabat
ciuitatem, cælestem habẽtem, Fundamenta quia stabilis E
est, & firma. Cuius, ciuitatis, Artifex & conditor deus
est. Fide, id est per fidem, & ipsa Sara sterilis, in ꝓpria
persona non in vicaria, Accepit virtutẽ. i. fœcũditatem,
In conceptione seminis, etiã cũ esset præter Tempus
ætatis. s. cũ esset sterilis & in senio, hac vtiq; fide. Quo-
niam credidit eũ esse fidelem qui repromiserat, pri[9] qui-
dem risit, & si ex gaudio non tamen plena fide, sed post
verbis angeli in fide solidata est: riserat aũt Abrahã quã
do ei promissus est, sed risus ille admirationis fuit & gau
dii nõ dubitationis, Propter quod. s. quia fidelem credi
dit deũ, Orti sunt ab vno, vtero Saræ. vel, Ab vno,
patre Abraham. & hoc. s. vtero vel Abrahã, Emortuo,
emortuũ dicit ad opus concipiẽdi Saræ vterũ quantũ ad
virũ seniorem. Vel ipsum Abraham ad opus generandi F
emortuum dicit quantũ ad seniorem fœminã. Ambo eñ
seniores erant, sed illa etiam sterilis erat, & cruore men
strui iam destituta: propter quod iam parere non posset,
etiam si sterilis non fuisset. Senior enim fœmina etiam
si adhuc fluant illi solita mulierum de seniore parere nõ
potest, de iuuene potest, Senior vero gignere potest, sed
de adolescẽtula, sicut Abrahã post mortẽ Sarę de Cethu-
ra q̃ iuuenis erat potuit generare, quia viuidam inuenit
ei[9] ætatẽ. Ad hoc ergo dicit Abrahæ fuisse iã corp[9] emor-
tuũ, q̃a nõ ex omni fœmina cui adhuc esset tẽp[9] pariẽdi
ipsum in illa ætate adhuc posset, Ad aliq̃d ergo erat emoꝛ

A tuum corpus eius,& nō ad omnia. Ab vno inquā tot orti sunt, qui sunt Tanq̄ sidera cæli in multitudine, hoc dicit quantū ad bonos qui luce virtutū & multitudine cōparantur sideribus, Et sicut arena innumerabilis q̄ est ad orā .i. litus. Maris, hoc dicit quantū ad malos, qui instabilitate & numero cōparātur harenæ, Mare, est gētilitas: ora maris, ritus gētilitatis: tibi propinqui facti sunt aliqui Iudæi, non tamen in gentilitate omnino fuerunt.

[Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti, nō acceptis repromissionib⁹, sed a lōge eas aspiciētes & salutātes, & cōfitētes quia peregrini & hospites sūt super terrā. Qui eñ hoc dicūt, significāt se patriā inquirere. Et si quidē ipsius meminissent de qua exierunt, habebant vtiq; tēpus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est cælestem.
B Ideo non confunditur deus, vocari deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. Fide obtulit Abraham Isaac cū tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones, ad quem dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est deus. Vnde eum & in parabolam accepit. Fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau.]

Iuxta fidem. q. d. Quorūdam proposui exempla ad commendationem fidei. & recte vtiq;. nam Omnes isti præter Enoch trāslatū, Defuncti sunt iuxta fidem. i. adhęrentes fidei nō Acceptis, plenarie in hac vita, Repromissionibus. Vel ita, Oēs isti sunt defuncti non acceptis in terra Repromissionibus, & hoc iuxta fidē illorū. sperabant eñ promitti sibi cælestia, nō terrena, non acceperunt hic. repromissionibus dico, Sed, poti⁹ erant aspiciētes eos, A longe, implendas. s. post mortem in aduentu
C Christi, Et salutantes eas. i. promissionibus applaudentes, licet essent remotæ. Vtitur verbo translato a nauigātibus qui longe ꝓspiciūt desideratas ciuitates, quas anteq̄ ingrediantur salutatione ꝑueniunt, ex metaphora nanq; nauigantium dicit, Et salutantes eas. i. gaudentes & desiderantes eas, vt faciūt nautę longe visis ciuitatib⁹, Et, ideo erant Confitentes. i. cōfitebantur, quia Peregrini & hospites sunt, morantes, Super terram, peregrini sunt qui in aliena patria nihil habēt. Hospites q̄ de patria

non sunt. & isti confitebantur se non esse de hoc mundo D
neq; aliquid se habere in mūdo. ideo confitebantur. Qui
enim dicunt hoc. s. quia peregrini sunt, & hospites, significant se inquirere patriā. i. dant intelligi, quod aliā quærunt patriam quod ipsi significare valebant. & ne putaret quis quod illam quærerent de qua exierant, subdit. Et siquidem meminissent illius patriæ de qua exierunt habebant vtiq; tēpus reuertēdi. Nunc autē, patet per hoc quod nolebant reuerti. Quod meliorē appetunt. i. cælestē patriam, & quia hanc petunt, Ideo nō confundunt. i. non
...ōtra erubescit, Deus vocari deus eorum. s. Abraham, Isaac, &
Iulin. Iacob, qui dicitur deus angelorū. In istis honoratur sicut per malos blasphematur, & ideo deus eorum dici voluit tanquam illorum solorū esset deus, qui est deus vniuersæ creaturæ. non frustra vtiq; tantū eis tribuit honorem, sed E
quia in eis nouit syncerā & præcipuā charitatē, & quia in eis tribus patribus consummauit magnū & mirabile sacramentum futuri populi sui. per liberas enī genuerūt & in libertatem, vt Abrahā per Sarā, Isaac per Rebeccam, Iacob per Liam & Rachel: & in seruitutē, sicut ab Isaac per Rebeccam genitus est Esau, cui dictū est, seruus eris fratris tui, & per ancillas genuerūt non solū in seruitutē, vt Abrahā per Agar Ismaelē, sed etiam in libertatē, vt Iacob, per Balaā genuit Dan, & Neptalim, & per Zelpham Gad, & Aser. Ita & ī populo Dei per spirituales & bonos nascuntur boni & liberi, sicut per Paulum illi quibus ipse dicit, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: & mali serui, vt p Philippū Simon Magus natus est. & per carnales seruos nascūtur nō solū mali in dānabilē seruitutē qui F
eos imitantur: sed etiam in laudabilem libertatem quib⁹ dicitur, quæ dicunt facite, quæ autē faciunt nolite facere: hoc autē sacramentum quisquis in populo dei prudenter agnoscit, vnitatem spiritus & vinculo pacis vsq; in finem quibusdā cohærendo quosdā tolerendo custodit. Parauit enim. q. d. non frustra appetunt cælum, vel merito non erubescit vocari deus eorum, quia Parauit illis ciuitatem in qua erunt sui conciues, Fide, etiam inuisibiliū, Obtulit Abraham, non ira sed voluntate, Isaac cum tentaretur a deo, id est cum deus ostenderet qualis esset ad exemplū aliorum, non enim tentauit deus Abraham quasi qui fidē

A eius ignoraret, sed vt ipse Abraham & mundus fidei eius vnitatem & firmitatem cognosceret, &vnigenitum offerebat. Qui susceperat.i.in quo factæ erant, Et repromissiones ad quem dictum est quia in Isaac vocabitur tibi semen, quasi aliquis quęreret, Quomodo ergo deum veracem credebant subdit, Arbitrans quia potens est deus & a mortuis suscitare illũ, sicut & de nihilio facere. Non trępidauit Abraham credere quãdo promittebatur: non trepidauit offerre quando exigebatur eius dextera: erigitur ad sacrificiũ, vt moreretur cuius cor erectũ est ad fidẽ, vt nasceretur. nec fuit religio credentis contraria deuotioni obtẽperantis. Promissionẽ eñ pius pater fideliter tenens quam per hunc oportebat impleri quẽ deus iubebat occi- Ambros.
B di, non hæsitauit qđ sibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit nõ speratus: nõ sibi fecit quęstionẽ quasi de contrariis, & sibi aduersantibus verbis dei ꝓmittẽtis filiũ nasciturum, & postea dicentis, occide mihi filiũ tuũ, sed erat in corde eius fides inconcussa & nõ deficiens qua credidit deũ, qui dedit, vt ille de senib⁹ nasceretur posse etiam de morte reparare. Vnde.s.quia tantã habuit fidem, Et accepit eum in parabolam .i. non solum in re sed etiã in significatione. Intellexit eñ Christum significari cuius deitas non moritur, sed aries hærens cornibus inter vepres.i.caro Christi laborans inter Iudęos in cornib⁹ crucis potuit deo offerri spinis Iudaicis ante coronationem. Fide & de futuris q̃ nõ videbant habita, Bñdixit Isaac Iacob, & Esau. Isaac enim fidẽ habuit qua credidit, non
C solum quod benedict⁹ esset melior, sed etiam quod Christianus populus supplantaret benedictionẽ Iudæis.

[Fidei Iacob moriẽs singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memorat⁹ est, & de ossibus suis mandauit. Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo ꝙ vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictũ. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, q̃ temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æstimãs thesauro Aegyptiorum improperiũ Christi. Aspiciebat eñ in remunerationem, Fide reliquit Aegyptum, non verit⁹

animositatem regis. Innisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide celebrauit pasca & sanguinis effusionem, ne qui vastabat primitiua tangeret eos. Fide transierunt mare rubrũ tãquam per aridã terrã, quod experti Aegyptii deuorati sunt. Fide muri Hiericho corruerunt circuitu dierum septem. Fide Raab meretrix non perit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.] D

Item, Iacob moriens fide, habita de his quæ nõ videbãtur, Benedixit singulos filiorũ Ioseph .s. Ephraim & Manasse, quia singulis cancellatis manibus propriam benedictionem dedit: & dextera super Effraim posita, leua autẽ super Manassem minorẽ maiori præposuit. Et adorauit fastigium, vel super fastigiũ virgę ei⁹. Quid est quod adorauit super cacumẽ virgæ Ioseph, forte tulerat a filio virgã quando ei idem filius iurabat, & dum eam tenet post verba iurantis nondũ illa reddita mox adorauit deum. Non enĩ pudebat eum ferre tãtisper insigne potestatis filii sui, vbi virga magnæ rei futuræ præsignabatur .i. regni Christi futuri in Gentibus. Et est sensus, Et adorauit deum. s. erectus & incũbens. Super fastigiũ .i. cacumen, Virgę eius. Vel mystice sine super, Adorauit fastigiũ ei⁹ .i. Christũ per quẽ in Aegypto dominiũ & disciplinę virgã habuit. vel, Adorauit super fastigiũ virgę ei⁹ .i. super regnũ Christi .i. pro regno Christi futuro in Gẽtibus, quem in illo significabatur, orauit. Itẽ Ioseph moriens fide, habita de futuris, Memoratus est de profectione filiorũ Israel, de Aegypto vbi significabatur fideliũ redemptio a peccatis, & fide futuræ resurrectiõis. De ossibus suis mandauit, adiurans filios Israel, vt asportarent ea in terram promissiõis & reconderẽt ea in sepulcro patrum suorũ. s. in speluca duplici, in qua sepulti sunt Abraham, Isaac, & Iacob, & cęteri patres, vbi Adã & Eua quiescebant, quod ideo voluerunt, quia in ea terra præuiderunt nasciturũ Christũ, vt cum eo resurgerent. Itẽ Moyses, ex quo Natus est, occultus est a parentibus suis mensibus tribus, & hoc, Fide, id per fidem ipsorum parẽtũ qui credebant deum esse futurum aliquid magnum per eum cum esset adeo elegantis formæ. Vnde subdit, Eo quod vidissent eum elegantem infantem, quia ab ortu suis E F

A illi infusa magna gratia venustatis, non natura sed dono dei, Et propter hoc, Non timuerunt, parentes eius, Edictum regis, qui omnes masculos Hebræorũ filios necari præceperat. Item Moyses grandis factus fide, id est per fidem inuisibilium Negauit se esse filium filię Pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei, quam habere iocunditatem ,,carnalem!, Temporalis, id est transitorii peccati. Peccatum enim esse putauit, se lętari in aula regis, dum fratres sui affligerentur. maximę vero fidei est spernere iocunditatem. Ipsi dico, ęstimans imperium Christi esse maiores diuitias thesauro Aegyptiorum, id est maius æstimauit esse ferre Improperium Christi, quã affluere diuitiis Aegyptiorum. Improperium Christi dicit, vel illud quod pateretur pro Christo, vel quod significabat in propria Christi figura vel quod Moyses sustinuit a suis fratribus quos liberare volebat, sicut Christ⁹ a suis quos redimere venerat. Illi enim dixerũt Christo, dęmoniũ habes. Isti Moysi, vis nos interficere, sicut interfecisti Aegyptiũ? quod tamen patienter sustinuit, sicut Christus. Aspiciebat enim, in ęternũ patienter sustinentiũ Remunerationẽm, vel remuneratorem, ad quam ibat Fide etiã Moyses reliquit Aegyptum educens filios Israel non veritus animositatem regis. cui contrarium videtur, quod mortuo Aegytio discessit inde in terram Madian. sed qđ prius fugit in terram Madian, non fuit metus sed fides, quia credebat se a deo liberari. noluit ibi manere ne esset causa iactantiæ si in apertum periculum se præcipitaret, & sic deum tentaret, quod diabolicum est, Sancti enim C quandiu habent quid faciant, non debent deum tentare sed cedere, vt & dominus locum dedit, qui etiam suis pręcepit, dicens, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Inuisibilem enim, quasi dicat, ideo non fuit veritus, quia Inuisibilem. i. deũ quem non videbat, Tanquã videns. i. ac si videret Sustinuit, & in eo cõfidit expectans, quod Promiserat, & ideo non. Item Moyses, Fide. i. per fidem Celebrauit Pasca, quod causa transitus fuit. Hac vtiqȝ fide, quia sic credidit populũ saluandũ. s. & illos a Pharaone, & nos a diabolo. Et, celebrauit Effusionẽ sanguinis, quo linierũt vtrosqȝ postes, & suplimi-

B (margin, beside "cabat in propria Christi figura"); Chrysost. (right margin)

nate dom⁹, Ne angelus percutiēs Qui vastaret primi- D
tiua, vel primogenita, Aegyptiorū tangeret eos, sanguine
exterritus. quod vtiq; factū est in figura liberandorū per
sanguinē Christi. Item, Fide. i. per fidem qua credebāt
deo promittenti. Transierūt per mare rubrū tanquā per
aridam terrā, & ne videretur hoc casu factū esse, non fi-
de, vel ne videretur fantasia fuisse, addit, Quod experti
Aegyptii deuorati sunt, sic & per baptismū fideles trāsie-
rūt remissis peccatis, tāquā Aegyptiis cū diabolo princi-
pe tenebrarum submersis. Fide, etiam quā filii Israel ha
bebant, Muri Hierico corruerūt, cōpleto a Leuitis arcā
domini portantib⁹, & æneis tubis clangentib⁹, Circuitu
septem dierū, sicut huius mundi obstacula cadunt ad vo-
ces prædicantiū, dum in hoc tempore ecclesia nouatur,
vel mouet Christo duce tanquā Iosue circuiens orbē ter- E
rarum. Item, Raab, licet esset Meretrix nō periit cū in-
credulis. & hoc Fide. i. per fidem hanc, scilicet, quia cre-
didit terrā a deo Iudæis tradendā, & ideo excepit explo-
ratores eorū. Vnde subdit, Excipiens exploratores cum
pace. Quid ergo vos facere debetis q prophetas & Chri-
stum audistis? Vtiq; debetis duo testamenta per apostolos
tanquā exploratores a Christo missos credendo excipere
& ita cum infidelibus non peribitis. [Et quid adhuc
dicam? Deficiet enim me tempus enarrantē de Gedeon,
Baruch, Sampson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis. q
per fidem vicerūt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt
repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt
impetum ignis. Effugarunt aciem gladii, conualuerūt de F
infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra verterūt ex-
terorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos
suos.] Et quid. q. d. Multa fidei facta dixi, & plura cre-
dentiū exempla posui. Et quid adhuc dicā? Si volo sin-
gula prosequi quę fide facta sunt, q. d. infinita sunt. Defi-
ciet enim me tempus, epistolę huius. vel, Tempus. vitæ,
Enarrātem de Gedeon, qualiter accepto signo velleris a
dño iuit contra Madianitas cum. ccc. viris, expugnauitq;
eos noctu. & De Baruch, de quo in libro Iudicum legitur
quod Iabin rege Canaan affligente filios Israel de Bora
prophetissa quæ iudicabat Israel tempore illo, præcepit
Baruch filio Abynoen vt assumeret decem milia pugna-

A torum: fecit: & iret contra Sisaram principem exercitus Iabin, qui dixit se ire si ipsa cũ eo iret, itaq; & iuit cũ ipsa eo, Domin⁹ aũt exterruit exercitũ Iabin quem cõgregauerat Sisara ad torrentẽ Cison. Fugitq; Sisara ad tentoria Iabel vxoris Abercinei, vbi cũ absconditus dormisset Iabel clauũ tabernaculi percussum cũ malleo defixit in cerebrum eius vsq; ad terrã, & mortu⁹ est. Et ecce Baruch sequẽs Sisaram veniebat, egressaq; Iabel in occursum ei⁹ dixit ei, Veni & ostendã tibi virum quem quæris. Qui cũ introisset, vidit Sisaram iacentem mortuum. Humiliauit ergo deus die illo Iabin regem Canaan corã filiis Israel. Et De Sampson, qui vt legitur in libro Iudicum afflixit vehemẽter Philisteos, Et De Iepte, qui cũ iret ad pugnã cõtra hostes vouit dño, quoniam si triumphum de hosti-

B bus daret, vel assequeretur, rediẽs quod primo occurreret offerret dño, occurritq; ei filia quã immolauit. nec laudatur Iepte quod filiã occidit, sed q; per fidẽ deo iuuãte hostes superauit. Abraham vero non solũ nõ culpatur crudelitatis crimine, verumetiã laudatur pietatis nomine qd filiũ non scelerate, sed obedienter voluit occidere. & merito quæritur, verũ pro iussu dei sit habendũ quod Iepte filiã sibi occurrentẽ occidit, cũ id se vouisset deo immolaturũ quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur quod ipsum cũ hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum mirabilia faciebat. Et de Dauid, & de Samuel, & de Aliis prophetis qui per fidẽ deuicerũt re- Augu. de ciui. dei.

C gna, & operati sunt iustitiã. i. æquum iudiciũ. Et si recusabat dicere quæ singulis fecerũt, dicit tamen quæ quidã fide operati sunt. Sapienter historiarũ cõmemorationem vitat, ne sermonem suũ protelet, breuiter quædã tangens: nec enim omnino tacuit, nec dicẽs molestus effectus est, fugit densitatem, longitudinem, ne fatigaret auditorẽ. Et Adepti sunt, fide, Repromissiones. i. ea quę repromittebant, vt victoriã & alia. Promissiones multæ factæ sunt, vt Dauid, Abrahæ, & aliis. Obturauerũt. q. d. non tantũ homines vicerũt, sed etiam bestias: quia Obturauerunt ora leonum, vt Daniel. pluralẽ numerũ pro singulari, sicut in sequẽti, vbi ait, Secti sunt. Sol⁹ enĩ Daniel significatur ora leonũ clausisse, & solus Isaias sect⁹ est, sicut & Chrysos.

in Psalmo etiã pluralis numerus pro singulari ponit, vbi D
dicitur, Astiterũt reges terræ, & principes conuenerũt in
vnum. Nam reges dixit pro Herode, & principes pro
Pilato. Extinxerunt impetum ignis, vt tres pueri missi a
Nabuchodonosor in fornacem ignis. & Effugarũt aciẽ
gladii, id est exercitum accinctum gladio, vt Iosue, Da-
uid, & alii mul. & Cõualuerunt de infirmitate, vt Eze-
chias, & Iob. & Fortes facti sũt in bello. i. in prælio, vt
Iosue, & Iudas Machabeus, & alii. Et Castra exterorũ
.i. inimicorũ sæpe Verterunt, in fugam. Mulieres etiam
receperunt Mortuos suos, venientes De resurrectione
.i. resuscitatos, vt per Heliam, & per Helisеum factũ est.
Aug. I lib. de gra. n. t. Attendendũ est quod in veteri testamẽto sępe patribus in
his quæ dicta sunt, & aliis huiusmodi tẽporalis fœlicitas
monstratur exhibita in nouo testamento, nõ est tẽpus ta- E
lium rerum: ante dedit deus talia ad veterẽ hominẽ per-
tinentia, vt præter eum nõ intelligat alius largitor etiam
terrenæ fœlicitatis quæ ad veterem hominẽ pertinet, In
Christo aũt nouo homine nouis noua promittit. i. æter-
na. Vnde & ipse in cõspectu inimicorũ voluit pati, & irri
sus mori tanquã derelictus a deo, vt gratia noui testamẽ-
ti cõmendaretur, qua disceremus aliã quærere fœlicita-
tem pro ęterna contẽnere, vsq; ad mortem pertulit per-
sequentes ac sęuiẽtes, & quasi victo & oppresso superbo
illudentes. quod vero carnẽ suã resuscitauit, & discipulo-
rũ aspectib⁹ & cõtactibus reddidit, eisq; videntib⁹ in cæ-
lũ ascendit, ipsos edificauit, & quod expectare deberẽt, &
prædicare euidentissima veritate mõstrauit. Vnde & Ia-
cob⁹ veteris & noui testamẽti diuidẽs sustinentiã, inquit, F
Iob audistis, & finẽ Christi vidistis. q.d. mala tẽporalia
patiamini, vt Iob. sed pro hac sustinẽtia nõ tẽporalia bo-
na sperate quę illi aucta redierũt, sed ęterna poti⁹ quę in
Christo pręcesserũt, [Alii aũt distenti sunt non susci-
pientes redemptionem, vt meliorẽ inuenirẽt resurrectio-
nẽ. Alii vero ludibria & verbera experti insuper, & vin-
cula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in oc-
cisione gladii mortui sunt. Circuierũt in melotis, in pel-
libus caprinis, egentes, angustiati afflicti, quibus dignus
non erat mund⁹, in solitudinibus errantes, in montibus,
& speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio

A fidei probati non acceperunt repromissionem, deo pro nobis meli⁹ aliquid prouidēte, vt nō sine nobis consummarentur.] Alii aūt. Ecce supradictum est quanta per fidē fecerunt, modo dicit quanta pro fide passi sunt, q. d. prædicta per fidē operati sunt. Hæc Autem, pro fide passi sunt. Alii, scilicet Distēti sunt, in equuleo, & aliis tormentis non Suscipientes redemptionem, id est euasionē præsentem de manu inimicorum, Vt inuenirent resurrectionem, id est vitam æternam. Meliorem, illa redēptione, id est liberatione. Vel, Inuenirent resurrectionē, tanto Meliorē, quanto magis patiebantur. Quanto magis enim quis patitur, tanto gloriosius coronabitur. Alii vero ludibria & verbera experti sunt, insuper & vincula & carceres, per hoc q̃d dicit Insuper, notat hæc in eisdē Chrysost.
B personis fuisse. Lapidati sunt, vt Hieremias in Aegypto, Ezechiel in Babylone. Secti sunt, vt Isaias. Tentati sūt, promissionibus in occisione gladii, id est gladio facta. Mortui sunt, vt Vrias, Iosias. Ecce per hoc patet quod in illis patribus veteris testamenti quāuis rara fuerunt: tamē etiam vsq; ad mortē exempla patientię a sanguine Abel, vsq; ad sanguinem Zachariæ: quorum sanguinem dicit dominus ab eis exigendum qui in patrum suorum a quibus illi occisi sunt iniquitate persisterent. & in nouo testamento. nec defuit, nec deest bonorum fidelium multitudo qui in ista temporali fœlicitate præpolleant, & in ea largitoris dei bonitatem misericordiamq; experiantur. Deinde adhuc etiam subdit alia antiquorū patientiæ exempla, dicens Circuierūt, multa mundi loca In melo- Aug. lib. de gra. n. t.
C tis. Melota vestis est de pilis camelorum, vel melotus est animal, quod & taxus dicitur, cuius pellis melota dicit, & est valde hispida. Et In pellibus caprinis, vt Helias, & alii. Egentes, necessariis. Angustiati, cura animi. Afflicti, laboribus. Quibus, id est quorum conuersatione. Dignus non est mundus, id est amatores mundi. & ideo ne viles habeantur isti pro tribulationibus. Vel, Quibus dignus non mundus, id est adeo viles erant hominibus, quasi dicat, non erant digni habitare inter eos.

In solitudinibus errantes, vt Mathathias, & sequaces eius. & ante eum, Helias & filii prophetarum sub Iesabel. & In montib⁹, & in speluncis, & in cauernis terrę.

Distingue, Spelũcæ sunt quę naturales sunt, Cauernę quę D
aliquo casu fiunt, Et hi, quasi dicat, tanta per fidem antiqui fideles operati sunt, vel passi pro fide. Et, tamen Hi omnes probati testimonio fidei. i. quod fides de his perhibuit. Non, adhuc Acceperunt repromissionem. i. plenã corporis, & animæ beatitudinem. i, duas stolas etsi singulas Deo aliquid pro nobis melius prouidente, vt Non consummarentur, id est perficerentur. Sine nobis, id est in communi gaudio omnium, vt mai⁹ fieret singulorum. & si enim singulas acceperunt, non tñ geminã stolã habebunt vsq; ad communem resurrectionem, vt omnium cõsummatio fidelium simul fiat. Vel illi priores Non acceperunt, statim repromissionem, id est permissam vitã vsq; ad Christum. cur non? Deo prouidente aliquid melius, scilicet vt naturã nostrã assumeret, & gloriosius eos nobiscum exaltaret. vnde addit, Vt non sine nobis consummarentur, id est requie & visione dei fruerentur. & si illi tenuerunt fidem qui tandiu expectauerunt requiem, multo magis nos teneamus qui statim accipimus. E

CAPVT XII.



Deoq; & nos tãtam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circunstãs nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnãtes, & obliti estis consolationis, quæ vobis tãquam filiis loquitur, dicens, Fili mi noli negligere disciplinã domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tãquam filiis vobis offert se deus.) F

Ideoq; & nos, post fidei commendationem ad illud qđ cœperat redit exhortans eos ad patriã pluribus modis, & pręcipue ipsius Christi exemplo. q. d. quia alii sustinuerunt. Ideoq; quasi dicat, propter hãc causam, sicut & pro-

A pter alias. Et nos habem⁹ tātā nubem testium.i.tātā multitudinem sanctorū,qui sunt testes fidei,qui vt nubes exēplo suo in æstu tribulationum nos refrigerāt, & doctrinis cōpluunt. Impositā,nobis in exemplum fidei & operū.

Deponentes prius oē pondus pctōrum quod est iā, Et pctm̄ circūstās nos.i. pctm̄ quod circūstat & imminet nobis, & si nondum insit. Vel, Deponentes pondus,tędium quod fit per tribulationes,vt scilicet iā nō tædeat pati. Et pctm̄ circunstās nobis. i.renunciātes peccatis quæ vndiq; circūueniūt. Per patientiā, succincti atq; expediti, Curminus,sine dubitatione Ad certamen,martyrii:quia propositum nobis. Curramus, dico, Aspicientes in authorē fidei,in pręsenti. Et in Iesum consummatorem,nostri in futuro,quasi dicat,quia tātus est dator fidei currere debe-
B mus,& quia idem consummat plena beatitudine,& quia idē passus est. Vnde subdit, Qui æterno Gaudio, ad qd̄ per passionem itur. Sibi proposito sustinuit crucem confusione contempta, id est neglecta verecundia humana. sic & nos æterno gaudio proposito nobis posthabita confusiōe debemus currere. Vel, Proposito sibi gaudio,temporalis regni. Potius sustinuit crucem confusione contēpta,quia voluerunt turbæ eum rapere vt facerent regem quod noluit,quia ipse erat via humilitatis. Omnia enī bona terrena contempsit homo Christus, vt contemnenda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit quę sustinenda pręcipiebat, vt nec in illis quęreretur fœlicitas, nec in istis timeretur infœlicitas. Natus enim de matre quę quā-
C uis a viro intacta conceperit,semperq; intacta permanserit,fabro tñ despōsata erat,oēm carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Natus & in ciuitate Bethleem,quę inter omnes ciuitates Iudæę erat exigua,noluit quemq; de terrenę ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam fons est cuius sunt omnia, ne de terrenis diuitiis quisquā extolleretur, noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis viā ostendit miseris. Esuriuit qui omnes pascit,sitiuit qui est fōs sitientium, fatigatus est ex itinere, qui viam nobis fecit in cęlum:obmutuit, & obsurduit,per quem mutus locutus ē, & surd⁹ audiuit. vinctus est qui infirmātiū vincula soluit, mortu⁹ est qui mortuum suscitauit. amore itaq; eius similia patiamur. Tūc.n.impletur lex, dum nō cupiditate rerū

Aug. ī li. de cathecizā. rud.

temporalium, sed charitate illi⁹ qui pręcepit, fiūt quęcūq; D praecepit. Recogitate enim.q.d. quod Iesus sustinuit crucem debet nos animare, quia hoc etiā min⁹.i. quod Contradictionem, quasi dicat aspicite Iesum qui sustinuit crucem. Recōgitate enim, vt sequamini eum. Qui sustinuit, nō dico in mēbris, sed Aduersus semetipsum, id est in sua propria persona. Talem, id est tam vehementē Contradictionem, in omnib⁹ aduersis. & hoc A peccatorib⁹, q̄d valde indignum est. Recogitate, dico, vt hęc attendentes Non fatigemini, quibusl:bet aduersis. Deficiētes vestris animis, quasi dicat, & si corpus deficit, animus stet tribulationis timore fidem negare. Nondum enim, quasi dicat, & non debetis deficere. Nondum enim restitistis vsq; ad sanguinem.i. vsq; ad effusionem sanguinis, & si vestra amisistis. Perfectior in hac vita dilectio nulla ē ea ad E quam sancti martyres peruenerunt, qui contra pctā vsq; ad sanguinem certauerunt. Ideoq; iniuria est in ecclesia pro martyre orare cuius debemus orationibus commendari, pro aliis aūt defunctis oratur. Vos, dico, Aduersus peccatum.i. infidelitatem, vel alia quęlibet peccata Repugnātes, quod bonū est. & item ideo non debetis deficere, sed adhuc facere idem. Et.i.quia. Estis, vos Obliti consolationis.i. Christi in scriptura consolantis? quasi dicat, nō debetis obliuisci. Quę, consolatio.i. Christus consolator,

Auguſ. de ver. apoſ.

Loquitur vobis tanquam filius eius, id est Christi a quo fit cōsolatio. Loquitur, inquam, Dicens, Fili mi, hęc sunt verba Christi in Prouerbiis Salomonis. Noli negligere disciplinam domini.i. tribulationes quibus eruditis a do- F mino: Neq; fatigeris, vsq; ad defectum, Dum argueris ab eo, qui purgat peccata. & nō debes fatigari dum argueris, Qui enim diligit dominus, vt coronet, Castigat.i. castum facit corripiendo. Flagellat autem, quolibet modo Filium quem recipit, id est quem recepturus est in hereditatem ęternam. addit, Omnem, etiam innocētem qui sine omni peccato. si ergo exceptus est a passione flagellorum, exceptus es a numero filiorum. Vnicus ille de patris substantia natus, ęqualis patri in forma dei, verbum quo facta sunt non habebat vnde flagellaretur. Ad hoc autem carne indutus est, vt sine flagello non esset. Qui ergo flagellat, vnicū sine peccato relinquit adoptatum qui est cū

Auguſ. de paſtorib⁹

A peccato. Vnicus sine peccato, non tamen sine flagello: exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Nõ ergo cõturbari debemus cum aliquis sanctus grauia & indigna perpetitur, si obliti sumus quę pertulerit iustus sanctusq; sanctorum. Et attẽde hic iustitiam & misericordiam dei: iustitia est in eo quod flagellat, misericordia in eo quod recipit. Attende etiam quod non ait, omnis qui flagellatur filius est, sed omnis filius flagellatur. Aliter enim nullus recipitur, & quia flagellat omnem filium. Ideo Perseuerate, vsq; in finem. In disciplina, patienter ferendo, & debetis: quia in hoc quod disciplinam dat, Offert se tãquã filiis, id est patrem se esse ostendit, quod probat per similitudinem humanam, subdens, Aug. i ps. lxxx.

B [Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cui⁹ participes facti sunt omnes ergo adulteri & non filii estis. Deide patres quidem carnis nostrę eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Nõ multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secũdum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eis. Omnis autem disciplina in pręsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitię. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniã, An. i psa. lxxxix.

C sine qua nemo videbit deũ.] Quis enim filius, est Quẽ non corripit pater? id est cui non det disciplinam vt non auferat misericordiam. cædit contumacem vt reddat hæreditatem. si promissa patris bene audisti vel agnouisti, nõ timeas flagellari, sed exhæredari. Curre sub manu patris flagellantis, quia dum flagellat, erudit ad hæreditatem, Noli esse iniquo sensu & puerili, vt dicas, Plus amat pater meus fratrem meum cui permittit facere quicquid vult quam me, quia si me mouero contra iussionem eius flagella inuenio. Potius gaude sub flagellis, quia tibi seruatur hęreditatis. illis ad tẽpus parcit quos & in ęternũ dãnabit. Quos si extra quasi dicat vos filii state in disciplina Quod si extra disciplinã estis, cui⁹ disciplinę Participes

facti sunt omnes, filii dei. Ergo estis adulteri.i. adulteri D
ni filii, & nõ legitimi. Vel, Adulteri.i. diaboli possessio,
Et non filii dei, Nota nõ iure vocari patrẽ qui ex adul-
terio genuerit, quia ab eo geniti nõ dicũtur filii legitimi.
Deinde, Item inde hic ostẽditur quare debent esse in di
sciplina. q.d. ex pręmissis patet quod in disciplina debetis
perseuerare. Deinde.i. ex his quoq; sequẽtibus idem po
test intelligi. s. quod Habuimus quidẽ patres carnis no-
stræ, non animæ eruditores. Et reuereamur eos. Reue-
reri est cum timore honorem impendere. Nonne ergo
multo magis obtemperabimus patri spirituũ.i. animarũ
quæ non sunt de materia vt corpora ex patribus. Et vi-
uemus. q.d. Itẽ ideo debemus obtemperare, quia per eum
viuemus in æternũ. contra. Et illi. Itẽ alia ratio hic ostẽ E
ditur quare obtemperandũ est deo. Et.i. quia, Illi q̃dẽ,
scilicet partes carnis, & In tempore paucorum dierum
erudiebãt nos. & hoc Secundum voluntatem suam, id est
in his quæ volebãt, scilicet in vanis. Hic autẽ scilicet pa-
ter spirituum erudit nos Ad id quod vtile est, id est ad fi-
dẽ & bonam vitam. Erudit, dico, si sumus In recipiẽdo
sanctificationẽ, id est si recipimus disciplinam eius q̃ nos
Chrysost. sanctificat. Vel ita erudit Ad id quod vtile est, scilicet, In
recipiendo, id est vt recipiamus Sanctificationẽ eius id est
August. Munditiam eius. Omnis autem. Hic dicit quod poterant
obiicere vt soluat, quasi dicat. state in disciplina. sed verũ
August. est quod Omnis disciplina, nõ vtiq; illa quę a discẽdo no-
de trini. men accepit, & dici potest scientia, sed illa quæ pro pecca-
tis est correctio. Disciplina enĩ quæ Græce dicit̃ pedia est F
eruditio per molestias quãdo pro peccatis suis mala quis
patitur vt corrigatur quæ hic intelligitur. Est enim disci-
plina quæ a discendo nomen accepit, quæ scientia dici po
test, & dicitur Græce epistemene, Omnis, s. quam, discipli-
na, In pręsenti quidem non videtur esse gaudii sed mœ
roris, sed non est ita. si quis modo cogitat futura. Post-
ea aũt.i. in alia vita, Exercitatis per eã, disciplinã, Red-
det deus fructũ iustitię.i. qua iustitiã meretur. Fruct⁹, di
co, qui non erit sicut fructus huius mũdi qui nunquam in
tranquillitate est. Sed pacatissimũ.i. in omni quiete pos-
sidendum.i. pacem qua maior non est. Propter quod. s.
vt habeatis talem fructũ. Man⁹.i. affectũ charitatis quo

A deū olim complectebamini modo, Remissas.i. pigras ad eleemosinas, Et genua soluta.i. fortitudinē qua firmi ter statur in gentibus quæ soluta est refrigidata charitate.

Erigite, sursum ad deum, vt nec otio torpeatis, nec debi litate hæsitetis. Et facite pedib⁹ vestris.i. fidei vestræ Re ctos gressus, vt.s. fides vestra recte incidat, cōfitēdo quod credit, & si opus est patiendo, quæ fides recte dicitur pes, quia totum portat, ita rectos facite Vt nequis.i. non ali quis Erret a via rectitudinis.i. vt non aliquis deuiet a ve ra vita fidei, sicut & ille qui carnaless obseruātias recipit. quod est errare. Et non sit Claudicans.i. nō claudicet, vt qui timore passionis titubat. Magis autem sanetur, si erra uerit vel timuit, Vel recti gressus sunt pedibus, recta intē tio in operibus. Et est, Facite rectos gress⁹ pedib⁹ vrīs.i.
B habete rectā intentionē in operib⁹ Vt nō claudicās, quis in bono opere erret a via rectitudinis.i. rectę intētionis.

Magis aūt sanet, a peccatis bona intētione operādo, & Sequimini pacem cū oībus .q.d. vsq; adeo patiamini, vt pacem etiam cum tribulatoribus vestris habeatis, quę est dilectio & concordia. Et sequimini Sanctimoniā.i. per fectionē in operib⁹, qa fides sola nō sufficit, Vel, sancti moniā.i. castitatē mentis & corporis. Vnde, Beati mūdo corde, quoniā ipsi deum videbunt, Sine qua.s. pace & sā ctimonia Nemo videbit deum, adeo necessaria, cōtun dendo enim oculum extinguimus. Ecce quomodo exter ruit amatorem boni, non formidatorem mali. Ait, Sine qua nemo videbit deum, ex eo ipso quod desideras te ter
C ret. Aliud est timere pœnam, aliud est amare iustitiā, si ti more gehēnę non facis malum est quidem vitæ fides, qa credis futurum dei iudiciū. gaudeo fidei tuæ, sed adhuc ti meo malitiæ tuæ. Sit ergo in te pax & sanctimonia, sine qua non videbit deus. Nā vnde videamus deū, non habe bimus si contundendo in nobis ipsum oculū extinxerim⁹ simus pascifici, vt agnoscamur filii simus mundi corde, vt videamus deum. Beati enim pacifici, quoniā filii dei vo cabuntur, Beati mundo corde, &c.

Contemplantes ne quis desit gratię dei, nequà radix ama ritudinis, sursum germinans impediat, & per illam inqui nentur multi. Nequis fornicator aut prophanus, vt E sau qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Sci

tote enim quoniam &, postea cupiens hæreditare bene- D
dictionem reprobatus est. Non enim inuenit pœnitētiæ locum, quanquam cum lachrimis inquisisset eá, Non eñi accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, & tubæ sonum, & vocem verborum.] Cōtemplantes, quasi dicat, Hortor vos ad pacem & patientiã, & ne dubitetis posse esse tam patientes, quia gratia dei pręsto est, sed cauete desitis ei. & hoc est, Sequimini pacem, Vos, dico, Contemplantes, attentione multa. Ne quis non solũ vos Desit gratiæ dei. q. d. non solum de vobis, verũetiam de aliis sit cura vobis. Diligenter attendite & considerate nequis vestrum desit gratiæ, quã humanæ prauitatis meritũ sæpe repellit, hoc autē mō potestis retinere gratiam Cauete, Nequa radix, scilicet mala cogitatio Amaritudinis, id est noxię delectationis, ex qua puenit amaritudo, E
Sursum germinãs, id est ad consensum & operationē veniens, Inpediat, illam gratiam. Et per illam amaritudinem, non solum ille in quo est, sed etiam eius exemplo Inquinentur multi, alii. & ideo graue est. Radix, amaritudinis mala cogitatio est, quia sicut radix amara dulces fructus non profert: sed sui similes, id est amaros & fons sulphureus aquas non habiles ad bibendum, ita mala cogitatio non dulces frurctus, id est dilectionem & operationem: sed amaros generat, quibus impeditur iter ad cælũ Deinde quomodo cōtēplari debeãt nequa radix amaritudinis germinet, ostendit per partes in quibus aliquos de illis notat, subdens, Nequis, &c. q. d, Estote contemplãtes. Nequis, vestrũ sit Fornicator, vt cũ fide teneat carnales obseruantias, quasi concubinam quæ est spiritualis fornicatio. F
Aut prophanus, id est prosus fidem negligens, & alien⁹ a deo. Prophan⁹ enĩ dicit, quasi porro, id est lōge a phano, id est templo dei, id penitus irreligiosus. Vt Esau Vel ad literam, Nequis sit fornicator aut prophanus vt Esau. Erãt enĩ inter Iudæos aliqui sectatores Esau in fornicatione etiam in gastrimargia. Esau dicit fornicator, quia cōtra voluntatem patris & matris vxores alienigenas duxit, Prophan⁹ dicit, qa gastrimarg⁹, id est vētris seruus extitit, & gulosus. vnde vēdidit primogenita pro lenticula rufa; vnde subdit, Qui ppter vnã escã vendidit primitiua, vel primogenita sua, id est dignitatem primo-

A genitorum. Primogenita enim hic appelat honorem & dignitatem sacerdotii, quia ante sacerdotium Aaron omnes primogeniti sacerdotes erant sicut fuit Sem. & hæc erat dignitas, quia & de substantia & hæreditate paterna maiorem portionem sumebat, vestiumque ornatu locupletior splendebat, eique siu benedictio dabatur. Ecce quam procul a religione fuit Esau. pro ventre dedit benedictionem, cuius factum iam commemorat vt dehortetur ab illis similitudine. Scitote enim, ne sitis vt Esau, quia ipse reprobatus est Scitote enim quoniam & postea cupiens hęreditare benedictionem, reprobatus est a deo Isaac confirmāte benedictionem qd fecerat Iacob. Ita cauendum est istis, ne cum post mortem deberēt accipere benedictionem reprobentur, & pœnitentia eis nō B valeat: tunc enim infructuosa erit pœnitentia, in cuius rei figura nec Esau profuit. Vnde subdit, Non enim quasi dicat, vere caruit benedictione. Non enim inuenit locum pœnitentiæ, id est veniæ, & locum benedictionis per pœnitentiā: non quod non pœniteret, sed quia nō pœnituit vt debuit, dicens, Venient dies luctus patris mei Isaac, & occidam fratrem meum Iacob. Non inuenit, dico, Quanquam inquisisset eam, benedictionem Cum lachrymis, non cū veris. Lachrymę enim illę potius fuerunt ex indignatione cōtra deum, & ex dolore amissi honoris, quam ex humilitate veraq; pœnitentia. Non essi, dixerat & monuerat nequis desit gratiæ, his modis quos subdidit: nec debet aliquis deesse, parata est enim gratia. & hoc est quod hic ostendit, Non enim accessistis, ad C asperitatem legis quam describit, vt econtrario intelligatur suauitas gratiæ. Mos enim comparantiū rem rei est, vt alteram deprimant, & alteram extenuent, vt sic alterius eminentia clarescat. sic apostolus ex comparatione illorum quæ fuerunt in veteri testamento, nostro maiora declarat & meliora. Illorum ergo asperitatem describēs ait, Non enim accessistis ad ignem tractabilem, id est palpabilem. Et accessibilem, quo scilicet motu corporis accedit, sed ad spiritū sanctū qui est ignis cōsumens peccata, ad quē nō motu corporis sed spiritu mentis itur. Et

Chryso.

Aimo.

Chryso.

Aimo.

non accessistis. Ad turbinem. Turbo est vis ventorum D
cum grandine & pluuia. hęc ad literā in datione legis facta sunt. Turbo autē significat impetū vitiorū quę per legem magis dominata sunt, modo autem venitur ad serenitatē virtutū per gratiā. Vel turbo significat cōminationem ipsius legis. si quis hoc vel illud fecerit, moriatur. Et
Aimo. caliginē. Caligo est tenebrositas ignis & fumi qua significatur, quia obscura erat lex. Caligo enim mentis obscuritatem significat, mō vero clara intelligentia est. Et procellam, q̄ maior est quā turbo .i. tempestas quę quocunq; modo propellit. hæc est seruitus peccati secundū operationem quę per legē trahebat hoīes, modo, autē requies est a vitiis imperfectis. Vel procella significat ipsam vindictā
Chrysos. legis. Et tubæ sonū, quę est signū monitionis ad bellum quo significant motus dilectiōis, qui nō per legē, sed per E
Aimo gratiā extinguunt. Vel son⁹ tubę significat p̄sentiā & aduētū dei omnipotentis. Vnde etiā idē apostolus alias dicit, loquens de aduentu Christi ad iudiciū. In tuba dei descēdet, descēdet de cælo. i. in voce angelorū. Hęc ad literā in datione legis facta sunt, vt corda Iudæorū pna ad peccā-
Item. dum conuerterentur, ne auderent legē transgredi. Nō hic terror est in euangelio, Et vocē verborū. Vox verborū intelligitur, non ipsius dei, sed angelorū. Per subiectā enī creaturam .i. per angelum loquebatur deus Moysi.

[Quam qui audierunt excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabāt quod dicebatur, & si bestia tetigerit mōtem lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit, Exterritus sum & tremebund⁹. Sed accessistis ad Syon montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum milium angelorū frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamēti noui mediatorem Iesum & sanguinis aspersionem, melius loquentem quā Abel.] F

Quam, vocem tubarum & angelorum illi, Qui audierunt excusauerunt se ne eis fieret verbum, id est ne eis loqueret, dicētes Moysi, Loquere tu nobis, nō loquat̄ nobis dominus deus, ne forte moriamur, nimio timore fuerunt percussi. Non enim portabant quod dicebatur. i. nō poterant ferre vocē angeli prę timore videntes totū mon

A tem Synai fumare, procellas quoque & tonitrua, & voces tubarum audientes, Et, dicebatur eis, longe state a monte, quia Si bestia etiam tetigerit montē lapidabitur, grandine, sicut praeceperat dominus dicens, longe faciant filii Israel a monte, quia si homo vel bestia tetigerit montem lapidibus grādinis interficietur. & ita, Erat terribile qd videbatur vt!, nec audire auderēt nec accedere ad montē, Nam etiam Moyses dixit exterritus sum, & tremebund⁹. Multum fuit terribile quod Moysen terruit, & si Moyses est territus. Quid ergo alii? vtique multo magis territi sunt. Sciendum quod voce illa verborum significatur legis prę ceptio & comminatio, quam populus grauem putauit & intolerabilem, quia sola pręceptio erat sine gratia adiuuante. Non enim portabāt quod dicebatur, quia sine gra Aimo

B tia insufficientes erant, ad obseruanda legis pręcepta. & dicebatur, Si bestia tetigerit montem lapidabitur. Mons est diuinitas, bestia defectus rationis, quod est quādo verbum blaphemię profertur in deum: tangere, est offendere. Tangit ergo montem vt bestia qui ostendit deum bla sphemia: quem praecipit lex sine misericordia lapidari: sed si in ecclesia vult reuerti misericorditer recipit. Moyses ibi territus est quia tanta erit legis asperitas, vt imperfecti terrerentur, quia non erat ibi adiutrix gratia, modo autem nec in perfectis est grauis praeceptio. cōiungū suaue & onus leue, per charitatem infusam in cordibus per spiritum sanctum, Vide egro distantiam, ibi post pascha quod agni immolatione celebratum erat primo die descē Augu. de ver. apos.

C dit deus in Syna in igne, sed plebem longe stantem territans, & digito suo scribens in lapide non in corde. hic vero spiritus sanctus qui est digitus Dei venit vbi congregati erant fideles in vnum in igneis linguis, non de longinquo territans immo sedit supra singulos eorum, de cęlo quidem factus est subito sonus quasi, ferreretur flatus vehemens sonuit, sed nullus expauit. Ibi ignis & fumus hic autem ignis serenus. Sed accessistis. Ex superioribus ista pendent, vbi dicit ad quae accesserint, post remotionē illorum superiorum, scilicet nō ponit contraria eorū quae ex opposito intelliguntur sicut supra assignatū est sed praemium quod ex eis sequitur, vt per hoc magis suadeat tenendam esse gratiam, q. d. non accessistis ad tam aspera. Aimo

Sed accessisti ad Syon montem, id est ad eos qui alto deũ D
speculantur, quem speculari magnum est præmium, Et
pro, id est Ad ciuitatem dei viuentis, id est ciuibus suis vi
tam æternam dantis, quia in eis deus habitat, qui eos vi-
uificat scilicet ad Hierusalem cælestem, id est ad visionẽ
cælestis panis. Et ad, frequentiam multorum miliũ an-
gelorum, quorum socii futuri estis. multorũ dicit, quia cũ
pluribus maior erit beatitudo. Et ad ecclesiam primiti-
uorum, id est apostolorum qui primi crediderunt, quorũ
fidei illi adiuncti sunt. Qui, apostoli, Conscripti sunt
in cælis, a simili, hoc dicit, vt olim dicebantur patres con-
scripti, quia eorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Ac
si diceret, ne dubiteris ad angelos peruenire, quia vestri
antecessores peruenerunt. Et hoc est quod ait, Qui con
scripti in cęlis, id est cũ eis qui sunt in cęlis scripti sunt. i. E
in eorum ordine scripti sunt, deinde subdit aliud pręmiũ
dicens, Et ad deum iudicem omnium, id est Christum,
cui pater dedit omne iudicium, ita & vos iudicabitis cũ
eo. Et spiritus, vel spirituum, vel spiritum. diuersæ literæ
Almo. sed ita prosequere, Et ad deũ, Spirituũ iustorum perfe
ctorum. i. ad deum qui erit possessio spirituũ iustorũ per-
fectorum cum erit omnia in omnibus: erit quidẽ & alio-
rum, sed magis perfectorum, & per hoc suadet ad perfe-
ctionem. Vel, Accessistis ad spiritus, id est ad animas,
Iustorum perfectorum, quibus socii in fide & opere fue-
rant. vel ad Spiritum iustorum perfectorum, id est ad spi
ritum qui facit perfectos iustos, per quem autem hęc om
nia habent, subdit dicens, Et, accessistis, Ad Iesum no-
ui testamenti mediatorem, id est datorem medium inter F
deum & homines per quem fieri possunt socii angelorũ,
quia incredibile videbatur quod promittebat de⁹, scilicet
ex hac mortalitate, corruptione, abiectione, informitate,
puluere futuros homines ęquales angelos dei, non solum
scripturam fecit hominibus, vt crederent, sed etiam fidei
suę ponit mediatorem non quemlibet principem vel an-
gelum, sed vnicum filium, vt qua nos via perducturus es-
set ad illam ineffabilem immortalitatem & cum angelis
aequalitatem, per ipsum filium ostenderet & præberet. Pa
rum enim erat deo facere filium suum demonstratorem
viæ: ideo fecit illum viam, vt per illum iremus. Missus est

A ergo medicus, quem tamen non cognouit ægrot⁹, ideoq; eum occidit: sed Asperſus ſangnis medici valuit ad verũ medicamentum ægroti. Venit, vt viſitaret: occiſus eſt, vt ſanaret, ideo addidit, Et acceſſiſtis Ad aſperſionem ſanguinis Chriſti, id eſt ad ſanguinis Chriſti emundationẽ, quaſi dicat, Hęc omnia habent per Ieſum qui dedit teſtamentum nouum, & per ſanguinem Chriſti. Melius loquentem quam loquitur, ſangnis Abel, quia iſte veniam, ille vindictam: iſte ſalutem, ille damnatiõem clamat. Iſte etiam perſecutoribus vitam & indulgentiam implorat, domino dicẽte, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Et nota quod Abel qui fuit primus in iuſte occiſus, poſuit pro omnibus aliis quorum ſanguis nullam remiſſionem facere potuit, tunc multominus ſanguis animaliũ B ſed ſanguis Chriſti fecit, & ideo dicitur melius loqui: vel certe melius loquitur. id eſt melius nos loquentes facit. ſ. quod Chriſtus eſt filius dei a quo redempti ſumus, quam ſanguis Abel qui facit nos loqui Abel fuiſſe virum iuſtũ, & in figura Chriſti immolatum. Chryſoſ.

[Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur, multo magis nos qui de cælis loquentem nobis auertim⁹ cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit, dicens, Adhuc ſemel, & ego mouebo nõ ſolum terram, ſed & cælum. Quod autem adhuc ſemel dicit, declarat mobilium tranſlationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia. Itaque regnũ immobile ſuſcipientes C habemus gratiam per quam ſeruiamus placentes deo cũ metu & reuerentia, Etenĩ de⁹ noſter ig[n]is conſumẽs eſt.]

Videte, quaſi dicat, quia ad deum acceſſiſtis, cuius ſanguis melius loquitur quam Abel. ergo Videte ne recuſetis, id eſt contemnatis Loquentem Chriſtum, per euangelium, quia carnalia prohibet, ſpiritualia præcipit. Si enim illi, ſcilicet patres veſtri non effugerunt, id eſt nõ euaſerunt pœnam, Recuſantes eum, id Chriſtum Qui loquebatur, eis Super terram, id eſt qui terrena, ſcilicet carnales obſeruantias mandabat, per Moyſen & terrena p̃mittebat. Vel, Recuſetis eum, ſcilicet Moyſen, vel angelum, Qui loquitur ſuper terrã, id eſt terrena. Multo magis, nos non effugiem⁹, Qui aduertim⁹, Chriſtũ, Almo.

Loquentem,nobis de cælo.i.loquentem nobis spiritua- D
lia,& promittentem æterna.nec debemus recusare,quia
ipse idem, Cuius vox tunc,scilicet cũ de terra loquebat,
cũ legem dabat in monte Syna, Mouit terrã,vt cõmina-
retur ne recusarent. Nunc,nõ dico minatur, Sed repro-
mittit.& ideo multo minus debetis recusare. Promittit,
inquã,dicens, Adhuc ego semel mouebo. In Aggeo hoc
legitur. Non solũ terrã,sed Etiam Cælum, quod infe-
rius est,scilicet aereum.vnde dicitur aues cęli.s.totus, aut
pœne totus aer iste ventosus quem cælũ vel cælos scriptu-
ra vocat.istos vtiq; imos,non illos summos,vbi sol,& lu-
na,&,sidera cõstituta sunt. Dicit hic scriptura mouẽdos
& alibi perituros propter quandã magnã sui cõmutatio-
nem.huius aũt authoritatis Aggei sensum exponit,dicẽs.

Quod aũt dixit adhuc,addens Semel, per adhuc De- E
clarat traslationẽ nobilium.q.d.iam fuerũt mota: sed ad-
huc mouebo quod potest,quia fecit, Vnde subdit, Tan-
quam factorum,q.d. potest ea mouere tanquã sua facta.
per semel vero quod addit,notat se illa sic mouere, Vt
maneant,postea æternaliter Immobilia, secundum Ea
quæ,ipsa Sunt.i. secundum id quod sunt: quia quicquid
erunt,vel in principalib9 essentiis,vel in formis extrinse-
cus sumptis, secundum id,immobilia erũt. Per semel er-
go notat quod vlterius nõ sunt mouẽda:per adhuc,notat
Aimo ea mouenda. Itaq;.q.d.quia cælũ & terram immobilem
promittit deus: Itaq;,patet quod nos suscipientes, nũc in
spe,postea vero in re, Regnũ immobile habemus gratiã
.i.fidem,spem,& charitatẽ cũ sancta operatione,sine qua
non possemus,ad illud promissum peruenire:sed per eam F
suscipimus illud regnũ immobile, & ideo null9 desit gra-
tiæ. Vel secundũ,aliã literã.s. Habeam9.q.d.quia immo-
bilia promittit. Itaq;,nos Suscipientes regnũ immobile
habemus gratiã.i.agam9 deo gratias de oibus non mur-
murantes in aliquo,quia sic bene seruit deo. vnde subdit,

Per quã,gratiã Seruiamus placentes deo.& hoc Cum
metu,quia deus est.i.timentes eũ vt deũ,& iudicẽ omniũ.
Et,cum Reuerẽtia.i.cum amore honoris,quia pater est
.i.diligẽtes eũ vt patrẽ. Etenim,q.d.vere per gratiã pos-
sum9 placere illi. Etenim.i.quia, Deus.i.spiritussanct9
qui est gratia & donũ factus, Noster, quia gratis nobis

A datus est. Ignis, quia est amor patris & filii Consumēs omnia peccata. Spiritus enim dicitur ignis consumens, quia rubiginem peccatorum consumit, & ad charitatem ascendit corda hominum. & per hoc quod purgat nos & facit seruire in virtutibus, placemus deo.

CAPVT XIIII.

Haritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatē nolite obliuisci. Per hanc enim pla C cuerūt quidam angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanquam simul vincti, & laborantiū tanquā & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubiū in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia, cōtenti præsentibus. Ipse enim B dixit, Non te deseram neq; derelinquā: ita vt cōfidenter dicamus, Dominus mihi adiutor nō timebo quid faciat mihi homo.] Charitas. Ab hoc loco moraliter instruit eos apostolus. q. d. & quia charitas est habēda, ergo Charitas fraternitatis maneat in vobis, id est charitas sit inter vos, quia fratres estis vt vos inuicem tanquā fratres diligatis. Et hospitalitatē nolite obliuisci. Obliuisci dicit, quia hanc habuerūt antequam expoliarentur suis rebus. Merito, dico, vt non obliuiscamini. Per hanc enim placuerūt quidam deo angelis receptis hospitio, vt Loth recepit eos nesciens esse angelos, sciens tamē quod in eis esset deus, vnde alia translatio habet. Per hāc enim quidem nescientes hospitio receperunt angelos, vt Abrahā, C & Loth nescientes esse angelos, sed arbitrātes esse homines in quibus deus esset & loqueretur. Abraham enī humanitatis officia præbēs quę necessaria nisi infirmę carni esse non possent, mirum est nisi homines esse arbitratus est, sed in quibus deum loqui intellexit, quibusdā diē maiestatis existentib⁹ & apparentib⁹ signis, sicut in hominibus dei sæpe apparuisse scriptura testatur, postea vero angelos esse cognouit, cū se vidente in cælos irent. sic & Loth qui occurrit angelis, & adorauit in faciem, videt intellexisse quod angeli essent, sed rursus cum ad refectionem corporis inuitat quæ mortalibus necessaria est, videtur putasse quod homines essent. Ergo potest hic dici sicut dictum est de tribus qui venerunt ad Abraham. s.

Aimo.
Aug. i lib. quæst.
Aug. i eo.

apparebat quibusdā signis diuinitus esse missos, qui tamē D
homines esse crederentur. Exhibuit itaq; hospitalitatem
vt sanctis hominibus dei quia deum esse cognouit cū eis,
sicut ipse Abraham angelos esse nesciret. & Abraham in
tribus, & Loth in duobus deū esse nouerūt. cui cū per sin
gularem numerū loquebanť eos homines esse arbitrabā-
tur, cū eis tanquā indigentibus humanā refectionem mi-
nistrabant. Memētote, hic monet eos ad aliud bonū, sci-
licet vt vinctis subueniāt ministrando, quasi dicat pręter
hospites. Mementote, etiā bene faciendo Vinctorū, pro
fide Christi ita eis compatientes. Tanquā, scilicet Vin-
cti, essetis, & ita compatiamini, & subuenite eis, quasi cū
eis vincti essetis, & mementote Laborantium, eorū, qui-
bus imminet labor, Tanquam & ipsi in corpore com-
morantes, per quod experti estis quid necesse est laborā- E
tibus. Et est sensus, Subuenite vinctis & laborantibus, si-
cut velletis subueniri vinctis, & laborantibus vobis. Ho-
Aimo. norabile etiam connubium, nō meretricale sit: In oībus
vt scilicet amore filiorum vxor ducatur legitima tempo-
ribus, quia certis ab ea abstineatur. Et thorus immacu-
latus, non adulterium, id est sine macula fornicationis sit
August. in vobis. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus
.i. ęternaliter condemnabit. & si aliter quidā putent dicē-
tes peccata carnis deum non curare, Sint mores .i. vita.
Sine auaritia, id est largiendi tenacitate. monet vt non
sint tenaces in habitis. & sint Contenti præsentibus, per
hoc monet vt non sint cupidi non habitorum. Auarus est
Chryso. qui tenax est in largiēdo, cupidus in accipiendo. hoc ideo
dicit, quia isti fortassis postquam perdiderant propriā fa- F
cultatem volebant cōgregare iterum diuitias quod pro-
hibet hic. sed ne forte dicerent quid facturi erimus si suf-
fragia necessaria nobis defecerint. prouin⁹ subdit conso-
lationem adhibēs testimonium de libro Iesu Naue. Ip-
se enim, dominus omnipotens, Dixit, ad Iesum Naue,
Non te deseram, quin dem necessaria: Neque derelin-
quam, derelinqueretur ille qui fame periret, sed quia hoc
Aimo. non est non sit homo cupidus. Hoc post mortem Moysi
dixit dominus Iosue, ita sicut fui cum Moyse, ita ero te-
cum. Corfortare & esto robustus, non te deseram neque
derelinquam. Hoc autem dicit, omni speranti in se sicut

A Iosue. Hoc enim nobis promittit si in illo spem nostram ponimus, Non tenacibus, non cupidis fit ista promissio, sed sperantibus in deo. Vnde subdit, Ita, scilicet est nobiscum vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor est, supplendo necessaria. & ideo Non timebo quid faciat mihi homo, etiam si auferat mea, hominis nomine intelligitur omnis aduersarius etiam diabolus, quia homo appellatur ab officio suo quod hominem decipiat: & quia longum est de singulis dicere, monet sequi magistros, dicens, [Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabili-
B re cor, non escis, quae non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatē qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeam⁹ igitur ad eum extra castra improperiū eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.]

Mementote, vt imitemini, Praepositorum vestrorū, quia boni erant, scilicet Apostoli & eorū successores. ideo mementote, quia ipsi sunt Qui nobis loquuti sunt verbū dei quorum intuentes exitum, vt eos morte imitemini, si op⁹ est moriendo pro Christo, vt illi Conuersationis eorum
C imitamini fidem. i. imitemini eos in conuersatione bonae vitae, & in fide perfecta. Iesus Christus, hoc pertinet ad superiorem sententiam vbi testatus est deum dixisse, non te deseram neq; derelinquam. Poterat enim illis videri quod haec promissio ad Iosue tantum pertineret. Ad qđ Apostolus respondet, dicēs, quod & hos iuuabit, sicut iuuit illū. q. d. non est dubitandū de promissione, quia Iesus Christ⁹ qui heri. i. in praeterito adiuuit Iosue, Ipse hodie. i. in pręsenti adiuuat vos & alios fideles. & adiuuabit in futuro. In secula. i. sine fine. Doctrinis, q̄a per gratiā licitū est oībus cibis vti. p̄dicabant aliqui nō esse peccatū escis affluere, sed bonū esse. Alii v̄o superstitiose dicebāt absti- Aimo. Hierony.

nendũ esse a quibusdã cibis quos lex prohibet, quosdã cõ D
cedens qui escarum differẽtia & obseruatione multos se-
ducebãt, contra quos omnes apostolus agit hic, dicẽs, Do
ctrinis variis, scilicet quę variæ sunt a vestris, id est diuer-
sę. Et peregrinis, id est extraneis. Nolite abduci, a veri
tate. hi non absurde comparãtur leprosis, qui sciẽtiã verę
fidei non hñtes varias doctrinas profitentur erroris. Nõ
enim abscondunt imperitiã suã, sed p summa peritia pro
dunt in lucem, & iactãtiã sermonis ostẽtãt. nulla porro
falsa doctrina est quę non aliqua vera intermisceat. Vera
ergo falsis inordinate permixta in vna disputatione vel
narratione, velut in vnius coloris corpore apparentia, le-
præ comparãtur humana corpora diuersis coloribus va-
riãti atq; maculãti. tales vitãdi sunt sicut hic docet aposto
lus. Nolite abduci, dico, Optimũ. n. est stabilire cor gr͞a. s. E
vt habeatis fidem perfectã, credentes omnia esse munda
mundis, nec escarum abundãtię, varietati, & differentiæ
esse studendum. Vnde subdit, & Non escis. i. non differẽ
tiis, vel in affluentia ciborum. Quę non profuerunt am-
bulãtibus in eis. i. obseruatoribus ac discernẽtibus cibos,
& studẽtibus ciborũ affluẽtię. Et est sensus, Gr͞a q̃ oĩa per
mittit soluendo a lege confirmare cor debetis, & non stu
dere obseruationi vel affluentię escarum quę nõ profue-
runt ad salutẽ ambulãtibus: non dico se sustentãtibus, sed
qui perseuerãtes se student in eis, vel discernendo, vel ni-
Chrysost. mis affluendo. Abstinentia quidem qua abstinetur a pec
cato prodest. ciborum vero illa custodia nihil profuit, sed
fides. similiter abundare gr͞arum donis prodest. ventrem
vero obruere escarum mole nocet. Habemus enim. Itẽ F
hic ostendit non esse studendum in differẽtiis ciborum,
vel affluentiis ciborum, quasi dicat, vere non est studen-
dum in differentiis ciborum. Habemus enim altare de
quo non habent potestatem edere qui deseruiunt taberna
culo, id est obseruantiis legis, vt qui cibos discernunt, &
alia huiusmodi legalia seruãt, quæ nomĩe tabernaculi si-
gnificat, quia ad tempus sunt posita. Vel ita, Ideo nõ est
studendum escarum affluentię, quia Habemus altare, id
est corpus Christi, fide cuius preces & oblationes sunt
acceptæ, quod in altari consecratur atque sumitur. De
quo non habent potestatem, id est licentiam. Edere qui

deseruiunt,id est ex toto seruiunt Tabernaculo,id est cor Alme.
porum voluptati, & ciborum affluentiæ. Corpus autem dicitur recte tabernaculũ, quia ad temp⁹ in eo manendũ est,& ideo non ei seruiendum in desideriis. Refert autem hic apostolus legis consuetudinem ac mysterium spiritualemque sensum,legis siquidẽ præceptum fuit vt decima die septimi mensis a festiuitate Paschali, in festiuitate videlicet propiciationis acciperent vitulum & hircum,& imolarent intra castra quorũ sãguinẽ ferret sol⁹ pontifex in sãcta sanctorum oraturus pro populo.carnes vero illorum portarentur extra castra,ibique cremarẽtur,nec esset alicui tabernaculo deseruiẽti licitũ ex illis cõedere. Spiritualiter autẽ illa duo animalia,vitulus videlicet & hircus figurã tenẽt domini saluatoris. Ipse enim est vitulus quem pius pa
B ter i regressione filii pdigi immolauit. Ipse est hirc⁹ q̃ p peccatoribus oblatus. Pontifex etiam ille qui cũ sanguine illorum animalium intrabat in sancta sanctorũ oraturus pro populo,typum gerebat Christi, qui cum sãguine passionis suæ interiora patrię cælestis intrauit oraturus p fidelibus. Immolabantur illa animalia intra castra, sed carnes extra castra comburebantur,& redemptor noster in Hierusalem quasi intra castra immolatus vocibus, & iudicio Iudeorum, sed carnes illius extra Hierusalem in cruce combustę sunt igne passiõis. Quando enim adiudicatus est morti, clamantibus Iudæis crucifige, quodammodo quãtum ad illos pertinet immolatus est. Vnde Marcus dicit eum crucifixum hora tertia. Nam hora
D sexta in cruce leuatus est. Altare autem vbi extra castra carnes cremabantur,altare ecclesiæ est, vbi quotidie consecratur corpus Christi. Habemus, ergo Altare, ecclesiæ vbi consecratur corpus dominicũ De quo non habẽt potestatẽ edere qui tabernaculo, id est corpori seruiunt.i. fornicatores,adulteri,ebriosi, omnesque qui voluptatib⁹ & desideriis carnis suæ deseruiunt, Qui enim mãducat & bibit indigne, sibi iudicium manducat & bibit. hęc quõ ad dñm ptineãt, satis vt reor dictũ est. Sed qa ipse est caput oĩm electorũ,p carnes illorũ aĩaliũ possũt itelligi oẽs electi. sicut ego Christus,sic & sui extra castra,i. extra cõuersationem secularium carnaliumque hominum.feruore Spiritussancti accẽsi consumũt quicquid carnale est in eis

atque fluidum & libidinosum macerãdo se & mortificã- D do corpora sua cũ vitiis & concupiscentiis, vel etiã martyrium pro Christi nomine sustinendo. Infertur sanguis illorũ in sancta per pontificẽ. i. vita illorũ laudabilis praesentatur patri deo per Christũ verũ sacerdotẽ qui est aduocat⁹ noster interpellãs pro nobis. Vel sanguis illorum infertur in sancta, dum illorũ animę cũ triumpho passionis in cælum ferũtur. bene quoq; in altari consumuntur, quia omnes sancti martires in altari fidei offerũtur deo. Ista omnia adimplẽtes per fidem quą credũt se a deo remunerari, ad quos non audent accedere carnales seculum amantes, quasi dicat, tabernaculo seruientes propter quod mysterium adimplendum, Iesus extra castra passus est, sicut postea dicitur: sed prius quod ad eandem legalem cõsuetudinem spectat, addit referens ad spiritualem intelligentiam, dicens, Quorum enim. Per duplicem allegoriam vnam ve. aliam no. test. id est per allegoriã surgentem de duplici historia, scilicet vetus & nouum testamentum probat corpus Christi non esse edendum ab his qui tabernaculo, id est corpori deseruiunt. Ad hoc enim significandũ & corpora animaliũ olim extra castra cremabãtur, & propterea extra Christ⁹ passus est, vt nos qui corpore & sanguine ei⁹ a peccato mundari volumus improperia & angustias passuri, tabernaculi delitias & voluptates deseram⁹. Et prius probat per allegoriã veteris historię hoc modo. q. d. Verę qui deseruiũt voluptatib⁹ non possunt cõmunicare corpori & sanguini Christi, quia his tantũ qui sunt Extra castra. i. extra delitias & voluptates corporis, Corpora cremantur horũ animaliũ, id est memoriale, & proficuum est corp⁹ Christi, & sanguis significatur per corpora horum animaliũ, Quorũ sanguis infertur pro peccato in sancta per pontificę, ita & sanguis Christi per se pontificem. i. ipse Christ⁹ oblat⁹ patri qui non tantũ per vitulũ & hircum, sed etiã per alia animalia quę secundum legem offerebantur significatur. Et recte Christus per illa carnalia significatur. Est enim agn⁹ secundũ mansuetudinę & innocentiã. Hircus pro similitudine carnis peccati, quia caro eius passibilis & mortalis, Aries q vitia ppulit gemino cornu charitatis. Taur⁹ fortitudie resurrectionis, qd cremat, cinis efficit. Per cinerẽ

A memoria rei præteritæ accipit, extra castra esse est voluptates carnis exire. His ergo qui sunt Extra castra.i.extra corporis delitias, Cremantur corpora.i. memoriale efficitur corpus Christi, significatũ per corpora illorum animaliũ quę cremebantur. Si quis enim voluptuose viuit non habet efficacem memoriam Christi. Sanguis autem eius significatus per sanguinem illorum animalium qui illatus est in sancta sanctorum per pontificem, quia per se pontificem Christus oblatus est patri, vt sic introiremus in sancta cælestia. Vel ita potest legi litera eodem pene sensu manente.q.d. Vere seruientes tabernaculo nõ possunt cõicare corpori & sanguini Christi, quia Corpora hornm, sanctorum, Cremantur, id est ieiuniis & aliis laboribus affligunt. Extra castra.i.extra voluptates carnis, Quorũ est sanguis aīaliũ qui infert pro peccato in

B sancta per pontificē.i.quo est sanguis Christi per sanguinem illorũ animaliũ significatus quia horũ tantã sanguis Christi quib⁹ scilicet prodest per quē intrãt in sancta cęlestia, quod totũ est dicere, illis tm̃ prodest sanguis Christi qui voluptates desertit & corpus affligũt. Deinde per allegoriã nouũ test. idem probat subdēs, Propter quod.i. propter illud idem designandũ, scilicet vt extra carnales cõcupiscẽtias viuam⁹, & Iesus Extra portã passus est. Ad hoc vtiq; Vt sanctificaret populũ suum: nõ propter sua merita, sed Per suum sanguinē, porta ciuitatis est corporis sensus, in quorũ nullo peccauit Christus, & ideo extra carnis voluptates passus est, & nos eius exemplo hostium

C sensuũ vitiis clauso extra carnis desideria patiamur. Et quia pro nobis Christus passus, hortat nos Apostolus vt imitemur illũ dicens, Exeam⁹ igitur.q.d. quia ipse extra castra passus est, vt nos sanctificaret. Igitur exeam⁹, fide & charitate. Extra castra, corporũ mortificantes membra cũ vitiis & cõcupiscentiis. Ad eum imitandũ. Nos dico. Portãtes, patienter vt ipse Improperiũ eius.i.passionem crucis quę videtur esse improperiũ infidelibus, nobis aũt sanctificatio & redemptio. Et debem⁹ exire extra castra. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, id est in hoc statu manens corpus. Sed futura inquirimus, scilicet secundum futurum statum corpus. vt ergo futuram ciuitatem consequamur, & improperium portemus.

[Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semp D deo.i. fructum labiorum confitentium nomini eius: Beneficentiæ autē & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur deus. Obedite pręposîtis vestris, & subiacete eis, Ipsi enī peruigilant quasi rationē pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonā conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autē deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.]

Per ipsum .i. per Christum qui est nobis via a quo sumus exemplū ad martyriū. Offeramus deo semper hostias laudis quę per propriora significatur.i. Fructū labiorum confitentium nomini eius .i. cōfiteamur nomini eius, quod est laus Dei, & hostia fructus quia alii per hoc E ad fidem trahuntur. Ergo qui timetis deū laudate eum, vt libere colatis eum. amate discite quē timetis, & poteritis laudare quē amatis. Timentes enī eū hoīes vetus testamentum propter literā terrentē, & occidentē, non habentes spiritū viuificantē, currebant cū sacrificiis ad templū, & in figura sanguinis Christi quo redēpti sumus, quāuis nescientes quid pręfiguraret, cruentas victimas immolabāt: nūc vero in gratia no. te. speciale sacrificiū laudis offertur, quo deus honorificat, cuius inuisibilis sacrificii illud visibile sacrū signū erat. Beneficētiæ autē, Euacuata sententia prauorū de gula, redit ad bonos mores persuadendos, q. d. non mō prædicta faciatis, sed etiā nolite obliuisci, Beneficientiæ.i. largitatis in alios. Beneficus enī dicit largus & eleemosynæ distributor inde beneficentia dicit F largitas eleemosynarum, Et communionis.i. charitatis, qua omnia putantur cōmunia, quasi dicat & si vestra substantia sit ablata, tamen ex his quæ habetis, eleemosynas date, hoc est quod supradixit, non deserentes collectionē vestram. Talibus enim. quasi dicat. Ideo nolite obliuisci quia Talibus hostiis, scilicet muneribus eleemosynarum Promeret deus. nō illis antiquis legalibus, quia per eleemosynas hostes vincuntur & peccata extinguntur, vita acquiritur, Vnde dominus per prophetam dicit misericordiam volo & nō sacrificiū. Itē Obedite præpositis vestris, quātum ad præcepta vt scilicet, faciatis quæ præcepit per eos

A ecclesia. Et subiacete eis, vt reuerentiam exhibeatis. Obediendum vtique est prelatis & prædicatoribus inquantum doctrina & mores illorum, & pietas existant. si autē a via rectitudinis deuiauerint, non faciamus qualia agunt, sed qualia dicunt: nisi forte & in doctrina aberrēt, Vnde dñs Quæ dicunt facite quæ autem faciunt nolite facere. habēt quidem dignitatem licet vitę sint perditę, & ideo non ad vitam eorum sed ad sermonē intendite. Ipsi enim quasi dicat, Ideo debetis obedire, quia ipsi Peruigilant, id est pro vobis solliciti sunt prædicando, bonum exemplū dando exteriora prouidendo. q. d. Pro animabus vestris rationem reddituri, ideo obedite, Vt cum gaudio & cū lętitia & hilaritate mentis, quia vident proficere. Faciant hæc, id est vigilent & curam vestri agant. Et non gementes, id cum murmure & tristitia, facimus vtique ista cū gaudio quando omnes videmus proficere, in verbis dei tunc enim cum gaudio laborat operarius in agro quando attēdit arborem, & fructum videt: quando segetem attendit & videt vbertatem, tunc intelligit quod non sine causa laborauit nō sine causa dorsum curuauit, nō sine causa manus attriuit: non sine causa frigus ęstusque tolerauit. Ideo ait, Vt cum gaudio hoc faciant & non gementes. Hoc enim. s. vt gementes, Non expedit vobis, quia tunc non pderit vobis cura eorum si de vobis tristes ingemuerint, eo quod non proficiatis. Et nota quod ait non expedit vobis: non dico non expedit, illis quibus prodest testari de vobis: nam illi præpositi quando tristantur de malis vr̃is expedit illis illa tristitia, & prodest illis, sed non expedit vobis. Simul ergo in dominico agro bonum operemur prelati & subditi, vt simul de mercede gaudeamus, Vel ita, Vt cum. ideo obedire debetis illis, vt in die iudicii, Faciant hæc, id est reddant pro vobis rationem deo cum Gaudio, id est securi de præmio vero, Et non gementes id est non anxii vel hęsitantes de nostra dānatione Hoc enim, vt gementes pro vobis rationem reddant. Nō expedit vobis. Orate pro nobis. Superbam elationem mētis quorundam pontificum percutit, qui dedignantur deprecari suos subiectos quatenus pro eis orationes fundant. Orate dico, Confidimus enim, de vobis quia Habemus bonam conscientiam, id est bonam volunta-

(margin, B) Ambrosi.
(margin, C) Ambrosi. Chrysos.

tem de preteritis In omnib⁹,non solũ in Gentib⁹, Vo- D
lentes,etiam in futuro, Bene conuersari, tã Iudęos quã
Gentiles. hoc ideo dicit quia culpabatur Apostol⁹ a qui-
busdã quod sua negligeret: sed ostẽdit se affectũ bonũ ha
bere ad omnes.i. Iudęos & Gentiles, de quorũ præteritis
bonis gaudet,eisq; in futuro meliora ora optat. Vnde ait,
Cõscientiã habemus bonã.quasi dicat, Cõscientia nostra
in nullo nos accusat,nec nobis conscii sumus quod vobis
insidias fecerimus,nihil cum fictione protulimus,vel ne
gociationis gratia fecimus. Ne ergo sinistre quid arbitre
mini de nobis. fortasse enim in talibus accusabatur. Am
plius autem.q.d. Dico vt oretis pro me. Amplius autẽ de
precor vos hoc facere,scilicet orare pro me. Quo cele-
rius restituar vobis.q.d. non solum mea causa sed magis
pro vestra humilitate rogo vos hoc facere.i. orare pro me. E

[Deus autem pacis,qui eduxit de mortuis pastorem
magnum ouium in sanguine testamenti ęterni dominum
nostrum Iesum Christum,aptet vos in omni bono vt fa-
ciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat corã
se per Iesum Christum,cui est gloria in secula seculorũ.
Amen. Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum sola-
tii. Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrẽ no
strũ Timothæum dimissum, cum quo si celerius venerit,
videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros,& omnes
sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omni-
bus vobis. Amen.] Deus autem.q d. Ego suadeo vos ad

Aimo. bonum. Deus autem,qui aptare potest,quia dator est pa-
cis vt scilicet vitia non inquietẽt, Qui eduxit de mortuis
id est resuscitauit de sepulcro,qui locus proprie mortuorũ F
est. Eduxit nostrum Iesum Christum magnum pastorẽ
ouium,id est humilium qui pastor est effectus, In sangui
ne testamenti æterni,id est per effusionem sanguinis sui,
qui confirmauit testamentum nouum,quod dicitur æter-
num,quod aliud ei non succedet. Ipse inquam qui hoc fe-
cit, Aptet vos,i. aptos vos faciat, In omni bono, vt veli-
tis, Et vt etiam opere, Faciatis voluntatem eius id est ea
quæ ipse vult. Aptet vos dico, Faciens in vobis quod pla
ceat coram se, quia nõ est ex vobis bonum,sed ipse facit,
nihil enim boni habere potestis nisi illo præueniente &
subsequentẽ. Faciat bonum in vobis dico. & hoc, Per Ie

A ſum Chiſtum, non per carnales obſeruãtias, Cui, Chriſto vna cum patre & ſpiritu ſancto non carnalibus obſeruantiis, Sit, vel eſt gloria in ſecula ſeculorum, id eſt ſine fine Amen, confirmatio quaſi dicat. Ita fiet, vel ita verum eſt, vt dixi. Rogo autem vos fratres vt ſufferatis, patienter, Verbum ſolatii, id eſt hanc epiſtolam quæ eſt conſolatio & adoratio, nedicam admonitio quæ eſt quaſi pigrorum: Conſolatio vero illorum qui puſillanimes ſunt. Et debetis patienter ferre. Etenim perpaucis ſcripſi, timens vobis oneri eſſe, quaſi dicat non poteſt quiſquam longitudinem ſermonis abnuere. hoc quippe erat quod aduerſarii faciebant, & ideo latenter hoc tangit. Cognoſcite, etiam ſeruiẽdo & honorando, Fratrem veſtrum Timothæum, ſcilicet coapoſtolum & coadiutorem in prędicatione, a me Di- Aimo. Chryſoſ. Aimo. Chryſoſ. Aimo. Chryſoſ.

B miſſum, in iter quod volebat, vel ad prædicãdum directũ vel forſitan, Dimiſſum, a carcere in quo ante detẽtus fuerat, Cum quo celeri⁹, id eſt celeriter. Venerit videbo vos in hoc reddit attentos, & manſuetiores, Salutate omnes præpoſitos veſtros & omnes, ſubiectos, Sãctos, id eſt ſanctificatos in baptiſmo. Sicut generaliter omnibus ſcribit, ita generaliter omnibus ſcilicet pręlatis & ſubditis ſalutẽ optat. Salutare enim eſt ſalutem optare. Salutãt vos omnes fratres de Italia. Per hoc nota eum a Roma ſcripſiſſe Gratia, id eſt purgatio peccatorum, & alia dei munera ſint Cum omnibus vobis, Amen.

C FINIS Collectaneorum Petri Longobardi, Pariſienſis Epiſcopi, & Sententiarum Magiſtri, in omnes D. Pauli Apoſtoli Epiſtolas.

1537

